This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LIBRARY OF THE
Leland Stanford Junior University

880.
C655

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

SCRIPTORES GRAECOS.

VARIAE LECTIONES

QUIBUS CONTINENTUR

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

SCRIPTORES GRAECOS.

SCRIPSIT

C. G. COBET.

EDITIO SECUNDA AUCTIOR.

LUGDUNI-BATAVORUM,
E. I. BRILL.
MDCCCLXXIII.

LELAND STANFORD JUNIOR
LIBRARY
UNIVERSITY.

A. 20141.

PIAE MEMORIAE

OPTIMORUM VIRORUM

IOHANNIS BAKII ET IACOBI GEELII

QUOS VIVOS COLUI

NUNC FATO FUNCTOS DESIDERO.

PRAEFATIO.

„Nulla facile ars ac disciplina plus vel invidiae vel infamiae suscepit quam quae a primario, quod in iudicando cernitur, munere Critica appellatur." Centum fere anni sunt, ex quo Ruhnkenius his verbis Hemsterhusii *Elogium* exorsus est, necdum longa dies perversa iudicia de arte una omnium praestantissima ex popularium nostrorum animis exemit. Etiamnunc opus est illis, qui Criticae dignitatem et gloriam vindicent et, ut suaviter Ruhnkenius dixit, *innocentiam tueantur*. Etiamnunc hominum vitia ad ipsam artem traducuntur et Critica modo temeritatis et audaciae mater, modo nugatoria syllabarum auceps dicitur et habetur. Sunt qui praeclaram rem iocis facetiisque ludificentur et criticam facultatem urbana dicacitate eludant et rideant. Facile ferimus et non illepida res est adversarios habere tam ridiculos. Alii aetate et ingenio graviores ingeniosam rem esse opinantur et mentis agitationem non inutilem afferre, sed nihil quod certum et exploratum sit parere posse; itaque ornamentum magis et oblectamentum esse hominibus ingenii

elegantioris, quam omnibus praeclarum et prorsus necessarium disciplinae Litterariae praesidium et adiumentum. Aliis denique res est plena formidinis et suspicionis, qui Criticam artem prono-
modum oderunt, omnia quae vera et sincera non
tantem, et ea quoque magna cum libertate conv
quibus errare malunt quam verum videre. Hos si
nil nisi difficiles nugas agunt, et ut Socrates Ari
πτοτάτων λήρων ἱερεύς appellatur, sic iis Criticorum o
tota versari circa argutias tam subtiles et tenues,
les et otiosas. Queruntur multi aut indignantur fide
monumentorum sperni et pro nihilo duci, quibus
possit nihil esse satis certum: omnia revocari ad pa
bitrium et libidinem quidlibet addentium, dementiv
tium: non hoc agendum, sed interpretando potius loc
et intricatos expedire oportere, non temere rescribe
unusquisque nullo negotio intelligat.

Non sunt hae opiniones imperitae multitudinis tantu
omnium rerum ignari: bona pars eruditorum et qui
diunt et principes in rep. viri in eodem opinionis err
tur. Quum ante hos paucos annos apud amplissimur
de emendanda institutione Academica mentio iniecta
censerent nonnulli non temere ad Lectiones Academic
admittendos, qui ad illa studia immaturi et impares
(quod quam salubre et frugiferum sit me quidem us
vehementer obstitit vir nec meo iudicio stultus et
sapiens [1]), qui se iudice adolescentes sic satis paratos
esse dixit, „namque nihil opus esse ut Academica i
Criticam sublimiorem informetur." Multis visus est aliquid dixisse, quibus et res et nomen Criticae odiosum est, praesertim sublimioris. Ceteri, qui verborum sententiam diligenter

1) I. R. Thorbecke.

solent perpendere, fatebuntur facilius esse hoc dictum admirari quam intelligere. Equidem quae sit Critica *sublimior* et an sit aliqua *humilior* Critica nec scio nec intelligo: hoc scio institutionem litterariam, qualem iis impertiri debemus, qui flos et robur sunt patriae iuventutis, ita comparatam esse oportere, ut iudicandi et veri inveniendi facultas in iuvenilibus animis omnibus modis excitetur et alatur, et nihil esse sanae rationi perniciosius quam mature assuefieri id, quod male sanum et absurdum est, inepte et temere interpretando concoquere et ferre, nonnumquam et probare et admirari, et tamdiu iudicio suo vim inferre donec hebescat et tandem depravatum et obtusum omnia, quae propter vitium intelligi non possunt, nullo negotio sibi explicare posse videatur.

Quamquam quid attinet in illorum erroribus refutandis operam perdere, qui de iis rebus iudicant, quas nondum satis perspexerunt, et ea volunt contemnere videri, quae numquam cognoscere conati sunt? Si quis eorum id aetatis est et eo ingenio praeditus, ut possit admonitus mutare sententiam et resipiscere, facillima res est causam hanc noscere et quod verum sit dispicere. Componat mihi aliquis scriptoris Graeci cuiuslibet aut Aldinam aut quamvis veterem editionem cum ea, quae nunc Criticorum sollertia emendatissima est, et in cuiusque emendationis originem et auctorem inquirat, admirabitur (sat scio) illorum incredibilem sagacitatem et acumen iudicii et felix ingenium, quibus se haec debere gratus comperiet, et fatebitur nullam aliam esse artem, quae plura et luculentiora et certiora pepererit, et duratura quamdiu haec ab hominibus intelligentur. Sunt quidam ad haec duriores et eo stomacho ut omnia concoquant et aegra, vitiosa, male sana ab rectis et veris et probis discernere iam plane nequeant. Supersunt illius generis reliquiae, quod notavit Bentleius in illo „sacrifico, qui per XXX annos *Mumsimus* legere solitus pro *Sumsimus*, quum moneretur a docto, ut errorem emendaret respondit se nolle mutare suum antiquum

Mumsimus ipsius novo *Sumsimus*" [1]). Non minus ridicula sunt quae in vetustissimis membranis passim leguntur: etiam ineptiora saepe apparent. In Ciceronis Epistola ad Atticum (IV. 5.) venerandae antiquitatis monumenta hanc tibi scripturam, qui Criticam contemnis, dabunt legendam et explicandam: *quoniam qui nihil possunt ii me nolunt amare, demus operam ut ab iis qui possunt diligamur. Dices: vellem iampridem; scio te voluisse et me* AST NUM GERAM MANUM *fuisse*, aut: *et me* AST. NUM GERMANUM *fuisse.* Utrum haec mavis interpretari an Mureto credere (in *Var. Lect.* XIV. 9.) Ciceronem scripsisse: *et me* ASINUM GERMANUM *fuisse?* Utrum in Euripide retinebis:

ἄκαν θεῶν τις εἴπαθ' οἱ κατασένοι,

an gratus a G. Cantero (in *Nov. Lectt.* V. 2.) accipies:

ἃ κἂν θεῶν τις εἰ πάθοι κατασένοι.

aut in Athenaeo Δάματρα μ' ἔαπω pro μέλπω (*N. L.* IV. 5.) aut in ANDOCIDE: ψήφισμα ὃ εἶπεν εἰς ὅτι μὴ δ' ἴσον pro ὃ εἶπεν Ἰσοτιμίδης (*N. L.* VIII. 10.) et permulta eiusdemmodi ab eodem aut aliis veris Criticis reperta? Innumerabilis est locorum copia, ubi scripturae omnium librorum veterum auctoritate et unanimi consensu nixae nihilo sunt saniores quam illud Bentleianum *mumsimus*, quod suaviter ridemus omnes. Ea monstra et portenta statim post renatas litteras certatim ab optimo et acutissimo quoque ita procurata et emendata videbis, idque tam manifestis et evidentibus remediis, ut vetustas scribarum hallucinationes retinere et fovere velle tibi quoque stultum ac stolidum videatur, et idem nos reprehendes et cavillaberis, qui immortalem maiorum in hoc genere laudem ac gloriam summa ope vindicare et tueri enitimur? aut putabis satis iam esse emendata omnia tot ingeniosorum hominum tam sollertibus curis, ut supersederi aliquando hac opera possit et tempus iam sit frui bonis per tot

---

1) Bentleius in praefat. *Respons. ad C. Boyleum*, pag. LIII.

annos paratis. Quis serio his respondere dignabitur, qui optimum quemque scriptorem Graecum longo usu noverit ad hunc diem vitiis et erroribus omne genus esse oppletum, quorum partem plerique tum demum agnoscunt, quum simul deprensa fraus est et certa emendatio reperta. Aequo animo in Euripidis *Phoenissis* 175, eruditi omnes legebant:

ὦ λιπαροζώνου θύγατερ Ἁλίου Σελαναία,

quum nuperrime Badham (in praef. ad Euripidis *Iphig. in Tauris et Hel.* pag. 17.) ex ΑΛΙΟΤCΕΛΑΝΑΙΑ eruit ΛΑΤΟΤCCΕΛΑΝΑΙΑ et veram scripturam restituit hanc:

ὦ λιπαροζώνου θύγατερ Λατοῦς Σελαναία.

Innumerabilis locorum vis superest, ubi antiquo scripturae vitio sana mens impedita haeret, qui in integrum restitui manifesta correctione omnes non possunt, at bona pars tamen, ubi semel labes scripturae certis indiciis comperta erit, Criticorum acumine sanabitur, damnumque lectionis, postquam fraus librariorum patebit, continuo sarcietur. In hanc ego ingenii et iudicii palaestram iuvenes ingeniosos et indolis generosioris vocare non desinam, et dabo operam ut omnes intelligant interpretandi facultatem et usum sine hac emendandi sollertia debilem et mancum esse, et passim nugas agere Interpretem, nisi interpretationem emendata lectio praecedat. Nondum poenitet operae: est in popularibus nostris egregia ad Criticam artem indoles,

οὔπω σφιν ἐξίτηλον αἷμα δαιμόνων,

vel potius τῶν δαιμονίων ἀνδρῶν, qui olim in hoc genere studiorum principatum tenuerunt; inest indefessa industria et verae laudis amor lenta patientia optima et perfectissima quaerens, nil actum reputans dum quid supersit agendum, non plausum multitudinis captans sed prudentissimis probari satis habens, quibus duratura placent τὰ ἐξειργασμένα καὶ διηκριβωμένα. Si quis igitur horum egregiam indolem cum doctrina multiplici solidaque feliciter coniunxerit, spretis indoctorum obstrepentium voculis et tenens illud Theocriteum: αὐτὰρ ἐγὼ βασεῦμαι ἐμὰν

ὁδόν, interpretationem Veterum cum emendatione semper consociabit, quorum utrumque per se indigens alterum alterius auxilio eget. Non minus peccat qui corrupta temere interpretatur quam qui sana inconsulto vellicat. Tertium est vitii genus, in quod saepe iuniores implicari video, qui locum vitiosum nacti levibus et temerariis correctiunculis vexare malunt quam intactum relinquere, et saepe vitiosis vitiosiora substituunt: hoc vero est κακοῖσιν ἰᾶσθαι κακά, et male imperiteque medendo augere morbum. Haec ipsa res est, quae apud multos etiam saniores artem Criticam in contemtum adduxit et praeclarissimae rei tantum invidiae conflavit. In Ciceronis loco ridiculum in modum depravato, quem supra attulimus, pro: *et me* AST. NUM *germanum fuisse* Malaspina correxit scilicet: *et me* MASTIGIAM *germanum fuisse*, idque de se Ciceronem iocatum esse putavit. In Sosipatri versu depravato:

ἀλλὰ πέπαυται τὸ πρᾶγμα καὶ πάντες σχεδόν
εἶναι μάγειροί φασιν οὐδὲν εἰδότες,

fuit qui πέπραται reponeret et sententiae et metro novam perniciem afferens. Porsonus πέπλυται reperit, et millena huiusmodi ex Principum Criticorum scriptis colligi possunt. Discant mihi ex his iuvenes quam praeclarum sit emendandi praesidium in arte Palaeographica, quae sola palmarias emendationes non facit et invenit, sed certas praestat et demonstrat. Non satis est ad crisin feliciter exercendam et sapere et linguae usum ac rationem omnem accuratissime tenere et in promtu habere: opus est vetustos Codices scriptos diu et multum versasse, et scribarum inscitiam et socordiam sexcenties ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendisse, et passim vidisse nascens vitium et gliscentem labem, et ut error errorem trahere et parere soleat, et quae menda ex quo scribendi genere, ex quibus siglis compendiisve oriantur, et quemadmodum vetus scriptura primum leviter affecta correctorum temeritate ruat in peius, et antiquum dicendi genus ad sequiorum negligentiam refingatur, et insulsa sciolorum additamenta

olim in margine adscripta, aut inter versus interposita, male irrepant, et observasse denique quae sit peccandi veluti constantia quaedam et analogia, ut in eadem re idem vitium frequens et commune sit, et semel deprensus error egregiam opem ferat non simili malo sed prorsus eidem alio loco aut in alio scriptore. Si quis Codicum auxilio sic utetur, emendatio emendationem novam pariet, et omnes pariter certam fidem et πειθανάγκην habebunt. Sic desultoria levitas arguetur et castigabitur temeritas eorum, qui illotis manibus haec sacra attrectant, et quod verum est, quia omnes veritatis numeros habebit, consensu agnoscetur. Quicumque nondum longo usu exercitatus in antiquo scriptore vitium tibi visus es deprehendisse, et fraudem librariorum tenere te putas, ostende mihi errorem eiusdemmodi in simili re commissum, exprome locum ubi hoc ipsum, quod tu reponis, emendate scriptum est, et erit cur te diligenter audiamus. Negas hoc fieri posse et vel sic tibi credi postulas, aut ineptus aut impudens esse videberis. O quantum ineptarum correctiuncularum aut numquam natum esset aut statim oppressum, si hanc sibi quisque legem scribere voluisset, ut nihil proferret in medium nisi cuius idoneum exemplum ex probato scriptore suppeteret, et esset aberratio describentium eiusmodi, ut saepius in eadem re eodem modo librarios peccasse constaret. Qui hanc rationem experiri volet, ante omnia (si ullo pacto fieri poterit) ipsos vetustos Codices Graecos diligenter inspiciat et ex ipsis cognoscat, quid nobis iuris sit in libros sic habitos, deinde observet quibus modis scribae veteres peccare sint soliti, quae scriptura in quam aliam facile depravari possit, quae litterae sint inter se simillimae ac paene eaedem, quae compendia permisceri et confundi soleant, quae in scribendo omittant scribae antiquiores, quae a sequioribus male et inepte suppleta nos ludificentur, quae siglae sint ac notae certorum verborum, denique quae sit illa annotandi et explicandi consuetudo, unde tot inficeta et insulsa additamenta venustissimum quemque Veterum

deturpent, et quae sit correctorum in summa inscitia rerum et sermonis antiqui incredibilis audacia mutandi et interpolandi quidquid corruptum est aut istis videtur. Quibus Codicum Graecorum inspiciendorum nulla est facultas, componant mihi Bastii egregias observationes Palaeographicas Gregorio Corinthio subiectas cum discrepantium scripturarum acervis, quos in quoque scriptore docti editores accumularunt, et ex eo stercore gemmas colligere discant exemplo summorum Criticorum, in quibus omnibus singularem Palaeographiae peritiam inesse animadvertent. Quam vellem docti homines hanc criticam supellectilem, quam undique comportatam et ex libris qualibuscumque optimis pessimis cum pulvisculo corrasam scriptoribus antiquis appendere solent, ita discernere et digerere delectu facto et quisquiliis abiectis voluissent, ut acutus et ingeniosus iuvenis ad hunc apparatum Criticum cognoscendum et excutiendum alliceretur. Nunc contra est: nausea et fastidium capit animos in ista mole indigesta scripturarum nullius pretii, quas homunciones supra quam credi potest futiles et nugatorii fuderunt hallucinantes: inque eo gurgite hic illic natant optimorum librorum vetustissima quaedam menda, intus optimas lectiones servantia, quae simul atque perite et sollerter manum admoveris veluti igniculi quidam emicant et ex atra caligine claram lucem affundunt. Hae sunt discrepantes scripturae utiles et, ut ita dicam, foecundae, in quibus sunt semina emendationum in aliis locis et scriptoribus faciendarum. Ex his igitur elici possunt observationes Palaeographicae certae et stabiles scriptores Graecos emendaturis praesens ubique auxilium allaturae, quo qui destitutus erit, si iudicio valet, multas saepe ineptias et absurda multa inter legendum deprehendere poterit, sed tollere et corrigere neque poterit neque audebit, quia erroris originem excogitare et perspicere non potest. Quis enim, qui circumspecto iudicio est et ab omni temeritate ingenio et natura alienus, quales multi dantur apud nostrates, in animum inducet pro ἢ emendare σημείωσαι,

aut *παροιμίαν* pro *πόλιν*, aut *γάρ* pro *γράφεται*, aut *τινές* pro *γίγνεται*, aut *ὡς* pro *καί*, aut *πρός* pro *εἰς*, *κατά*, *καί*, *ὡς*, aut *κατά* pro *ἀπό*, aut sexcenta alia huiuscemodi, nisi haec omnia in Codicibus antiquis aut viderit aut a Bastio, Porsono, Dobraeo, Valckenaerio, Hemsterhusio didicerit eo modo exarari et pingi solere, ut nisi ab acuto et erudito lectore et hoc agente discerni non possint, et ab imperita scribarum natione sexcenties inter se confusa et permutata sint. Serio credere potuerunt eruditi homines et in his unus omnium acutissimus Wolfius in *Prolegomenis ad* Homerum p. CXCII. Criticos quosdam veteres *„uni rei seu vocabulo Poëtae totam vitam insumpsisse"* quod ne tum quidem credibile fuisset si eos ineunte adolescentia raptos esse constaret. Producitur autem testis ex antiquo Marciano Codice Porphyrius ad *Iliad.* I. 90. *ὅλου βίου ἐδέησε Δωροθέῳ τῷ Ἀσκαλωνίτῃ εἰς ἐξήγησιν τοῦ παρ' Ὁμήρῳ κλισίου.* et idem ad *Iliad.* Θ. 325. *Νεοτέλης ὅλον βίον γράψας περὶ τῆς κατὰ τοὺς ἥρωας τοξείας*, quem Wolfius *per totam vitam de ea re cogitasse* suspicatur pag. CXCIII. Compendium scribendi imperite expletum viros doctos elusit. In Codice est *ὅλου ῡ* et *ὅλον ῡ*, id est *ὅλου βιβλίου* et *ὅλον βιβλίον*, ut saepissime legitur *ῡῡ* pro *βιβλία*. Quis credat *β* et *ω* confundi facillime vel potius vix discerni posse, nisi scripturam Codicum semel viderit? Apud Bastium in *Comment. Palaeogr.* Tab. I. vs. 7. videbitur tibi *ἀνέωη* esse scriptum, quod *ἀνέβη* est. Itaque si apud Eunapium pag. 25 dicitur Constantius *κληρωθῆναι τὰ ἐξ Ἰλλυρίων εἰς τὴν ἕβιαν καθήκοντα* ipsam manum scriptoris in *εἰς τὴν ἑώιαν* agnosces, ut nullus dubitationi locus relinquatur. Addam unum tantum: apud Harpocrationem v. *Σκίρον* legimus: *τὸ σκίρον σκιαδεῖόν ἐςι μέγα, ὑφ' ᾧ φερομένῳ ἐξ ἀκροπόλεως πορεύονται ἥ τε τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρεια καὶ ὁ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερεὺς καὶ ὁ τοῦ Ἡλίου.* Absurdum est postremum vocabulum: in insula Rhodo *ὁ Ἥλιος* flaminem habebat et sacra et festum diem, *τὰ Ἁλίεια τὰ μεγάλα*,

quae in Dicaearchi *βίῳ τῆς Ἑλλάδος* (in Hudsoni *Geogr. min.* II. p. 11.) Comicus Atheniensis ridet his versibus:

τὰ γὰρ Ἀλίεια τὰ μεγάλ' εἰς χολήν μ' ἄγει,
τὸ δ' ἁλιακὸν ἔτος με μαίνεσθαι ποιεῖ.
ὅταν δὲ τὴν λευκήν τις αὐτῶν πραέως
ἁλιακὸν εἶναι ςέφανον εἴπῃ πνίγομαι.

Nihil horum umquam Athenis viderat. Quid multa? emendandum est *καὶ ὁ τοῦ Ἀπόλλωνος*. Vetus est sigla, quae aut *ἥλιος* aut *Ἀπόλλων* significat, nonnumquam et *Ἀπολλώνιος*. Vide omnino Gaisfordum ad Hesiodum in *Poëtis Graecis Minor*. T. I. p. 113. Subiiciet eam oculis Bastius in *Comment. Palaeogr.* Tab. VII. 4. in verbis *ὁ Ἀπόλλων (ἥλιος) ὑπὸ τῶν Κρητῶν οὕτω λέγεται*, in quo loco Bekkerus in *Anecd.* p. 344, 10 *ὁ ἥλιος* scripsit, melius Ruhnkenius ad Vell. Paterc. p. 15. *ὁ Ἀπόλλων*. Eandem monstrabit Gaisfordus in *Specimine Codicis Dorvilliani* ad Etymol. Magnum, et in Stobaei *Lectionibus e Cod. Ms. Vindob.*, quas addidit *Eclogis Physicis*, Tom. II. pag. 904. Ruhnkenium melius legisse *Ἀπόλλων* quam *ἥλιος* Bekkerum collegeris ex Harpocratione v. *Θεμιςεύειν*, ubi in omnibus libris est *Θέμιν ἐσχηκέναι τὸ μαντεῖον πρὸ τοῦ Ἡλίου*, ubi olim *Φοίβου* reponebant, nunc Dindorf. ex Epitome *πρὸ τοῦ Ἀπόλλωνος* recepit. Eadem opera emenda *Anecdota* Bekkeri p. 331, 33: *ἰδίους δέ φασιν εἶναι (τοὺς ἀγυιᾶς) Ἡλίου*, imo vero *Ἀπόλλωνος*, ut recte apud Harpocrationem scribitur v. *Ἀγυιᾶς*, et iterum in *Anecdotis* p. 443, 31: *οἱ δικαςαὶ τρεῖς θεοὺς ὤμνυον, Δία, Δήμητραν καὶ Ἥλιον*, ubi certa emendatione repone *Δήμητρα καὶ Ἀπόλλωνα*. *Δημήτρα* dicebant Graeculi pro *Δημήτηρ*, unde tam saepe foeda barbaries *τῆς Δημήτρας, τὴν Δημήτραν (Δήμητραν)* insinuat sese in Antiquorum libros. *Ἥλιος* pro *Ἀπόλλων* turpissimo vitio irrepsit in scholion ad Euripidis *Alcestin*, quod ex Codice *Vaticano* edidi pag. 273, *προλογίζει ὁ Ἥλιος*, non nesciebant quis in *Alcestide* prologum ageret, sed ipsi inter scribendum alias res agebant. Hinc factum est, ut Sol nonnum-

quam in libris totus deficeret omisso prorsus compendio, quod expedire scribae non possent, ut apud Strabonem I. p. 4, ubi legitur nunc: *εἰς ὃν καὶ ἐξ οὗ τὰς δύσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς ποιεῖται* pro *ποιεῖται ὁ ἥλιος*. Quidquid igitur est huiusmodi, et permagna est ubique copia, quis umquam emendabit nisi is, qui diu et multum libros Graecorum manu scriptos triverit aut Codicum vicem Palaeographicis observationibus aliorum suppleverit? Quantum sit in ea re boni discipulis meis sedulo demonstrare soleo et hac potissimum de causa has *Varias Lectiones* coepi conscribere. Institui haec primum scripto mandare, ut amicis quibusdam meis gratum facerem rogantibus, ut sibi aliquid impertirer, quod in Diarium Philologicum reciperent de Musarum matre nominatum et etiam alio nomine Musis, ut opinor, non ingratum: deinde reliqua in dulci Feriarum otio perfeci. Delegi operis formam et rationem huiusmodi, ut possem horis subsecivis et, si quid daretur otii, et interrumpere telam et redordiri, facile intermittere institutum opus, et ad alia transire, et novum argumentum attingere, et digredi, sicubi videretur, a proposito, et omnino, quum vitam tam occupatam et exercitam muneribus Academicis habeam, liberum et expeditum scribendi genus sequi placuit, ut de rebus diu et multum mihi olim perpensis meo arbitratu etiam minus otiosus aliquid scriptitarem. Interea Meinekii Alciphron et Lucianus Bekkeri prodierunt. Usus sum hac occasione, ut in utroque ostenderem, quid interesset inter Atticos et Atticistas, et aliud esse *Ἀττικιεί* scribere, aliud *Ἀττικῶς*, quam rem affeci magis quam perfeci, quia nunc quidem satis esse visum est paucis rem ostendere et aliorum studia excitare imprimis iuventutis, quae quid sit rectum et sanum et egregium ita optime sentire et animadvertere solet, si cum pravis et aegris et vitiosis componuntur. In scribendo secutus sum naturam meam, ut quod sentirem aperte et libere dicerem. Non minus abhorreo a foeda et abiecta adulatione quam a petulanti et proterva maledicentia. Non nescio

quid viris magnis honoris et reverentiae debeatur, etiam si qua in re impegisse videantur. Nullius laudi et famae invidus obtrecto, εὑρεῖα γὰρ Μουσῶν κέλευθος, et superest in quo nostra omnium industria et ingenium appareant. Est unus et alter quem contemnam, fateor: εἰ τοῦτ' ἔς' ἀδίκημ', ἀδικῶ, sed hos ipsos numquam lacessam aut vellicabo: ut plurimum ne nominavi quidem, idem posthac etiam diligentius facturus. Pervelim omnes meam dicendi libertatem eodem animo ferant, quo ipse alienam semper tuli ac feram. Etiam qui mihi iracunde et odiose responsant non iram mihi umquam, non odium moverunt, sed risum fere aut iocum. Fieri non potest quin semper in nonnullis dissentiamus, et alia aliis placeant ac probentur:

λοιδορεῖσθαι δ' οὐ πρέπει
ἄνδρας φιλολόγους ὥσπερ ἀρτοπώλιδας,

et eum, credo, minime poenitebit qui bellum gesserit ut aliquando pacem compositurus et ut amaturus oderit. Equidem a Meinekio et Bekkero ita saepe dissentio, ut semper meminerim quam bene uterque de Graecis Litteris sit meritus, et cur dissentirem iis argumentis verbisque significavi voluique semper significare, ut nihil de eorum laude detraherem. Eodem animo si quid mihi minus probandum visum est et videbitur, candide aperteque reprehendi et reprehendam. Nollem Meinekius tam tumultuaria opera scriptores Graecos ederet et multas potius mediocres et dubias correctiones effunderet, quam paucas bonas et palmarias delibaret. Mallem Bekkerus veterum librorum bonas scripturas diligenter colligere et ordine explicare et sic de Litteris optime mereri pergeret, quam librorum auxilio destitutus solaque divinandi facultate, qua minus valet, fretus novas editiones celerius quam melius adornaret. Non est magni philologi cito peritura certis et duraturis anteponere, et aequalium plausum ferre malle quam serere quae et alteri saeculo prosint. Praeclarum est quod Plutarchus in *Periclis* vita dixit: ἡ ἐν τῷ ποιεῖν εὐχέρεια καὶ ταχύτης οὐκ ἐντίθησι βάρος ἔργῳ μόνιμον οὐδὲ

κάλλους ἀκρίβειαν, ὁ δ' εἰς τὴν γένεσιν τῷ πόνῳ προδανεισθεὶς χρόνος ἐν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ γενομένου τὴν ἰσχὺν ἀποδίδωσιν, sed hoc quoque egregium dictum socordia hominum turpi macula obscuratum est. Quicumque longo et assiduo labore aliquid perpolire et omnibus numeris perficere et elaborare volet intelliget verum esse: *ὅτι ὁ εἰς τὴν γένεσιν τῷ πόνῳ προδανεισθεὶς χρόνος ἐν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ γενομένου τὸν τόκον ἀποδίδωσιν.*

Scribebam Lugduni-Batavorum
mense Octobri anni MDCCCLIV.

Quod Hippiae non sine aculeo quaerenti: *ἔτι γὰρ σύ, ὦ Σώκρατες, ἐκεῖνα τὰ αὐτὰ λέγεις, ἃ ἐγὼ πάλαι ποτέ σου ἤκουσα;* apud Xenophontem (*Memorab.* IV. IV. 6) respondet philosophorum lepidissimus: *ὃ δέ γε τούτου δεινότερον, ὦ Ἱππία, οὐ μόνον ἀεὶ τὰ αὐτὰ λέγω ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν* [1]), idem mihi sentio usu venire quum post annos propemodum viginti, magnum vitae humanae spatium, hasce VARIAS LECTIONES repetitas et auctas iterum edo in lucem. Quae mihi olim placebant et probabantur eadem nunc quoque sequor et amplector. Nihil mihi Litterarum studiis ut olim sic nunc neque dulcius est neque iucundius et quam ab ineunte aetate in colendis litteris viam ac rationem interpretandi et emendandi tenui eandem aetate provectior retineo. Deferbuit quidem lapsu temporis veluti aestus quidam animi facile exardescentis et ad acriora omnia et calidiora sponte me impellentis valetque *τὸ τοῦ Φερεκράτους* apud Stobaeum *Floril.* 116, 12:

νῦν ἄρτι μοι τὸ γῆρας ἐντίθησι νοῦν.

neque id tamen ita dico, quasi me poeniteat eorum, quae in

---

1) Plato in *Gorg.* p. 490. *Ε. ὡς ἀεὶ ταὐτὰ λέγεις, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. οὐ μόνον γε, ὦ Καλλίκλεις, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν.*

illo aetatis vigore et fervore, aut de rebus aut de hominibus quibusdam tulerim iudicia, namque et ex animi mei sententia candide et sincere sic iudicabam et nunc mihi eadem mens est, sed poteram complura lenius aliquanto et clementius pronuntiare et quamquam τῆς ἀληθείας ἀπρὶξ ἐχόμενος tamen ita dicere ut si quos reprehenderem minus irritarem. Quicumque enim in hac palaestra exercitatus est verissima esse agnoscet quae scripsit Peerlkampius in secunda Horatii editione p. XXXII: *ipse expertus cognovi quam difficile sit in scribendo semper esse tam facilem, moderatum et amicum, ut numquam postea aliquid mutatum velles. Mitius profecto omnes sentimus quam interdum scribimus, disputandi calore incensi: eoque minus huic calori resistimus, quia quasi soli loquimur, nec vocem adversarii praesentem veremur.* Quod si Peerlkampius sentiebat, quo nemo plures et infestiores adversarios nactus est, quid nos facere addecet? Itaque tenebo hoc firmiter postea, quod iam dudum facere studeo, ut cum principibus viris Dindorfiis et Madvigiis, et si qui alii sunt illis pares, libere et μετὰ πάσης παρρησίας contendam, cum caeteris sic agam ut neque ipse alicui sim molestus neque ultro lacessentes iniquiore animo feram. Critica ars suopte ingenio est pugnax et bellicosa, quoniam cum omnibus omnium erroribus vitiisque bellum ἄσπονδον καὶ ἀκήρυκτον perpetuo gerit. Itaque, ut ille ait, *dissentientium inter se reprehensiones non sunt vituperandae, sed maledicta, contumeliae, tum iracundiae, contentiones concertationesque in disputando pertinaces indignae philosophia mihi* (ut mihi philologia) *videri solent* (Cic. *de Fin.* I. § 27). Scio esse complures et intra patriae fines et extra, qui me rodere et allatrare lubenter soleant, esse item alios, quibus me acerbius et odiosius carpere sit iucundum. Fateor me antehac non magno opere his commoveri solitum neque haec multum curare. Nemo erat, cui male vellem, quem odissem, nedum cui inviderem vel obtrectarem: erant quos contemnerem, iterum fateor, sed nemini umquam eorum hac ipsa de causa exhibui

negotia. Querelas, maledicta, etiam contumelias aequo animo ferebam subibatque nonnumquam illud: *βασιλικὸν καλῶς ποιοῦντα κακῶς ἀκούειν.* Multa ne audiebam quidem, id est si quid adversus me paullo protervius vel iracundius scriptum afferebatur aut obiter inspiciebam aut non lecta seponebam. Erant in iis et nonnulli candidi et boni viri, qui natura a studiis criticis alieni Criticorum temeritatem omnia urentium et secantium, quae ipsis Crotone saniora viderentur, ex animi sententia odissent. His equidem semper dedi doque veniam, namque magna est homini erudito calamitas in varia et diffusa lectione iudicio carere, quod olim Ezechieli Spanhemio multisque aliis *πολυμαθεςάτοις ἀνθρώποις* accidisse novimus. Sic igitur olim ante hos viginti annos sentiebam, nunc magis magisque probo et admiror Platonis dictum (*de Legg.* XII. p. 950 B): *χρὴ δὲ οὔποτε περὶ σμικροῦ ποιεῖσθαι τὸ δοκεῖν ἀγαθοὺς εἶναι τοῖς ἄλλοις ἢ μὴ δοκεῖν*, et quod statim addit: *καλὸν — τὸ παρακέλευσμα προτιμᾶν τὴν εὐδοξίαν πρὸς τῶν πολλῶν. τὸ μὲν γὰρ ὀρθότατον καὶ μέγιςον ὄντα ἀγαθὸν ἀληθῶς οὕτω τὸν εὔδοξον βίον θηρεύειν, χωρὶς δὲ μηδαμῶς τόν γε τέλεον ἄνδρα ἐσόμενον.* Haec igitur nunc mihi *εὐδοξία* est instar omnium, quam ut obtineam retineamque facio et faciam quae modo dixi. Contendam meo arbitratu cum illis, quos certo sciam certamina de genere hoc appetere magis quam fugere: caeteros neque umquam citra necessitatem lacessam et, si quando, dabo operam ut neminem pungam vel irritem, reprehendens errores sed errantibus meo iudicio etiam, ubi fieri poterit, sine nominibus parcens. Nam quid impedit, quo minus ita Criticae artis amatores inter nos proeliemur ut in exitu pugnae dicant spectatores:

ἡμὲν ἐμαρνάσθην ἔριδος πέρι,
ἠδ' αὖτ' ἐν φιλότητι διέτμαγεν ἀρθμήσαντε.

Varias Lectiones ne littera quidem mutata repetii, deinde ut liber aliqua nova dote commendaretur Epimetrum addidi, quod inter scribendum ita mihi paullatim excrevit ut nova

editio dimidia fere parte auctior prodeat in lucem. In EPIMETRO autem non idem consilium quod in VARIIS LECTIONIBUS secutus sum. Erat tum mihi propositum ex ALCIPHRONE et LUCIANO potissimum demonstrare quanto opere antiquae Graecae linguae sanitas et integritas et lucida serenitas imminuta esset et corrupta etiam apud eos, qui et sibi et caeteris ἀττικῶς scribere videbantur. Hoc agebam ut ostenderem in quanto errore versarentur homines eruditi quum istos infelices et sero natos Atticorum imitatores nimium patienter, ne dicam stulte, admirarentur. „(LIBANII) *scripta* (iudice Reiskia in praefatione et consentiente Reiskio, acutissimo viro) *tot exquisitis veneribus et Atticis elegantiis nitent ut Attici sermonis norma haberi possint.*" Haec erat tum omnium, nunc etiam multorum, sententia. Libanius *Attici sermonis norma*, ὦ Μοῦσαι φίλαι! Libanius non est scriptoribus Atticis magis similis quam Apollonius Rhodius Homero. Simul ostendi quo iudicii errore multi Alexandrinos poëtas laudibus celebrarent. Ostendi quam nihil esset tribuendum et credendum illis Graecitatis magistris, qui magnam eruditionis speciem prae se ferentes in errores plurimos et gravissimos prae inscitia sese induebant: qui serio et graviter dabant περισΙΓᾶν pro περισΠᾶν, et λέΜΦας: πέπωκας, pro λέΛΑΦας ex Aristophanis versiculo:

τὸ δ' αἷμα λέλαΦας τοὐμόν, ὦναξ δέσποτα.

Palam feci pudendas et incredibiles hallucinationes Hesychii, Moeridis, Harpocrationis, Pollucis, Phrynichi, Photii et aliorum [1]). Multis exemplis indicavi vitiosam Graeculorum συνή-

---

1) Eruditissimus omnium Athenaeus in quam pudendos errores se induerit notum est. In Ephori Codice pro CICΤΦOC alias res agens legit ÇKΤΦOC p. 500 C. et ineptus credidit Dercylidam *propter versutum et callidum ingenium* POCULUM cognominatum fuisse. Idem p. 751 D. in Eupolidis versiculo:

τί γάρ ἐς' ἐκεῖνος, ἀποΠΑΤημ' ἀλώπεκος.

stulte legit ἀποΤΡΑΓημ' ἀλώπεκος et quid esset ἀποτράγημα de nihilo commentus est. Idem p. 326 B. pisces κατὰ ςοιχεῖον enumerans ἐν τῷ Τ posuit Ταυ-

θειαν et *τὴν παρεφθορυῖαν λέξιν*, qua non tantum ipsi utebantur, sed qua veluti contagione scripta veterum implebant et commaculabant: quod ut ostenderem saepius a proposito itinere digressus multos multorum veterum locos, ubi quid mihi memorabile reperisse videbar, *ὁδοῦ πάρεργον* paucis et ad reliqua properans tractavi. Nunc mihi aliud erat consilium. Hoc enim nunc potissimum agebam ut ostenderem, quae esset conditio Codicum Mss., in quibus praeclara antiquitatis monumenta ad nos pervenerint. Operam dedi ut omnibus modis eorum refutarem ineptam opinionem et fere superstitionem, qui vetustissimos libros, membranas veterrimas, venerandas antiquissimae aetatis reliquias, inepti credunt aut integerrimos esse et emendatissimos, aut adeo omni vitio et errore vacuos. Prorsus contra est. Nullus enim superest liber Ms. quantumvis antiquus et integer, qui non sit passim ét vitiosis scripturis commaculatus ét lacunis hians ét alienis additamentis interpolatus: *optimus ille est qui minimis urgetur.* Hoc igitur ut palam facerem multisque argumentis et exemplis demonstrarem in EPIMETRO elaboravi. Omnium primum et nunc et semper censeo longe maximam partem librorum Mss. unde ingens farrago discrepantium scripturarum nullius omnino pretii tamquam in sterquilinium congeritur cum contemtu esse abiiciendam. Nil ego ineptius ac foedius novi quam sunt Editiones quaedam Novi Testamenti, in quibus ineptarum et absurdarum lectionum *μυριάδες* in acervos sunt congestae nemini umquam profuturae, quum Librorum Sacrorum textus, quem vocant, totus sit mendosis et male sanis lectionibus deformatus sed *„ad fidem veterum membranarum.”* Piget me miseretque patriae iuventutis has

---

λωπίας ex Archestrati versiculo:

καὶ νεαροῦ μεγάλου Τ' Αὐλωπία ἐν θέρει ὠνοῦ
κρανίον, ἂν Φαίθων πυμάτην ἀψῖδα διφρεύῃ.

quum *Τ' Αὐλωπία* legere deberet.

quisquilias versare coactae, ut pauculas de stercore gemmas fastidioso labore colligat.

ὦ τάλας ἀνὴρ
ὅστις κακὸν τοιοῦτον ἀγκαλίζεται.

Et miramur paucos esse, qui in studia Critica et Exegetica toto pectore incumbant et in ea re maiorum gloriam tueantur et augeant. Sunt igitur, inquam, plerique omnes Codices Mss. Graeci nulli rei utiles et contemnendi. Paucorum fide standum est, qui antiquissimi sunt omnium et integerrimi. In multis scriptoribus Graecis *unum* solum testem habemus, cuius verba alii atque alii sine fructu et cum novis semper erroribus repetunt. In quibusdam aliis *duo* idonei testes supersunt, quos qui audiverit habet omnia. Nominabo eos, quos ipse perscrutatus sum. Athenaei Codex Marcianus *unicus* testis est et omnium, quae ubique sunt, apographorum archetypus: ex eodem excerpta est Epitome, unde sapit Eustathius. Olim hoc philologis notum feci. Saniores, et Dindorfius ante omnes, verum esse intelligunt: caeteri ambigunt aut contradicunt. Sequens aetas, ut fit, consentiet. Ecquid igitur est stolidius quam apographorum et Epitomes et Eustathii diversas scripturas colligere? Aeschyli et Sophoclis Codex Mediceus est *unicus* testis, unde pendent caeteri omnes, et sunt propterea omnes perinde inutiles. Instar omnium est Platonis Codex Parisinus A, cuius scripturas qui novit caeteris sine damno carebit omnibus. Quid opus est scire quid in Isocratis Codicibus legatur si Urbinatis lectiones cognoveris? Nil curo reliquos libros Demosthenis dum Parisinum S habeam. Quos alios Codices Dionysii Halicarnassensis requiras ubi Chisianus et Vaticanus supersunt? Quos Herodoti, quum omnia utilia scitu insint in Florentino A et Romano R? Itaque, ne plures enumerem, quidquid scripturarum ex aliis libris praeter hosce undique sedulo comportatur, quia usum nullum habet, abiiciendum censeo. *Habent sua fata libelli*, quae in plerisque neque inutile est neque iniucundum scire. Osten-

dam in uno. Quod de humano genere cecinit Horatius:

aetas parentum peior avis tulit
nos nequiores mox daturos
progeniem vitiosiorem,

idem dici potest de quatuor aetatibus Codicum Mss. quibus IAMBLICHI *vita Pythagorae* continetur. Antiquissimus et omnium archetypus Florentinus est multis et ipse vitiis et mendis coopertus et emblematis interpolatus, sed cum reliquis comparatus longe integerrimus. Scatet autem scribendi compendiis omne genus perplexis et intricatis, et est omnino lectu difficillimus, nisi hoc agas et bene Graece scias et quid sanum sit quid non sit ubique inter legendum cogites et sentias. Nihil horum erat in iis, qui libros Graecos tum describebant. Itaque natum est apographum secundum centenis novis mendis et lacunis passim vitiatum, unde propagatum est tertium multo etiam vitiosius, ex quo quartum est progenitum longe longeque deterrimum omnium ac foedissimum. Iam vide mihi quid usu venerit. Primus Editor anno 1598 Arcerius Frisius *quartum* apographum nactus talem editionem dedit ut iure Editor secundus anno 1707 Ludolphus Kusterus scribere potuerit se „*nescire an a renatis literis ullus scriptorum veterum pluribus mendis scatens in lucem umquam exierit.*" Ipse *tertium* apographum nactus centenos errores correxit, sed non minus multos intactos reliquit. Tertius accessit Editor Kiesslingius anno 1815, cui apographum *secundum* reperire contigit, unde nova emendationum seges provenit, sed tamen magna pars mendorum et lacunarum supererat, quae ex ipso archetypo corrigi possunt et expleri, quorum partem in his LECTIONIBUS in medium protuli caetera si qua facultas edendi dabitur alio tempore editurus. Ergo qui aliquando *vitam Pythagorae* ab IAMBLICHO scriptam apparatu critico ornaturus est scripturas Arcerii, Kusteri, Kiesslingii omnes abiiciat necesse est, et quod est ubique in Archetypo scriptum summa diligentia cum pulvisculo exhauriat: in qua re nulla cura, nulla diligentia

nimia esse potest: vel tenuissima indicia ac leve vestigium magnam saepe fraudem aperuerunt et gravem sententiae labem sanaverunt. Tenuissimum punctum, lineola, accentus, spiritus, ι subscriptum saepe ex caligine claram lucem affuderunt, namque ut in bello sic in re critica nihil contemni oportet. Absurdissima quaeque scriptura in vetusto libro et archetypo saepe ad veram lectionem recta te ducet. Ingens exemplorum copia est vel in uno ATHENAEO. Plurima sunt reperta ab aliis, nonnulla ipse reperi, in quibus *τὸ ἐναργές* ferit animum. Editur (vid. V. L. p. 189) *ἀμίαι δύο διατεταγμένοι μέσαι*, in Codice est *διατεταγμαμενοι*, noli contemnere nam in se continet verum *διατετMAμένοι dissectae*. Oblitus est scriba literas *αγ* vitio scriptas punctis notare ut expungendas, quod et ipse alibi sedulo facit et in Codicibus pervetustis saepe vidi. Notavi pag. 535 e PLATONIS Codice A *ἐκηνεγκαμεν* pro *ἐκηνέκαμεν*. Nemo vidit et ad hunc diem sine sensu editur *ἐκηνέγκαμεν*. Legebatur apud DIODORUM Comicum Athen. p. 239 D. *δώδεκ' ἄνδρας — τοὺς ἐκ δυοκῶν γεγενότας*, archetypus *δυοκῶν* habet, poëta *δύ' ἀστῶν* dederat. ION ibid. p. 267 D. dixisse putatur:

εἶμοι δόμον, εἰκέτα, κλεῖσον,

sed in archetypo est *ιειμοι*, id est IΘI MOI *ἴθι μοι*. Apud IAMBLICHUM *de* V. P. § 197. (Ἀρχύτας) *ἐκ στρατείας νεωστὶ παραγεγονὼς, ἣν ἐστρατεύσατο ἡ πόλις εἰς Μεσσηνίους*, archetypus exhibet *μεσαηνιους*. Noli contemnere, nam ducit ad verum *Μεσσαπίους*. Adde his quae adscripsi ad Orat. *de arte interpr.* p. 61 sqq. quibus adiicere iuvat duos locos absurdos et sensu vacuos, quia in uno *ἰῶτα* subscriptum periit, in altero spiritus lenis conversus est in asperum. Editur in epistola Graeca Frontonis pag. 257 Naber. *ἀχρήϊοι* (leg. *ἄχρηστοι*) *δὲ οἱ ἔρωτοι τοῖς ἔντως καλοῖς οὐδὲν ἥττον ἢ τοῖς δικαίως ἐπαινουμένοις οἱ κόλακες. Ἀρετὴ δὲ καὶ δόξα καὶ τιμὴ καὶ κέρδος.* Intelligisne ultima? non opinor. Leg. — *οἱ κόλακες, ἀρετHI δὲ καὶ δόξα κτέ.* „*virtuti*, inquit, gloria et honos et opes inutilia sunt." Apud Libanium legitur vol. III.

p. 260: *οὕτω γὰρ αἰσχύνης ἐς τὸ πρᾶγμα μεσὸν ὥς' οὐχ ὁρώμενος — καταγελᾶται μόνον ἀλλὰ κἂν εἰς οὓς ἀφίκηται.* Ultima sensu cassa sunt: erat OTC, lege *εἰς οὓς* et salva res est. Nihil est autem *πρὸς τὴν ἐνάργειαν* efficacius quam palaeographicae observationes. Accentus gravis ponitur pro syllaba *ον* in libris vetustis ubique, in caeteris ubi vocabulum terminat: itaque *ον* passim aut excidit aut irrepsit, ut in *δέ* pro *δέον*, *ἀντίον* pro *ἀντὶ* et sim. Libanius in Iuliani *ἐπιταφίῳ* vol. I. p. 622. inducit Iulianum mortuum ita ad lugentes amicos dicentem: *εἰ μὲν τὸ συνεῖναι θεοῖς χεῖρον ἡγεῖσθαι τοῦ τοῖς ἀνθρώποις, οὐκ εὖ φρονεῖτε. εἰ δ' οὐκ οἴεσθέ μοι ταύτης μεταδεδόσθαι τῆς χώρας, πάντ' οὐ μόνον ἀγνοεῖτε.* Nihil est *πάντ' οὐ μόνον*. Scin' quid scripserit? Nempe *πᾶν τοὐμὸν ἀγνοεῖτε*. Praeterea scribe *ἡγεῖσθε* pro *ἡγεῖσθαι*. Utrum *ε* an *αι* sit ubique scribendum nostrum est statuere: scribae nil cogitantes semper ea confundunt. Contrario errore peccatum est vol. III. p. 204 de novo professore: *τίς ἔσει ψηφίσματι καὶ κοινῇ γνώμῃ πρὸς ὅρον ἀγόμενος*; sed quia non ad *definitionem* deducitur, sed ad *cathedram* equidem *πρὸς Θρόνον* reposuerim. *Θρόνοι* apud Libanium sunt aut magistratuum aut professorum, et quia *θρ* et *φ* simillimo ductu scribuntur, apud Libanium vol. I. p. 7. pro *θρόνοις ἀρχόντων* ridicule legitur *φόνοις*. Unum locum addam vol. III. p. 196 de Demosthene: *ἔμελλεν εἰς ἄνδρας ἥκων δείξειν ἀφόβως καὶ τοῖς ἄλλοις ὡς οὐκ ἀκίνδυνα ἐτρύφων*. Confunduntur sexcenties inter se *ωι* et *ωσ* et tu ridens repone *δείξειν Ἀφόβῳ tutori suo*. Ergo nihil, prorsus nihil, in bono Codice satis tuto negligitur aut spernitur, neque quisquam Codicibus excutiendis satis est idoneus, qui non semper inter legendum sana a vitiosis discernere possit.

Et vel sic tamen discrepantium scripturarum, quae in vetustissimo quoque libro et archetypo comparent, bona pars sine ullo damno contemni debet et abiici. Sunt ea vitia, ut ita dicam, *orthographica*, quorum in omnibus libris infinita est copia,

quae nulli rei sunt utilia, nihil quidquam faciunt ad rem et nequidquam omnibus oneri sunt et molestiae. Nullum umquam vidi Codicem Graecum, in quo non Є et AI, I et ЄI, Υ et OI stolidissime inter sese permisceantur. Utra sit scriptura verior nulla est apud quemquam dubitatio. Est aliquid inter ἔλεον et ἔλαιον, πεδίον et παιδίον, ἑτέρα et ἑταίρα aliisque millenis de genere eodem, quae tamen in libris Mss. sine exceptione omnibus perpetuo inter se confundi videbis. Itaque nemo sanus dubitat quin nostri sit ubique arbitrii utrum Є an AI scribendum sit definire et statuere. Quid attinet igitur scribarum indoctorum et nihil cogitantium errores in ea re innumerabiles sine ulla ratione, sine ullo fructu colligere? In unico Codice Athenaei tantum non ubique EIOC in IOC depravatum est in ἀριςάρχιοσ et ἐπικούριοσ et similibus omnibus. Nonne satis est id semel in praefatione notari? Ἀσφάλειος solum Graecum est et καθάρειος, ut μεγαλεῖος. Ubique incides in vitiosas formas Ἀσφάλιος et καθάριος. Φιλόνικος verum est et φιλονικία et φιλονικεῖν, fere constanter in his -νει- legitur, quid ad nos? Est aliquid inter σύ et σοί, μύρα et μοῖρα, librariis perinde est. Ἔρχομαι, ut nunc constat inter omnes, habet imperfectum in Ionia ἤϊα, ἤϊε, ἤϊμεν, ἤϊτε et ἤϊσαν, in Attica ᾖα, ᾖει, ᾖμεν, ᾖτε et ᾖσαν. Perpetuo in his indocti scribae turbant, cur id curabimus ubi semel de vera scriptura constat? Libri minus vetusti semper et ubique τὸ παραγεγραμμένον ἰῶτα omittunt. Cui bono igitur est id ad quemque locum sedulo admonere. Nomina in -εύς apud Herodotum *certo* usu habent -έος et -εῖ, quibus scribae -έως et -ῆος et -εῖ substituunt, quem habet usum id ubique serio commemorare? Certorum librorum descriptores in aliqua vitiosa consuetudine sibi perpetuo constant. Qui Platonis Parisinum A et qui duos antiquissimos Herodoti testes A et B descripserunt *quoties* legebatur adverbium in -τέρω et -τάτω inepte ἰῶτα adscribebant ἀνωτάτωι, προσωτάτωι, ἑκαςάτωι, κατωτέρωι scribentes et similia *omnia*. Num tu putas utile esse id

ubique animadvertere? Quid ego nunc vitia memorem in accentibus commissa aut omissis aut corruptis, in spiritibus, in consonanti perperam geminata aut contra, in syllabis perverse divisis aliisque multis id genus? Sunt denique certa vocabula a scribis perpetuo inter se misceri solita praeter sententiam, praeter dicendi usum, errore ubique manifesto. Estne operae pretium, ubi hoc semel animadverteris, ista omnia identidem in locis integris lectori apponere? Incredibile dictu est quantam sentinam, ubi quis strenue et perite ita facere instituerit, ex apparatu *critico* sit exhausturus. Si quis scribarum errores orthographicos et palaeographicos per certa genera divisos sub uno conspectu posuerit, ea quae nunc dispersa nemini prosunt et taedium nauseamque pariunt inspicienti, collecta in unum claram lucem dabunt veteresque errores tandem radicitus evellent, qui nunc in locis singulis a paucis correcti et refutati numquam ex Graecis scriptoribus exstirpari potuerunt.

Venio iam ad aliam in re palaeographica animadversionem. Quicumque Codicem Graecum praesertim vetustum inspiciet videbit sexcentis locis scripturam veterem, quam prima calligraphi manus dederat, a correctore aut correctoribus erasam eique novam esse substitutam; videbit eorumdem observatiunculas in margine, scholia, varias lectiones, correctiones aut coniecturas: *ἴσως* —, nonnumquam iudicium suum de locis quibusdam adscribunt: *ὡραῖον*, *ἀρεῖον*, *χρηστόν*, *καλῶς*, *ἄξιον*, *ἄξιον τὸ διανόημα*, *ψεῦδος*, *ἀλογία*. *πάσχει τὰ δίκαια* apud Alciphronem. In *Cyropaed.* VIII. 1. 44. *ὅπως ἀναμφιλόγως ἀεὶ ἀνδράποδα διατελοῖεν*, irati lectoris exclamatio est. Dio Chrysostomus ad Corinthios Orat. XXXVII. (Tom. II. p. 123 Reisk.) scripserat: *τὸν Ἴσθμιον* (*Ποσειδῶνα*) *τὸν ἀγωνοθέτην τὸν ὑμέτερον Μόμμιος ἐκ βάθρων ἀνασπάσας ἀνέθηκε τῷ Διὶ ἄνθρωπος ἀπαίδευτος καὶ μηδενὸς τῶν καλῶν πεπειραμένος*, exarsit ad haec lector nescio quis et in ora libri adscripsit: *Φεῦ τῆς ἀμαθίας! τὸν ἀδελφὸν ὡς ἀνάθημα!* quae nunc post *ἀνέθηκε τῷ Διί* inserta

pe. Omnes legimus. Multa passim et olim et nunc de genere hoc ex librorum marginibus in textum stulte recipiebantur, et nunc. *ut dicam ἐν.* etiam stultius, ubi deprensa fraus est, tamen retinentur. Si autem *correctores* essent eo nomine digni, habenda esset ut magna gratia quod optimos scriptores aliqua parte membrorum liberassent. Nunc fere mirum dictu) nutra est: nec vetera tuta tollunt sed nova important. Ante hos paucos dies quum per ferias Parisiis excurrissem tres Codices omnium optimos et celeberrimos, Platonis A. Demosthenis S et Aeschinis Coislinianum F in summo eo diligentissime animum meum explicavi, et ante omnia Correctores quid egerint, qui designaverint, quanta maxima potui cura et industria investigavi. Utique eorum fraudes ex inscitia manus impressa vestigia et manifesta mendacia deprehendi. Saepe scriptura primae manus ita erasa est ut in litura tamen pellucent appareatque si quis oculos habet et hoc agit. Quod in libris *de Rep.* antea videram, nunc in Platonis *Legibus* et in Demosthenis et Aeschinis orationibus et in Lysiae *Funerali* qui in Coisliniano Codice inest) idem animadverti. Eraditur vera, pulchra, antiqua, Attica lectio, ut falsa et vitiosa et vulgaris *ἐκ τῆς κοινῆς* supponatur. Deletur scriptura vetus simplex et genuina, ut ex aliquo interpolato libro mendosa et manifesto falsa in eius locum substituatur. Dixi iam aliquid de eo correctore, qui libros *de Republica* novis vitiis inquinavit. Fuerat *ἀκαιρο* *ἀκαιρο*, *ἀκαιρο*, *τοῦτο ἀκαιρο*. fol. 7. reliquit: *τοῦ ἐγὼ ἔφη*, si *ἐγὼ* vellet. *ἀλλο πρόσωπον*, nunc adverbium esse ratus non attigit, sed mox *εἰ τὸ ἀλλοῖα* in *ἀλλοῖα* corrupit, ut illa in *ἀπόκρυφα* et *ἀκαιρο* depravavit. et fol. 58 *ἀκάκω* in *ἀκάκω*. Prima persona *ἐ* *ἐστι* servata est fol. 67. *ἐ ἀκαρδία πᾶν ἀπ' τ' ἐ* sed mutatur *ὁ* substituit. Prima manus deleverat fol. 8 *εἰ μὲν γὰρ ἐγὼ ἐν. ὁ ἀκαιρ. ὁ*, sed vetus Scholion in margine: *ἀντὶ τοῦ ἐγὼ ἀκαιρ.* deleverat *ἐ* in antiquiore libro falsae, et illorum verba ex scriptura memoriam a Proclyro furtam

Atticam ἦ exemplis confirmante cf. *Nov. Lectt.* p. 187. Prima manus ubique πῶμα dederat, corrector πό- rescribit. Eadem dedit χαλκῆς, βασιλῆς, γονῆς, δρομῆς, omnia in -εῖς corrector refinxit, γραφῆς evasit fol. 61. Secundae personae passivorum omnes in -ΘΙ exibant ἀποκρινεῖ, ψεύδει, εἴσει, ἀκριβολογεῖ, ἡγεῖ, αἱρεῖ, διανοεῖ cett. corrector ΘΙ eraso ubique ΗΙ supposuit, nisi quod intacta reliquit ἁμαρτήσει et ἐρήσει fol. 63 et 67. In fol. 78 ποίει τοὺς λόγους errore scriptum pro ποιεῖ non attigit. In fol. 38. μήποτε αὐτοὺς λήσΘΙ mutavit in λήσΗΙ, quod barbarum est. Οὐκ ἐτός bis fol. 36 et 93 convertit in οὐκ ἐτῶς, quod nihil est. Idem doctus corrector διωκάθειν reponit pro διωκαθεῖν fol. 21, ὅπως μήποτε δόξῃι pro δόξει fol. 31, οὐκ ἔχειν ὅ τι λέγουσι pro λέγωσι fol. 63. ἀνεκάκχασε pro ἀνεκάγχασε fol. 7. μὴ ἀποκρίνομαι pro ἀποκρίνωμαι fol. 7. ἀπορῶ ὅ τι χρήσομαι pro χρήσωμαι fol. 18. ἐφιπτάμενοι pro ἐπιπτόμενοι fol. 17. et ut aliquando finem faciam fol. 112. prima manus dedit πλὴν οὗ ἔδε οὐκ ἐᾶν, debebat ex ΘΔΘ facere ἓ δὲ οὐκ ἐᾶν. Quid corrector? ἔδε in ἔδει mutavit. Nihil est his hominibus futilius. Scriba dedit fol. 7. (pag. 343 A) εἰπέ μοι, ὦ σώκρατεσ, τήθη σοί ἐςιν, errore pro τίτθη, et docte annotavit: μάμμη ἡ πρὸς πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ.

Neque tamen intra hos fines indocta correctorum temeritas constitit. Leve fuisset ac facile reparabile damnum: sed eosdem video veteres scripturas integerrimas ex deterioribus libris stulte interpolantes. Dabo nonnulla exempla ex vetustissimo Aeschinis Codice Coisliniano. In *Timarchea*, § 4. vetus liber dederat fol. 77 R.

εὖ δ' ἴςε ὦ ἀθηναῖοι ὅτι τὰ μὲν τῶν δημοκρατουμένων σώματα καὶ τὴν πολιτείαν οἱ νόμοι σώζουσι· τὰ δὲ τῶν τυράννων καὶ τῶν ὀλιγαρχιῶν ἀπιςία καὶ ἡ μετὰ τῶν ὅπλων φρουρά· φυλακτέον δὴ τοῖς μὲν ὀλιγαρχικοῖς καὶ τοῖς τὴν ἄνισον πολιτείαν πολιτευομένοις τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλύοντας

ὑμῖν δὲ τοῖς τὴν ἴσην καὶ τὴν ἔννομον πολιτείαν ἔχουσι τοὺς παρὰ τοὺς νόμους τι λέγοντας ἢ βεβιωκότας. ἐντεῦθεν γάρ κτέ.

Corrector βεβιω retinet κότας eradit et minutissimis literulis inserit βεβιωκότας κολάζειν. et loci sententiam et compositionem funditus evertit. Unde natum putemus importunum κολάζειν? Nempe in proxima vicinia in Coisliniano scriptum est: τοὺς δὲ μὴ πειθομένους κολάζϵϹΘΑΙ, vitiose pro κολάζϵΙΝ. Deinde vera lectio κολάζειν in margine apposita alieno loco adhaesit. Continuo sequitur: ἐντεῦθεν γάρ

ἰσχύσετε ὅτ' ἂν εὐνομῆσθε καὶ μὴ καταλύησθε ὑπὸ τῶν παρανομούντων.

Ex ultimo vocabulo corrector νομούντων eradit scribitque minutis literis νομούντων καὶ ἀσελγῶς βιούντων, et alienum pannum, cum gravi vitio in βιούντων, Oratori assuit, ut suo loco ostendimus. Non est nunc nec tempus nec locus multo plura de genere hoc ex veteribus membranis expromendi. Dabitur posthac copia ut omnia ordine proferre et explicare possim. Nunc hoc potissimum agebam ut in clara luce ponerem quam caute et circumspecte Graecis Codicibus etiam celebratissimis et emendatissimis sit utendum. Non poteram nobiliores adhibere quam Isocratis Urbinatem, Demosthenis Parisinum S, et Parisinum A Platonis, qui omnes quum mendis erroribusque scateant, hient lacunis, et futilibus sciolorum additamentis interpolati sint, quales tandem reliquos esse censeamus? Itaque νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιςεῖν. Non tantum adversus tyrannos, ut dixit Demosthenes, sed etiam adversus scribarum et sciolorum fraudes acerrimum telum est ἡ ἀπιςία. Etiam in hoc errorum genere, quod ex interpolatione ortum est, deprehendendo refutandoque nihil est fructuosius quam scribarum fraudes *in re eadem locis diversis* repetitas inter se componere, cuius rei operae pretium est luculentum exemplum ex Demosthene proferre. In omnibus Demosthenis Codd. legitur pag. 611, 15 διὰ μέντοι τὴν αὐτοῦ βδελυρίαν καὶ θεοῖς ἐχθρὰν αἰσχροκέρδειαν, praeterquam in uno omnium optimo, qui

exhibet: καὶ θεοῖς ἐχθρίαν omisso αἰσχροκέρδειαν. Fuerat olim ΘΕΟΙCΕΧΘΡΙΑΝ, id est θεοισεχθρίαν, formatum ex θεοῖς ἐχθρός ut ἀνδραγαθία ex ἀνὴρ ἀγαθός et καλοκαγαθία ex καλὸς κἀγαθός multaque alia eiusdem analogiae exempla sunt. Nesciebant hoc Graeculi, itaque θεοισεχθρία perierat. In Aristophanis Creticis (*Vesp.* vs. 418)

ὦ πόλις καὶ Θεώρου θεοισεχθρία,
κεῖ τις ἄλλος προέσηκεν ἡμῶν κόλαξ,

iugulato metro simul et sententia dederant θεώρου θεὸς ἐχθρία, sed felix Bentleii acumen *restituit rem.* Iam vero tu mihi ad hanc lucem inspice locum Demosthenis pag. 761, 15. οὐδεμίαν γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοις ἄλλην πρόφασιν ἢ τὴν σεαυτοῦ θεοῖς ἐχθρὰν αἰσχροκέρδειαν, in qua scriptura omnes libri consentiunt, at nonne luce clarius est etiamnunc ΘΕΟΙCΕΧΘΡΙΑΝ veram lectionem esse, qua semel in θεοῖς ἐχθράν corrupta nescio quis *corrector* Musis iratis αἰσχροκέρδειαν de suo addidit?

Multo etiam plus damni quam inficeta emblemata, quae semel deprensa statim nocere desinunt, Antiquorum scriptis lacunae veteres attulerunt, quas animadvertere saepe facile est, explere et amissa excogitare non nisi perraro paucis contingit. Etiam huius rei exemplum proferre iuvat. Themistius Orat. XI. pag. 180 Dind. celebrat aquas a Valente Constantinopolim ductas his verbis: καὶ δὴ ἐγὼ Νίκας ΜΕΝ καὶ Ἔρωτας ἐπτερωμένους οὔτε ἐν χαλκῷ οὔτε ἐν λίθῳ οὔτε ἐν χρώμασιν εἶδον, μόναις δὲ ΑΡΕταῖς βασιλέως καὶ πτερὰ ἐνέφυσεν ὁ θεός· ὠκύτερον γοῦν καὶ νοήματος ἡμῖν ἀφικνοῦνται. Atra caligine hic locus premetur donec eum sic et expleveris et emendaveris: καὶ δὴ ἐγὼ Νίκας ΜΕΝ καὶ Ἔρωτας ἐπτερωμένους (πολλάκις ἐθεασάμην, Νύμφας ΔΕ ἐπτερωμένας) οὔτε ἐν χαλκῷ οὔτε ἐν λίθῳ οὔτε ἐν χρώμασιν εἶδον· μόναις δὲ ΑΡΑ ταῖς βασιλέως καὶ πτερὰ ἐνέφυσεν ὁ θεός. vides cur pars verborum perierit.

Quanto opere autem huiuscemodi studiis et acuatur ingenium et pulchri sensus alatur quid multis attinet dicere? Ut nunc

est, ubi simul et Demosthenes acerrimis verbis Philippum insectatur et ludimagister inficetam observatiunculam interponit de suo, ἀναισθητοῦμεν. Vide mihi locum in oratione περὶ τοῦ στεφάνου p. 239. § 40. ubi recitatis Philippi literis Orator exclamat: ἀκούεθ' ὡς σαφῶς δηλοῖ καὶ διορίζεται ἐν τῇ πρὸς ὑμᾶς ἐπιστολῇ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ συμμάχους ὅτι „Ἐγὼ ταῦτα πεποίηκα „ἀκόντων Ἀθηναίων καὶ λυπουμένων, ὥστ', εἴπερ εὖ φρονεῖτε, „ὦ Θηβαῖοι καὶ Θετταλοί, τούτους μὲν ἐχθροὺς ὑπολήψεσθε, ἐμοὶ „δὲ πιστεύσετε." οὐ τούτοις τοῖς ῥήμασι γράψας τοῦτο δὲ βουλόμενος δεικνύναι. In his ipse Demosthenes magna voce dixit: ἀκούεθ' ὡς σαφῶς — ἐμοὶ δὲ πιστεύσετε, tum voce tenui et stridula ludimagister loquitur et ita dicit: οὐ τούτοις τοῖς ῥήμασι γράψας τοῦτο δὲ βουλόμενος δεικνύναι. Similia his passim te inter legendum nisi cavebis ludificabuntur, sed quia nullus Graecus scriptor hoc mendorum genere magis est inquinatus quam Aeschines, huius potissimum tres nobiles orationes delegi, in quibus communem illam veterum librorum labem patefacerem et ut in apertissimis fraudibus confutarem. Non arbitror fore ut omnia multis probem et assensum extorqueam: sunt tamen in iis complura tam certa et ἐναργῆ ut mirer quo pacto infringi redarguique possint, sed de ea re aliorum iudicium esto. Malo hisce omnibus unum tantum emblema addere ex Platonis *Gorgia*, quo magis mirificum et ridiculum lectoris additamentum vix credo in caeteris omnibus Atticis scriptoribus reperiri. Locus est pag. 505 C. ubi Callicles ineluctabili Socratis argumentatione ad incitas redactus stomachabundus exclamat: οὐκ οἶδ' ἅττα λέγεις, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἄλλον τινὰ ἐρώτα, οὐδέ γέ μοι μέλει οὐδὲν ὧν σὺ λέγεις καὶ ταῦτά σοι Γοργίου χάριν ἀπεκρινάμην, quae quum olim nescio quis legeret delectatus Socratis argumentatione et Calliclis intolerabilem arrogantiam et impudentiam tam probe castigari impense gaudens in libri sui margine adscripsit: οὗτος ἀνὴρ σὺχ ὑπομένει ὠφελούμενος καὶ αὐτὸς τοῦτο πάσχων περὶ οὗ ὁ λόγος ἐστὶ κολαζόμενος. Vide nunc quid usu

venerit. Irrepsit illa annotatiuncula in textum et in mediam Calliclis orationem absurdissime recepta est. Itaque nunc Socrates, unus omnium mortalium urbanissimus, ea verborum acerbitate et importunitate usus esse creditur ut nihilo esset nequissimo Callicle melior. Calliclis enim importunitas et vecordia maxime cernitur in eo quod dixit p. 489 B. *οὑτοσὶ ἀνὴρ οὐ παύσεται φλυαρῶν*, cui similia qui Socratem existimat dicere potuisse, cum eo equidem de qualibet alia re quam de Platone interpretando vel emendando disserere malim. Hoc unum urgeo in tali re nihil agere qui *veterum membranarum venerabilem auctoritatem ac fidem* veluti machinam admoveat. Hoc egi ut ista *ψευδομαρτυρίων* vana et inanis auctoritas destrueretur, et sanae mentis libera agitatio ne hisce superstitionis vinculis constringeretur, impense probans Platonis sententiam (*de Legg.* IX. p. 875. c.): *ἐπιστήμης οὔτε νόμος οὔτε τάξις οὐδεμία κρείττων οὐδὲ θέμις ἐστὶ νοῦν οὐδενὸς ὑπήκοον οὐδὲ δοῦλον ἀλλὰ πάντων ἄρχοντα εἶναι, ἐάνπερ ἀληθινὸς ἐλεύθερός τε ὄντως ᾖ κατὰ φύσιν.*

Scribebam Lugduni-Batavorum
m. Augusto MDCCCLXXIII.

CAPUT I.

Ad medicinam melius et certius factitandam non mediocriter utile est scire quibus in rebus is qui aegrotat peccare solitus sit, quo et causa morbi facilius reperiatur et ad eam medendi ratio accommodetur. Sic et iis, qui se veterum scriptorum quasi medicos quosdam esse profitentur, nosse expedit quibus potissimum modis veteres librarii peccare soliti sint, ut latentia ulcera, quae in optimis quibusque scriptoribus inveterarunt, sagacius deprehendant. Haec praefatus Muretus in *Variis Lectionibus* XIV. 16 eximias quasdam expromsit emendationes, quas ex diligenti observatione veterum codicum non reperit aut excogitavit, nam haec quoque πουλυμαθίη νόον οὐ διδάσκει, sed tam certas dedit et exploratas, ut ne Carneades quidem dubitare possit. Ex eodem observationum genere ut quisque plurimum critica arte, id est acuto iudicio et eruditione sana valuit, ita plurima feliciter et ingeniose reperta tam certa et manifesta dedit, ut nemo sit criticae *emendatricis* et *coniecturalis*, quam vocant, tam acer obtrectator, quin iis lubentissime nobiscum utatur. »*Centum minimum diversis modis*, ut scribit Valckenaerius, in hoc quoque genere summus artifex (in *Diatr.* p. 277), *peccarunt librarii veteres, quos omnes in numerato habuisse magnam adfert vitia librorum antiquorum sanaturis utilitatem.*" Deinde de magna copia triplex errorum genus indicat et exemplis tam luculentis et certis hanc palaeographicam rationem confirmat, ut facile vicerit quod ab initio posuerat: *in uno hoc, si quis ita ve-*

lit, coniecturali genere studiorum, hac tamen parte Mathematicos imitamur. Facile credimus viro summo, quo nemo vixit a κενοδοξίᾳ alienior, quum addit: *paucis forte poteram exemplis novis centum diversos errorum fontes iuvenibus harum rerum studiosis demonstrare*, quod quamquam istic supersedit facere, nullo negotio quilibet ex scriptis VALCKENAERII centenos fontes aperuerit errorum, unde certis vitiis certa medicina afferri possit. Quandoquidem apud me longo usu satis constat nihil esse hac palaeographica ratione efficacius et ad eximendos errores, quos in omnibus veterum monumentis inepta scribarum natio sexcentos commisit (quos tamen plerique nimium patienter ferimus aut extenuamus aut excusamus, multi ne suspicantur quidem), et imprimis ad excitanda et acuenda ingenia eorum, qui nescio quomodo iudicio suo vim malunt afferre quam ab auctoritate membranarum vetustarum vel latum unguem discedere, quandoquidem igitur haec apud me satis constant, iuvat et ipsum fontes nonnullos aperire errorum ac docere quemadmodum eadem passim mala eadem medicina sanare possis, ut ex uno loco recte et feliciter restituto possint loci alii complusculi, quoniam morbo laborant eodem, eadem opera prope dixerim restitui et persanari. Luculentum exemplum huius rei iam statim expromam, unde coniectura fiat de reliquis. In LUCIANI codicibus legebatur (in *Dial. Mortuorum* X. Tom. I. p. 374): πέτασον τὸ ἱςίον, εὔθυνε, ὦ πορθμεῦ, τὸ πηδάλιον, εὖ πάθωμεν. VALCKENAERIUS verum vidit: εὐπλοῶμεν. *Diatr.* p. 281. Applausum est, in ordinem receptum est, confirmavit, si huiusmodi emendatio etiam confirmari potest, codex optimae notae, *Gorlicensis*, diu post excussus. Quis est, qui huius loci non immemor non statim correxerit poëtae locum in STOBAEI *Florilegio* CV. 29.

τοῖς εὖ παθοῦσιν ἀντιπνεύσασ' ἡ τύχη
τὰ πάντα συγχεῖ· πάντα ναυαγεῖν ποιεῖ..

Satin certum videtur revocandum esse εὐπλοοῦσιν? deinde si κἄτα ναυαγεῖν refinxeris ipsa perelegans allegoria ex eo naufragio evaserit. ΛΟ an ΑΘ esset scriptum in vetusta membrana librarii antiquiores neque oculis satis cernebant et ὁ νοῦς παρὼν ἀπεδήμει. Habeant enim haec aliquid excusationis, ut quae

doctissimos viros diu luserint, at quid iis facias, qui apud STRABONEM III. p. 172. τὴν ἀντίπλοιαν dederint pro ἀντιπάθειαν, aut in ANTIPATRI dicto apud STOB. *Floril.* CXX. 35 τὴν ἐκ Κιλικίας αὐτῷ γενομένην εἰς Ἀθήνας εὐπάθειαν pro εὔπλοιαν. Arguunt hi loci, quod innumeri alii confirmant, in vetustis libris ΕΥΠΑΘΙΑΝ et ΑΝΤΙΠΑΘΙΑΝ scribi solere pro -ειαν, quare non est trepidandum, si quando perveteris scripturae vestigia rimeris, quum ι solum apparet, ubi ει *Graecum* est. Prosit hoc LYSIAE, apud quem nunc *Orat.* IX. § 2 reus sic ad iudices: εἰ μέντοι ὑμᾶς οἴονται δι' εὔνοιαν ὑπὸ τῶν διαβολῶν πεισθέντας καταψηφιεῖσθαί μου οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, inepte, ut nihil supra. Novum est hoc εὐνοίας genus, qua iudex innocentem opprimit. Repone εὐήθειαν, quod ΕΥΗΘΙΑΝ scriptum peperit ioculare illud εὔνοιαν. Εὐήθης et εὐήθεια in ea re trita sunt, Cf. LYS. XII. § 87. Eiusdemmodi complura facile est ex assidua observatione codicum colligere, quibus inest ea πειθανάγκη, quae certas emendationes ab incertis correctionibus distinguit. Emendavit nuper pulcherrimum PLATONIS in *Protagora* locum CAROLUS BADHAM, qui verae criticae laudem apud populares suos vindicat et tuetur (in *Praefat. ad Plat. Phaedrum* p. IX), sed levis error, in quem implicatus est, τὴν ἐνάργειαν sustulit. PLATONIS verba sunt in PROTAGORAE suavissima fabula p. 321. A. πρὸς τὰς ἐκ Διὸς ὥρας εὐμάρειαν ἐμηχανᾶτο ἀμφιεννὺς αὐτὰ πυκναῖς τε θριξὶ καὶ στερεοῖς δέρμασιν ἱκανοῖς μὲν ἀμῦναι χειμῶνα δυνατοῖς δὲ καὶ καύματα καὶ εἰς εὐνὰς ἰοῦσιν ὅπως ὑπάρχοι τὰ αὐτὰ ταῦτα στρωμνὴ οἰκεία τε καὶ αὐτοφυὴς ἑκάστῳ καὶ ὑπὸ ποδῶν τὰ μὲν ὁπλαῖς τὰ δὲ θριξὶ καὶ δέρμασι στερεοῖς καὶ ἀναίμοις. In his ὑπὸ ποδῶν corrupta sunt. Rem acu tetigit BADHAM, qui brevissime l. l.: »pro ὑπὸ ποδῶν l. ὑποδέων. Cf. supra ἀμφιεννύς" at nemo dixerit quomodo ὑποδέων in ὑπὸ ποδῶν depravari potuerit. *Athenienses* autem non dicebant ὑποδέων sed ὑποδῶν, res certa est et nota. Sic λήροις ἀναδῶν τοὺς νικῶντας est in ARISTOPH. *Pluto* vs. 589. non ἀναδέων. Viden igitur quemadmodum ΤΠΟΔΩΝ pepererit vulgatam? Sunt huiusmodi errores admodum veteres, quemadmodum saepe in sequentibus demonstrabo, neque tantum indocti scribae sic hallucinari solebant sed docti, si *Musis* placet, Grammatici subinde non minus mirifice

litterarum uncialium, quas dicunt, ductus et formas paene similes confundebant. Hesychius scribit κατὰ στοιχεῖον·

περίσημον: διαβόητον.

περισιγᾶν: ἀφέλκειν τοῦ προκειμένου.

περισκαίρουσι: περισκαρίζουσι.

Repererat in aliquo libro ΠΕΡΙΣΠΑΝ: quam perite legerit videtis. In erudita συναγωγῇ λέξεων χρησίμων in Bekkeri *Anecd.* I. p. 441 scriptum est:

Ἄπυγα: ἀνήκουστα.

Ἄπυτοι: οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ Θησέως.

Ridebantur *Atheniense*s ΑΠΥΓΟΙ et λισπόπυγοι. In Platonis fragmento 180 ap. Meinek.

σκελετός, ἄπυγος, καλάμινα σκέλη φορῶν.

libri ἄπυιος dederunt. Nemo autem frequentius et turpius sic peccat quam Photius, in cuius *Lexico* haec prostant:

φλήναφος: μωρολόγος.

φλιεῖ: μιμητικὸς ἦχος τῶν γαμψωνύχων.

φλιοῦντα: ἀρρενικῶς οἱ Ἀττικοί.

decepit eum scriptura ΦΝΕΙ et pro N visus est sibi videre ΑΙ. Idem θάρνυσθαι bona fide dedit pro θόρνυσθαι. εὐθυμοσύνη: τάξις pro εὐθημ., κήνυγμα (κίν.), κήτταν (κίτ.), κνεόμενον (κναι.), καινοτάφια (κεν.), κυνοπίς (-ώπης), κυνόπιδος (-νώ-), κυρίσαι (κύσαι), λάβρα (λαῦρα), μαντινοσύνων (-τοσυνάων), προημωμένον (προμνώ-), Πτυόδωρος (Πτοιοδ.), σηγάνιοι (σητάνειοι), et, ut cetera omittam, τολόται pro τοξόται.

Quid scribae *faciant*, *peccant ubi talia* docti?

Et sane mirificum est videre, quos illi ludos iocosque faciant quum incertos ductus litterarum uncialium dormitantes sequuntur et vix singula verba intelligentes, sententiae securi. Harpocration annotaverat χιλιωθέντα apud *Oratores* significare χιλίας ὀφλόντα. Librarii ex his ΧΙΛΙΑΣΟΦΛΟΝΤΑ elicuerunt χίλια σοφὰ ὄντα nec quidquam suspicantur mali. Photius scripserat: Στοιχεῖον ἐκάλουν τὴν αὐτῶν σκιάν, ᾗ τὰς ὥρας ἐσκοποῦντο, librarii τὴν ναυτῶν σκιάν supposuerunt. Phrynichus Bekkeri (*Anecd.* I. p. 4, 22) nunc docet: Ἀωρία, οἷον παρὰ τὴν δέουσαν ὥραν, οὐκ ἐπὶ νοητῶν μόνον ἀλλ' ἁπλῶς. Stipitem esse oportet qui nobis νοητῶν scripserit pro νυκτῶν, sed quoniam η et κ

in veteri scriptura *nil* differunt, ut Hesychius in ordinem receperit ἐνιηλᾶν pro ἐνικλᾶν, ἤρινε pro κρῖνε, et sexcenta eiusdemmodi et ipse et ceteri peccaverint, arripit confidenter vocabulum quodlibet. Τίός quia scribi solebat ΤC nonnumquam in ὗς abiit, semel vidi *sues* in *filiosfamilias* conversos apud Apollon. *Lex. Hom.* p. 132. v. ἀνακτορίῃσι. Apud Sextum Empiricum *adv. Grammat.* VIII. § 52. vidi librarios pro ῥίῳ ὑλήεντι ὑψηλῶν ὀρέων ex ΤΨΗΛΩΝΟΡΕΩΝ effinxisse ὑψηλῷ νοερῶν et ita edebatur ante Fabricium. Addam unum exemplum incredibilis incogitantiae, quae viros doctos iocunlariter fefellit. Exstat *Scholion* eximium ad *Odyss.* γ. 71 ex Aristarchi commentariis αὐτολεξεὶ descriptum: — δοτέον δὲ τῷ ποιητῇ τὰ τοιαῦτα. καὶ γὰρ νῦν (*scrib.* οὖν. inserit Buttmannus) αὐτὸν παράγει εἰδότα,

ἀλλά μοι εἴφ' ὅπη ἔσχες ἰὼν εὐεργέα νῆα.

καὶ συνίησιν Ἑλληνίδα φωνήν —. Aristarchus scripserat non νῦν, opinor, multo minus οὖν, sed ναῦν. Istorum igitur scribarum inscitia coniuncta cum incogitantia et socordia, qualem ostendimus, grassatur per omnes scriptos libros aetatis cuiuslibet et pro diversis temporibus diversoque more scribendi diversa genera fudit errorum, in quibus quum sit quaedam constantia et veluti norma, sequitur ut medendi quoque et emendandi quaedam esse debeat analogia, quapropter omnem hanc disputationem ingressi sumus. In ea re hoc primum animadvertendum est scribarum errores, quo sint antiquiores, eo simpliciore et certiore medicina posse tolli. Nondum grassatur temeraria et impudens interpolatio, nondum male seduli correctores suo arbitratu quod non satis capiunt delendo aut addendo refingunt et antiqua scripturae vestigia omnia conturbant. Litterae *quadratae* sive *unciales*, ut nunc pervulgato usu appellantur [1], ocu-

---

1) *Litterae unciales* apud antiquiores uno tantum loco, quod sciam, nominantur Hieronymi in Praefat. ad librum *Iobi* » *Habeant*, inquit, *qui volunt, veteres libros vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos vel* uncialibus, *ut vulgo aiunt*, litteris *onera magis exarata quam codices, dummodo mihi meisque permittant pauperes habere schedulas et non tam pulchros codices quam emendatos*, quem locum qui mihi indicavit Eckhel recte explicat litteras unciales, *quod haberent unciae seu pollicis magnitudinem*, in *Doctr. Numm.* V. p. 4.

los ineruditos hominum aliud agentium fallebant, sed ita fallebant, ut ipsa vitia hinc nata certa vestigia verae lectionis et imaginem quamdam retinerent, obscuram et fugientem illam quidem sed quae acute cernentibus oculis eorum, qui res ipsas et certum dicendi usum teneant, agnosci et pristinam figuram recipere possit et expressa apparere.

Nam praeterquam quod distrahenda coniungunt, coniungenda distrahunt, quae res mirificas turbas dare solet, sed sine ullo damno antiqui monumenti ludit lectores minus acutos, litterarum formas paene similes aut non multum dissimiles ridiculum in modum miscere solent. Α an Δ an Λ sit scriptum aut scribendum nec sciunt nec cogitant, similiter passim Γ et Τ confundunt et Ε, Θ, Ο, C, et Z, Τ, et Η, Ν, ΤΙ, ΙΤ, et Ι, Γ, Τ et Κ, ΙC, et Μ, ΛΛ, ΑΛ, ΛΑ, ΝΙ, et Ν, ΑΙ et Ξ, Ζ et Π, Η, ΤΙ, ΤΤ, ΙΤ, ΓΙ, ΙΓ, et Ψ, Τ, denique omnes hos errores coniungendo et miscendo prope innumeros faciunt.

Nascuntur ex hac socordia aut monstra vocabulorum, quae facile ab omnibus procurantur quia fallunt neminem, aut alia ex aliis mutata repente forma verba *Graeca* apparent. *Animus* qui fuerat necopinato vertit in *fortunam* fitque τύχη ex ψυχή, sequuntur εὐτυχία — εὐψυχία, εὐτυχῶς — εὐψύχως, cetera ad eandem normam. Si magnum est *nil mirari*, iniquus sit qui hanc laudem librariis nolit impertiri. Dicuntur a Dionys. Halic. IX. 29 in praelio occubuisse τῶν ϛρατιωτῶν τινὲς εὐτυχῶς ἀγωνιζόμενοι, Reiskio contra hoc *miserum* videbatur et ἀτυχῶς reposuit, sed veteres sic neque cogitant neque loquuntur. Romani milites de more εὐψύχως pugnaverant. Apud eundem urbs magna et opulenta in unas aedes contrahitur III. 11. ἡ πόλις εἰς ἐλάττονα οἶκον συνῆκται, quod qui non capiet mecum ὄγκον probabit. Nihil est adversus hos errores satis tutum vel munitum. Ipse summus Iupiter in nummo *Cretensi* vertit in articulum et ΖΑΝ Κρηταγενής qui fuerat repente τάν factus est, vid. Eckhel. D. N. II. p. 301. qui τάν *Doricam* formam pro Ζάν esse comminiscitur, quam nemo vidit et nemo videbit. Librariorum autem in hoc genere errores, quamquam numero carere videntur et verborum sic depravatorum varietatem esse credideris propemodum infinitam, tamen in permultis cernitur illa errandi constantia, qua

in iisdem eodem modo peccatur, unde vitium semel deprehensum statim arguitur et alibi delitescens et ex una emendatione nascuntur complusculae, quod non ita dico, quasi illa palaeographica peritia bonas et veras emendationes parere possit, sed ea observandi consuetudo et nonnihil ingenii *vim promovet insitam* et, quod maximum est, certa et explorata et manifesta dare solet. Etiamnunc multi boni viri *Criticam* sive artem sive facultatem aut oderunt aut non amant utique nec probant, suspiciosi nescio quomodo ac veluti reformidantes ne quid apportet mali iis rebus, quibus maxime salvis sit opus et intactis illaesisque. Horum pauci quidam sunt durae et perfrictae frontis, quibus si non in ore est at taciti secum cogitant illud *Aristophaneum: οὐ γὰρ πείσεις οὐδ' ἢν πείσῃς.* His ego non duriter sed per iocum et subridens reposuerim dictum Diogenis: *εἴ σε ἐδυνάμην πεῖσαι ἔπεισά σ' ἂν ἀπάγξασθαι.* At alii sunt permulti clementioris ingenii, quibus *Critica* sordet, ut quae nil afferat quod certum ac stabile sit et necessarium et evidens. His igitur et quicumque amant quod verum est, proponam emendationes nonnullas ex una eademque palaeographica observatione non natas sed, uti opinor, tam exploratas et manifestas, ut nihil desiderent quod fidem facere possit. Ex emendatione Dobraei, qui in paucis sagax et sollers fuit criticus et sanitatem illam popularium servat, quae nil molitur inepte, veluti nectam et suspendam, quae eadem veritatis indicia et signa contineant. Legebatur apud Dinarchum *contra Aristogit.* § 21. p. 137, 32 *σωφρόνων ἐστὶ δικαστῶν — μὴ προδοῦναι τὴν θείαν καὶ τὴν εὔορκον ψῆφον.* Qui criticam aspernantur scire pervelim quaemadmodum *τὴν θείαν ψῆφον*, *divinam* iudicum *sententiam* dici aut cogitari posse existiment. Reiskius festinanter, ut saepe, *εὐθεῖαν* restituebat. Dobraeus in *Advers.* I. p. 315 (ac vide quid levis correctiuncula ab certa emendatione distet) verum vidit: *τὴν ὁσίαν — ψῆφον*, comparatis duobus locis apud Demosthenem, (quibus complures alios, si fuisset opus, adiecisset) hisce: in *Midianae* peroratione p. 587. *τὴν ὁσίαν καὶ δικαίαν θέμενοι ψῆφον τιμωρήσασθε τοῦτον*, et ex oratione in *Everg. et Mnesib.* p. 464. *ὁσίαν καὶ δικαίαν ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν τίθεσθε τὴν ψῆφον.* Videtisne ipsam oratoris manum *τὴν* OCIAN pellucen.

tem ex absurdo errore ΘΕΙΑΝ? Praeterea expungite mihi alterum articulum, ne iudices contra ius binas sententias ferre iubeantur, ut scribatur: τὴν ὁσίαν καὶ εὔορκον ψῆφον. Dobraeus ipse ex huius erroris observatione Aeliani locum in *Variis Historiis* optime restitutum esse admonuit VIII. 1. ubi Socrates non φωνὴν πολλάκις ἔφασκεν ὁσίαν πομπῆς ἐγκεκληρωμένην αὐτῷ sed θείᾳ πομπῇ. Obiter addo συγκεκληρωμένην genuinum esse pro ἐγκ. Quam facile et quam saepe ἐν et σύν fuerint permutata in sequentibus ostendam, nunc ὅσιος et θεῖος et, qui idem prorsus error est, ὁσιότης et θειότης subinde permutata esse docebo. In Isocratis *Busiride* § 26. pag. 226. per multa saecula haec fuit lectio vulgata: πολλὰς γὰρ αὐτοῖς καὶ παντοδαπὰς (τοῖς Αἰγυπτίοις) ἀσκήσεις τῆς θειότητος ἐκεῖνος κατέστησεν. Vera scriptura quamquam in vicinia apparebat. § 28. ἔχοι δ' ἄν τις — πολλὰ καὶ θαυμαστὰ περὶ τῆς ὁσιότητος αὐτῶν διελθεῖν, tamen non prius emersit quam codex optimus Urbinas a Bekkero excussus τῆς ὁσιότητος obtulit. At Plutarcho nullus liber scriptus opem tulit in libro *de Malignitate Herodoti* cap. XII. p. 857. ubi nunc scribitur: οὕτω δὲ φιλοβάρβαρός ἐστιν (Herodotus) ὥστε Βούσιριν ἀπολύσας τῆς λεγομένης ἀνθρωποθυσίας καὶ ξενοκτονίας καὶ πᾶσιν Αἰγυπτίοις θειότητα πολλὴν καὶ δικαιοσύνην μαρτυρήσας ἐφ' Ἕλληνας ἀνεστρέφει τὸ μύσος. Quis multis verbis sibi postulabit demonstrari non esse θειότητα a Plutarcho scriptum sed ΟΣΙΟΤΗΤΑ? Qui mihi hoc dederit non diu repugnabit alterum locum eiusdem scriptoris eodem modo restituenti. In Syllae vita cap. VI: Sylla, inquit, res praeclare a se gestas ad Deos referre solet auctores et quidquid fortiter et strenue gessit εὐτυχίαν τινὰ θείαν αἰτιᾶται. Deinde, ubi huius rei unum et alterum insigne exemplum protulit, ταῦτα μὲν οὖν, inquit, περὶ τῆς θειότητος. Immo vero ὁσιότητος, nisi forte qui Deos pie colit θεῖος pro ὅσιος dici posse videbitur. In Stobaei *Florilegio* LXXXV. 13 ubi scribit Perictyone: κρατέουσα ὧν (γυνὴ) ἐπιθυμίας (leg. — ίης) καὶ θυμοῦ θείη καὶ ἁρμονίη γίγνεται, quis dubitabit ὁσίη revocare, quod in θείη pellucet? Contrarii erroris manifestum exemplum, ut opinor, est in fragmento Sophoclis, quod in Stobaei *Eclog. Phys.* exstat cap. III. 48. Tom. I. p. 130. Heer.

εἰ δεῖν' ἔδρασας δεινὰ καὶ παθεῖν σε δεῖ,
δίκης γὰρ ἐξέλαμψε νῦν ὅσιον φάος.

Recte Gaisfordus nuper codicum scripturam revocavit, quam interpolaverat Grotius:

δίκας δ' ἐξέλαμψε ὅσιον φάος,

nisi quod ἐξέλαμψεν dedit. Repone mecum duos dochmios:

δίκας δ' ἐξέλαμψε θεῖον φάος.

et dirime duo fragmenta, quae male coaluerunt, ut saepe in utroque Stobaei opere factum est. Qui φάος ὅσιον quid sit negant se videre non multo facilius reperient quae sit ὁσία ἀνάγκη in poëtae loco, quem servavit Stobaeus in *Ecl. Phys.* V. 2. p. 154.

Ὁσία δ' ἀνάγκη πολεμικωτάτη θεός.

satisne perspicuum est θεία δ' ἀνάγκη a poëta esse? In Theognide autem vs. 131.

οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι πατρὸς καὶ μητρὸς ἄμεινον
ἔπλεθ' ὅσοις ὁσίη, Κύρνε, μέμηλε δίκη.

cave tangas ὁσίην δίκην, quae ὁσιότητος sive εὐσεβείας vicem iure obtinet. Nihil in hoc loco vitiosum est praeter ἀνθρώποισι, quod qui aurem habent in ἀνθρώποις refingent. Nomen ipsum θεός, quod nemo nescit in antiquis libris ΘC scribi solere et θυ, θω, θν, quamquam omnium nominum est notissimum, tamen saepe scribas fefellit oscitantes. Quale hoc est apud Xenophontem in *Oeconomico* V. § 12. ἔτι δὲ ἡ γῆ θέλουσα τοὺς δυναμένους καταμανθάνειν καὶ δικαιοσύνην διδάσκει· τοὺς γὰρ ἄριστα θεραπεύοντας αὐτὴν πλεῖστα ἀγαθὰ ἀντιποιεῖ, venustissimi loci periit lepos, ne sensus quidem nisi perobscurus quidam ex totius sententiae conformatione elicitur. Codices pro θέλουσα satis constanter θέουσα exhibent, idque apparet ex ΘCOTCA stolide effictum: ἡ γῆ θεὸς οὖσα — τοὺς θεραπεύοντας αὐτὴν πλεῖστ' ἀγαθὰ ἀντιποιεῖ, hoc venustum et *Xenophonteum* est, hoc sanum est denique et verum. Peius etiam mulcatus est locus incerti philosophi apud Stob. *Ecl. Phys.* II. cap. I. 17. πότερον οὖν ὁ ἄνθρωπος αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ πεποιῆσθαί σοι δοκεῖ ἢ πρὸς κοινωνίαν; mirifica sane quaestio ponitur; tu lege: αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ, recte respondetur: πρὸς κοινωνίαν. Ὑπὸ τίνος; ὑπὸ τῆς φύσεως. Τίνος οὔσης καὶ πῶς; διοικούσης τὰ ὅλα. Καὶ πότερον

οὔσης ἢ μή; id est; HEERENIO interprete: *haec vero natura num omnino exsistit nec ne?* Qui sic philosophatur satin sanus esse aut sobrius videatur? Revoca duas litterulas fugientes καὶ πότερον ΘΤΟΥCHC ἢ μή, id est θεοῦ οὔσης, sic demum intelliges cur respondeatur: ταῦτα οὐκέτι ἀναγκαῖον πολυπραγμονεῖν. Quid vetat eadem opera argumentationem CHRYSIPPI iocantis, sed non ineptientis, in integrum restituere, quam incogitantia scribarum plane pervertit apud STOBAEUM in *Florilegio* LXIII. 31. εἰπόντος τινός· οὐκ ἐρασθήσεται ὁ σοφός. μαρτυρεῖ γοῦν Μενέδημος, Ἐπίκουρος, Ἀλεξῖνος. ταύτῃ, ἔφη (ὁ Χρύσιππος), χρήσομαι ἀποδείξει. εἰ γὰρ Ἀλεξῖνος ὁ ἀνάγωγος καὶ Ἐπίκουρος ὁ ἀναίσθητος καὶ Μενέδημος, οὐ φησὶν ἐρασθήσεται ἄρα. Parcam verbis et locum sanatum apponam: τῇ αὐτῇ, ἔφη, χρήσομαι ἀποδείξει, εἰ γὰρ Ἀλεξῖνος ὁ ἀνάγωγος καὶ Ἐπίκουρος ὁ ἀναίσθητος καὶ Μενέδημος ὁ λῆρος οὔ φασιν, ἐρασθήσεται ἄρα. Quo iure ὁ λῆρος suppleverim vide apud DIOG. LAËRT. II. § 140. Addam unum locum ex *Appendice Florentina*, quam olim ex IOHANNE DAMASCENO excerptam GAISFORDUS *Florilegio* STOBAEI subiecit, nuper multis nominibus emendatam et diligentius ex apographo *Ruhnkeniano* descriptam repetiit in editione *Eclogarum Phys. et Ethic. Oxonii*, 1850. Legitur istic p. 105 C (p. 798 novae edit.): ἰῷ τὸ πᾶν ἐπιτρέψας οὐδὲν αὐτὸς φροντίζω τῶν σοφισμάτων ὑμῶν. Pro ἰῷ, quod nauci non est, video HALMIUM τῷ δικαίῳ corrigere. Multo facilius hoc negotium est: in ἰῷ prima littera non est ex antiquo libro sumta sed temere, ut mox demonstrabo, ab inepto homuncione adpicta. Littera initialis periit et superest ῷ. Ecquid esse potest certius quam θῷ in veteri codice exaratum fuisse et legendum: Θεῷ τὸ πᾶν ἐπιτρέψας κτέ.?

CAPUT II.

Appendix Florentina, cuius mentionem iniecimus, quia observationibus criticis de genere palaeographico uberrimam materiam praebere potest, huius capitis argumentum esto. Servatur *Florentiae* in *Bibliotheca Laurentiana* codex, quo IOHANNIS DAMASCENI *Parallela Sacra* continentur. Is homo bonam partem

ex Stobaei libris descripsit et cum scriptorum *Christianorum* locis composuit. Nactus Stobaei *Eclogas* multo integriores quam ad nos pervenerunt permultos locos veterum egregios ab interitu solus servavit. Cuius rei quum indicium fecisset Bandinius, Ruhnkenius nihil habuit antiquius quam ut sibi huius codicis apographum compararet. Agit cum Bandinio; is negotium dedit Sartio ut quidquid in eo libro videretur ex Stobaeo sumtum diligenter describeret, descriptum ad Ruhnkenium perferendum curaret. Sic confectum est apographum illud *Sartianum*, unde novas has reliquias bis Gaisfordus edidit, nuperrime ex ipso apographo, quod ei Geelius iuvandis his litteris natus peramice miserat. Fecit Gaisfordus operae pretium et plurima restituit, quae in priore editione »*cum omissa tum commissa*" cum dolore vidit. Complura alia is solus restituet, qui bene *Graece* sciens et codicum excutiendorum peritus ipsum *Florentinum* codicem per otium tractabit. Equidem versavi olim librum, scriptura tenui et intricatiore exaratum sed non ineleganti neque difficili, si quis hoc agit et aciem intendit oculorum et mentis; sed unde quis *Florentiae* sibi Gaisfordi Stobaeum comparet? *πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι* Μιλήσιοι, *Appendicem Florentinam* ubivis facilius quam apud *Florentinos* repereris. Itaque invitus, postquam compluscula non incuriose perlustravi et notavi diligentius, librum de manibus deposui. Sartius quemadmodum describendi negotio functus fuerit quid attinet dicere? Fecit homo bonus et sedulus quod potuit, sed neque *Graece* sciens neque in codicibus versandis et expediendis exercitatus istiusmodi provinciae erat impar et multos errores commisit, quos partim critica ars tollet, alios codex inspectus aliquando arguet. Ex illo genere nunc ipse nonnullos abstergebo, ubi primum fontem quemdam aperuero errorum, quibus liber totus est obsitus. In quemcumque locum codicis primum incideris, videbis passim litteris rubricatis distinctum. Non tantum, quod assolet, novi argumenti aut loci aut sententiae initium rubrica notatur, sed identidem in medio versu apparet littera discolor, ut credas eam rem aut ioci causa aut forte ornamenti librario placuisse. Non movet ea res magnam admirationem nec multum laboramus cur id iis studio fuerit

vel oblectamento. At aliud quid est quod nos magno opere in ea re moveat et advertat. Qui eas litteras post librum descriptum de more adpinxit et immiscuit sive idem librarius sive alius, quod mihi ex scriptura non satis compertum, incredibili socordia ac temeritate usus litteras adpinxit et addidit non quas omissas esse cuivis apparebat sed quas casus aut lubido subiecit. Si quis linguae *Graecae* plane ignarus et nil nisi elementorum *Graecorum* figuras calamo ducere doctus ea intervalla suo arbitratu littera discolori qualibet explevisset non poterat ineptius errare et omnia corrumpere, quam istum hominem id fecisse comperi. De industria ita factum esse et libri usum consulto impeditum quis inducat in animum? Habemus specimen peritiae librariorum. Destitutus nescio quis scripti libri subsidio maluit litteram supplere quamlibet quam hiantem lacunis librum relinquere. Vel sic tamen ea socordia non multum detrimenti attulisset, si quis scivisset unde ea monstra lectionum essent nata et quam nihil iis elementis esset tribuendum. Enumerabo primum aliquot errores hic susceptos, quos docti sustulerunt, deinde caeteros paucis ipse quomodo tollendi sint exponam. Dedit librarius pro *Δίωνος τίωνος*, *τιήρουν* pro *διήρουν*, *τρύγες* pro *Φρύγες*, *κύκιοι* pro *Λύκινι*. *ἡσίοδος* pro *Πισίδαι*, *ζήνου* pro *Εὐηνοῦ*, *φύσων* pro *Μύσων*, *ὀξίθεος*, si *Musis* placet, pro *Εὐξίθεος*, *παμβλίων* saepius pro *Ἰάμβλιχος* (*χ* superscriptum refert formam compendii *ων*, quod medium secat acutus, unde subinde *-ων* et *-χος* permiscentur), *θέλων* pro *Γέλων*, *βέλει μοι* pro *μέλει*, *μιλήτου* pro *Φιλητοῦ*, *καιάνων* pro *παιάνων*, *ξάθωνος* pro *Βάθωνος*, Solon fit *φόλων*, Eryximachus appellatur *ὀρυξίμαχος*, Cato denique repente mutatus est in *τάτων*. Idem subinde officii immemor litterulam addere supersedit: apparet *ρατῖνος*, *λάτων*; *υμεών*, quem Wyttenbachius in Musonium volebat mutare, Symeon est, *ἀλευκος*, *οσίδιππος*, *ἐναιχμος* et *οφῶν* pro *Ἰοφῶν*. Opem tulerunt eruditi: duo tantum nondum revixerunt. Est in codice locus ubi *ω* legitur cum compendio, quo *κτ* significatur: *πόνῳ τῷ λόγῳ — παρακαταθετέον τὸν βίον*. Sartius, cui illud compendium obscurum erat annotavit: »quodnam auctoris nomen sub illa compendiaria voce lateat divinare non potui.” *Σωκράτης* est, qui dixerat:

μόνῳ τῷ λόγῳ κτέ. nam πόνῳ incipit a rubrica. Idem compendium κτ suprascriptum syllabis Δημο — peperit nobis novum scriptorem, quem nemo veterum umquam vel fando audivit, Democratem. Quis in ea scriptura lateat magnus et nobilis philosophus vel unus hic locus declarabit in *Append.* p. 733 Δημοκράτους: ἡ φύσις καὶ ἡ διδαχὴ παραπλήσιόν ἐςι. καὶ γὰρ ἡ διδαχὴ μετὰ ῥυσμοῦ τὸν ἄνθρωπον, μετὰ ῥυσμοῦ δὲ φύσις ποιεῖ (ποιέει leg.). Quis haec praeter *Abderitam* Democritum scripsisse potest? confidenter igitur Democratem illum passim expellemus, ut Democritus tandem aliquando sua recuperet. Eodem modo et alius philosophus nunc latet in eo nomine, quod ei imperiti scribae imposuerunt. In codice aut ῥόδωρος dicitur aut ἱρόδωρος aut denique Ἡρόδωρος, idque ei nomen adhaesit in *Append.* p. 689, 6 et 733, 67. Verum nomen ex ῥόδωρος eruendum est, cui non vocalis aliqua erat adaptanda, sed littera M, in qua scriptura μ̄ρόδωρος pervulgato more scribarum inest nomen Μητρόδωρος, nempe μ̄ηρ, μ̄ρός, μ̄ρὶ, μ̄ρα pro μήτηρ, μητρός etc. librariis etiam pervetustis trita sunt. *Schol. ad Odyss.* α. 275 τῇ ἀρχαίᾳ συνηθείᾳ ἐγέγραπτο μ̄ηρ. Similiter π̄ηρ, π̄ρὸς, π̄ρὶ, π̄ρα, π̄ερ et composita aut derivata multas saepe turbas dederunt, de quibus alio loco dicemus. Denique suum nomen restitutum est ei, qui in codice Καθέας ὁ Μασσαλιήτης appellatur. Notus homo est et multos olim decepit Πυθέας ὁ Μασσαλιώτης, quem Gaisfordus reduxit p. 774. Idem p. 775 Πλουτάρχου eruit ex πλούτωνος. Satis apparet ex iis quae dedimus codicem, unde *Florentinus* descriptus est, per compendia scriptum fuisse et nexus litterarum intricatiores, iis utique qui nunquam viderunt aut non possunt ista, quasi lacunae forent, certa correctione supplere. Sartius quam saepe et quam imperite in iis haeserit quid prodest ostendere? Aliquanto utilius erit demonstrare, quantum vitiorum et errorum is ipse commiserit, qui antiquum librum describebat, ex scribendi compendiis non intellectis. Ecquid magis ridiculum esse potest quam est hic locus Platonis, quem primum sanum apponam ex libro *de Legg.* II. p. 672. ἐν τούτῳ δὴ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ μήπω κέκτηται τὴν οἰκείαν φρόνησιν. Librarius autem bona fide dedit: ἐν τούτῳ

δὴ τῷ χρυσοςόμῳ, ἐν ᾧ. — Similiter mox in his: ἔςι που σύνεσις νέων καὶ γερόντων ἀσυνεσία. χρυσόςομος γὰρ οὐ διδάσκει φρόνησιν ἀλλὰ φύσις καὶ ὀρθὴ δίαιτα. (Cf. p. 734, 16). Littera χ implexum habens ρ et χρόνος et Χρυσόςομος significat: qui haec in tali loco confundere potest, ei mandes si quid recte curatum velis. Ex eodem fonte manarunt errores huiusmodi ut Sophocles σοφός dicatur, Demosthenes δῆμος, Xenophon ξένος, Aristoteles ἄριςος: contra apud Harpocrat. v. Ζεῦξις nobilis pictor dicitur Ἀριςοτέλης τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ζωγράφων in omnibus codd. pro ἄριςος. Notanda est nominis depravatio in Stobaei *Florilegio* XC. 9 ubi editiones Ἐκδώρου nomen praeferunt, codex optimus ἐκιδώρου servavit. K et IC confundi solere notum esse arbitror et εἰσιδώρου appellant scribae quod Ἰσιδώρου est, quia ῑ productum per ει diphthongum satis constanter scribi solebat in antiquis libris, grammatici adeo certabant utra scriptura esset potior, quod me Sextus Empiricus docuit *adv. Grammat.* I. IX. 169 ζητοῦμεν εἰ εὐχάλινον καὶ εὐώδινας τῷ ῑ μόνον γραπτέον ἢ τῇ ει. Sed de his omnibus alius dabitur dicendi locus, ad Stobaeum revertor. Antiphontis locus legitur p. 730 πρῶτον, οἶμαι, τῶν ἐν οὐρανοῖς ἐςὶ παίδευσις, lepidum hominem qui ex ἄνοις, i. e. ἀνθρώποις, in his verbis delabi potuit ad οὔνοις, i. e. οὐρανοῖς, ne hoc quidem cogitans οὐρανούς pro οὐρανόν *Graecis* esse inauditum ac temere coelum ac terras miscens. Duplex vitium est p. 737. Δίων ἔλεγε καθ' Ἡσίοδον τρία γένη εἶναι μαθημάτων, χρυσοῦν, ἀργυροῦν, χαλκοῦν. χρυσοῦν μὲν τὸ τῶν διδόντων καὶ μὴ μανθανόντων, ἀργυροῦν δὲ τὸ τῶν διδόντων καὶ μανθανόντων, χαλκοῦν δὲ τὸ τῶν μανθανόντων μὲν οὐ διδόντων δέ. Res ipsa clamat μαθητῶν esse emendandum pro μαθημάτων, at quis est qui hoc dixerit? Facile negotium est reperire quis hoc et senserit et tam iocose dixerit, si ἴων solum memineris esse genuinum, δ adiectum ab eo, qui adscribit quidquid collibuit. Nempe quemadmodum ea dicere Socrates numquam potuit, sic satis certum est *Borysthenitam* Bionem hoc lusisse. Nemo nunc dubitare possit quin recte pro ἰῷ, in quo ῑ adventicium est, θῷ i. e. θεῷ repositum sit. In codice fertur ut Μιλήτου versiculus, quem editus Stobaeus Φιλη-

τοῦ esse arguit, sic scriptus: ἐννόμιζε καὶ σέβου, ζήτει δὲ μὴ. Videsne ΘΝΝΟΜΙΖΕ i. e. θεὸν νόμιζε quomodo in ἐννόμιζε abierit. Non simplici malo laborat versiculus sine poëtae nomine laudatus p. 717.

σὺ δ' οὐ τάδ' εἶπας μὴ λέγειν ἃ τις φρονεῖ.

tu repone ex Euripidis *Phoenissis* vs. 392.

δούλου τόδ' εἶπας κτέ.

omissa litterula Δ apparet ΟΥΛΟΥ in σὺ δ' οὐ esse depravatum, unde colligas litteras initiales non fuisse adscriptas, aut non ubique, in veteri libro, unde *Florentinus* descriptus est. In sententia, quae Pythagorae tribuitur p. 703 ἐπιδείκνυσο μὴ ἐν τοῖς λόγοις ἃ φρονεῖν ἀλλ' ἐν τοῖς ἔργοις ἃ ποιεῖν, decepit librarium nexus quidam syllabae ευ, qui oscitanter legenti a littera α nihil disceprat, ut sit legendum εὖ φρονεῖν et εὖ ποιεῖν. Eodem modo α et ευ passim permiscentur et quamquam ex hoc errore *contrarium* saepe dicitur quam quod dixerat aliquis et mens sana postulat, diutissime etiam hae ineptiae eruditorum oculos fefellerunt. Non feram diutius Solonem sic ineptientem apud Plutarchum in vita cap. XXVII. Ἕλλησιν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ Λυδῶν, πρός τε τἆλλα μετρίως ἔχειν ὁ θεὸς ἔδωκε καὶ σοφίας τινὸς εὐθαρσοῦς, ὡς ἔοικε, καὶ δημοτικῆς, οὐ βασιλικῆς οὐδὲ λαμπρᾶς ὑπὸ μετριότητος ἡμῖν μέτεσιν, quis admonitus non videbit ἀθαρσοῦς verum esse?

In fragmento Sophoclis p. 699 Σοφοκλέους Ἐριφύλῃ.

..γλῶσσ' ἐν οἷσιν ἀνδράσιν τιμὴν ἔχει
ὅπου λόγοι σθένουσι τῶν ἔργων πλέον.

cave exitimes ab initio quidquam deesse, ut passim, rubrica supplendum. In hunc modum damnum resarci:

γλῶσσ' ἐν κενοῖσιν ἀνδράσιν τιμὴν ἔχει.

Eiusdem poëtae locus p. 726 nimium diu mendum aluit (ex *Aiace* vs. 964.)

οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τἀγαθὸν χεροῖν
ἔχοντες οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ.

eadem lectio in Sophoclis codd. fertur, ut vetus esse mendum appareat. Nempe τἀγαθόν in his verbis absonum est: quo sensu τἀγαθόν dicatur optime sentiri potest ex hoc nobili Euripidis loco:

αἰαῖ, τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακόν
ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, δράσῃ δὲ μή.

de quo vide Valcken. *Diatr.* p. 22: *quod rectum est* vides dici: at non hoc dicit Sophocles, *bona* sua negat nosse stultos antequam amiserint et τἀγαθά debebat dicere. O et Є confusa olim sunt et emendandum:

τἀγάθ' ἐν χεροῖν | ἔχοντες οὐκ ἴσασι.

In vicinia p. 726, 12 una litterula extrita fecit ut Antiphanis dictum sensu careret. Dicit poëta solere eos, qui artes ingenuas fideliter didicerint

τῶν ἀδικημάτων
μὴ λαμβάνειν τὰς ἀξίας τιμωρίας
ἐλεῖν δὲ πάντως.

ἐλεῖν quid sit nemo umquam capiet. ἐλεεῖν rescribendum esse facile mihi dabitur, sed non est satis: ut recte dicatur ἐλεεῖν τι in simili re necessarium est. τι latet, ut saepissime, in littera π et legendum:

ἐλεεῖν δέ τι πάντως.

Pag. 733. Cleanthes ad amicum, qui ex eius disciplina in patriam revertens quaerebat: πῶς ἂν ἥκιστα ἁμαρτάνοιμι; respondisse fertur: εἰ παρ' ἕκαστα ὧν πράττεις δοκοίης με παρεῖναι. nescio cur μοι unus et alter maluerit. Revocata fugitiva littera ex C praecedente scribe quod unusquisque in tali re dixisset: δοκοίης ἐμὲ παρεῖναι.

Servavit nobis Iohannes Damascenus luculentum locum Archytae *Tarentini*, *Dorica* dialecto scriptum sed miserrimum in modum a librariis mulcatum. Legitur p. 741, habuitque Gaisfordus Elmslei apographum, quo meliorem auctorem ac testem nemo requirat. Elmsleius autem describere locum satis habuit, emendare supersedit. Sustulere nonnulla vitia Wyttenbachius et Gaisfordus. Palmaria emendatione Badham (in praefat. ad Eurip. *Helen.* p. 6) restituit hunc locum: ταὶ γὰρ εὐφυΐαι καὶ ταὶ καλαὶ τροφαὶ πολλάκις φθάνοντι τὰς διδασκαλίας ἐς ὀρθότατα ἄγοισαι, ἀποδέοντι δὲ μόνον λόγω ἀγεμόνος, τὸν ἐν τήθῃ τῇ ἐπιςάμα. Valckenaerio dignum est et Porsono quod reperit: τὸν ἐντίθητι ἐπιςάμα. Alia pauca ipse corrigam; quod in codice est καθομολογᾶ τε τὰ φύσει ἔθεα editur, c. 741, 9,

καθ' ὁμόλογά τε τᾷ Φύσει ἔθεα, verum est καθομόλογά τε τᾷ Φύσι. p. 741, 25. τὰν Φάμεσεν ἐνέργειαν ἀρετᾶς codex, editur Φάμες, rectius Φαμές, ut ab initio Φαντί, non Φάντι, quod participium est. 741, 27. ἁ γὰρ τέλος διάνοια nihil est: τέ, quod in cod. est, significat τέλῃος, quod Gaisfordus reperit. 742, 2. τάν τε κοινὰν νίκαν Sartius, τάν τε κοινὰν νίκας νίκαν Elmsl. τάν τε κοινωνατικάν Gaisfordus. Quid verum sit certis vestigiis indagari potest. Ex antiqua forma ξυνάονες natum est ξυνήονες *Ionum*, *Atticorum* ξυνῶνες, *Doriensium* ξυνᾶνες, ut παρήορος, πάραρος, μετέωρος. Eodem modo ex κοινάονες, κοινῶνες *Attici*, *Dores* formarunt κοινᾶνες, ut ex θεάορος illi θεωροί at hi receperunt θεαροί; hinc *Dores* κοινανέω dicebant, non κοινωνέω, et pro κοινανικός illi κοινανικός ponebant. Obscurarunt passim has formas scribae, at non potuerunt omnia vestigia delere sic ut litura non appareret. Peropportunum vitium in Thucydidis codd. V. 79. ταὶ δὲ ἄλλαι πόλιες ταὶ ἐν Πελοποννάσῳ κοινᾶν ἐόντων τᾶν σπονδᾶν καὶ τᾶν ξυμμαχιᾶν ipsam historici manum ad nos propagavit intactam κοινανεόντων, indice Valckenaerio ad *Phoen.* vs. 196, qui locus nondum persanatus est tamen, nam τᾶς ξυμμαχίας reponendum. Ex his igitur facile est colligere Archytae κοινανικάν esse reddendum: ποτὶ δύο ἀρχὰς — τάν τε κοινανικὰν καὶ τὰν εἰδημονικάν. Sequitur: καὶ γὰρ αἱ κατὰ τοίας ἀντιλήψιας δοκέοντι ἀντιθλίβεν ἀλλάλας τᾷ ἀγωγᾷ, τᾷ μὲν γὰρ πολιτικᾷ ἀφέλκουσαι τᾶς θεωρίας, τὰ δὲ θεωρητικᾷ ἀπὸ τᾶς πολιτείας μετάγοισαι ἐς ἀσυχίαν· ἄλλων τὰ πέρατα, ὧν ἁψαμένα ἁ Φύσις ἀπέδειξεν ἐν τωυτῷ ἁλωμένα. Scribe: καὶ γὰρ αἱ — δοκέοντι ἀντιθλίβεν ἀλλάλας ταὶ ἀγωγαί, ταὶ μὲν γὰρ πολιτικαὶ ἀφέλκουσαι τᾶς θεωρίας, ταὶ δὲ θεωρητικαὶ — ἐς ἀσυχίαν, ἀλλ' ὧν τὰ πέρατα συναψαμένα ἁ Φύσις — ἁλωμένα. Ultro apparet in seqq. οὐ γὰρ ἀντιπαθέες ἐντὶ τᾷ ἀρετᾷ legendum esse ταὶ ἀρεταί; quod continuo sequitur: αἰ δέ κά τις ἐκ νέων ὁρμαθεὶς αὐτὸς ἁρμόζηται εἰς τὰς ἀρχὰς τὰν ἀρετὰν — εὔροον βίον διεξάγει sanum erit si legeris ἐκ νέω, τᾶν ἀρετᾶν et διαξεῖ. Pag. 741, 14 αἰ δὲ μήτ' αὐτὸς νέοιτο ποτίφορα, corrige νοέοι τὰ ποτίφορα. Pag. 743, 14 ἢ ἐμέσης δὴ δὲ καὶ ἁ Φύσις, latet in hoc monstro ἐνεμεσήθη. Denique p. 743, 16 ἀλλ' ἡμεῖς γε λέγοντες σῶμα μὲν εἶμεν ψυχᾶς ὄργανον, νόον δὲ ἁγεμόνα κτέ.; perspicuum est λέγομες *genuinum* esse, deinde ἁμές non ἡμεῖς.

Quamquam certum est *Dores* constanter omnes pro ἡμεῖς ἁμές, pro ἡμᾶς dixisse ἁμέ, quamquam constat librarios illis formis substituere solere *Atticas* et *Homericas* ἄμμες et ἄμμε, tamen video plerosque omnes editores malle cum codicibus errare quam cum criticis vera sentire. Eadem ratio est in ὑμές et ὑμέ. Indubitata haec sunt, tamen, ut queritur HIERONYMUS in *praefat. ad Psalterium* »*videtis plus antiquum errorem quam novam emendationem valere.* Perlubenter PLUTARCHUS *Spartanos* inducit λακωνίζοντας, sed per librarios non licuit. PLISTONAX oratori *Attico*, qui *Lacedaemonios* ἀμαθεῖς appellitarat, ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις, μόνοι γὰρ Ἑλλήνων ἄμμες οὐδὲν κακὸν μεμαθήκαμεν παρ' ὑμῶν ap. PLUT. in *Lycurg.* XX. unum vocabulum evasit sed non sine malo: ridicule nunc Homericum ἄμμες inseritur verbis *Atticis:* μόνοι γὰρ Ἑλλάνων, dixerat, ἁμὲς οὐδὲν κακὸν μεμαθήκαμες πὰρ ὑμέων. Notissima *Spartanorum* cantilena ibid. c. XXI etiamnunc sic editur:

Ἄμμες ποκ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.
ἄμμες δέ γ' εἰμέν, αἱ δὲ λῇς πεῖραν λαβέ.
ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάρρονες.

quasi umquam sic quisquam *Lacedaemone* esset locutus. Quam saepe apud PLUTARCHUM *Lacones* νὴ τὼ σιώ aut, quod multo peius est, νὴ τὼ θεώ habent in ore, quum certum sit et dixisse illos et PLUTARCHUM scripsisse: ναὶ τὼ σιώ. Unum locum addam ex vita ALEXANDRI cap. XL. Λάκων πρεσβευτὴς παραγενόμενος αὐτῷ λέοντα καταβάλλοντι μέγαν εἶπε· καλῶς γε, Ἀλέξανδρε, πρὸς τὸν λέοντα ἠγώνισαι περὶ τὰς βασιλείας, una vocula, in qua accentus tantum depravatus est, indicium facit *Laconis* sua lingua loquentis, nam περὶ τᾶς βασιλείας verum esse palam est. Itaque reliqua olim sic scripta fuerunt: ποττὸν λέοντα ἀγώνιξαι περὶ τᾶς βασιλείας.

Dativus *Doriensium* ἁμῖν non meliore fortuna uti solet, ut in PLUT. *Agesil.* cap. II. οὐ γὰρ βασιλεῖς ἄμμιν ἀλλὰ βασιλείδια γεννάσει, ubi ἁμῖν et γεννασεῖ reponendum eademque medicina passim in eodem morbo utendum.

Ad STOBAEUM et *Appendicem Florentinam* redeo. In ARCHYTAE loco sub initium mendum latet in his: καττὰν ἔφεσιν τᾶς σοφίας διὰ ταύταν p. 741, 5. διὰ ταύταν intelligi non potest. *Sapientia ob se ipsam* dicitur expetenda: emenda igitur δι' αὐ-

αὐταν. Sed manum de tabula; finem faciam in emendando Sophoclis fragmento, quod et apud Iohannem Damascenum et in Stobaei libris turpiter corruptum circumfertur:

αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ,
ἡ γὰρ σιωπὴ τῷ λαλοῦντι σύμμαχος.

Quum in vetusto libro δὼς γὰρ esset scriptum stipes explevit ὀδὼς, αἰδὼς recte scriptum exstat in *Floril.* XIII. 9. Conspirant omnes in τῷ λαλοῦντι, quod verbum de trivio sumtum a Sophoclea grandiloquentia abhorret et, quod etiam peius est, Sophocles nihil dicit. Si mecum repones:

ἡ γὰρ σιωπὴ τὠγκαλοῦντι σύμμαχος.

utrique malo medeberis et unde ortum sit intelligetur.

CAPUT III.

Quod saepius dixi post Alexandri mortem, quum *Macedones* et Macedonica occupassent omnia, sinceritatem *Graeci* sermonis labi et contaminari *apud omnes* primum coeptam esse, deinde magis magisque esse depravatam, ut quicunque esset eruditior, spreta lingua popularium vitiosa et inepta, artificialem sibi linguam ex antiquorum *Atheniensium* scriptis colligeret, qua et in scribendo uteretur et si quando ad eruditos et elegantes auditores verba faceret, eam autem linguam arte et studio quaesitam sinceritatem naturalis linguae non illibatam et intactam servare sed vitiis quibusdam suis et ineptiis apud omnes infectam et inquinatam esse, id nunc quale sit uberius in uno alteroque scriptore *Graeco* ostendam. Quum facile negotium sit ostendere hoc in scriptore quolibet, qui deseruit populi vitiosam consuetudinem, ut se totum ad *Atticorum* imitationem componeret, ostendam nunc in duobus, qui et summo studio τὸ ἀττικίζειν excoluerunt et in omnium manibus sunt, exemplaria videlicet nitoris et venustatis *Atticae* feliciter imitando expressae, et ob eam rem multorum curis iam dudum illustrati et recentissima memoria a magnis philologis de novo expoliti, Alciphronem dico et Lucianum, quorum hunc Bekkerus nuperrime, illum Meinekius paulo ante edidit. De utroque scriptore ita dicam, ut demonstrem primum quam parum sint id assecuti, quod summa ope nitebantur, id est ut Atticae dictionis

sanitatem et elegantiam scribendo referrent, deinde ubi librariorum vitio, non scriptoris, laborat orationis nitor feram opem et quodcumque genus vitiorum insigniorum indicare obiter et arguere potero, diligenter faciam. Eadem opera dicam de Meinekii et Bekkeri editionibus οὐδὲν ὑποφειλάμενος, ut neque vera laus iis detracta neque falsa afficta esse videatur. Equidem utrumque editorem magni facio, quo magis, si quid videbuntur errasse, demonstrabo et redarguam, non facturus idem in iis, quos contemnerem et negligendos putarem.

Erunt fortasse et nunc qui me inhumanum esse vociferentur et magnis clamoribus agant aut maledictis certent et conviciis, quibus nihil reponam praeter duos versiculos Horatianos paucis mutatis in meam rem accommodatos:

Di bene fecerunt *hilaris* me quodque *iocosi*
Finxere ingenii, raro et perpauca *timentem.*

In ea quoque re Porsonum probo et sequar, qui, teste Dobraeo (in *Advers.* I. p. 5) carebat »*ficta illa fucataque humanitate, quae quum bonis atque malis, amicis inimicisque iuxta blandiatur, non mirum si tam valde laudatur a stultis atque improbis.*" Caeterum id agam, ut quae scribam Méinekio ipsi potissimum Bekkeroque probentur, quod si effecero, caeteri, spero, aut hisce acquiescent aut rectius etiam negligentur.

Lucianus et Luciano aliquanto recentior Alciphron (nam quem tam saepe et tam manifesto imitatur, ut si quid ab illo lepide repertum aut venuste dictum sit in suas Epistolas verbis paene totidem transferat, ei aequalis aut prope aequalis fuisse non potest) scriptitarunt illis temporibus, quum nemo videretur bene dicere posse aut scribere, qui non omnem sermonis copiam ex veterum scriptis collegisset et dicendi usum in omnibus ad veterum consuetudinem exegisset, denique quum apud doctos nullum verbum satis *Graecum* et probum videretur, quod non idoneum testem et auctorem ex antiquis *Atticis* haberet. Plena exemplorum sunt scripta Athenaei et Pollucis. Plebs interea in diem magis dicendi sinceritatem depravabat utebaturque dictione incredibilem in modum vitiosa, cuius rei exempla sexcenta sunt apud istos, qui Ἀττικισταί appellantur, Phrynichum v. c. et Moeridem, qui omnes non hoc agunt, ut quae fuerit antiquae Ἀτθίδος ratio et usus doceant (nam nihil foret horum

libris confusius et absurdius) sed aequalium vitiosam loquendi consuetudinem ita arguunt, ut *Attici* sermonis incorruptam normam opponant. Sic fiebat ut docti alia lingua inter se, alia ad indoctam plebem et servulos uterentur, plebs eruditum istud eloquium non tantum non intelligeret, sed etiam, quod nemo mirabitur, suaviter rideret. Quamquam est paulo longior, adscribam locum ex Sexto Empirico *adv. Mathem.* I. 10 p. 256 Fabr., quo non est alius ad id quod volo demonstrandum magis idoneus: ἔςι δὲ, inquit, βιωτική τις ἀφελὴς συνήθεια τῶν ἰδιωτῶν κατὰ πόλεις καὶ ἔθνη διαφέρουσα — — τὸ αὐτὸ ἀρτοφόριον καὶ πανάριον λέγεται καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ ςαμνίον καὶ ἀμίδιον καὶ ἴγδις καὶ θυεία, ἀλλὰ ςοχαζόμενοι τοῦ καλῶς ἔχοντος καὶ σαφῶς καὶ τοῦ μὴ γελᾶσθαι ὑπὸ τῶν διακονούντων ἡμῖν παιδαιρίων καὶ ἰδιωτῶν πανάριον ἐροῦμεν, εἰ καὶ βάρβαρόν ἐςιν, ἀλλ' οὐκ ἀρτοφόριον, καὶ ςαμνίον ἀλλ' οὐκ ἀμίδα, καὶ θυείαν μᾶλλον ἢ ἴγδιν, καὶ πάλιν ἐν διαλέξει ἀποβλέποντες πρὸς τοὺς παρόντας τὰς μὲν ἰδιωτικὰς λέξεις παραπέμψομεν, τὴν δὲ ἀςειοτέραν καὶ φιλόλογον συνήθειαν μεταδιώξομεν· ὡς γὰρ ἡ φιλόλογος γελᾶται παρὰ τοῖς ἰδιώταις, οὕτως ἡ ἰδιωτικὴ παρὰ τοῖς φιλολόγοις. Utrique, ita uti fit, excedebant modum. Homines indocti de plebe excusari possunt, qui istis temporibus nativam linguae patriae sinceritatem servare non potuerint; docti non possunt, qui ad omne genus ineptiarum sunt delapsi, ut linguae intermortuae rationem populo et plebi obtruderent, *quam ipsi non satis diligenter tenebant.* Grammatica ars et critica ita sunt natura comparatae, ut, si secus utaris, in absurda omnia exeant et degenerent in male sanam quamdam ἀτεχνίαν et ἀκρισίαν. Bona autem pars eorum, qui seriore aetate Grammatici dicebantur, arte, quàm profitebantur, perperam et praepostere utebantur, molesti et odiosi verborum censores et dictionis probatae exactores; dum toti erant in verbis et syllabis et apicibus notandis, id quod erat rei caput, ut recte cogitaretur et quod recte esset cogitatum verbis aptis et idoneis diceretur, nescio quomodo praetervideruntet sic tandem amiserunt. Rerum igitur et sententiarum inopes et iocularitер ignari hoc unum retinebant, ut verba carperent et cum barbarismis et soloecismis bella gererent nullos habitura triumphos. Castigat istorum ineptias saepe Gel-

LIUS: adscribam locum ex SEXTO EMPIRICO *adv. Mathem.* I. 5. p. 237. *Grammatici solent*, inquit, *τῶν κατὰ τὰ λοιπὰ κοσμουμένων μαθήματα κατατρέχειν ὡς μηδὲ τὴν κοινὴν τῶν Ἑλλήνων συνήθειαν ἐπιςαμένων, καὶ εἴποτε θλίβοιντο ἐν ζητήσει μὴ ἄλλην εὑρίσκειν πολλάκις ἀποφυγὴν εἰς τὸ περισπᾶν τοὺς συζητοῦντας αὐτοῖς ἢ τὸ ὅτι βάρβαρον ἢ σόλοικόν ἐςι τὸ ὑπ' αὐτῶν λεχθέν.* Isti homines quam duriter et aspere soleant in adversarios vel secus sentientes invehi et debacchari nota res est, quam unaquaeque aetas apud populum litteratum vidit et videbit. Est hoc quoque et erit semper pervulgatum, ut eiusmodi petulantia et protervitas cum pari levitate et inscitia sit coniuncta. Non vidi hominem in hoc genere morosiorem et asperiorem quam PHRYNICHUS est, acerbissimus orationis exactor, in querelas effusus, ad maledicendum promtus, neque in laudando umquam neque in reprehendendo modum servans, at idem truculentus censor castigatorque aliorum videte in quos errores, quam foedos et pudendos, se implicare possit. In *Epitome nominum et verborum Atticorum* pag. 353. LOB. ita scribit: *τὸν παῖδα τὸν ἀκολουθοῦντα μετ' αὐτοῦ· Λυσίας ἐν τῷ κατ' Αὐτοκράτους οὕτω τῇ συντάξει χρῆται, ἐχρῆν δὲ οὕτως εἰπεῖν· τὸν ἀκολουθοῦντα αὐτῷ. Τί ἂν οὖν φαίη τις; ἁμαρτεῖν τὸν Λυσίαν ἢ νοθεύειν καινοῦ σχήματος χρῆσιν; ἀλλ' ἐπεὶ ξενικὴ* (adde *ἡ*) *σύνθεσις πάντη παραιτητέα, ῥητέον δὲ ἀκολουθεῖν αὐτῷ.* Non vidi magis. Attici constanter omnes in ea re dicebant *ἀκολουθεῖν μετά τινος* et *ἕπεσθαι μετά τινος*, neque aliter quam sic in populari sermone dicere ius est *de servulis dominum pone sequentibus, deque militibus qui signa sequi dicuntur.* *Ἕπου μετ' ἐμοῦ, παιδάριον*, in *Pluto* vs. 824 non erit *Atticum* si *ἕπου μοι* dicetur, contra in eadem fabula vs. 19.

ἢν μὴ φράσῃς ὅ τι τῷδ' ἀκολουθοῦμέν ποτε,

si *μετὰ τοῦδε* esset scriptum, risum moveret. Sic *μετ' Ἀλεξάνδρου ἀκολουθεῖν* dicuntur copiae, *Ἀλεξάνδρῳ ἀκολουθεῖν* ARISTOTELES, CALLISTHENES et si quis alius non militabat in ALEXANDRI castris. Huius rei quum sexcenta exempla sint, quid moroso Grammatico facias, qui alias res agens et dormitans LYSIAM stulte carpit? Contrario errore LOBECKIUS ad PHRYNICHI l. l. deceptus locis corruptis et testimoniis poëtastrorum serio induxit in animum *περιακολουθεῖν Graecum* esse et DEMOSTHENI obtru-

dendum et ἀκολουθεῖν, ἕπεσθαι et ὁμαρτεῖν optime accusativos recipere posse, ut γυνὴ εἵπετο τὸ φεῦγον v. c. ei bene *Graece* dictum videretur: credo, quia in Luciani codicibus deterrimis ea scriptura circumfertur. Valet in Grammaticis quoque Epicharmeum:

Νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.

Etiamnunc mihi diu et multum in Grammaticorum et Atticistarum lectione versato subinde admiratio subit animum, qui fieri potuerit ut in ea copia librorum veterum, qui aliquanto minus erant vitiosi quam quibus nunc utimur, tam plumbei sint, ut ea nesciant aut in iis haereant, titubent et turpiter se dare soleant, in quibus nunc post illam monumentorum stragem et libris qui superstites sunt tam vitiatis tamen acute cernimus et sincera a pravis tam certo iudicio discernimus. Nempe erat hoc temporum et hominum vitium egregiis doctrinae subsidiis negligenter admodum utentium, quum nemo unus iudicio et arte valebat et homines mediocres, et etiam aliquanto minus quam mediocres, sine censurae metu quidquid alicunde corrasissent aut levi opera et tenui filo conscribillassent in vulgus edebant. Quis est omnium, qui de genere hoc aetatem tulerunt, non dico iudicio ingenioque, sed Graecitatis interioris scientia et Litterarum copia et usu cum Bentleio aut Porsono comparandus? Et his et Elmsleio, Dobraeo, et si qui alii ad horum praestantiam accedunt, quid sit *Atticum* aut non sit definire utilius permittes quam Phrynicho aut Moeridi et quidquid est Atticistarum. Hi semper aequalium errores ac sordes praeceptis suis admiscebant et quidquid faciebant non poterant sese ex illis veluti laqueis domestici et quotidiani sermonis prorsus expedire. Sed quid illos reprehendimus homines obscuros et in ignoto latentes, quum illud ipsum appareat in iis, quorum et apud aequales magna gloria fuit et celebre nomen ob venustum et *aureum* dicendi genus ex felissima imitatione *Atticorum* natum, et apud nos ad hunc diem perdurat. Quotus autem quisque est, qui vel possit vel audeat ignoratae et vitiatae Graecitatis reum agere aut Dionem τὸν Χρυσόστομον, aut Lucianum, aut Alciphronem, aut quicumque eadem laude et plausu ἀττικίζει? contra enim plerisque, ut olim sic nunc, quidquid illorum testium auctoritate nitatur satis probum et rectum videbitur, mul-

tique aut temerarium esse arbitrabuntur illos velle cogere in ordinem, qui in ea re regnare putantur, aut anceps et ambiguum negotium in his reliquiis monumentorum veterum liquido definire quid ferat usus et analogia linguae antiquioris, quid non ferat respuatque. Sunt adeo qui angusti animi esse putant mentis et cogitationum humanarum infinitam varietatem, velocitatem, libertatem, veluti compedibus quibusdam et carcere coërcere, domare et sic debilitare ac frangere conari, ut summis ingeniis facultatem eloquendi quod sentiant arctis finibus circumscribas, et esse hoc quasi pinnas animo incidentis, ne eo evolare possit quo nemo adhuc pervenerit. Non multum mihi difficultatis obiicient qui ita disputant, nam facile vincam περιακολουθεῖν, ut περικαθεύδειν, ut περιτεθνάναι, numquam a quoquam esse dictum aut fictum, quia quae notio cogitari plane non potest, novis verbis subiici non potest, et ἕπομαι vel ἀκολουθεῖν vel ὁμαρτεῖν, quia naturam suam exuere non possunt, numquam potuisse accusativum adsciscere, quidquid Quintus Calaber vel Coluthus vel imperiti scribae hallucinantur.

In re litteraria et grammatica non est periculosum quod fieri non possit numquam factum esse asseverare, neque hoc igitur magnopere laboro, sed aliud est cavendum ac sedulo animadvertendum, ne immerentes iniuria plectantur, et quod scribae et scioli deliquerint, id ipsis *Atticorum* imitatoribus imputetur. Lucianus et Alciphron, ne dicam de ceteris, nunc mendis et erroribus multis obsiti sunt, quibus sanioris Ἀτθίδος constans et perpetuus usus violatur, non quo ea nescirent quae futilissimus quisque magistellorum inculcat, sed quia, dum omnium manibus sedulo teruntur, traxerunt subinde aliquid novae corruptelae, quam affricuit lectorum tantum non omnium vitiosa dicendi consuetudo. Quum animi causa iocosa scripta plurimi versarent et describerent, facetias et lepores magis quam orationis formam curabant, quae paullatim ad vulgarem loquendi formulam reficta est, ut saepe antiqua scriptura ubique obliterata et deleta sit, nonnumquam in antiquis codicum vitiis tuto delitescat, unde acuti critici eruerunt, Graeculi quia non intelligebant abstinebant manum. Genus hoc vitiorum quale sit et quemadmodum vetera menda bonas formas ab interitu vindicare possint insigni exemplo ostendam.

Indocti ἰδιῶται, quos *Graeculos* dicere licebit, pro ὀλισθάνω dicebant ὀλισθαίνω et ὠλίσθησα pro ὤλισθον, ut passim antiqua forma aoristi apud istos abire solet in formam e vulgari analogia ductam, ut ἧξα, ἔτεξα, ἔλειψα, ἔφευξα, ἡμάρτησα, ἐβλάσησα, ἀπέδρασα (pro ἀπέδραν), ἤρησα (pro εἷλον), ἔθρεξα (pro ἔδραμον), ἔπεσα plurimorum usu tritum, alia non pauca. Istas dicendi sordes et immunditiem librarii antiquis scriptoribus certa contagione solent affricare, docti partem tantum ex istis ausi sunt tollere, alia dubitanter retinent, alia sine ulla dubitatione habent pro integerrimis sanissimisque. Sic ἐντέξαι pro ἐντεκεῖν Atticum esse docti homines facile credunt, quod si in Aristophane (*Lys.* 553) concoquere Th. Bergkius potuit, idque post veram lectionem ἐνςάξαι ab Hirschigio repertam, quid caeteros ferre posse censeas? Itaque sicubi ὤλισθον erat scriptum, facile ad suum ὠλίσθησα aberrant librarii ἰδιῶται, idque si pergunt facere tandem genuina forma sine vestigio perit. Periisset igitur in Alciphrone, nam pro ὤλισθεν I. 18. 1. ὠλίσθησεν irrepsit et III. 64. 3 κατολισθήσας pro κατολισθών et rhetor nitorem sermonis antiqui ea labe et macula infecisse poterat videri, nisi vitium felix II. 11. 2 commissum hominem absolveret, ubi in libris est: ὧν διὰ τὸ πλῆθος ἀπολεῖσθαί μοι τῆς μνήμης τὰ πλείονα, in quo mendo vera lectio ἀπώλισθε per multa saecula tuto delituit et manus indoctas effugit, ut renatis litteris perite in lucem revocaretur. Graeculi, si huius loci tenebras dispellere potuissent, sine ulla controversia ἀπωλίσθησε scripsissent, quemadmodum in Plutarchi *Cleomene* XIX. p. 813 quum optimi libri servent: ἔλαθε δὲ διολισθών, reliqui omnes διολισθήσας exhibent, quae vulgaris lectio fuit usque ad Sintenisium. Simillimo vitio librarii in Aristophanis lepidissimo loco *Lysistr.* 677 dederant:

ἱππικώτατον γάρ ἐςι χρῆμα κἄποχον γυνή
κοὐκ ἀναπολίσθαι τρέχοντος.

pro ἂν ἀπολίσθοι, quod quum Dawesius reperisset (*Miscell. Crit.* p. 339) meliores libri excussi confirmarunt. Ut igitur ὀλισθῆσαι ex plebeiae dictionis negligentia irrepere solet, sic frequentius etiam ὀλισθαίνω obtruditur invitis veterum imitatoribus, quae forma, sicuti et οἰδαίνω, nihilo est sanior quam si quis ὀφλισκαίνω dicere voluisset. Poëtastri iis utuntur, qui miscent *ele-*

gantias e veterum lectione arreptas et sordes, quas a saeculi sui contagione traxerunt, ut rectissime iudicat Kiddius ad Dawesium p. 581.

Apparet ex his quam anceps et ambigua res sit statuere utrum scriptoris an librarii errorem deprehenderis. Sitne bene *Graecum* an non sit numquam fere esse potest dubitatio: quid *Attici* ipsi soliti fuerint in quaque re dicere sciri potest et e multis vitiis Codicum, Grammaticorum, Editorum veluti e scoria purum putum aurum excerni. Sic igitur vitium manifestum tenetur, id quaeritur utrius negligentia sit peccatum. Videor mihi reperisse rationem, qua Atticistae paulo elegantiores multis erroribus absolvi possint, quos in scribas esse transferendos sic mihi quidem persuadeo: praecepta Atticistarum, ut supra dicebam, non hanc vim habebant, ut ex iis dialectus *Attica* cognosceretur, sed ut sermonis popularium vitia et negligentia, ad *Atheniensium* incorruptam consuetudinem exacta, apparerent et corrigerentur. Clamosus est in ea re et plagosus, opinor, fuit Phrynichus, qui ita solet: *ἐσχάτως ἀδόκιμον, πάνυ ἀμαθῶς, κάκιστον, ἐσχάτως βάρβαρα, ἀποτρέπου λέγειν, ἐνεκαλυψάμην ὁρῶν* p. 69, *ὁ τοῦτο λέγων ληρεῖ* p. 137, *ἐναυτίασα τοῦτ' ἀκούσας* p. 194, aut *ναυτίας ἄξιον τοὔνομα* p. 226, aut similia. Moeris clementius agit et benignius, sed quoniam tecte et lenissime aequalium vitia arguit, factum est ut quid potissimum ageret a multis non satis animadverteretur. Quid inter utrumque magistrum sermonis intersit, ita ostendam: indocti *ἰδιῶται* dicebant *ἀπελεύσομαι*, quia nesciebant *ἄπειμι* esse dicendum. Ea res, quam nunc pueri non nesciunt, quamque omnium veterum usus perpetuus demonstrat, olim solis doctis erat nota et sedulo ab iis inculcatur. Quidquid de ea re sciri potest collectum est a Kiddio ad Dawesii *M. C.* p. 126. Unum addam: Pollux diligenter docet Commodum principem verbi *κατέρχομαι* futurum esse *κάτειμι*, ne forte erret. III §. 93, *κατέρχεται καὶ κάτεισιν ἐπὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου.* Idem igitur Phrynichus et Moeris docuere. Phrynichus sic p. 37: *ἀπελεύσομαι: παντάπασι φυλάττου, οὔτε γὰρ οἱ δόκιμοι ῥήτορες οὔτε ἡ ἀρχαία κωμῳδία οὔτε Πλάτων κέχρηται τῇ φωνῇ, ἀντὶ δὲ αὐτοῦ τῷ ἄπειμι χρῶ καὶ τοῖς ὁμοειδέσιν ὡσαύτως. ἐπεξελευσόμενος: ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς* (sic legendum), *τοῦτ' οὖν ἔσυρεν ἐκ τριόδου Φαβωρῖνος, χρὴ γὰρ ἐπεξιὼν*

εἰπεῖν, καὶ γὰρ ἐπέξειμι λέγεται ἀλλ' οὐκ ἐπεξελεύσομαι. Videte quos fluctus in simpulo excitet, at Moeris idem summa lenitate ita docet: ἄπεισιν Ἀττικῶς, ἀπελεύσεται Ἑλληνικῶς, cuius praecepti eadem vis est atque Phrynichi, neque valet ad aperiendam *Atticorum* consuetudinem sed ad arguendum aequalium errorem. Eadem est ratio omnium propemodum Moeridis praeceptorum, quibus sine ulla asperitate verborum, sine convicio aut opprobrio, veluti tacitus ac nutu popularium vitiosam consuetudinem corrigit. Sic quod in eadem pag. legitur: ἀκροᾷ Ἀττικῶς, ἀκροᾶσαι Ἑλληνικῶς, ecquis crediderit scriptum esse ut formae, qualis est ἀκροᾷ, observarentur, an ut vitiosum ἀκροᾶσαι notaretur? Moeris caeterique magistri paulo antiquiores, (nam Thomas ipse indiget magistro, qui se meliora doceat et multa inepta dedoceat) si ita legentur ut cognoscatur, quibus in rebus *οἱ ἰδιῶται* impingere fuerint soliti, quae vitia sermonis fuerint pervulgata et hinc in antiquorum libros invecta, egregium usum habebunt ad veterum scripta passim purganda iis mendis, quae saeculi contagio affricuit turpissima et plurima. Perpauca sunt vitia de magna copia, quam Moeris expromsit, quae non saepe in optimi et probatissimi cuiusque scriptoris antiqui libris appareant et aequissimo animo ab Editoribus et Criticis ferantur. In eo loco, in quem fortuito incidimus, Moeris ordine haec dicendi vitia refutat: ἀπηλάσθη pro ἀπηλάθη, ἀπαλλακτικῶς ἔχοντες pro ἀπαλλαξείοντες, ἀγέτωσαν, ᾀδέτωσαν et similia pro ἀγόντων, ᾄδοντων cet., ἀκροᾶσαι pro ἀκροᾷ, ἀπελεύσεται pro ἄπεισιν, ἀλέσεις pro ἀλεῖς cet. Haec omnia, quamquam manifesto sunt vitiosa et sequiore aetate apud Graeculos nata, tamen vetustos scriptores adhuc impune inquinant, alia raro et in paucis libris, alia frequentius, alia passim in omnibus. De quo genere est ἀγέτωσαν et ἀγέσθωσαν, quae in cuius scriptoris *Attici* Codicibus et Editionibus non leguntur? Constat formam esse sequiorem, *Macedonicam;* editores non audiunt. In poëtis metri ratio arcet soloecismum, nulli apparent; caeteris non est idem praesidium, exempla pullulant. Similiter quod vitium in ἀλέσεις Moeris notavit, quia omnes iam dudum ita peccaverant, omnia antiquorum scripta infecit. Nempe olim abierant in desuetudinem et in solis Veterum libris apparebant formae, quae antiquitus solae

fuerant in usu: ἁλῶ, καλῶ, τελῶ, γαμῶ, ὀλῶ, κορῶ, φορῶ, ἀμφιῶ, μαχοῦμαι, et ἐλῶ, βιβῶ, κρεμῶ, πετῶ, κερῶ, σκεδῶ, πελῶ: rariora sunt κολῶ et κολῶμαι: singularia, nobis quidem, ἑξετῶ apud Isocratem p. 195. c. coll. *Antiatt.* Bekkeri p. 251, 32. et συσκιῶ in Sophoclis *Oedip. Colon.* vs. 406. His igitur formis *Attici solis* utebantur, ut numquam quisquam καλέσω, διατελέσω aut similiter diceret, neque ἐλάσω, βιβάσω, πετάσω aut quidquam de caeteris, neque adeo καλέσομαι aut ἀναβιβάσομαι aut aliud quid huiusmodi esset in usu. Animadverti has formas iam olim interiisse et antiquissimam esse labem, qua καλέσω, καλέσομαι, βιβάσω, βιβάσομαι, ἐλάσω, διατελέσω et similia omnes coeperint dicere et scribere. Hinc factum est ut novae formae passim subreperent in antiquarum sedem, unde sequitur restituenda esse ubique locorum quae constet vitio et fraude esse de loco deiecta. Itaque καλέσω, ut hoc utar, undique est expellendum, quo male pedem intulit (nisi forte coniunctivus sit, ut apud Sophoclem in *Philoct.* 1452,

Φέρε νυν φείχων χώραν καλέσω.

et in Aristophanis *Pluto* 964.

Φέρε νυν ἐγὼ τῶν ἔνδοθεν καλέσω τινά.

et *Lysistr.* 851 et 864) et ἐγκαλέσω, ἐπικαλέσομαι, διατελέσω, quae aliquoties in Platone et Oratoribus et aliis occurrunt, certa emendatione refingenda sunt ad constantem et perpetuum *Atticorum* usum. Non magis parcendum est soloecismis, quales sunt βιβάσω, προσβιβάσω, ἀναβιβάσομαι etc., qui ubicumque apud veteres leguntur, Graeculorum vitio leguntur, non *Graecorum.* In animo est *Atticorum* locos, qui huc faciant, diligenter collectos inter se componere et demonstrare scripturas, quas improbem, non esse antiquas aut sanas sed antiquis et sanis substitutas. Poterit sibi quisque inter legendum facile explorare satisne verum et certum sit, quod nunc paucis expromam et eiusmodi est, ut eam controversiam vel solum dirimere possit. Librarii, magistri, lectores omne genus, qui veteres formas expellebant, ubicunque non satis apparebat futuri temporis eas formas esse, manus abstinebant; praesentis temporis esse suspicantur et servant intactas, ubi καλῶ v. c. futurum esse intelligunt in καλέσω refingunt, ubi non intelligunt nihil movent. Locus est in Aeschinis *Timarchea*, ubi bis

Orator καλῶ posuerat pro *vocabo*, in secunda parte loci non senserunt idem dici: itaque sic vulgo legitur § 67, οὐκοῦν καὶ αὐτὸν ὑμῖν καλέσω τὸν Ἡγήσανδρον, γέγραφα δ' αὐτῷ μαρτυρίαν κοσμιωτέραν μὲν ἢ κατ' ἐκεῖνον, μικρῷ δὲ σαφεστέραν ἢ τῷ Μισγόλᾳ. οὐκ ἀγνοῶ δ' ὅτι ἀπομεῖται καὶ ἐπιορκήσει. διὰ τί οὖν αὐτὸν καλῶ ἐπὶ τὴν μαρτυρίαν; ἵν' ὑμῖν ἐπιδείξω κτέ. Qui non sentit καλῶ futurum esse, nihil umquam de genere hoc sentiet, at librariis et sciolis nihil suboluit, itaque prius καλῶ ad suam consuetudinem revocarunt, alterum reliquerunt inviolatum. Si haec ratio constabit potestne certiore indicio confirmari id quod suapte natura satis erat certum, *unam* esse formam in usu, non *duas*, quibus suo arbitratu *Attici* promiscue uterentur. Praeterea, si quis hos locos diligentius inspiciet, in multis corruptelam subesse etiam aliis indiciis deprehendet, veluti in Lysiae oratione XVIII. § 24, οὐκ ἔχω, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὕστινας δεησομένους ὑπὲρ ἡμῶν ἀναβιβάσομαι, ubi ἀναβιβάσωμαι, ut opinor, est necessarium.

Itaque in Moeride et Atticistis, si quis eorum praeceptis sic uti volet, egregium paratum erit *Atticis* praesidium, non quo melius intelligantur, sed quo eluantur sordes nitorem *Atticae* venustatis obscurantes. Cavendum autem diligenter erit ne temere quid Grammatico credas neve caecum ducem temere sequaris. Quam saepe, quam turpiter, quam iocularitер errare soleant, nota res est. Moeris pro *Atticis* venditat Homerica et *Ionica*, quibus Tragici soli delectabantur, aut vocabula prisca et casca e Solonis legibus sublecta: cf. v. v.: ἀὴρ βαθεῖα, ἥρω, ἱδρῶ, κυκεῶ, νέατον, ψεδνός, ἄθυρμα, δημούμενον, διῆρες, βουλυτός. Solonea sunt in v. v.: σεισάχθειαν, ὀπύειν, ἐξίλλειν: aut usum et proprietatem *Atticorum* non satis callere arguitur, miscet aliena, diversa confundit, scriptura codicum depravata decipitur, ut in ἀνηλωμένα, ἀνασχήσεται, ἀπεῖπα, βλάβος, διωκάθειν (pro διωκαθεῖν aoristo, cf. Elmsleius ad *Medeam* 186), εἰς τρίτην ἡμέραν, κρεμάθρα, κνισᾶν, ὤφειλε, cet.: ignorabat quo certo usu distarent γραψάμενος et γράψας, φαῦλον et φλαῦρον, δεσμοί et δεσμά, πεπραγώς et πεπραχώς, alia. Codices depravati eum deceperunt in ἀνακωχή pro ἀνοκωχή, κατακώχιμα pro κατοκώχιμα, alibi: ab his igitur si caveris, ut nihil erroris subesse certo scias, Moeris in eum modum adhi-

bitus, quo diximus, *Atticis* scriptoribus egregium erit emendationis subsidium.

Atticorum imitatoribus sero natis, quorum causa hanc disputationem ingressi sumus, Moeris, Phrynichus caeterique magistri non prorsus eodem modo proderunt sed alio non multum dissimili. Quis enim serio in animum inducere sibi poterit, quae istis magistris tam nota et perspecta sint, ea Luciano et Alciphroni aut ignota et inaudita esse aut non satis firmiter animis impressa, ut imprudentes et alias res agentes immemores harum legum in errores delabi potuerint. Ecquis est qui putet magistros scire ἄπεισι bene *Graecum* esse, non ἀπελεύσεται, Lucianum et Alciphronem nescire, vel modo meminisse, modo oblivisci? Quis tam est veterum membranarum inepte fautor, ut non hoc fateatur? Si mihi hoc dederis falsarios tenemus manifestos. Eosdem arguunt lectionum discrepantiae. Memoravimus supra dicendi vitium, quo Graeculi pro ἀκροᾷ dicebant ἀκροᾶσαι: fefellit eos analogiae species in ἠκρόασαι, τεθέασαι, πεπείρασαι similibusque et manifestus error est. Hinc igitur in Alciphronis optimo codice *Vindobonensi*, qui littera B notatur, nata scriptura est III. 11. 3, ἀμιλλᾶσαι ταῖς ἀϛικαῖς ταυταισί, quam pro sua Graecitatis peritia Wagnerus recepit pro ἀμιλλᾷ, perinde esse annotans. Quemadmodum igitur ἀμιλλᾶσαι apparet deberi Graeculo ad aequalium consuetudinem aberranti, sic Alciphroni imputari non posse arbitror vitia et errores huiusmodi: I. 28. 2, ἀναπνέεις. Fragm. 4, προσπνέειν, I. 28. 1, ἀεργός. III. 51. 3, ὀϛέα. III. 26, προσοφλῆσαι pro προσοφλεῖν. III. 22. 2, Πνυκός. III. 61. 3, Πνύκα. III. 17. 2, ἀπελεύσῃ pro ἄπει. I. 36. 1, ἐν Μυρρινοῦντι pro adverbio Μυρρινοῦντι, ut Ῥαμνοῦντι, Ἀγνοῦντι (Steph. Byz. in v. Ἀγνοῦς) alia, ἐν Μυρρινοῦντι tam pravum est ac si quis ἐν Ἰσθμοῖ vel ἐν Ὀλυμπίασι vellet dicere: aeque vitiosum est, quamquam multis non videtur, ἐν Μαραθῶνι. I. 25. 1, τὸ χρέος pro τὸ χρεών. II. 2. 3, ϛωμυλεύεσθαι pro ϛωμύλλεσθαι. II. 2. 9, ἀπήλαυεν pro ἀπέλαυεν. II. 3. 3, καταλίποιτο pro καταλείποιτο. II. 4. 15, γαϛριμαντεύεσθαι, qua forma pessime analogia corrumpitur. III. 3. 1, χρυσίνους pro χρυσοῦς. III. 47. 3, τὸν ὑδρορρόαν pro τὴν ὑδρορροήν. ibid. κατεκρύβην. III. 48, 4, ἀμοιβή pro χάρις. III. 39. 1, συνδέων pro συνδῶν. III. 52. 3, λήσεται. (recte. III. 70.

3, λήσω.) III. 64. 3, ῥεύσειε pro ῥυείη. III. 72. 2, κυσοδόχῃ pro κυσοδόκῃ. III. 7. 5, Πειραιοῖ pro ἐν Πειραιεῖ. III. 19. 2, εἰς σέ pro εἰς σοῦ. III. 42. 2, δίεισι pro διέρχεται. III. 53. 2, κεῖθι pro ἐκεῖ. III. 57, οἰνωμένος pro μεθύων et barbare ἐσκωψάμην pro ἔσκωψα. III. 59, κατ' ὄναρ pro ὄναρ. III. 60. 1, ἀναστρέφειν pro ἀναστρέφεσθαι. III. 70. 4, ἐπὶ μήκιστον χρόνον pro διὰ πλείστου χρόνου. III. 72. 2, ὑπετόπησεν pro ὑπώπτευσεν. I. 1. 1, οἱ βορρεῖς pro βορραῖ. I. 12. 2, κατακλιθείς, (recte et *Attice* in fragm. 6 κατακλινῶμεν.) I. 34. 6 στασιάζει τὰ κοινά pro τὴν πόλιν εἰς στάσιν καθίστησι sive ταράττει. III. 40. 4 et 41. 3, τοὺς πατέρας pro γονέας. III. 53. 1, εἰσέφρησα pro εἰσέφρησα ἐμαυτόν. III. 61. 3, ἀγαπῶ ἐκπορίζειν pro ἐκπορίζων. Sic φθάνειν contra naturam verbi et usum antiquitatis positum est III. 4. 17, φθήσεσθαι ἐλθεῖν pro ἐλθών. Non negaverim fieri posse, ut nonnulla ex his ipsi ALCIPHRONI imputanda sint; omnia haec ab eo commissa esse, qui totus fuerit in poëtis antiquae comoediae lectitandis et ARISTOPHANE ante omnes, qui novae comoediae fabulas versabat et praecipue Menandreas, qui PLATONEM terebat et DEMOSTHENEM, ut ab his omnibus ἀττικίζειν disceret, eum igitur turpiter impegisse in iis omnibus, quae magister quilibet in numerato haberet et ad fastidium usque inculcaret, id mihi haudquaquam videtur credibile. Etiam in reliquis vitiis, quae iam indicabo, compluscula esse suspicor, quae mala manus invexit; satis habebo si id vicero, partem utique peccatorum ipsius Rhetoris negligentia esse commissam, qui, ut sequiores omnes, *Atticorum* sermonem non tam diligenter observavit et imbibit, ut non subinde laberetur. Ex eo genere est quod legitur III. 3. 6, ἡ Ἀρεοπαγῖτις βουλή pro ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου. III. 10. 3, ἐνθύμιον ποιησάμενος pro ἐνθυμηθείς. III. 20. 4, ἐξ ὀφθαλμῶν ἐποίει pro ἐποιεῖτο, ut ἐκποδὼν ἐποιεῖτο, sic et I. 19. 1, ποιεῖν νουθεσίαν pravum est, pro νουθετεῖν dici potest νουθεσίαν ποιεῖσθαι non ποιεῖν. III. 42. 3, ἀμφιάσει pro ἀμφιεῖ III. 44. 1, ἀνέῳγεν οἰκία pro ἀνέῳκται, ut III. 47. 3, ἀνεῳγότα pro ἀνεῳγμένον, cuius vitii recte ALCIPHRONEM arguit LOBECK ad PHRYNICH. p. 128. I. 25, εἰδὼς ταῦθ' οὕτως ἔχειν pro ἔχοντα. I. 26, διὰ χειρὸς κατέχοντα, veteres ἔχοντα. II. 4. 5, κροταλίζειν, MENANDER ipse ἐπισημαίνεσθαι hoc appellabat. II. 4. 6, ὑπερθάλασσοι, *Attici* διαπόντιοι. II. 4. 14, χρηστηριασθῶμεν, illi

μαντευσώμεθα dicebant. III. 10. 3, προχειρίσασθαι στρατηγόν, id *Attici* αἱρεῖσθαι dicunt, Quos commemorat Alciphron. I. 11, μαστῆρας *Atticorum* ipse alicunde ex *Ionia* arripuit. *Atheniensibus* ζητηταί erant, sed in re diversissima. Quod dicit I. 22. 3, ἤρχετο, et in fragmento 6, παρήρχοντο, nesciebant veteres Magistri ἠρχόμην non esse in usu, sed ᾖα ubique in eius locum subire. Apud *omnes* veteres ἠρχόμην est *incipiebam*; et apud *Athenienses* quidem praeter ipsum ἔρχομαι nihil in usu est, nusquam ἔρχεσθαι aut ἐρχόμενος legitur sed ἰέναι et ἰών. Quod qui primus vidit et demonstravit Elmsleius ad Euripidis *Heraclidas* vs. 210, paucissima tantum nobis reliquit paulo melius constituenda. Miror virum acutissimum in Thucydide ferre potuisse duos soloecismos tam putidos, quales leguntur IV. 120, περὶ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας, αἷς ἐπήρχοντο, Σκιώνη ἀπέστη et IV. 121, ἰδίᾳ δ' ἐταινίουν τε καὶ προσήρχοντο ὥσπερ ἀθλητῇ; in hoc loco vera scriptura reponi poterat ex Pollucc III. 152, Ξενοφῶν γὰρ εἴρηκεν· ἐταινίουν τε καὶ προσῄεσαν ὥσπερ ἀθλητῇ, errore Xenophontem pro Thucydide nominat, quem turpi soloecismo liberat. Videor mihi perspexisse unde invectum fuerit vitium. Neque Thucydides neque *Atheniensium* antiquiorum quisquam ᾖεσαν aut προσῄεσαν aut ἀπῄεσαν aut παρῄεσαν umquam dixit, quemadmodum neque ᾖειμεν aut ᾖειτε dicebant, sed constanter omnes ᾖμεν, ᾖτε et ᾖσαν. Et de ᾖμεν quidem et ᾖτε nunc tandem inter Editores et Criticos satis videtur constare, et invitis codicibus tantum non omnibus κατῇμεν, προσῇμεν, ἀπῇμεν, ἐξῇτε, ἀπῇτε et similia passim *Atticis* restitui coepta sunt. Sic Bekkerus in Demosth. *de Coron.* p. 306, 11. καὶ ταῦθ' ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἀπῄειτε βεβουλευμένοι contra libros omnes optime dedit ἀπῇτε. Ibid. p. 346, 16. προσῄειμεν τῇ βουλῇ, unus liber, *Parisinus S*, qui instar omnium est, προσῇμεν exhibuit. Utriusque lectionis vindex est Grammaticus antiquus ex codice *Vossiano* descriptus in Gaisfordi annotatione ad Etymol. M. p. 121, 39. In ᾖσαν, παρῇσαν, προσῇσαν, ἀπῇσαν, et caeteris compositis, nescio quomodo iidem pertinaciter repugnant neque quidquam morantur poëtarum testimonia, Grammaticorum auctoritatem et codicum scripturas, quibus omnibus accedit analogiae πειθανάγκη. Putemusne Aristophanem quum scriberet in *Equit.* 605:

ταῖς ὁπλαῖς ὤρυττον εὐνὰς καὶ μετῇσαν στρώματα,

aliter dixisse quam solerent populares omnes? Luculentum est scholion in PLATONEM, quod PHOTIUS cum multis aliis in Lexici sui farraginem recepit, unde sublegit SUIDAS: ἦα: δισυλλάβως, τὸ ἐπορευόμην, σὺν τῷ ι γράφεται, οἱ γοῦν Ἴωνες ἤϊα λέγουσι καὶ ἤϊσαν τὸ ἦσαν καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὕτως ἀναγνωστέον ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν ἐς αὐτόν, οἱ δὲ Ἴωνες ἠίεσαν καὶ ἤισαν (vitiose. *Iones* tantum ἤισαν dicebant). Ἀριστοφάνης Ὀλκάσιν·

Ἐπεὶ δ' ἐγενόμην οἷπερ ἦ' ἐπὶ ξύλα.

Quod autem dixi codicum scripturas hanc analogiam confirmare ita dico: saepenumero librarii, qui *ι* adscriptum negligere solebant, ἦσαν, παρῆσαν, παρεξῆσαν, ἐπεξῆσαν et similia retinuerunt, quia eas formas ad εἶναι referebant, quamquam ad ἰέναι esse referendas passim diligenter inspicienti constabit. Si his locis *ι* addideris habebis *Atticorum* manum; si ἤεσαν repones, quod nonnullos facere video, *Atticam* dialectum corrumpes, id quod scribae dudum fecissent, nisi eos alius opinionis error retinuisset. Apud DEMOSTHENEM editur in prima *Olynthiaca* p. 11: ὅθ' ἥκομεν Εὐβοεῦσιν βεβοηθηκότες καὶ παρῆσαν Ἀμφιπολιτῶν Ἱέραξ καὶ Στρατοκλῆς ἐπὶ τουτὶ τὸ βῆμα, manifesto errore. *Graecum* est ἀναβαίνειν, βαδίζειν, παριέναι ἐπὶ τὸ βῆμα et καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ βήματος, DEMOSTH. *in Olympiod.* p. 1176: ARIST. *in Pluto* 382: οἱ ἐπὶ τοῦ βήματος λόγοι, DEMOSTH. *de Symmor.* p, 189: non possunt haec permutari: quid multa? παρῆσαν est reponendum. Eadem medicina locis complusculis THUCYDIDIS, XENOPHONTIS et aliorum factitanda est. Vidi nuperrime qui in XENOPHONTIS *Hellenicis* II. 1. 18, Λύσανδρος ἐξ Ἀβύδου παρέπλει καὶ ἄλλοι παρῆσαν πεζῇ, reponeret παρήεσαν. Perficiet emendationem, qui παρῆσαν dabit. Librarii dum sedulo formas sibi inauditas expellebant et ἦσαν sive ἦσαν in ἤεσαν refingebant, nonnumquam imperfectum ἀπῆσαν temere arripuerunt et per vim, ubi *aberant* requiritur, dederunt *abiere*. Bis hoc in THUCYDIDE deprehendi. IV. 39, περὶ εἴκοσιν ἡμέρας, ἐν αἷς οἱ πρέσβεις περὶ τῶν σπονδῶν ἀπήεσαν, iocularem errorem vides, et turpius etiam cap. 42: ἐν Λευκαδίᾳ ἀπήεσαν αὐτῶν πεντακόσιοι φρουροί. In XENOPHONTIS *Anabasi* III. 4. 23, εἴ που δέοι τι τῆς φάλαγγος ἐπιπαρῆσαν οὗτοι, participium in

§ 30 ἐπιπαριόντες et Codicum lectiones ἐπεὶ παρήεσαν et res ipsa denique clamat ἐπιπαρῆσαν verum esse. Aeschines *in Ctesiph.* p. 63, 44 παρῆμεν τῇ ὑςεραίᾳ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Manu ducit ad veram lectionem locus qui legitur p. 67, 16, παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, unde emergit, παρῆμεν. cf. p. 84, 12, παρελθόντα εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Itaque Thucydides προσῆσαν ὥσπερ ἀθλητῇ scripserat, magistelli, qui Thucydidem multo peius quam vulgo creditur mulcarunt (ut in his *Lectionibus* primo quoque tempore ostendam), προσήρχοντο adscripserunt, idque, uti fit, irrepsit. In altero loco quid sit περὶ τὰς ἡμέρας ταύτας, αἷς ἐπήρχοντο, neminem vidi qui intelligeret, nam quod interpretantur esse *commeare*, *invicem visere*, *adire*, nauci non est; ἐπιμιξία haec est et ἐπιμίγνυσθαι dicitur, non ἐπιέναι, quod de *hostili* fere *invasione* ponitur. Aut monstri aliquid alitur in eo loco, aut αἷς ἐπήρχοντο ablegandum eo, unde male pedem intulit. In Aristophanis *Thesmoph.* 504:

ὁ δ' ἀνὴρ περιήρχετ' ὠκυτόκι' ὠνούμενος,

fugit Elmsleium ratio, quum περιῇεν vel περιῆρρεν corrigeret, quorum hoc usitatum non est, illud barbarum. Repone:

ὁ δ' ἀνὴρ περιήειν ὠκυτόκι' ὠνούμενος,

quam formam satis stabilivit noster omnium καθηγεμών Dawesius *in Miscell. Crit.*, a quo quum πεποίθειν, ᾔδειν, ᾔειν, προςήειν omnes accepimus, subirascor iis qui in *Avibus* vs. 1298:

ὄρτυξ ἐκαλεῖτο, καὶ γὰρ ᾔκεν ὄρτυγι,

concoquere potuerunt pro ᾔκειν a Dawesio reperto p. 301. Praeterea notandum est verbum ὑπέρχομαι, ubi significat θωπεύειν, πρὸς χάριν ὁμιλεῖν, ea lege non teneri. *Athenienses* enim ὑπέρχεσθαι dicunt eo sensu, non ὑπιέναι, et ὑπερχόμενος non ὑπιών. Exempla sunt apud Platonem, Demosthenem, alios. At nihil horum Alciphron aut caeteri *Atticorum* imitatores viderunt. Opportunum vitium, κάτιμεν I. 39. 7. servavit κατῆμεν, quod perite Seilerus eruit; ἤρχετο et παρήρχοντο auctori suo relinquenda.

Decepit Alciphronem, ut permultos alios multo antiquiores, fallax analogia, quum ex aoristo εἱλόμην, ἐξειλόμην, ἀφειλόμην cet. futuri formam ἑλοῦμαι, ἐξελοῦμαι, ἀφελοῦμαι cet. aut in activa forma καθελῶ, ἀνελῶ, ἐξελῶ contra certam analogiam et usum de suo finxerunt. Alciphron ita peccavit, I. 6. 3, ἐκ

τῆς πικρᾶς τῶν ἀγορανόμων ἐξελοῦνται ἡμᾶς χειρός, ubi ἐξαιρήσονται *Graecum* est. Fuit olim hoc vitium pervulgatum, quo plùs excusationis habet, quamquam diligenter admonent Magistri auctoritatem veterum opponentes. Photius p. 121. 15, καθαιρήσετε, οὐ καθελεῖτε: Θουκυδίδης καὶ τῶν ἄλλων οἱ πλείους, non audebant dicere καὶ οἱ ἄλλοι σύμπαντες, propter auctoritatem futilis poëtae comici, Timostrati, quem adversarii tamquam machinam admovebant, vid. Bekkeri ἀντιαττικιστήν p. 80. 12. E Photio emendandus Suidas, cuius locus corruptus Lobeckio fraudi fuit ad Phryn. p. 724. Quam frequens fuerit hoc vitium notabo in eo auctore, quo nemo diligentius Oratores *Atticos* et Historicos et Philosophos trivit, Dionysium dico Halicarnassensem *in Antiquitatibus Romanis*, I. 24, ζῆλον ἀξιούμενοι, verissime *Vaticanus* codex ἐξελούμενοι. IV. 75, μεσοβασιλέα ἑλοῦμαι. VII. 56, ἐξελεῖ. VIII. 34, ἀνελούντων. 86, ἐξελοῦντες τὸ φρούριον. IX. 26, τὴν Ῥωμαίων καθελοῦντες ἀρχήν. X. 49, ἀφελεῖται τὸ εὐσεβές, XI. 18, ἀνελοῦμεν ἐκ μέσου τοὺς φλυάρους. Recte Casaubonus XI. 5, ἀφελεῖσθε rescripsit pro ἀφείλεσθε. Simili modo VIII. 51, pro ἀνεῖλε emenda ἀνελεῖ et X. 44, ἐξαιροῦντες refinge in ἐξελοῦντες. Si tam saepe deliquit Dionysius, Criticorum acerrimus, censura columbis parcere poterit.

Maiorem etiam ab ea parte excusationem habet error, quem nunc indicabo, non tantum communem omnibus, sed perpetuum. Legitur apud Alciphronem III. 52. 3, λάλος γείτων ἢ ψίθυρος οἰκέτης ἀγορεύσει τὸ πρᾶγμα εἰς τοὐμφανές et III. 69. 1, ἐξηγόρευσα Μνησιλόχῳ τῷ Παιανιεῖ τὴν τῆς γαμετῆς ἀσέλγειαν. Vitium, quod utrobique est, ita arguam ut labem eandem late gliscentem simul arguam, re paulo altius repetita. Λέγειν *dicendi* et *loquendi* significationem in tribus tantum compositis retinet, ἀντιλέγειν, ἐπιλέγειν et προλέγειν. Reliqua verbi λέγειν familia, ut ita dicam, et cognatio in compositis omnibus superest: ἐρῶ, εἶπον, εἴρηκα, εἴρημαι, εἰρήσομαι, ἐρρήθην, ῥηθήσομαι, ῥῆσις, ῥητός, ῥητέον, non tantum in ἀντερῶ cet., ἐπερῶ cet., προερῶ cet. exstant, sed eadem omnia sunt in ἀνερῶ, ἀνεῖπον, ἀνείρηκα, ἀνερρήθην, ἀνάρρησις cet. Similiter in ἀπερῶ, διερῶ, ἐξερῶ, κατερῶ, προσερῶ, συνερῶ et ὑπερῶ, quibus quum forma in -λέγω nulla responderet, in eius locum subiit ubique — ἀγορεύω et — ηγόρευον. Sic ὁ κήρυξ ἀνερεῖ aut ἀνεῖπεν ὁ

κήρυξ ubi ad praesens tempus est redigendum, quia ἀναλέγει eo sensu dici non potest, ἀναγορεύει ὁ κήρυξ dicitur. Eodem modo formae ἀπαγορεύειν, διαγορεύειν, ἐξαγορεύειν, καταγορεύειν, προσαγορεύειν, ἀντιπροσαγορεύειν, συναγορεύειν et ὑπαγορεύειν, quibus accedit προαγορεύειν pro προλέγειν, respondent formis, quas diximus, unde sequitur praesentis tantum et imperfecti formam in usu esse, in caeteris subire — ερῶ, — εἶπον cet. Apud Aeschinem in *Ctesiphontea* ubi multus est Orator in demonstrando ius non esse *renuntiari* in theatro, qui ex plebeiscito corona aurea donatus sit, passim omnes formas verbi ἀναγορεύειν usurpat. § 3, ἀναγορεύῃ. 40, ἀνειπεῖν. 45, ἀναρρηθῆναι. 122, ὁ κήρυξ ἀνεῖπε et mox καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς κήρυξ ἀνηγόρευε. 154, 155, προελθὼν ὁ κήρυξ — τί ποτ' ἀνερεῖ et 189, δεῖ γὰρ τὸν κήρυκα ἀψευδεῖν, ὅταν τὴν ἀνάρρησιν ἐν τῷ θεάτρῳ ποιῆται. Eadem plane est ratio reliquorum omnium, ὁ νόμος διαγορεύει et διειρημένον et διάρρησις et διαρρήδην: ἀπαγορεύειν, ἀπερεῖν, ἀπειπεῖν et ἀπειρηκέναι sunt eiusdem verbi tempora diversa, quibus respondet nomen ἀπόρρησις, ut πρόρρησις verbo προαγορεύειν. Contraria sunt συναγορεύειν et ἀντιλέγειν, in reliquorum temporum formis conspirant, συνερῶ et ἀντερῶ, συνειπεῖν et ἀντειπεῖν, συνειρηκώς et ἀντειρηκώς. Perpetuus apud veteres omnes hic usus est: constat in carminibus Homericis, in *Ionum* libris omnibus, in *Atticorum*; ἐξαγορεύειν apud Homerum habet futurum ἐξερέω. Herodot. I. 21 et 22, προεῖπε Μιλησίοισι πίνειν et ταῦτα δὲ προαγόρευε τῶνδε εἵνεκεν. Xenoph. *Memorab.* III. 13. 1, προσειπών — τινα χαίρειν οὐκ ἀντιπροσερρήθη. Arist. *Plut.* 322:

Χαίρειν μὲν ὑμᾶς ἔςιν, ὦνδρες δημόται,
ἀρχαῖον ἤδη προσαγορεύειν καὶ σαπρόν.

Eurip. *Cyclop.* 101:

Χαίρειν προσεῖπα πρῶτα τὸν γεραίτατον.

Ὑπαγορεύειν, *verba praeire*, habet futurum in Aristophanis fragmento apud Ammon. *de D. V.* v. ὑπάγειν·

ἐγὼ δ' ὑπερῶ τὸν ὅρκον.

sed quid plura? quicunque hoc aget inter legendum videbit quam constanter hoc veteres teneant. Idem nullo negotio ad hanc lucem corriget scribarum errores. In Aristophanis *Pace vs. 107, quod* editur:

ἐὰν δὲ μή σοι καταγορεύσῃ,

a poëta scribi non potuit, nam κατείπῃ oportebat, scripsit καταγορεύῃ. Non est difficilis optio utrum in *Vespis* vs. 932:

ὅσας κατηγόρησε τὰς πανουργίας,

an κατηγόρευσε sit probandum, nam hoc *Atticis* est inauditum; praeterea κατηγορεῖν et καταγορεύειν tam certo discrimine et tam perspicuo, ut opinor, diremta sunt, ut cuiusvis sit, qui modo scribarum errores *audeat* corrigere, ubique constituere utri verbo locus sit. Quid impedit ὁδοῦ πάρεργον ex hac observatione Lysiam triplici mendo liberare. Legitur Orat. XIII. §. 31. οὐκ ἐδόκει αὐτοῖς ἅπαντα τἀληθῆ πω κατηγορηκέναι. Agoratus, de quo haec dicuntur, non erat κατήγορος sed μηνυτής, itaque κατειρηκέναι requiro. Cf. §. 50, ubi verba περὶ ὧν Ἀγόρατος κατείρηκεν ex ipsis ψηφίσμασι sumta sunt, et ab Lysiae verbis distinguenda. In eiusdem oratione VII. §. 35. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ εἶναι εἰ περὶ αὐτῶν μὲν οἱ βασανιζόμενοι κατηγοροῦσιν εὖ εἰδότες ὅτι ἀποθανοῦνται, περὶ δὲ τῶν δεσποτῶν, οἷς πεφύκασι κακονούστατοι, μᾶλλον ἂν εἵλοντο ἀνέχεσθαι βασανιζόμενοι ἢ κατειπόντες ἀπηλλάχθαι τῶν παρόντων κακῶν; qui Lysiam bene norunt et περί τινος κατηγορεῖν non norunt, reponent καταγορεύουσιν et supplebunt: ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἄτοπον εἶναι. Miseret me praestantissimi Oratoris, cuius unus liber deterrimus pauculas orationes laceras et vitiis mendisque omne genus inquinatas ad nos propagavit. Si Theophrasti *Characteres* exceperis, omnium pessime Lysias mulcatus circumfertur. Quid iis facias, qui in oratione VI. § 4. Ἀνδοκίδης θυσιάσουσι scribere potuerunt pro θυσίας θύσει et XII. §. 86 pro τῶν ξυνερούντων αὐτοῖς ἄξιον θαυμάζειν, dederunt ξυνεργούντων, quod emendavit Reiskius. Quo magis inclino in eam sententiam, in oratione nobilissima *De caede Eratosthenis* § 20 κατηγόρει πρῶτον μὲν ὡς μετὰ τὴν ἐκφορὰν αὐτῇ προσίοι κτέ., titubasse de more librarios et κατηγόρευε genuinum esse, ut §. 32 ὡμολόγει ταῦτα ποιήσειν. Si quis hunc locum Lysiae habet ob oculos, videat an mihi expedire possit quid sit καὶ τὰς εἰσόδους οἷς τρόποις προσίοι. Qui non poterit et προσιέναι εἴσοδον quam sit absurdum sentiet, velim cogitet quid aliud quam ποιοῖτο pro προσίοι legi possit. Sed ad Lysiam aliquando revertar, nunc ad usum verbi ἀγορεύειν est revertendum.

Ex iis, quae diximus, sequitur ἀγορεύσω, ἠγόρευσα, ἠγόρευκα, ἀγόρευσις et cognata omnia neque in simplici forma, neque in composita in antiquo sermone *Graeco* usitata fuisse, neque earum formarum exempla apud veteres exstare, nisi forte in uno alteroque loco depravato. Sunt rarissima haec vitia et propemodum nulla: hoc unum longa observatione vidi, formas quasdam e verbo προσαγορεύειν ductas satis certo praesidio esse munitas, caeterarum nec vola nec vestigium est, donec ad sequiores deveneris, qui quum se *Atticis* volunt esse quam simillimos et alia multa praeterviderunt et eum usum, quem demonstravimus, nemo unus ex omnibus vel suspicatus est. Errant omnes, Sophistae, Rhetores, Magistri, οἱ πεπαιδευμένοι omnes. Harpocration postquam ἀπαγορεύειν explicuit: ἀντὶ τοῦ κάμνειν καὶ ἀδυνάτως ἔχειν, laudato Lysia ἐν τῷ Ἐρωτικῷ (quasi non passim ἀπαγορεύειν eo sensu apud omnes legeretur) paucis interiectis explicat quid sit ἀπειπεῖν: ἀντὶ τοῦ ἀποκαμεῖν καὶ ἀδυνατῆσαι. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ Λινδίων Φόρου, non facturus, opinor, si scivisset verbi ἀπαγορεύειν non esse alium aoristum quam ἀπειπεῖν. Habet ea observatio etiam hunc usum, ut eos redarguat, qui se veteres *Atticos* mentiantur. Qui dolo malo supposuit Demostheni orationem IX πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν Φιλίππου suo se indicio tamquam sorex prodidit, quum scriberet p. 157, 20. ἤδη γὰρ ἐκεῖνος καὶ προηγόρευκε τὸν πόλεμον καὶ τοῖς ἔργοις ἐξενήνοχε, namque ipse Demosthenes προείρηκε dixisset. Simplex ἀγορεύω apud *Athenienses* non tantum in vetusta formula praeconis usitatum est: τίς ἀγορεύειν βούλεται; pro λέγειν ἐν τῷ δήμῳ sive δημηγορεῖν, sed etiam quotidiano et domestico sermone tritum est in κακῶς ἀγορεύειν, διαρρήδην ἀγορεύειν et similibus: ipsum etiam ἀγορεύω in usu erat et ἠγόρευον, ut in *Pluto* 102:

οὐκ ἠγόρευον ὅτι παρέξειν πράγματα
ἐμέλλετόν μοι;

ubi ἐμελλέτην restituendum. Ἀγορεύσω autem et ἠγόρευσα et quidquid hinc nasci potest apud illos soloeca sunt. Praeterea ἀγορεύσω εἰς τοὐμφανές neque eleganter neque bene dictum est, quia εἰς τοὐμφανές cum *dicendi* verbo perperam iungitur, ἄγειν, προάγειν, καθιστάναι εἰς τοὐμφανές recte dicitur. Ἐξηγόρευσα apud Alciphronem III. 69. 1. non uno nomine est reprehenden-

dum, namque ἐξαγορεύειν idem est quod ἐκφέρειν, *vulgare*, *palam facere*, ut innotescat omnibus; requiritur *indicium facere* viro de uxoris flagitio, quod καταγορεύειν vel μηνύειν dicitur. *Atticus* igitur in ea re κατεῖπον scripsisset, Ἀττικισταί omnes perpetuo labi solent, quorum nullus est, apud quem non saepe legantur ea omnia, quae ab antiquorum sana et sincera lingua aliena esse demonstravimus. Exemplorum quum sit ingens copia, satis habebo pauca quaedam e Luciano afferre: XLI. 24. ὃν ἀναβιβάσομαι συναγορεύσοντά σοι, pro *Atticis* ἀναβιβῶμαι συνεροῦντα, XV. 15 ἠγόρευσε κακῶς pro εἶπε XXXIV. 3 προηγόρευτο αὐτῷ ἐπὶ τὰ γέλγη ἁπαντᾶν, atque haec Lexiphanes dicit ὁ ὑπεραττικίζων, qui περὶ τὰ γέλγη dixerat, Eupolidi sublectum apud Pollucem IX. 47. Demonax autem XXXVII. 11, flos et robur Cynicorum, dicit: ὅτι — πᾶσιν αὐτὰ ἐξαγορεύσειν, corrige ἐξαγορεύσει, ubi veteres uno ore omnes ἐξερεῖ dicturi fuissent.

His denique addam indicium perpetui cuiusdam vitii, quo olim omnium libri inquinari solebant et *Atticorum*, et si qui eorum quam simillimi esse volebant: nunc *Atticorum* scripta nonnihil ea labe purgari coepta sunt, Atticistarum eodem modo purgari oportere nemo adhuc suspicari videtur. Primae personae in — ομαι exeunti respondet secunda in — ει exiens apud *Atticos*, in — η apud Graeculos. Forma in — η veteribus inaudita est in indicativis, contra forma in — ει apud sequiores omnes prorsus obsoleta est, praeterquam in βούλει, οἴει, ὄψει. Nulla autem in re Graeculi constantius antiquioris linguae usum obscurarunt. Quia *Macedones* formis in — η utebantur, factum est, ut iam in vetustissimos libros *Alexandriae* scriptos irreperent, deinde serpsit malum ulterius et per omnes *Atheniensium* libros grassatur. Non est unus liber scriptus tam vetus, tam emendate descriptus, aut diligenter correctus, in quo non passim id vitium appareat. *Clarkianus* Platonis codex, *Urbinas* Isocratis, *Laurentianus* Aeschyli et Sophoclis, *Parisinus S* Demosthenis, verbo optimus quisque et antiquissimus liber MS. turpi inconstantia formas veteres et novicias, *Atticas* et *Macedonicas*, permiscet. Ut casus et fortuna ferebat et scribarum correctorumque libido, modo genuina forma evasit, modo vitiosa surrepsit. Multi iam sunt, qui intel-

lexerunt, eam rem nostri ubique esse arbitrii iudiciique, qui antiquam linguam penitus callemus, non scribis esse permittendam sexcenties in manifesta fraude et interpolatione deprehensis. Complures *Attici* tandem nunc post multa saecula suam consuetudinem receperunt et in ea quidem re Ἀττικιςί loquuntur ut olim. Alii ex Editorum libidine, qui ipsi a Codicibus pendent, modo recte loquuntur, modo peccant, quae satis iocosa res est. Alii denique constanter peccant et ubique per vim ad Graeculorum usum coacti sunt se componere. In horum numero sunt Lucianus et Alciphron, qui quamquam ipsi recte et ordine erant loculi, nunc vitio non suo ubique peccasse videntur. Αἰτιάσῃ est apud Alciphronem I. 29. 4, παρέρχῃ I. 34. 1, διανοῇ III. 11. 3, similia passim. Non erit mihi multis verbis opus ad demonstrandum *Atticorum* imitatores in ea re imitatos esse *Atticos*; utar uno loco Luciani, qui rem vel solus conficere poterit XXXVII. § 15 ubi Cynicus mordaci et spurco ioco molestum sibi protervum et petulantem adolescentulum confutat. Πύθωνός τινος, inquit, τῶν ἐν Μακεδονίᾳ εὐπαρύφων νεανίσκου ὡραίου ἐρεσχηλοῦντος αὐτὸν καὶ προτείνοντος ἐρώτημά τι σοφιςικὸν καὶ κελεύοντος εἰπεῖν τοῦ συλλογισμοῦ τὴν λύσιν· Ἕν, ἔφη, οἶδα, τέκνον, ὅτι περαίνῃ. Periit aculeus et quod superest nihil est: ἐρώτημα apud eos, qui elegantius loquuntur, appellatur, quem caeteri συλλογισμόν appellant, iisdem ἐρωτᾶν aut συνερωτᾶν est συλλογίζεσθαι. Sic apud Lucianum, *Quomodo sit Historia scribenda*, § 17, εἶτα μετὰ μικρὸν ἄλλος συλλογισμὸς εἶτ' ἄλλος καὶ ὅλως ἐν ἅπαντι σχήματι συνηρώτητο αὐτῷ τὸ προοίμιον, id est: *ex syllogismis cuiuscumque generis constabat.* Expunge igitur τοῦ συλλογισμοῦ, quod non minus insulse additum est, ac si τοῦ ἐρωτήματος repetiisset. Sic, credo, apparet περαίνει verum esse, ut ambiguum sit utrum τὸ ἐρώτημα an σύ sit cogitatione supplendum et dicatur *ratio concludit* an *tu pathicus es* et *muliebria pateris*, quod Gesnerus vidit. At nemo poterat sic iocari nisi σὺ περαίνει dicerent omnes, non περαίνῃ. Eiusdem plane generis argumentum duci potest ex Luciani *Pseudosophista*. § 6 et 7. Ἐρομένου δέ τινος εἰ μελετήσει ὁ δεῖνα, πῶς οὖν, ἔφη, ἐμὲ ἐρωτῶν εἰ μελετήσομαι λέγεις ὅτι ὁ δεῖνα; Ἀττικίζοντος δέ τινος καὶ τεθνήξει εἰπόντος ἐπὶ τοῦ τρίτου, Βέλτιον, ἔφη, καὶ ἐνταῦθα μὴ ἀττικίζειν καταρώμενον. Manifestum est numquam

quemquam ita ludere potuisse, nisi in secunda persona *μελετήσει* et *τεθνήξει* dixissent omnes. Hi loci et permulti alii similes efficient aliquando ut non tantum *Atticis* sed *Atticorum* quoque simiis sua forma reddatur, in qua re antiqua scripturae vitia veterem errorem subinde palam facient. Saepius enim factum est, ut — *ει* in — *εις* corrumperetur, cuius rei exempla *Attici* alias suppeditabunt; nunc uno ex Alciphrone defungar I. 19. 1, *τηνάλλως ποιεῖς τὴν πρὸς ἐμὲ νουθεσίαν*, ubi equidem nequeo in animum inducere Rhetorem Graecitatis sanioris tam imperitum fuisse, ut *ποιεῖσθαι νουθεσίαν* dictum oportuisse nesciverit; itaque *ποιεῖς* in *ποιεῖ* emendandum esse censeo.

CAPUT IV.

Iuvat nunc Alciphronis *Epistolas* ordine percurrere et, si quid observatione et animadversione dignum occurret, si quid reprehendendum aut emendandum videbitur, paucis significare in iisque nonnumquam ad illas litteras exspatiari et illos scriptores, qui sunt aliquanto quam Alciphron et totum agmen Atticistarum curis nostris digniores.

In libri I Epistola 1 § 3. receptum oportuit quod praecepit Hirschigius *ἔργου εἰχόμεθα* pro *ἔργων*. Perpetuo usu omnium dicitur *ἔργου ἔχεσθαι*, sed *τῶν ἔργων ἔχεσθαι*, *ἅπτεσθαι*, et *ἐπὶ τὰ ἔργα τραπέσθαι* vel *ἰέναι*, sed *ἐπ' ἔργον*. *Εὐθὺς ἔργου ἔχεσθαι* est apud Thucydidem II. 2, saepe legitur et apud alios et Dionys. Halic. *Ant. Rom.* VIII. 2 *σοῦ σπουδάζοντος ἔργου ἔχεσθαι* VIII. 11 *ἔργου ἐχώμεθα*, alibi. Eidem IX. 47 pro *ἔργου ἄρξομαι* restituerim *ἕξομαι*. Ibid. § 1. *ἀεργία* non minus est vitiosum quam *ἀεργός* I. 28. 2. Perperam huc traxeris ex Aeschinis *Ctesiphontea* § 108 *ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι — ἐπὶ πάσῃ ἀεργίᾳ*, quae sunt e vetusto carmine sumta, ut arguit initium *πολεμεῖν πάντ' ἤματα καὶ πάσας νύκτας*. Noluit rhetor *ἀργός* et *ἀργία* dicere, suspicans, opinor, *pigrum* et *desidem* ita dici, *vacantem ab opere* non dici, et confudit *Atticorum* linguam cum dialecto *Ionica*. Ibid. § 4. *ἐκ Φαληρόθεν*: *Attici* *Φαληρόθεν*.

I. 2. 2. *ἰχθύας*: *Attici* *ἰχθῦς*. Multo turpius etiam peccatur a Theocrito, qui XXI. 45 *ἰχθύα* scripsit pro *ἰχθύν*. Eadem socordia scribendi bis mihi in Stratone Sardiano notata est, Epigramm.

XXVIII et LV in *Anthol. Gr.* Iacobs. Tom. III. p. 73 et 81.

Ἄχρι τίνος ταύτην τὴν ὀφρύα τὴν ὑπέροπτον,

et

τῷ τοίχῳ κέκλικας τὴν ὀσφύα τὴν περίβλεπτον,

haeccine ut *Graeca* esse censeamus! Nihil est, quod isti non audeant, et leges dicendi negant sibi natas. Ferendum est, dummodo ne videatur eorum ulla ratio habenda in Graecitatis usu et ratione constituenda et cognoscenda. Complura illi iaciunt παρακεκινδυνευμένα et βεβιασμένα, quae cum proprietate et analogia Graecitatis nihil quidquam commune habent. Theocrito visum est dicere III. 37.

ἆρά γ' ἰδησῶ Αὐτάν;

nihilominus solum ὄψομαι *Graecum* est, ἰδησῶ nihili est. Dixit XI. 60 νεῖν γε μαθεῦμαι, at numquam efficiet ut μαθεῦμαι pro μαθήσομαι (— σοῦμαι — σεῦμαι) *Graecum* esse videatur, neque ut γε non videatur πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ perinepte insertum. Eidem placuit XIV, 51 γεύμεθα dicere pro γεγεύμεθα et linguae patriae hanc vim inferre. Idem quum ex forma ἴσασι (ἴσαντι) deceptus fallaci analogia ἴσαμι (V. 119), ἴσης (XIV. 34), et ἴσατι (XV. 46) ausus est formare, quamquam *fecere alii*, *item boni* et clari poëtae, sed artificiali lingua usi, certum est Graecitatem sic graviter corrupisse et in haec omnia convenire dictum Apollonii Dyscoli *de Pronomine* p. 118. ταῦτα ὑπὸ ποιητικῆς ἀδείας παραληφθέντα οὐ καταψεύσεται διαλέκτου πιστευομένης ἐλλογίμοις συγγραφεῦσιν. Ad Alciphronem redeo. In fine Epistolae 1 ἐμφορῆσαι monstrum verbi ex compendio scripturae non intellecto natum est pro ἐμφορηθῆναι. In extrema Epistola 2 unice verum est ἐποθήσαμεν, πενθεῖν non de *absentibus* dicitur sed de *mortuis*.

Epist. 3. § 2. ἤκουσα ἑνός: *Attici* τινός, tum ἀνυποδήτου καὶ ἐνερόχρωτος vel sine librorum auxilio in ἀνυποδήτων καὶ ἐνεροχρώτων erat refingendum. Quid sit ἐπιτύφειν ἄνοιαν ipse Alciphron, credo, nesciebat.

Epist. 4. § 1 γεωμορίᾳ προσανέχοντες: quam fatuum est pro γεωργός dicere velle γεωμόρος. Vitiosum esse crederem, ni me alius Graeculus retineret, Isidorus in *Anthol.* Tom. III. p. 178.

ἔκ με γεωμορίης Ἐτεοκλέα πόντιος ἐλπίς
εἵλκυσεν ὀθνείης ἔμπορον ἐργασίης,

mercator homo factus est ex *rustico*, ut vides. § 3 τεχθῆναι: *Attici* γενέσθαι. § 4 εἰς τὸν ἄνδρα: illi ὡς vel πρός.

Epist. 4. ἄγεις ὡς ἑαυτόν: lege σαυτόν. — Ibid. ὁ Θεμιστοκλῆς ὁ τοῦ Νεοκλέους; Rhetor dixerat ὁ τοῦ Νεοκλέους, ut illis solemne est, ὁ τοῦ Σωφρονίσκου, ὁ τοῦ Ἀρίστωνος, ὁ τοῦ Κλεινίου, magistellus adscripsit ὁ Θεμιστοκλῆς, nunc utrumque coniunctum soloecam orationem facit. § 2 σὺν δικαίῳ πλούτει: *Graecum* est σὺν τῷ δικαίῳ.

Epist. 6. § 2 πρὸς πᾶσαν ἡδονὴν ἀφροδισίων κεχυμένος: *Graeci* et *Romani* in ea re dicunt *effusus*, repone ἐκκεχυμένος. Quod praecedit τὼ ὀφθαλμώ nemo dicebat, sed τὼφθαλμώ, non τὰ ἐπιτήδεια (Epist. 9. 1), sed τἀπιτήδεια omnes. Sequiorum temporum scribae crasin *Atticam* passim obscurarunt, quod melius, si quid dabitur otii, in Platone et optimis *Atticis* aliquando ostendemus. § 2 κωμάζουσιν εἰς αὐτήν: lege πρὸς αὐτὴν et pro δῶρον ἀποφέρει repone προσφέρει. Sigla scribas fefellit; similiter mox προσπέμπεις requiro pro εἰσπέμπεις. In ultimis verbis καὶ σὲ γράψεται παρὰ τοῖς δικασταῖς κακώσεως apparet quam diligenter ex Oratorum lectione iudiciorum rationem et verba forensia cognoverit. Omnes in talibus ridicule impingunt. Mirificum sane ψήφισμα Lucianus in *Timone* expromit cap. 50 et 51, ut eum numquam talibus in Historicis et Oratoribus legendis dedisse operam suspiceris; quo gravius errant qui in Antiquitate *Atheniensium* illustranda istis testibus utuntur omnium rerum ignaris et ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔλθῃ veris et genuinis confidenter substituentibus.

In Epist. 7. ἐπειδὴ τἀμὰ κατεάγη: legitur de librarii coniectura non satis felici, quam ex *Veneto* codice Meinekius in ordinem recepit. Veram scripturam servat vetus mendum κατεάγετο, unde κατέαγε incolume evasit. Graeculi et librarii in eo verbo turbare solent. *Athenienses* dicebant κατεαγέναι et καταγῆναι, Graeculi huius rei immemores κατεᾶχθαι dictitant et καταχθῆναι. Saepe Dio Chrysostomus, Lucianus, alii, sic peccant. In Luciani *Timone* 10 κατεαγμέναι καὶ ἀπεστομωμέναι εἰσὶ δύο ἀκτῖνες legitur vitiose pro κατεάγασι. Quia apud Alciphronem *perfectum* requirit sententia loci, salva res erit si κατέαγε repones.

Epist. 8. ἄκουε δέ: scribe δή. — τὴν γνώμην ἐξενεγκεῖν: Attici

ἀποδείξασθαι vel ἀποφήνασθαι. § 3. καθαρὰς ἀδικημάτων: ἀδικημάτων melius aberit. § 4. ὅπου γὰρ ἂν ῥέψῃς: sic negligenter admodum οἱ ἰδιῶται loquebantur pro ὅποι, quos castigat PHRYNICHUS p. 43. quo vivo ποῦ ἄπει securi dicebant, unde nunc huiusmodi vitia XENOPHONTEM, PLATONEM, DEMOSTHENEM, alios inquinant.

Epist. 9. quid sit ἀποδίδοσθαι καὶ ὠνεῖσθαι ἐπὶ λεπτῶν κερμάτων nescio, hoc scio pro λυπηρὰν φέρει τὴν παραμυθίαν verum esse λυπράν, *tenue solatium*. § 3. ἔςαι παρ' αὐτοῖς τις διὰ σοῦ παραμυθία: imo vero παρ' αὐτῶν. Διονυσίων ἢ Ἀπατουρίων τελουμένων: *Attici* ἀγομένων. — πολλοῦ δύνασθαι: pessime pro πολύ.

Epist. 10. πάντα πανταχόθεν συννέφελα: civis *Atticus* dixisset συννένοφεν, idque ipsum ALCIPHRONEM dedisse suspicor, librarios formam, quam non caperent, oblitterasse.

Epist. 11. classem mittere εἰς τὴν ὑπερορίαν nimis lepidum est. § 2. φεύγομεν ἢ μένομεν: lege φεύγωμεν ἢ μένωμεν. Memini me apud nescio quem legere senarium, apud EURIPIDEM, opinor:

φεύγωμεν ἢ μένωμεν ἢ τί δράσομεν;

Epist. 12. ὡς ἂν ἔχοι — περιπλεῖν: molles et delicatuli adolescentes *Attici* solebant animi causa παραπλεῖν. § 2. κατακλιθείς: revoca κατακλινείς. § 6. οὐδὲ γὰρ οὐκ ὀλίγοι τῶν ὁμοβίων: pro οὐδέ reposuerim εἶδον et mox in τἀργύριόν με διέχει requiro aoristum διέχεε.

Epist. 14. ὑπὸ χρόνου [παλαιότητος]: expunge.

Epist. 15. τίς γάρ σοι τῶν ἐμῶν φροντίς; male editur pro γὰρ σοί. Bellissimum est quod sequitur ῥᾳθυμίας ἠξιωμένον: non enim, credo, quia ἐπιμελείας πολλῆς ἠξιωμένον bene dictum est, licet hoc in contrarium vertere.

Epist. 17. ἐλπίδες οὖν καὶ τῶν πλησίον τινὰς ἐκαλοῦμεν μερίτας ἀποφαίνειν ἀπαγγελλόμενοι. Nihili est ἐλπίδες οὖν, revoca duas litterulas fugitivas et habebis Rhetoris manum: εὐέλπιδες οὖν κτέ. In ἀποφαίνειν tralaticius error est, emenda ἀποφανεῖν. Sexcenties sic peccatur, plerumque impune. § 3. τέλος μόγῳ πολλῷ: non is est ALCIPHRON, qui in oratione *Atticam* referre satagente nomine μόγος utatur. Restituendum esse arbitror quod in hac re saepe legitur et apud alios et in AESCHYLI *Persis* vs. 509 μόγις πολλῷ πόνῳ. — οὐχ ἵνα ἐπιγελάσῃς: pervulgatus codicum error: ἐπιγελᾶν est *arridere*, requiritur *irridere*, ἵν' ἐπεγγελάσῃς.

Epist. 18. τοῦτο γειτόνων ὁ βέλτιστος: transpone τοῦθ' ὁ γειτόνων. Pro ὠλίσθησεν verum videri ὤλισθεν in superioribus significavimus. § 2. ὁμοῦ γὰρ τῇ ὥρᾳ τῆς παιδίσκης ἡράσθης καὶ τοῖς κρούμασιν: Meinekius ἠρεθίσθης coniecit, deinde ἠγάσθης. Neutri verbo in re amatoria locus est. Emendandum ἠρέθης, *captus es.*

Epist. 19. ἡμέτερος οὖν πρὸς μητρὸς ὁ Ἔρως: quid sit ἡμέτερος non satis intelligitur, ἡμετέρειος *nostras* non ineleganter pro captu piscatoris dici poterat.

Epist. 21. εἰ γὰρ ὁ τρέφων δεῖται τοῦ θρέψοντος, τίς ἂν εἴη ὁ τρέφεσθαι ὀφείλων; quemadmodum in eadem re dicitur τί γένωμαι; *quid me fiet?* et οὐδέν εἰμ' ἄρα et similia alia, sic apud Alciphronem corrige τί ἂν εἴη.

Epist. 22. § 2. ἐξέτειναν, scribe ἐξέτεινον.

Epist. 23. κατεκτύπουν ἡμῶν οἱ ἄνεμοι: incertum auctorisne an scribarum vitio ita legatur; certum est *Graecae* linguae et rationem et usum postulare ἡμᾶς, ut καταυλεῖν τινά vel καταψάλλειν dicitur Alciph. II. 1. § 2. σὺ διὰ νυκτὸς ὅλης αὐτὸν καταυλεῖς. Καταβοᾶν τινά apud Aristophanem eiusdem generis est et καταβροντᾶν et alia. Significant: *facere ut quis* strepitu et stridore, cantu tibiarum vel citharae, clamoribus, tonitruum fragore *non sit sui compos*, aut delinitus oblectamento aut terrore perculsus. Analogia eadem omnibus addit accusativos. — τῆς νιφάδος χύμα πάμπολυ: vitiosa admodum forma est χύμα, qua qui utuntur antiqui sermonis analogiam in talibus prorsus praeterviderunt, quae penultimam produci iubet, ut in δῶμα, πῶμα, ἄρωμα, φῦμα, λῦμα, — δυμα, κρῖμα, κλῖμα, βῆμα, ῥῆμα, — δημα, aliis, de quibus tum dicam accuratius quum primum occasio dabitur dicendi de Poëtastrorum licentia, qua linguam et metrum depravarunt. § 2. εἰς τὰς θόλους [ἢ τὰς καμίνους]: expunge emblema, ut mox [πενία]. § 3. τὸν νιφετὸν πηγυλὶς διεδέξατο: scribe ἡ πηγυλίς.

Epist. 24. ἐκτίσομεν αὐτὸ τὸ μέτρον καὶ λῷον, ἐάν τις ἀφθονία γένηται: scribe αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λῴον, quae ex Hesiodo ducta sunt *O. et D.* vs. 348.

Epist. 25. μεμοίραται: veteres εἵμαρται. — καθήμενον ἐπὶ ταῖς τῆς Ἀττικῆς ἐσχατιαῖς: imo vero ἐν ταῖς.

Epist. 26. οὐκ οἶδα τί παθών tam male dictum est ac si quis οὐκ οἶδα πῶς vellet dicere. Scribe οὐκ οἶδ' ὅ τι παθών. § 2. σὴ

τῶν: *Attici* σέων. § 3. ὅμως ἐδίδου, necessarium est ὅμως δ' ἐ.

Epist. 27. ἐγὼ δὲ οἴσω βαρέως μὲν οἴσω δὲ ὅμως: *Graeci* in huiusmodi re ita verba componunt: ἐγὼ δὲ βαρέως μὲν, οἴσω δ' ὅμως idque Rhetori reddendum. cf. I. 39 2. III. 37. 3.

Epist. 28. μετέπεμψε — ἥκειν ὡς ἑαυτήν: neque μετέπεμψε probandum pro μετεπέμψατο et μετέπεμψεν ἥκειν dici non potest. Suspicor corruptum esse μετέπεμψε. — ἐξαπιναῖος pro adverbio contra veterum morem dictum est, qui saepissime ἐξαίφνης, nonnumquam ἐξαπίνης dicebant.

Epist. 29. 1. οἶδας: lege οἶδα. Pro ὑςερῆσαι assentior iis qui ἐςερῆσθαι corrigunt, possis et ςερέσθαι, et pro εἰωθότος qui accurate cogitant εἰωθότα probabunt. § 2. οἶδα γάρ sine sensu editur pro οἶδε. § 3. οὐδ' ἂν τῶν σκυθρωποτάτων τις ἀπόσχοιτο. Graeculi omnes chorda oberrant eadem; consuetudo veterum pro τις postulat οὐδείς. Mox mendum manifestum est in τὸ δοκεῖν — οὐ πάνυ πείθομαι. § 5. κνισμός τις ᾖ: dele ᾖ.

Epist. 30. τὸν ἀγῶνα ἐπανείλετο: veteres ἐνεςήσατο. — τοῖς διδοῦσιν αἱ τυγχάνουσαι: dixisset *Atheniensis* τυχοῦσαι τοῖς δεδωκόσιν, si αἱ additur, requiritur κριθήσονται. § 3. ὅπη ποτὲ βούλει: scribe ὅπου ποτέ.

Epist. 31. § 2. ςερούμενος: corrige ςερόμενος. § 3. προσδέχου — ἀπ' αὐτοῦ δεήσεις: *Graecum* est παρ' αὐτοῦ. § 4. οὐδ' ἄν, imo οὐδὲν ἄν.

Epist. 33. οὐ προσιέμην: aoristo opus est προσείμην. § 2. ἀλῶα: nullum est adiectivum *Graecum* in -ῶος exiens, exeunt in -ῷος, Νειλῷος, Γελῷος, Κῷος, Ἀχελῷος, caeteraque sine exceptione omnia. Passim adversus hanc certam analogiam peccatur et omnia plena sunt errorum, quia ι adscriptum in *antiquissimis* tantum libris apparet, in caeteris negligitur. Ubique reponenda sunt ζῷα, ᾠά, θῳή, ἀθῷος, πρῴην, similia. Μινώα non est *Graecum* nomen sed Μινῴα. Itaque Ἀλῷα est reponendum. — ἀγερωχίαν et ἀγέρωχος Graeculi Homero sublegerunt, non item *Attici*. § 5. βραχύ μοι μέλει περὶ τούτων: *Attici* ὀλίγον μοι τούτων μέλει.

Epist. 34. § 2. ἐμάνης, Εὐθύδημε, οὐκ οἶδας οἷός ἐςιν ὁ σοφιςής: οἶδας pro οἶσθα non debet Alciphroni imputari, qui εἰδώς, ut opinor, scripserat. — προσιέμην: et hic προσείμην reposuerim. — λῆροι: revoca λῆρος ταῦτ' ἐςί. καὶ λήρους addere solent iis *rebus*, quas se contemnere volunt significare, ut in hac ipsa

Epistola sub finem. § 6. τυραννίδας ὀνειροπολεῖ: sanius τυραννίδα. § 7. σύγκρινον pro ἀντεξέτασον magistri non iniuria improbabant, sed nemo audiebat. § 8. νῦν μάλιςά γε: expunge otiosam voculam.

Epist. 35. εἰ ἡδονήν σοί τινα φέρειν οἴει: satis hoc scire solemus, lege φέρει expuncto οἴει. § 2. ἐνεφορησάμην: melius ἐνεφορήθην et omnino minus antiquum et plebeium hoc verbum est. — κλαίοντα: et *Atticis* et Atticistis reddenda sunt passim κλάειν et κάειν, κλαίειν apud illos non minus est vitiosum quam αἰετός aut αἰεί. § 2. μικρὰ δ' ἔπεςί μοι παραψυχή: *solatium* alicui ἐπεῖναι non potest. Aut ἔτι ἐςί verum est aut περίεςι. — ὑπὸ τὴν λυπρὰν ἐν τῷ συμποσίῳ μέμψιν: mirum accidit *tenuis* et *exilis* obiurgatio. Dele λυπράν: suspicor ad μαραινόμενον παραμύθιον adscriptum esse λυπρόν, deinde huc invectum. In sequentibus ὡς δὴ πᾶσι τοῖς ὑφ' ἡμῶν πεμφθεῖσιν ἀχθομένη fugit Berglerum ratio, quum ὡς μή reponeret, quod reliqui retinuerunt. Infelix amator ςεφάνια καὶ ῥόδα ὥσπερ ἀώρῳ τάφῳ mittebat amicae (Epist. 36. § 5) alia omnia cupienti. Ἀχθομένη igitur πᾶσι τοῖς τοιούτοις corollam sibi de capite detrahit eique προσρίπτει. § 4. φοβοῦμαι μὴ μιμήσομαι: verum est μιμήσωμαι.

Epist. 36. § 2. οὐδ' ἐν τοῖς ἀργυρείοις ἐμοὶ μέταλλον: *Athenienses* hoc ἔργον appellant, — τοῦ χρόνου τούτου: oportebat τὸν χρόνον τοῦτον. § 3. φιλεῖς, ἄνθρωπε, φιλεῖς: lege φιλεῖν, ἄνθρωπε, φῄς ex vestigiis scripturae codicum.

Epist. 37. ἐπίκωμος — ἐφοίτα: *Graecum* est ἐπὶ κῶμον. § 2. δῆλός ἐςι μηδ' ὅλως ἡμῖν ἐντευξόμενος: *Graeculi* discrimen inter οὐ et μή ita negligunt, ut saepissime μή scribant ubi οὐ est necessarium; οὐδ' ὅλως scriptum oportuit. § 3. κοιμηθησόμενος: veteres et veterum imitatores formas amant breviores, scribae suas obtrudunt longiores, τιμηθήσομαι, ὠφεληθήσομαι, ζημιωθήσομαι, alia. Repone κοιμησόμενος ut in § 1. In § 4. ὃ — ἐκκορήσειεν, *Graecum* est ὅ τι — ἐκκορήσει; illud Alciphron, hoc scribae peccarunt. § 5. εἴωθε τὰ φίλτρα ἀποσκήψειν εἰς ὄλεθρον: supple ἐνίοτε vel ἔσθ' ὅτε εἰς ὄλεθρον, tum revoca ἀποσκήπτειν.

Epist. 38. § 4. διωθεῖτο pro διεωθεῖτο communis est describentium error, qui saepe in ὠθεῖν et compositis, saepe in οὐρεῖν, saepissime in ὠνεῖσθαι committitur. § 5. ἀπεσκοράκισεν

sero natum verbum est, quo et ipso oratio DEMOSTHENIS XI ubi p. 155, 15 legitur σκορακίζονται, spuria esse arguitur. § 5. εἰς οὐκ εὐδαίμονα βίου προαίρεσιν: quomodo προαίρεσις possit εὐδαίμων esse non video, intelligerem οὐκ εὐσχήμονα. — ὡς ἄδικον: lege ἀδίκως. § 6. ψαύω καὶ διαλέξομαι: scripsit ψαύσω. — οὐκέτι με φαιδροῖς τοῖς ὄμμασιν ὄψεται μειδιῶσα: fallitur, nam ὄψεται est *videbit*; requiritur *adspiciet* προσβλέψεται. § 7. ἐκείνη γε: quid sibi velit γε difficile dictu. § 8. συλήσασα ἀνηλεῶς: melius νηλεῶς. § 9. καὶ λαλεῖν καὶ γράφειν: unus codex λέγειν, ut veteres. Utrius sit error non facile est dispicere. Ridiculum est λαλεῖν sed omnes dudum ita errabant, ut impune ferrent omnes.

Epist. 39. μηδ' ἀκαριαίως: scribe ἀκαρῆ. Pro διαζευχθῆναι usitatius erat διαζυγῆναι. — Δέσποινα Ἀφροδίτη tam bene *Graece* sonat atque παρὰ Ἀθηναίοις, μετὰ Ἀλεξάνδρου cet., quae in codicibus leguntur, *Graecis* inaudita fuerunt; repone ubique Δέσποιν'. — κληθεῖσα τοσοῦτον χρόνον: restitue ἐκ τοσούτου χρόνου. § 2. ἀποκοιμήσασα: Verum est κατακοιμίσασα. § 3. Περσεφόνη: *Attici* Φερσεφόνη. § 5. ἀπεδύσατο τὸ χιτώνιον: Barbara forma δύσασθαι pro δῦναι apud omnes Graeculos in usu est, potuitque ALCIPHRON uti cum reliquis; hic tamen sententiae ratio postulat: ἀποδῦσα δὴ τὸ χιτώνιον. § 6. νίκην ἀποφήνασθαι τῆς Θρυαλλίδος: et alio nomine haec suspiciosa sunt et quod τὴν νίκην utique scriptum oportuit. Legerim: νικᾶν ἀποφήνασθαι τὴν Θρυαλλίδα, ut ἔκρινα νικᾶν Αἰσχύλον in *Ranis* 1473. — περὶ ἄλλων συγκρίσεις: male abundat praepositio. § 7. πλούσιον κεκληρονόμηκε πατέρα: *Attici* πλουσίου πατρός, docebant hoc Magistri, vide PHRYNICHUM p. 129. Frustra. § 8. ἑστιώμεθα: leg. ἑστιασόμεθα. — τὸν σὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις: ultima verba arguunt σόν esse expungendum.

Libri II. Epist. 1. τῶν διαδημάτων: aliquanto melius τοῦ διαδήματος dedisset. § 2. καὶ ἠλογημένη σιωπῶ: quid sit ἠλογημένη frustra quaeritur. Suspicor καὶ διηπορημένη σιωπῶ. § 3. καὶ ἀγῶνα ἔχω εἰ τὰ πρότερα τοῖς ὑστέροις νικῶ: corrige ἀεὶ τὰ πρότερα τοῖς ὑστέροις νικᾶν. § 4. χρῆσθαι τῷ ἐμῷ σώματι: *Atticus* ἐμῷ omisisset. § 5. οὐδὲ προσέβλεψαν ἔτι πολλοὶ οὐδὲ ἐπείρασαν: qui intelligit quid significet οὐδὲ προσέβλεψαν mecum οὐδὲ ἐπείρασαν delebit. Perinde est ac si diceres οὐδὲ διενοήθησαν τοῦτο ποιεῖν οὐδὲ ἐποίησαν. — mox dele ἀπογνωσθείς, olim ad

ἀπελπίσας adscriptum. § 6. ταῖς ἐλπίσι διακρατεῖν τοὺς ἐρασάς: διακρατεῖν nihil est: veteres in ea re διάγειν ponebant et credo Alciphronem veteres esse imitatum. § 7. ὡς ἐπιδεικνύναι: corrige ὥς'. § 8. Θηριππιδίου: emenda Θηριππίδου. — ἐν ὅλῃ τῇ [Ἀθηναίων] πόλει: dele importunum emblema. § 9. ἀλλ' αὐτοὶ μὲν χαιρόντων, σὺ δὲ: lege οὗτοι. — ἄρισα γὰρ ἣν βούλει: imo vero: ἣν σὺ βούλει.

Epist. 2. οὐδὲν δυσαρεστότερον — ἐστὶν ἄρτι πάλιν μειρακιευομένου πρεσβύτου: ἄρτι vitiosum est, nam haec quoque insania ab initio tolerabilior est viresque acquirit eundo. Legerim ἄρα. — οἷά με Ἐπίκουρος διοικεῖ: quis hoc concoquere potest? Quamquam διοχλεῖ propius ad corruptam scripturam accedit, ob sequentia malim διέθηκε. — ἐπιστολὰς ἀδιαλείπτους μοι γράφων: potest ea res molestissima esse, sed est eadem saepe iucundissima. In codicibus est ἀδιαλύτους, in quo mendo credo latere διωλυγίους. Notissima est Ruhnkenii de eo vocabulo annotatio ad Timaeum p. 88, qui magnam exemplorum copiam effudit: unde ad nostrum locum duo sunt perquam accommodata, Platonis μακρὰ καὶ διωλύγιος φλυαρία *Theaet.* p. 161 *E* et μήκη διωλύγια in *Legibus* p. 890 *E*. § 3. σωμυλεύεσθαι καὶ εἰρωνεύεσθαι: barbara forma pro σωμύλλεσθαι. Fefellit librarium ἡ παρήχησις. — Ἀλκιβιάδην τινὰ Πυθοκλέα νομίζει: certa lex sermonis postulat τὸν Πυθοκλέα. Hirschigius τινα in τόν mutabat, utroque opus est. — ἀνασᾶσα ὅπῃ ποτέ: lege ὁποίποτε. § 4. γνώμην σου βουλομένη λαβεῖν τί μοι ποιητέον: nemo sic veterum locutus est pro συμβουλεύσασθαί σοι. — ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν: *Attici* ἐν γειτόνων. Deceperunt Alciphronem loci, qualis hic est apud Lysiam. I. § 14. εἶτ' ἐκ τῶν γειτόνων ἐνάψασθαι, quorum diversa ratio est. Obiter illic repone: ἀνάψασθαι nempe ἀποσβεσθέντα τὸν λύχνον. § 6. μή σοι ταῦτα ὑπελθέτω: emenda ταῦτ' ἐπελθέτω, rectius etiam ἐπέλθῃ scripsisset. — λαβέτω καὶ ἃ ἔχω: supple ἀγὼ ἔχω. § 7. quid sit καταλιπὼν τὴν ἑαυτοῦ νεότητα non exputo, neque quod bene substituam reperio. § 8. καὶ ἵδρωκα τὰ ἄκρα: pro ἵδρωκα, cuius mihi ratio non constat, ἰδίω reposuerim *Atticorum*. § 9. πρεσβευτάς: *Athenienses* libentius πρέσβεις dicunt. § 10. καὶ ἐγὼ ἔσομαι τοίνυν ὅμοια αὐτῷ ἀναίσχυντος: si hoc voluisset ὁμοίως scripsisset. Emenda: κἀγὼ ἔσομαι τοίνυν ὁμοία αὐτῷ, quibus magistellus ἀναίσχυντος adscripsit.

Epist. 3. ὡς οὐδὲν ἐπαίρων: ὡς oneral locum et abiiciendum est. — ἐμοὶ χωρίς σου: scrib. χωρὶς σοῦ. § 2. τίνι δὲ — δυναίμην: supple δ' ἄν. § 4. σαλακωνείας: genuina forma est σαλακωνίας. § 5. ἀπὸ Πτολεμαίου γράμματα: apage, necessarium est παρά. § 6. σύ μοι — Ἀρεοπαγῖτις βουλὴ καὶ Ἡλιαία, ἅπαντα — ἀεὶ γέγονας καὶ νῦν ἔσῃ: bis necessaria copula excidit; scribendum: καὶ Ἡλιαία καὶ ἅπαντα ἀεί τε γέγονας καὶ νῦν ἔσει. § 8. πλεῖν μὲν καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀπιέναι μακρὰν οὕτω καὶ ἀπῳκισμένην βασιλείαν οὖσαν: contrario errore bis copula male irrepsit: apparet, opinor, coniungenda esse μακρὰν οὕτω ἀπῳκισμένην, nam iocularis est μακρὰ βασιλεία. In praecedentibus emenda: πλεῖν μὲν γὰρ εἰς Αἴγυπτον expuncto ἀπιέναι. — ἐν Αἰγίνῃ ταύτῃ γε: Verissimum est quod scite Hermannus dixit: *ne bruta quidem edunt sonos* nihil *significantes*, ex quo genere illud γε est. Lege ταυτῃί: potueritne Alciphron τῇ πλησίον adiicere multum dubito. § 9. Vitiosum acumen docti homines invexerunt: ἥδιον τὰς σὰς θεραπεύω μᾶλλον ἀγκάλας ἢ τὰς [αὐλὰς] ἁπάντων τῶν σατραπῶν καὶ βασιλέων: de suo addiderunt αὐλάς, quod erat pro ἀγκάλας restituendum: τὰς σὰς μᾶλλον αὐλὰς ἢ τὰς ἁπάντων κτέ. Sequitur ἐπικίνδυνον μὲν οὖν τὸ ἀνελεύθερον, εὐκαταφρόνητον δὲ τὸ κολακεῦον, ἄπιστον δὲ τὸ ἀτυχούμενον, quae impedita sunt et depravata. Intelligi ita demum poterunt, si definitum erit quo haec referantur, ubi tandem et apud quos τὸ εὐτυχούμενον ἄπιστον, τὸ κολακεῦον εὐκαταφρόνητον esse dicatur. Nempe *in aula regia*, quam propterea sibi Menander vitandam esse scribat. Lege igitur: — βασιλέων, ἵν' ἐπικίνδυνον μὲν τὸ ἀνελεύθερον κτέ. Si hoc vicero, nullo negotio tollam stolidum mendum, quod superest: τὸ ἀνελεύθερον non solet esse ἐπικίνδυνον: quam vellem illic aetatem degere, ubi τοῖς ἀνελευθέροις non esset satis tutum. Praecipue autem *regia aula* apud libertatis amatores olim male audire solebat. Celebratum dictum Euripidis:

> ὅστις γὰρ ὡς τύραννον ἐμπορεύεται
> κείνου 'σὶ δοῦλος κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

Pompeio in ore erat ad Ptolemaeum festinanti. Asperius etiam *Graeci* in cruda servitute:

> αὐλὰς θεραπεύειν ἐστὶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
> ἢ φυγάδος ἢ πεινῶντος ἢ μαστιγίου.

Ex illorum igitur opinione tuto licebit reponere: ἵν' ἐπικίνδυνον μὲν τὸ ἐλεύθερον κτέ. § 10. τὰ ἐν ταῖς αὐλαῖς ἐπίφθονα: suspicor ἄφθονα genuinum esse. § 11. ποίαν αἵρεσιν; si sine vitio est impegit ALCIPHRON, ut in θεσμοθέταις κεκισσωμένοις, quos *myrto* coronatos fuisse satis constat, non *hedera*. Ipsum κεκισσωμένος unde arripuerit non comperi. Athenienses κιττῷ ἐρεμμένος dicebant vel ἐρεφανωμένος. § 12. εἰς Αἴγυπτον διέλθω χρυσὸν λαβεῖν: veteres ληψόμενος. ibid. χρυσὸν λαβεῖν καὶ ἄργυρον καὶ πλοῦτον: mire additur καὶ πλοῦτον: male *metalla* nominat χρυσὸν καὶ ἄργυρον pro *nummis* χρυσίον καὶ ἀργύριον. quid multa? Rhetor flosculum Platonicum decerpserat, quem librarii interpolando sustulerunt. Legitur in *Legibus* VII. p. 801 *B*. οὔτε ἀργυροῦν δεῖ πλοῦτον οὔτε χρυσοῦν ἐν πόλει ἱδρυμένον ἐνοικεῖν, atque eae divitiae cum contemtu solent animi ingeniique divitiis veris opponi. Hinc igitur MENANDER: χρυσοῦν λαβεῖν καὶ ἀργυροῦν πλοῦτον. § 16. τὸν Ἀττικὸν ἀεὶ ῥέφεσθαι κισσόν: veteres ῥέφεσθαι κιττῷ vel κιττοῦ. — ἀγωνιῶντα [καὶ φοβούμενον]: emblema est manifestum. § 17. ἄξιος τοιούτου ἀγαθοῦ: rectius τοσούτου.

Epist. 4. § 2. τί ἄρα, τί σοι: legendum: τί ἄρα σοι. — ἀλλοιοτέρα νῦν ἡμῖν τις πέφηνας: τις retineri non potest, sed delendum est. Obversatur Rhetori HOMERUS *Odyss*. π. 181:

Ἀλλοῖός μοι, ξεῖνε, φάνης νέον ἠὲ πάροιθεν,

neque ἀλλοῖός τις dici potest, ut ποῖός τις, neque si hoc esset *Graecum*, dirimi haec possent, nisi particula interposita, ut ποῖος γάρ τις. § 3. ἔφρασαν iterum cedat vulgatae ἔφασαν, *inquit* est ἔφη non ἔφρασε. § 4. Αἰγυπτίοις ἀττικισμοῖς: non tantum pessimum hoc est ἀττικισμῶν genus, sed absurdum et in librariorum cerebro natum. Lege ἀρεϊσμοῖς. — ἀδύνατα σπουδάζειν: veteres σπεύδειν ἀδύνατα, ἀδυνάτων ἐρᾶν et περί τι σπουδάζειν solent dicere. § 6. ἐνσκηνοβατουμένου: huiusmodi verba fingunt Graeculi et tamen se ἀττικωτάτους esse putant. § 9. παρεῖσα τὴν μητέρα — ἔσομαι συμπλέουσά σοι: παρεῖσα pro καταλιποῦσα ALCIPHRONIS error est, συμπλέουσα pro σύμπλους librariorum. — ἄτερ μίτων: melius μίτου. § 10. ἀμπλακήματα: ab huiusmodi oratione alienum verbum priscum, poëticum: de cuius vera forma vide ELMSLEIUM ad *Medeam* vs. 115. — οὐδὲν χωρίον ἡμῶν τοὺς ἔρωτας οὐχὶ δέξεται πλήρεις: ἔρωτες πλήρεις

vel κοῖλοι vel κενοί neque cogitari neque dici possunt. Conieci εὐμενές, quod ad χωρίον refertur et sic peridoneam sententiam facit. § 12. ἀμιγὲς ἡδοναῖς: corrigendum ἡδονῆς. § 14. εἰδῶμεν τί λέγει τὰ ἱερά; pervulgatus error pro ἴδωμεν. — ἀπολογίαν ἕξομεν, [καὶ πορευόμενοι καὶ μένοντες] πρὸς ἀμφότερα τοὺς θεούς. Praecedit εἴτε λῷον ἀπιέναι εἴτε μένειν, neminem poenitebit emblema, quod indicavimus, sustulisse. § 16. καὶ πέμματα σελήνης καὶ ἄγρια φύλλα τῶν ἀνθρώπων. Occupavit Meinekius emendare καὶ [πέμματα] σελήνας: in ἀνθρώπων, id est in codicum scriptura ἀνων, delitescit ἄγνων, quod ita in libris exarari solet ut hoc an ανων scriptum sit, oculis discernere non possis. § 17. φθήσεσθαι Πειραιόθεν ἐλθεῖν: *Attici* constanter ἐκ Πειραιῶς dicebant et ἐλθών. § 19. ὅλως: lege ὅλος. § 19. εἴ γε μεταβουλεύσαιο τῆς πρὸς βασιλέα ἀφίξεως: neque βουλεύομαι neque μεταβουλεύομαι cum genitivo coniungi potest, quamobrem περὶ excidisse suspicor. — ἃ μάλιστα ὀνῆσαι δύναται Πτολεμαῖον: non hoc, puto, Glycera cogitat, ecquid illae fabulae regi *prodesse* possent, sed *placere*: non *utilitatem* magis quam *oblectamentum* habiturae apud hominem minime δημοκρατικόν: itaque pro ὀνῆσαι credo ἧσαι esse rescribendum. Verbum ἥδειν, sequioribus *Atticis* non infrequens, Graeculi saepius usurpant. Satis scitum est apud Synesium *Epist.* 154: τοὺς μὲν γὰρ ἥσει, τοὺς δὲ ὀνήσει. § 20. ἀφείς, ut supra παρεῖσα, male pro καταλιπών. § 21. πρωρατεύειν: restituenda est ubique forma πρῷρα in compositis et derivatis. — κυβερνᾶν μυηθήσομαι: Neminem vidisse μαθήσομαι requiri! caetera et depravata sunt et vel sine vitio, opinor, inepta et insulsa fuerunt. Glycera κυβερνᾶν μαθοῦσα et clavum ipsa tenens ut navis sine infortunio in *Aegyptum* perveniat sophistici est et pravi acuminis, in quo immorari non lubet: ἀκύμων, in quo hic docti homines adhaeserunt, obiter Plutarcho reddendum in *Numa Pompilio* cap. XX, συμμετασχηματίζονται πρὸς τὸν ἐν φιλίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ — ἀμύμονα καὶ μακάριον βίον, ubi si quis dubitabit ἀκύμονα recipere eum ipse Plutarchus expugnato in *Galba* scribens cap. X, εἰς βίον ἀκύμονα καὶ γῆρας εἰρήνης καὶ ἡσυχίας μεστόν.

Libri III. Epist. 1. οὐκέτ' εἰμὶ ἐν ἐμαυτῇ, ὦ μῆτερ: Atheniensibus solemne est ἐν ἐμαυτοῦ dicere.

Epis. 2. § 2. locus misere habitus est, in quo aliquid ha-

riolandum, v. c, καὶ κατὰ σαυτὴν τρέπου, τὸ κακόν κτέ.

Epist. 3. § 3. ἑτοῖμος ἦν ἐπιλήψεσθαι: verba manifesto corrupta. § 4. Πασίωνα pro Πατέωνα dudum receptum oportuit. — μηδ' ἂν φθάνοιμι λιμῷ κατασκλῆναι: quidquid attigeris ulcus est, neque ἂν φθάνοιμι sanum est, neque φθάνειν pro μέλλειν recte est positum, neque infinitivum habere potest. Satius est abstinere manum.

Epist. 4. ἀπεσκληκέναι κινδυνεύω τῷ λιμῷ κεντούμενος: perfecto locus non est post verbum κινδυνεύω, non potest id iam factum esse quod ut fiat periculum sit: itaque κατασκλῆναι ab Eustathio grati accipimus, cuius testimonium ad praecedentem Epistolam Berglerus adduxit hocce p. 1508, 42. τοῦ δὲ σκλῶ παράγωγον σκλαίνω, ὅθεν παρὰ τῷ Ἀλκίφρονι τὸ· κατασκλῆναι κινδυνεύω λιμῷ. De forma σκλαίνω autem vehementer fallitur, ut saepe Graeculi mirificas comminiscuntur formas verborum ex derivatis, ex κατέαξα repetunt κατεάσσω (ut πήσσω, ῥήσσω) ex ἀμφιέσαι ἀμφιέζειν, ex ἐδασάμην δάζομαι (pro δαίομαι), alia; κατασκλῆναι est a κατασκέλλω, quod apud recentiores est κατασκελετεύω. Ἀποσκλῆναι an κατασκλῆναι legatur perinde esse arbitror; ἀποσκλῆναι optimum auctorem habet Aristophanem in *Vespis* vs. 160, unde arripuit Moeris in v.: ἀποσκλῆναι, ad quem lectu dignissima Piersonus collegit utramque formam perite vindicans. Simillimum est Plautinum in *Boeotiae* fragmento:

maior populi pars aridi reptant fame.

Quid autem facias participio κεντούμενος, quod ab hoc argumento alienissimum est? κεντεῖν est *confodere* cominus, gladio, pugione. *Enecare fame* est ἀποκναίω. Nihil superest, nisi ut vocabulum importunum et molestum deleatur; ostendam statim quam proclives fuerint lectores acutuli ad inserendum aliquod fulcrum huiusmodi, ubi orationem non satis firmiter consistere suspicarentur. § 2. τάχιον: improbatur ab omnibus pro θᾶσσον.

Epist. 5. μένει: ex Graeculorum more pro οἴκεῖ.

Epist. 6. § 2. κινδυνεύω τοῖν ὀφθαλμοῖν τὸν ἕτερον συραλῆναι ὑπὸ τῶν ῥαπισμάτων ἐνοχλούμενος: Dubito nonnihil de συραλῆναι, non enim oculus pugnis contusus συρέλλεται: cogitavi de συσκλῆναι, *contabuisse*, cuius verbi quamquam certa est auctoritas, tamen exempla mihi apud scriptores non lecta, apud

Grammaticos et λέξεων consarcinatores lecta sunt, Hesych. v.: συνέσκληκε, συμπέπηγε, et in ῥητορικαῖς λέξεσιν Bekk. *Anecd.* I. p. 304. At quocumque verbo Rhetor usus est, Parasitus altero oculo captum se scribit ὑπὸ ῥαπισμάτων, quod additur ἐνοχλούμενος e stolida interpolatione et manifesta, ut opinor, accessit. Neque enim participio qualicumque opus est neque ullum insulsius addi potest quam ἐνοχλούμενος, quasi vero qui cui oculum pugnis paene effodit, a sobrio dici possit homini *negotia facessivisse.* Apage ineptias. Magistelli saepiuscule eodem modo talibus de suo participium aliquod agglutinant, quod pro sua Graecitatis peritia supplendum esse suspicantur. Ea fraus manifesta tenetur si participium ab istis additum etiam alio nomine absurdum est. Exempla huius rei tres praestantissimi scriptores suppeditabunt, Plato, Thucydides et Herodotus. Aequissimo animo tulerunt editores Platonis in libro *de Republica.* VIII. p. 553. *A.* ὅταν αὐτοῦ παῖς γενόμενος τὸ μὲν πρῶτον ζηλοῖ τε τὸν πατέρα καὶ τὰ ἐκείνου ἴχνη διώκῃ, ἔπειτ' αὐτὸν ἴδῃ ἐξαίφνης πταίσαντα ὥσπερ πρὸς ἕρματι πρὸς τῇ πόλει καὶ ἐκχέαντα τά θ' αὑτοῦ καὶ ἑαυτὸν ἢ στρατηγήσαντα ἤ τιν' ἄλλην μεγάλην ἀρχὴν ἄρξαντα εἶτ' εἰς δικαστήριον ἐμπεσόντα βλαπτόμενον ὑπὸ συκοφαντῶν ἢ ἀποθανόντα ἢ ἐκπεσόντα ἢ ἀτιμωθέντα καὶ τὴν οὐσίαν ἅπασαν ἀποβαλόντα. Eximium locum totum apposui ut duplici mendo liberarem; alterum est in verbis ὥσπερ πρὸς ἕρματι [πρὸς] τῇ πόλει, in quo repetitum πρὸς comparationis vim frangit et venustatem perimit, non enim qui in republica offendit cum eo comparatur qui ad scopulum impingit, sed ipsa respublica veluti scopulus aliquis esse dicitur ad quem quis adhaeserit. Tum βλαπτόμενον inepto interpolatori deberi unusquisque *Graece* paulo doctior assentietur Badhamo, qui in Praefat. ad *Phaedrum* p. X. haec posuit: »*Resp.* 8. 554, ἐμπεσόντα [βλαπτόμενον]." Non poterat interpolator ineptius participium in ea re ponere quam βλαπτόμενον, in eo quoque turpiter lapsus, quod participio credidit opus esse qualicumque ut fulciretur oratio. Nempe Graeculi non satis assequebantur qui tandem εἰς δικαστήριον ἐμπεσεῖν ὑπὸ συκοφαντῶν dici posset. Prorsus nesciebant usum antiquioris linguae, quo verbis ἐκβάλλειν, ἐμβάλλειν, περιβάλλειν, μεταβάλλειν aliis, verba ἐκπίπτειν, ἐμπίπτειν, περιπίπτειν, μεταπίπτειν

erant pro passivis ut formae activae ἐξέβαλον responderet passiva non ἐξεβλήθην sed ἐξέπεσον, ut non ἐκβέβλημαι diceretur sed ἐκπέπτωκα, non ἐκβληθήσομαι sed ἐκπεσοῦμαι, atque ita in caeteris. In ARISTOPHANIS *Pluto* vs. 244:

γυμνὸς θύραζ' ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνου,

non est *foras excidi* aut *elapsus sum*, sed ut TERENTIUS dicit *exactus sum* foras. Haec omnia quemadmodum formae passivae significationem habent ita et syntacticam rationem sequuntur eandem: itaque qui *a populari factione in exsilium eiectus est* dicitur ἐκπεσεῖν ὑπὸ τοῦ δήμου vel ἐκπεπτωκέναι ὑπὸ τοῦ δήμου vel (quod prorsus idem est) φεύγειν ὑπὸ τοῦ δήμου: quod active dicitur τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἐξέβαλεν id per formam passivam ita dicendum est: οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δ' ἐξέπεσον. Exemplorum affatim est apud historicos caeterosque passim. Quae autem ratio in ἀποκτείνειν et ἀποθνήσκειν, in τέθεικα et κεῖσθαι, in βάλλειν et πίπτειν passim obvia et nota est, eadem in aliis quoque cernitur, de quibus nunc duo tantum attingam. Λέγειν τινὰ εὖ, κακῶς, πολλὰ κακά, similia, si in passivam formam sunt convertenda, in locum formae λέγομαι, quae non est in usu, subit ἀκούω et pro λοιδορεῖν et λοιδορεῖσθαι dicitur κακῶς λέγειν et κακῶς ἀκούειν, sicuti pro εὐλογεῖν et εὐλογεῖσθαι antiqui dicebant εὖ λέγειν et εὖ ἀκούειν: hinc igitur κακῶς ἀκούειν ὑπό τινος dicitur, vel πρός τινος, εὖ ἀκούειν ὑπὸ τῶν πολιτῶν, similia. CATO censorius filium ipse docuit litteras: οὐ γὰρ ἠξίου τὸν υἱὸν, ὥς φησιν αὐτὸς, ὑπὸ δούλου κακῶς ἀκούειν μανθάνοντα βράδιον (PLUT. in vita, XX) id est λοιδορεῖσθαι, ut vides. Facile erit, ubi hoc accurate perspexeris, emendare locos, quos Graeculi ex huius rei ignoratione interpolarunt. In PLATONIS *Hippia maiore* p. 308. d. recte legitur ὑπό τε ἄλλων τινῶν τῶν ἐνθάδε καὶ ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώπου πάντα κακὰ ἀκούω, sed interpolatio apparet in vicinis: συμβέβηκε δή μοι κακῶς μὲν ὑφ' ὑμῶν ἀκούειν [καὶ ὀνειδίζεσθαι], κακῶς δὲ ὑπ' ἐκείνου, manifestum tenemus falsarium, non enim putide abundant tantum verba καὶ ὀνειδίζεσθαι sed concinnitatem membrorum in bipartita oratione moleste perturbant. Saepe PLATO contraria contrariis opponens usum dicendi in talibus aperit, ut in *Critone* p. 50. e. πρὸς μὲν ἄρα σοι τὸν πατέρα οὐκ ἐξ ἴσου ἦν τὸ δίκαιον, ὥςε ἅπερ πάσχοις καὶ ἀντιποιεῖν οὔτε κακῶς ἀκούοντα ἀντιλέγειν οὔτε τυπτόμενον

ἀντιτύπτειν, vides κακῶς ἀκούοντα ἀντιλέγειν perinde dici atque λοιδορούμενον ἀντιλοιδορεῖν, quo facilius est Theophrastum vetere mendo liberare in *Charactt.* cap. VI: ὀμόσαι ταχὺ, κακῶς ἀκοῦσαι [καὶ λοιδορηθῆναι] δυνάμενος; hic quoque manifesto indicio fraus tenetur. Eodem vitio liberandus est Plutarchus in *Theseo* 16: καὶ γὰρ ὁ Μίνως ἀεὶ διετέλει κακῶς ἀκούων [καὶ λοιδορούμενος] ἐν τοῖς Ἀττικοῖς θεάτροις. Quemadmodum igitur ποιεῖν et πάσχειν, λέγειν et ἀκούειν, ἐμβάλλειν et ἐμπίπτειν sibi inter se respondent, sic nonnulla composita verbi ἄγω pro ἄγεσθαι habent respondentem sibi formam ἱέναι, quod mihi saepius in κατιέναι pro κατάγεσθαι est observatum. Indocti scribae, quia hoc neque noverant neque intelligebant, solent omnia haec interpolando aut vitiando obscurare aut perdere. Quod Euripides in *Medea* scripserat vs. 1011:

θάρσει. κάτει τοι καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι·
ἄλλους κατάξω πρόσθεν ἢ τάλαιν' ἐγώ.

arguit κάτει significare καταχθήσει sive καθόδου τεύξει, at scribae stolidam scripturam κρατεῖς τοι de suo dederunt, quam palmaria emendatione sanavit Porsoni ingenium. Exspectat adhuc medicinam Thucydides VIII. 48: ὁ Ἀλκιβιάδης ἐδόκει οὐδὲν ἄλλο σκοπεῖσθαι ἢ ὅτῳ τρόπῳ ἐκ τοῦ παρόντος κόσμου τὴν πόλιν μεταςήσας ὑπὸ τῶν ἑταίρων παρακληθεὶς κάτεισιν, ubi Thucydides ὑπὸ τῶν ἑταίρων κάτεισι scripserat, (id est καταχθήσεται, ut Graeculi dicebant,) παρακληθείς ab illo adiectum est qui ὑπὸ τῶν ἑταίρων non intelligebat. Bonum factum quod absurdum participium arripuit: non esset alia poena exsilio levior, si quis in integrum restitui posset ὑπὸ τῶν ἑταίρων παρακληθείς. Abstinuere manus in simillimis, ut in capite 68: νομίζων οὐκ ἄν ποτε αὐτὸν κατὰ τὸ εἰκὸς ὑπ' ὀλιγαρχίας κατελθεῖν. Sic prorsus eodem usu dicitur ὑπὸ τῶν ἑταίρων κατιέναι et IV. 66: ἐκπεσόντες ὑπὸ τοῦ πλήθους et I. 12, ἀναςάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν aliaque compluscula. Plane eiusdemmodi vitium in Herodoto deprehendi. IV. 132, οὐκ ἀπονοςήσετε ὀπίσω ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμάτων βαλλόμενοι, quoniam non ipsa τοξεύματα βάλλει, sed τοξεύμασι βάλλονται οἱ ἀεὶ βαλλόμενοι, expunge ineptum participium ab inepto Graeculo adscriptum, quo facto quam acrior et vehementior exeat oratio et rei accommodatior quis est qui non sentiat?

Revertor ad ALCIPHRONIS lectionem vulgatam ὑπὸ τῶν ῥαπισμάτων ἐνοχλούμενος, ubi non minus insulse additum participium est et eodem amandandum, quo βλαπτόμενον, παρακληθείς et βαλλόμενοι censuimus.

Epist. 7. ἀκαρῆ: *Attici* ἐν ἀκαρεῖ. § 2. φλέβα διατεμών: veteres σχάσας. § 4. παρώθει: παρεώθει. — ὀργασάμενος: *Attici* ὀργάσας. § 5. θαυμάζειν ποῦ καὶ τίνα τρόπον: dixisset *Atheniensis* θαυμάζειν πῶς. — Πειραιοῖ pro ἐν Πειραιεῖ. § 6. ἀπεκδέχεσθαι pro προσδέχεσθαι.

Epist. 8. § 2. ἀπάξαι pro ἀπαγαγεῖν extrema est barbaries, quae in ALCIPHRONEM non cadit: vulgata lectio est τάχιστα αὐτὴν καὶ ἄκουσαν ἀπάξαιμεν, in qua latere videtur τάχις' ἂν et ἁρπάξαιμεν. § 3. τοῦ νέου κόμματος: pro καινοῦ. § 4. λογίζονται: lege νομίζονται.

Epist. 9. ἐθορύβει: conieci ἔθει ῥύμῃ. — εὕρετο: debebat εὗρε. § 3. ζημίαν ἀπενέγκασθαι: *Attici* ζημίᾳ περιπεσεῖν.

Epist. 10. § 2. ἐῴκειν — πεπληρῶσθαι: veteres omnes in ea re ἐδόκουν. § 3. ὁ δῆμος Ἀθηναίων: supple ὁ Ἀθηναίων et pro προσελθόντες recipiendum erat παρελθόντες, quia, ut supra ostendimus, *Attici* dicebant παριέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν. § 3. ὅμως ἀνεγειρόμενος: lege ὅμως δ' ἀνεγρόμενος, tum ἐγώ deleverim. Peccavit in sequentibus Rhetor quum ἐνθύμιον ποιησάμενος putavit exquisite dici posse pro ἐνθυμηθείς, non recordatus ὅτι τὸ ἐνθύμιον ἐτίθετο ἐπὶ τοῦ προστροπαίου παρ' Ἀττικοῖς, ut recte admonet AMMONIUS *de D. V.* p. 52. ubi utilia adscripsit VALCKENAERIUS et ad HEROD. II. 175. cui reddendum est: τὸν δὲ Ἄμασιν ἐνθύμιον ποιησάμενον pro ἐνθυμιστόν, quod nihil est. — ἔγνων εἶναι: bene *Graecum* est ὄντα.

Epist. 11. § 2. ἄλλα τινά: *Attici* ἄλλ' ἄττα.

Epist. 13. οἷός τε ἤμην ἐλάδια ἐμφυτεύειν: non dicit ἐδυνάμην sed προῃρούμην, παρεσκευαζόμην, itaque τε delendum, ἤμην Macedonicum est, repone ἦν: ἐλάδια scribendum ἐλάφδια, ut κρεάφδιον, caeteraque omnia huiusmodi. § 3. πονοίη, μάτην: μάτην cum πονοίη iungendum. — παραδοκῶν typorum vitium est pro καραδοκῶν.

Epist. 14. πατρώζεις: certa analogia postulat πατρῴζεις.

Epist. 16. ἔφερες ἂν καὶ τοῖς θεοῖς κιττόν: suppleverim: καὶ

(αὐτὸς) τοῖς θεοῖς. § 2. νῦν δὲ ἀγροὺς καὶ γεωργίαν: supple ἀγροὺς (μέν).

Epist. 17. κατακοιμήσασα: sincerum est κατακοιμίσασα. § 2. προσλαβοῦσα ἀπελεύσῃ: scribis debetur sero natis pro προσλαβοῦσ' ἄπει.

Epist. 18. γενέσια ἑορτάζων: digladiantur inter se Magistri utrum γενέσια dicere ius sit nec ne pro γενέθλια vel γενέθλιος ἡμέρα. Negat Phrynichus p. 103 contra quem adsurgit *Antiatticista* Bekkeri p. 86, 20. Secundum Phrynichum videtur pronuntiandum: aliud est in iisdem verbis reprehendendum: γενέθλια θύειν *Attici* dicunt, sed ἑορτάζειν Atticistae, unde fraus deprehenditur in Platonis qui fertur *Alcibiad.* I. p. 121. D. ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ βασιλέως γενέθλια ἅπασα θύει [καὶ ἑορτάζει] ἡ Ἀσία, ubi καὶ ἑορτάζει sciolo, qui adscripsit, reddendum.

Epist. 19. § 3. εἰς σὲ βαδιοῦνται: non nesciebat Alciphron εἰς σοῦ *Graecum* esse.

Epist. 20. § 4. ἐξ ὀφθαλμῶν ἐποίει: pro ἐποιεῖτο.

Epist. 21. ἔχων: *Atticus* omisisset. § 3. πρὶν τὰς παρὰ τοῦ λύκου δίκας εἰσπράξασθαι: articulus τὰς vitiose abundat, caeterum *Atheniensis* dixisset πρὶν παρὰ τοῦ λύκου δίκην λαβεῖν.

Epist. 22. ἐπολέμουν τὰς ϛαφυλάς dicere pro ἐλυμαίνοντο putida est sequiorum ἀκυρολογία. Accusativus etiam vitio apud istos invectus est. Per iocum potuit Aristophanes dicere in *Pace* 740 τοῖς φθειρσὶν πολεμοῦντες, et saepe dicitur pro *ferre non posse et insectari*, sed nihil horum excusat hanc scribendi negligentiam. — τὰς ῥᾶγας ἔκοπτον: vulpeculae uvas non ἔκοπτον, sed lubentius ἔκαπτον, opinor. Recurrit ἔκαπτον III. 60. 2. § 2. πνυκός: lege πυκνός. — σκαιότητα τρόπου: veteres τρόπων. — ἐπὶ τοὺς ἕνδεκα ἀγαγών: perpetuus est in talibus usus compositi ἀπαγαγών. § 3. ἄθυρμα: poëtae sublectum pro παίγνιον: προσηνές quid sit in tali re non perspicio. — νεκρόν; lectoris non admodum acuti additamentum. § 4. μὴ παθεῖν ἀναμένειν ἀλλὰ πρὸ τοῦ παθεῖν φυλάξασθαι: supple μὴ τὸ παθεῖν ἀναμένειν.

Epist. 23. ἔχω οὖν: corrige ἔχων οὖν et in seqq. πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς ἀπηρξάμην. § 2. εἰς νέωτα δὲ δέχοιο: lege προσδέχου. Imperativis optativos substituere Poëtastris solemne est, Nican-

DRO ante omnes: necessariam praepositionem sigla non intellecta sustulit.

Epist. 24. ἐμπίπλαται: e Graeculorum usu et errore passim irrepsit pro antiqua forma ἐμπίμπλαται.

Epist. 25. εἰς ἄςυ: *Attice* ἄςυδε. — ὦ Νόμιε: scrib. Νομίε. passim sic errari video, ut in Στρατίος et similibus. — ἀργεῖ ἡ γῆ: melius ἀργός. — χηρεύουσα τῶν ἐμπονούντων: χηρεύειν satis insulse HOMERO sublectum est. *Od.* ι. 123.

ἀλλ' ἤγ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος ἤματα πάντα
ἀνδρῶν χηρεύει, βόσκει δέ τε μηκάδας αἶγας,

πονεῖν autem pro ἐργάζεσθαι ab aequalibus sumsit.

Epist. 26. ἀποτιθεμένῳ: corrige ἀποθεμένῳ. — ὡς ὁμοῦ — προσοφλῆσαι: lege ὥσθ' et προσοφλεῖν.

Epist. 27. εἰς τοὐργαςήριον καθημένην: nullo exemplo et nullo sensu haec dicuntur, dixisset *Atheniensis* ἐπ' οἰκήματος καθημένην. § 2. ἐγὼ — σε τὰς καχρῦς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν φρύγειν ἀναπείσω: perdidisset operam, credo, neque hoc nesciebat, sed ἀναγκάσω scripsit. — οἵ κακῶν σαυτὴν ἐνέσεισας: *Attici* ἐνεκύλισας.

Epist. 28. συγκαθεύδειν μετὰ σοῦ: revoca σοὶ συγκαθεύδειν. § 3. ἐπὶ ἑνί: haec scribis placent, *Graecis* ἐφ' ἑνί.

Epist. 29. ἠπιςάμην: adde μέν. — pro εἶναι veteres ὄντα. — ἀδικομαχοῦντας: verum est δικομαχοῦντας. § 2. κινήσας δίκας: nescio unde hoc arripuerit pro εἰπών. — ὅτι μοι πολλάκις: dele μοι, commune omnibus est quod commemorat quodque proverbio dicebatur πράγματ' ἐξ ἀπραξίας.

Epist. 30. ἀργὸν δὲ καθίζειν ὄνειδος: *Attici* καθῆσθαι. — παρανοίξας τὸ θύριον: magistri docent παροίξας *Atticum* esse; PHRYNICHUS BEKKERI p. 60, 20. παρεῳγμένης τῆς θύρας: οἱ ἰδιῶται παρανεῳγμένης. ὁμοίως παροίξει τὴν θύραν. Conspirat MOERIS v. παροίξας, p. 315. § 3. — λάχος: non potuit infelicius nomen ponere pro μέρος.

Epist. 31. § 2. dele νῦν et scribe τἀκεῖ μυςαγωγεῖν pro κἀκεῖθι.

Epist. 32. οὐδεὶς τῷ μέτρῳ τὸ πίνειν ἔςεργε: qui *in bibendo modum servat* dicitur μέτρῳ πίνειν et saepius pro μετρίως dicitur μέτρῳ, non τῷ μέτρῳ. Repone igitur τὸ μέτρῳ πίνειν, ut in noto oraculo

μέτρῳ ὕδωρ πίνοντες ἀμετρὶ δὲ μᾶζαν ἔδοντες,

apud Zenob. V. 19; sic κατὰ μέτρον dicitur et ὑπὲρ μέτρον. Quod in Theognide edebatur vs. 497. ὅταν δὴ Πίνῃ ὑπὲρ τὸ μέτρον Bekkerus ex libris emendavit. § 2. τρίτην ταύτην ἡμέραν ἔχω καὶ ἔτι σοι καρηβαρῶ: *Attici* ἔχω καί omisissent.

Epist. 33. εἴ γε οὕτως: supple εἴ γε σὺ οὕτως. — ἤδη λοιπόν: bis idem dicitur, λοιπόν apud sequiores significat ἤδη; expungatur.

Epist. 34. § 2. προμηθούμενος μηδένα αὐτῷ καθάπαξ ἀνθρώπων ἐντυγχάνειν: multa in his vitia sunt, quae omnia tollentur si legetur μηδενὶ ἀνθρώπων καθάπαξ ἐντυγχάνειν. § 3. Φείδωνός τε καὶ Γνίφωνος μικροπρεπέστεροι: expunge τε, quod sententiam corrumpit.

Epist. 35. § 2. καίτοι γε: *Athenienses* semper interponunt aliquid. Pessime editur apud Lysiam VIII. § 10. καίτοι γε σφῶν γε αὐτῶν κατηγόρουν, ubi prius γε delendum. — οἱ τῆς κώμης οἰκήτορες: *Attici* οἱ κωμῆται. — συνεισηνέγκατο: *Graecum* est συνεισφέρειν. Emenda συνεισηνέγκαμεν.

Epist. 36. κατήχθη εἰς ἡμᾶς: vitiosum est εἰς. § 2. ὡς ἀνέτρεψε τοὺς Θρᾷκας: lege ὡς ἐτρέψατο. — ἀριστείας αὐτῷ γέρας δεδόσθαι: si haec ipse Alciphron ita scripsit, peccavit *Atticis* Homerica admiscens: quod Homero est γέρας, id *Atticis* ἀριστεῖον dicitur. Plutarcho in *Theseo* XXVI, καὶ γέρας ἀριστεῖον Ἀντιόπην ἔλαβεν eximendum censeo ἀριστεῖον. Similiter Alciphroni ἀριστεῖον fuit adscriptum in margine ad γέρας explicandum, quod in alienam sedem, ut fit, invectum a correctore utcumque reliquis verbis accommodatum est. § 3. φλυαρίας φάρμακον: usitatius φάρμακον dicitur id *quo quid efficitur* quam contra: ὁ οἶνός ἐστι φλυαρίας φάρμακον solet significare ὁ οἶνος φλυαρεῖν ποιεῖ, non contra φλυαρίαν παύει, vid. Wyttenb. ad Eunapium p. 35. Praeterea usus vitae quotidianae Alciphronem arguit. In fine pro ἐπαύσατο ἀδολεσχίας: supple τῆς ἀδολεσχίας.

Epist. 37. § 2. τὸν ἥρω Φαιδρίαν: neque ἥρω pro ἥρωα recte habet et ἥρως pro μακαρίτης a veterum usu alienum. — ἐλάνθανον — εὑρίσκουσα: corrige εὑρήσουσα. § 3. αἰδοῦμαι εἰπεῖν: male pro αἰσχύνομαι. — τί παθεῖν: lege ὅ τι. — ἀπείραστον εἶναι

τῶν ἀβουλήτων: *Graecum* est πεπειρᾶσθαι non πεπειράσθαι, corrige igitur ἀπείρατον.

Epist. 38. ἔνῃ καὶ νέᾳ: scribe ἔνῃ. § 2. ὑπνοῖ: *Attici* καθεύδει. — ἐπὶ τοιούτῳ θηρίῳ: ἐπί contra omnium morem et usum pro ἀντὶ positum est.

Epist. 39. § 2. εἰς τὴν ἐπιοῦσαν θύουσιν: imo θύσουσιν et mox συνθύσεις αὔριον pro συνθύεις. — εἰ οὖν ἐπειχθείης ἔρχῃ ἕωθεν: dele importunum ἔρχῃ. § 3. πρὸς τῶν αὐταδελφῶν: ita Sophocli dicere licuit, non licuit Alciphroni; ex aequalium lingua sumsit ναὶ πρὸς ἐμῆς — σωτηρίας, *Atticum* est οὕτως ὄναιο ἐμοῦ τε καὶ τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν. — ἀνυποστόλως sequiores Graeculi finxerunt et ἀληθίζομαι.

Epist. 40. ἀποδόσθαι ἀπέπεμψα: pro ἀποδωσόμενον, melius etiam πωλήσοντα. — χόλος δὲ ἐμπεσὼν ἐξ ὅτου δαιμόνων εἰς αὐτὸν οὐκ ἔχω λέγειν: emenda ἐξ ὁτουδὴ, quo facto apparet οὐκ ἔχω λέγειν insiticia esse. — τῶν φρενῶν ἔξω κατέστησε: melius ἐξέστησε. § 2. τουτωνὶ μεμηνότων: insere τῶν. § 4. εὔδηλον δέ ἐστι — περιορᾶν καὶ — συγεῖν: restitue εὔδηλος — ὑπερορῶν — συγῶν. — ἀθῴους εἶναι: dele εἶναι.

Epist. 41. χρῆσθαι ἐς ὅ τι ἂν θέλῃ: abiice ἐς. tum φθάσαι deleverim. § 2. ἐσθήματα tam bene conveniunt rustico, atque αὐτάδελφοι. Quis porro sine risu legat praecepta, quibus uxorem admonet? in § 3. ἡ παῖς expellendum est; denique σχολάζειν σωφροσύνῃ pro σωφροσύνην ἀσκεῖν undique potius quam ab *Atticis* accepit.

Epist. 42. § 2. δίεισι: pro διέρχεται. § 3. ἀμφιάσει: pro ἀμφιεῖ.

Epist. 43. Ψιχοκλαύστης: legerim — κλάστης. Σηραγγίῳ: lege Σηραγγείῳ. — ἀσμένως ὑπεδέξατο: pervulgato errore pro ἄσμενος. § 3. διακειμένου: sine exemplo sic positum est. διακεῖσθαι ἔν τινι nihil est. § 4. παίει τὸν νῶτον τοῦ Χαρικλέους: emenda τὸ νῶτον τὸν Χαρικλέα, ut Aristophanis *Avibus* 497:

λωποδύτης παίει ῥοπάλῳ με τὸ νῶτον,

et saepe alibi. — ἔσχατον ἀνδράποδον: ἀνδραπόδων, credo, ut ἔσχατον Μυσῶν pro *contemtissimo*, *vilissimo*. — εἰς τοὐπίσω τὰς χεῖρας ἐστρεβλούμεθα: senarius, quales multos Alciphron et caeteri omnes scribunt imprudentes; pro στρεβλοῦν *Attici* περιά-

γειν. — οὐκ [ὀλίγαις οὐδ'] εὐαριθμήτοις: illi exquisite εὐαρίθμητος ponunt pro ὀλίγος. § 5. πολλὰ καθηδυπαθήσας: Egregius sane Ἀρεοπαγίτης qui bonam partem patrimonii cum istis *dilapidasse* dicitur, nam hoc est καθηδυπαθεῖν. Legerim: πολλάκις ἡδυπαθήσας μεθ' ἡμῶν, quod quamquam non est gravissimi senatoris tamen flagitio caret et turpi opprobrio. — ἐπίμπρατο: veteres ἐνεπίμπρατο. In ultimis ὡς ἄν reprehendendum et ἴσα et ἀπαχθείημεν.

Epist. 44. κατέχει τοῦ ἄεος: *Graecum* est τὸ ἄευ, ut κατέχειν τὸ θέατρον. — πᾶσα αὐτῷ ἀνέῳγεν ἡ οἰκία: de ἀνέῳγε pro ἀνέῳκται diximus. Non *tota* domus ei patere dicitur, sed *unaquaeque*, itaque expunge articulum. § 3. τύχη γὰρ παρὰ πάντα: dele praepositionem. In proverbium abiit:

τύχη τὰ θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐβουλία,
Vitam regit fortuna, non sapientia.

Epist. 45. ἐπανελθοῦσα τοῦ συμποσίου: supple ἐκ τοῦ συμποσίου. — πόρθησιν ἱκανήν: nihil certius Reiskii coniectura καινήν § 3. τούτων: codd. τούτων εἰ, id est τουτωνί.

Epist. 46. ὡς εὐτυχῶς: malim ὡς εὐτυχῶ. — Τραπεζόχαρον: analogia postulat Τραπεζοχάρων. παραληφθεὶς ἐπὶ δεῖπνον τέρπειν: e Latinitatis ratione dictum: *coenae adhibitus*: τέρπειν quoque Graeculis debetur. — Φιλονεικείας: lege Φιλονεικίας. § 4. Πιθακίωνα: corrige Πιθακνίωνα. — ἀνέτλημεν: poëtis erat relinquendum pro ἀνεσχόμεθα. — τῆς εὐτυχούσης ἡμέρας: brevius *Attici* τῆς εὐημερίας.

Epist. 47. οὐδὲν δεινόν: leg. οὐδὲν ἂν δεινόν. — ἀωρία τῆς νυκτός: *Attici* τῶν νυκτῶν. — ἑαυτόν: ἐμαυτόν. § 2. διεσπάσθαι: scribe διασπᾶσθαι. § 3. κατεκρύβην: forma sequior pro κατεκρύφθην. — λέγω imprudenti excidit pro γράφω. § 4. νηὶ λύειν μελλούσῃ τὰ πρυμνήσια περιτυχών: *Attici* ναῦν ἀνάγεσθαι μέλλουσαν καταλαβών, imprimis περιτυχών ioculare est. — τὸ τίμημα: male pro τὴν τιμήν. § 5. τοσοῦτον — ὡς: scrib. ὥς'. — καὶ κεχρῆσθαι παρασίτοις: quamquam Graeculi passim abutuntur perfectis κέχρημαι, ἔσχηκα, aliis, tamen χρῆσθαι genuinum esse arbitror. — ἀπαναλώσω: ex ipsius sententia et consilio καταναλώσω rescribendum est.

Epist. 48. ἧγε συμπόσιον: non dicitur ut ἄγειν ἑορτήν, σχο-

λήν, ἡσυχίαν, εἰρήνην. § 4. ἀμοιβή: recte a magistris improbatur cf. Moeris, p. 80. § 5. μήτε οὖν ἐς νέωτα εἴη: *Atticorum* oblitus est Alciphron, quibus in ea re solemne est dicere: μὴ ὥρασιν ἵκοιτο. Neque tamen Alciphron potius quam scioli videntur culpandi, qui venustae et exquisitae formulae *Atticae*, quam perpauci intelligebant, substituerint interpretamentum vulgare, verbis de trivio sumtis. Μὴ ὥρασιν ἵκοιο *Atticis* et Atticistis tritissimum est. Tribus locis sine labe apud Lucianum legitur VIII. 6. 4. XXXIII. 5. LXVIII. 10 3, quos primus indicavit Casaubonus ad Athenaeum p. 112. alios multos aliunde afferens. Recte autem sciolus, quod ὥρασιν interpretatus est ἐς νέωτα, nam promiscue haec dici solebant, nisi quod ὥρασιν antiquioribus placuit, ἐς νέωτα minus antiquis. Huius rei observatio prodesse poterit Simonidi, in cuius iambis apud Stobaeum *Floril.* XCVIII. 16 vs. 9, 10 scribitur:

ἐς νέωτα δ' οὐδεὶς ὅστις οὐ δοκέει βροτῶν
πλούτῳ τε καὶ θεοῖσιν ἵξεσθαι φίλος,

ἐς νέωτα Meinekius eruit ex νέωτοι; restituit, si quid iudico, interpretamentum. Verum est:

ὥρασι δ' οὐδεὶς κτέ.

quod dictum est eodem sensu atque in noto proverbio:

ἀεὶ γεωργὸς ἐς νέωτα πλούσιος.

Timocreonti *Rhodio* apud Plutarchum in *Themistocle* XXI, pro

κηὔχοντο μὴ ὥραν Θεμιστοκλέους γενέσθαι,

reddendum censeo:

κηὔχοντο μὴ ὥρας Θεμιστοκλῆ' ἱκέσθαι.

nisi μὴ 'ς ὥρας malis, ut apud Theocritum est XV. 73:

κὴς ὥρας κἤπειτα, φίλ' ἀνδρῶν, ἐν καλῷ εἴης,

Leviter errat Casaubonus hanc imprecationem sic interpretans: *ne ad anni finem pervenias*, hoc est: (inquit) *ante annum vertentem moriaris.* Significat enim: *ne ad novi anni initium pervenias*, hoc est, *anno vertente pereas.* Haud difficulter id colligas ex Aristophanis versiculo in *Equitt.* 419:

σκέψασθε, παῖδες, οὐχ ὁρᾶθ', ὥρα νέα, χελιδών.

composito cum cantilena *Rhodiorum* apud Athenaeum VIII. 360. B.

ἦνθ', ἦνθε χελιδὼν
καλὰς ὥρας ἄγουσα.

Idem recte accepit verba ARISTOPHANIS in *Ranis* 381, quae ideo adscribam ut vetus mendum corrigam:

ἢ τὴν χώραν σώζειν φήσ' εἰς τὰς ὥρας
κἂν Θωρυκίων μὴ βούληται.

non de nihilo est, quod *Venetus* codex σώσει exhibet, nam quod ἢν — βούληται scriptum est, non εἰ — βούλεται indicio est poëtam non σώζειν scripsisse sed σώσειν.

Ad ALCIPHRONEM redeo: quod continuo sequitur τῆς ἀχαρίςου φωνῆς videtur ἀχαρίτου scribendum. Ἀχάριςος est *accepti beneficii immemor* non *iniucundus*.

Epist. 49. ὦ δαῖμον, ὅς με [κεκλήρωσαι καὶ] εἴληχας: manifestam interpolationem vides. Certam sedem habet in hoc argumento εἰληχέναι et apud poëtas λελογχέναι THEOCRIT. IV. 40.

Αἰαῖ, τῶ σκληρῶ μάλα δαίμονος, ὅς με λελόγχει

scribe λέλογχεν, vid. WYTTENBACHIUM ad haec verba PLATONIS in *Phaedone* 107. d. ὁ ἑκάςου δαίμων, ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει. Rhetor ab aliquo comico integrum senarium sumsit:

ὦ δαῖμον, ὅς μ' εἴληχας ὡς πονηρὸς εἶ.

— ἀεὶ τῇ πενίᾳ συνδέων: antiqua verbi forma est συνδῶν, sed veteres in ea re dicebant συνοικίζειν, ut συνοικεῖν et συζῆν κακῷ τινι pro χρῆσθαι διὰ τέλους. § 4. κεκλήσομαι poëtis licet dicere pro κληθήσομαι: in vita communi significat κεκλημένος ἔσομαι.

Epist. 50. ἵνα καὶ τούτου κατασπαθήσασα οὕτως ἐπ' ἄλλον τρέψῃ τὸν ἔρωτα: recte BERGLERUS τὰ τούτου — οὕτως male ex uno codice receptum est. Eruendum erat ex ἐπ': εἶτ' ἐπ' ἄλλον. § 2. πολλὴν τὴν εἰς ἡμᾶς φιλανθρωπίαν ἐνεδείξατο: dele τήν. § 3. mendosissima sunt omnia, et melius non tangere; quis umquam vidit τὰ προσόντα pro τὰ ὑπάρχοντα, ἡ οὐσία, aut τεθῆναι (vel ἀνατεθῆναι) in tali re, aut ἀπολαύειν πλησμονήν (vel ἀπολάψειν)?

Epist. 51. § 2. ἀχάριςοι: lege ἀχάριτοι. — ὡς ἄμεινον: scrib. ὥς'. — ἐπιμασᾶσθαι: quid sibi vult ἐπί? § 3. καὶ νεουργεῖν: uno vocabulo opus est καινουργεῖν. — ὀςέα: *Attici* ὀςᾶ. — πλήττοντες: *Attici* παίοντες. § 4. εὐδαιμονίας ἀνέχεσθαι: si per iocum dictum est, frigidus admodum iocus est; corruptum esse suspicor.

Epist. 52. οὔ μοι μέλει: veteres οὐδέν. § 3. λήσεται: veteres λήσει. — ἰσόρροπον: *Attici* ἀξίαν δίκην διδόναι.

Epist. 53. εἰσέφρησα: veteres addunt ἐμαυτόν. — ποῖ καταχθείην ἐζήτουν: veteres ὅποι neque καταχθῆναι eo sensu usurpabant. — καὶ εὐκαίρως ἐμφάγοιμι μόνος: pessime εὐκαίρως posuit pro ἐπὶ σχολῆς. Damnant unanimi consensu Magistri εὐκαιρία pro σχολή, εὐκαιρεῖν pro σχολὴν ἄγειν, vid. Phrynichum, Moeridem et imprimis Suidam v. σχολή et σχολάζειν. Admonet de eadem ἀκυρολογίᾳ τῶν πολλῶν Interpres ad Platonis *Euthyphronem* pag. 6. c. Neque ἐμφαγεῖν bene habet: nihil minus homo parabat quam ἐμφαγεῖν, quod significat *raptim aliquid cibi capere*, et ille se per summum otium ingurgitare cibis furto paratis volebat. Ἐμφαγεῖν dicuntur illi, qui in aliqua trepidatione aut tumultu *festinanter cibo aliquo se reficiunt*, vid. Xenophontis *Hellen.* IV. v. 8. τοῖς μὲν ἄλλοις εἶπεν ἐμφαγοῦσιν ὅ τι δύναιντο ἥκειν τὴν ταχίστην, αὐτὸς δὲ ὑφηγεῖτο ἀνάριστος. Cf. *Anab.* IV. II. 1, IV. v. 8. ubi legendum: ἐπειδὴ δ' ἐμφάγοιεν pro δέ τι ἐμφάγοιεν, nam perinde est φαγεῖν τι et ἐμφαγεῖν, ut πιεῖν τι et ἐμπιεῖν. Itaque in *Cyropaedia* VIII. I. 44. potior est scriptura ἕς' ἂν φάγοιέν τι quam ἕς' ἐμφάγοιέν τι. Eiusdem plane generis est ἐμπιεῖν, ut in *Cyrop.* VIII. I. 1. προσήνεγκαν οἱ θεράποντες ἐμφαγεῖν καὶ ἐμπιεῖν ἔτι οὖσιν ἀμφὶ τὰ ἱερά, et illi stantes ad aram raptim cibo potuque corpora reficiunt. Praeterea ἐμπίνειν dicitur is, qui se poculis invitat complusculis et genio indulget, estque verbum plenum festivitatis et hilaritatis, quod in convivio laetitiaque perpetuam sedem habet. Conviva satur apud Epicharmum Athenaei VI. 236. A. πολλὰ καταφαγὼν, πόλλ' ἐμπιὼν a coena se recipit domum. Absurdum esset in ea re ἐμφαγών, cui contrarium est ἐσθίειν ἐς κόρον: quod quum noster facere pararet in ἐμφάγοιμι aut Alciphron erravit aut scribae. § 2. ἀδολέσχων: scrib. ἀδολεσχῶν. — κεῖθι: Homericum pro ἐκεῖ. § 3. τοῖς ἀποτροπαίοις: excidit θεοῖς. — καὶ οὐκ ἠσόχησα: cuius preces exaudiuntur melius dicetur οὐκ ἀτυχῆσαι, quam οὐκ ἀσοχῆσαι.

Epist. 54. εἰς μέρη κατερρωγός: melius uno verbo διερρωγός. § 2. λίθοις ἐχρῶντο: mire dictum pro ἔβαλλον, magis mirum, quomodo hoc facere potuerint. § 3. ἤμην: Macedonicum pro ἦν. § 4. ἀλλ' οὐκ ἦν Λακεδαίμων ἐν ᾗ ταῦθ' ὑπέμενον, ἀλλ' Ἀθῆναι καὶ τῶν Ἀθήνησι κυβευτῶν οἱ ἐξωλέστατοι: dicam quid Alci-

PHRON debuerit scribere, scripseritne aliorum esto iudicium: *Graecum* est: ἀλλ' οὐκ ἦν Λακεδαίμων τάδε ἀλλ' Ἀθῆναι κτέ. Ita loquuntur qui praesentem fortunam cum meliore, quae olim fuerit, comparant, aut suam moesti et queruli, aut alienam infesti et irati. Exempla collegit MATTHIAEUS ad EURIPIDIS *Troades* vs. 99:

ἄνα, δυσδαίμων, πεδόθεν κεφαλήν,
ἐπάειρε δέρην, οὐκέτι Τροία
τάδε καὶ βασιλῆς ἐσμὲν Τροίας,

luculentus imprimis est locus THUCYDIDIS VI. 77. οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσὶν οὐδ' Ἑλλησπόντιοι καὶ νησιῶται — ἀλλὰ Δωριῆς ἐλεύθεροι. — λειποθυμήσας: *Graecum* est λιποθυμήσας et quidquid eodem modo est compositum primam corripit. Docet hoc analogia, quam usus poëtarnm confirmat, editores malunt imperitos librarios sequi. — ἐν τούτῳ: melius omisisset.

Epist. 55. § 3. οὐκ ἄχαρις ὀφθῆναι: *Attici* ἰδεῖν. § 4. Πυθαγορικός: male pro Πυθαγόρειος. § 5. ἦν γάρ. κτέ.: legendum arbitror: εἶχε γάρ et φέρων expungendum. § 7. ἔρρεγχεν: *Attici* ῥέγκειν dicebant. § 9. οὔρει: pro ἐούρει. — ἐν ὀφθαλμοῖς ἁπάντων [ὁρώντων]: tolle emblema. ἐνεργεῖν a Graeculis sumtum est. § 10. οὐδείς ἐςι λόγος: lege οὐδεὶς ἔτι ἦν λόγος et recipe κεκλημένων pro κεκληρωμένων — ἀξιόθεα: barbarum est, repone ἀξιόχρεα.

Epistolam 56 non Θαμβοφάγος scripsit sed Θυμβροφάγος. § 2. τῆς οἰκίας γυμνὸν θύραζε ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ ἐκβληθέντα ἐμπεσεῖν: sumta haec sunt ex ARISTOPHANIS *Pluto* vs. 144:

γυμνὸς θύραζ ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνου,

itaque dele τῆς οἰκίας, restitue χρόνου, et expuncto ἐκβληθέντα emenda ἐκπεσεῖν, quo facto intelliges nihil deesse.

Epist. 57. φειδωλῷ τῷ μέτρῳ κέχρηται: melius χρῆται, tum φειδωλῷ mendosum esse apparet, quoniam ὁ μετρῶν potest φειδωλὸς esse, τὸ μέτρον non item. Emendandum φειδωνείῳ μέτρῳ; fidem faciat perelegans locus in THEOPHRASTI *Charactt.* XI. φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐγκεκρουσμένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια σφόδρα ἀποψῶν, et illic et apud STRABONEM VIII. p. 358 et POLLUCEM X. 179. restituenda est forma φειδώνειος, quae sola *Graeca* est pro φειδώνιος. — ἐν ταῖς ἑορταςικαῖς τῶν

ἡμερῶν: veteres ἐν ταῖς ἑορταῖς. — νεουργεῖς: putide dictum de *calceis* pro καινάς. § 2. τὴν γλῶτταν διαμασῶμαι: pro δάκνω vel ἐνδάκνω non admodum lepide positum. — διανοίας: supple τῆς διανοίας.

Epist. 58. διαβολὰς ἀγενήτους: debebat ψευδεῖς. — τὰ νῦν δὴ ταῦτα cum βόσκων coniungendum. βόσκειν veteres cum contemtu dicebant et contumeliose fere de iis, quibus alimenta et merces ita dabantur ut omnia obsequerentur et parerent, quod etiam quum sine flagitio fieret tamen odiose dicebatur et videbatur exprobrari. Odiose dicuntur viri *uxores* βόσκειν, patres *liberos*, reges *parasitos*, amatores *scorta:* hi omnes sine contumelia eosdem τρέφειν dicuntur. Locus est in Aristophanis *Vespis* vs. 311:

τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες,
ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς.

quem nemo umquam intellexit. Distingue:

ὁ παῖς: τί με δῆτ', ὦ μελέα μῆτερ, ἔτικτες;
ὁ πατήρ: ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς.

ultima explicanda sunt ex similibus locis, qualis est apud Platonem in *Phaedone* p. 115. a. δοκεῖ γὰρ βέλτιον εἶναι λουσάμενον πιεῖν τὸ φάρμακον καὶ μὴ πράγματα ταῖς γυναιξὶ παρέχειν νεκρὸν λούειν. Cf. *Cyropaed.* IV. v. 46. — ὡς: et hic lege ὥςε. § 2. κοινοῖς κεχρήμεθα: imo χρώμεθα. § 3. τρέμε δακὼν τὸ χεῖλος: usitatius ἐνδακών. — τούτων εἷς: lege τουτωνί. — ὁπλομάχος καὶ ἀρήϊος: poëtica sunt.

Epist. 59. κατ' ὄναρ: certum est ὄναρ esse dicendum. Non tamen Alciphronem huic culpae affinem esse arbitror, sed κατ' ὄναρ lectori deberi, cui ἐδόκουν non erat satis. § 2. ποιμαίνειν τε [καὶ εἶναι] κατὰ τὴν Ἴδην: abiice interpolata verba. In sequentibus Meinekius subinde vitiosas lectiones e *Veneto* codice recepit, quae mox de loco deiicientur et revocabuntur ἐπιπτάντα, ψαύειν et ἐξηγειρόμην, quod in ἐξηγρόμην est mutandum. § 3 πελάζειν a veterum *Atticorum* usu plane abhorret, a poëtis sumtum est, unde Graeculi multa mutuantur, quae frequenti usu omnium trita in communem linguam recepta sunt, quale est illud ipsum ἐπιπτάντα, quod praecedit. *Attici* πέτομαι et ἐπτόμην dicunt, Poëtae πέτομαι, ἔπτην et ἐπτάμην,

Graeculi ἵπταμαι et ἔπτην. Unde est διιπετῆ, quod sequitur, nisi e poëtis? in quo Rhetor iterum peccavit quod vetusto vocabulo affinxit de suo significationem quam voluit: διιπετής est ei *ab* Iove *missus*. § 5. utiliter notabitur scripturae discrepantia in ἐξηγειρόμην et διηγειρόμην. In multis codicibus utrum δι an εξ scriptum sit oculis discerni non potest. Qui codicum inspiciendorum facultatem non habent, Bastium inspiciant in *Comment. Palaeogr.* pag. 711. Vix credas nisi id per multos annos diligenter observaveris quam saepe in compositis δι et εξ confusa in libris nostris lectores minus acutos et suspicaces ludificentur. De permultis locis ubi hunc errorem deprehendi, unum nunc indicabo e Lysia in eximia oratione κατὰ Διογείτονος. § 14. ἐν γὰρ τῇ διοικίσει, ὅτ' ἐκ Κολλυτοῦ διῳκίζετο εἰς τὴν Φαίδρου οἰκίαν. Leguntur haec sine ulla vitii suspicione. At nemo nescit quid sit διοικίζειν, oppositum verbo συνοικίζειν, nota ars eorum, qui civitatem bello victam et subactam per vicos dispergunt, ne vires coalescant: notus est διοικισμὸς Μαντινέων, qui διῳκίσθησαν τετραχῇ, Xenoph. *Hell.* V. ii. 7, in qua ipsa re idem verbum tritum est, unde iocus Platonis in *Sympos.* p. 193. A. Nihil aliud διοικίζειν significat, nihil aliud per naturam linguae significare potest. *Migrare* in alias aedes dicitur ἐξοικίζεσθαι, unde ἐξοίκισις, ut in *Pace* vs. 203:

ἐξῳκίσαντο δ' οἱ θεοὶ τίνος οὕνεκα;

opponuntur inter se ἐξοικίζομαι et εἰσοικίζομαι ut in Aeschinis *Timarchea* § 124. ἐὰν δ' εἰς ἓν τούτων τῶν ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς ἐργαστηρίων ἰατρὸς εἰσοικίσηται ἰατρεῖον καλεῖται, ἐὰν δ' ὁ μὲν ἐξοικίσηται, εἰς δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐργαστήριον χαλκεὺς εἰσοικίσηται χαλκεῖον ἐκλήθη, ubi codices omnes barbaras formas dant εἰσοικήσηται et ἐξοικήσηται, quas *Graecas* fecit Stephanus; nempe εἰσοικίσασθαι dicitur qui ipse ultro in aliquas aedes immigravit, εἰσοικισθῆναι, qui ab alio in aliquam novam sedem deductus est, quo facto uterque ἐνοικεῖν dicitur. Reddamus igitur censeo Lysiae ἐξοικίσει et ἐξῳκίζετο et in Alciphrone διηγειρόμην, quod nauci non est, abiiciemus, latentem in ἐξηγειρόμην veterem aoristi formam, Graeculis inauditam, ἐξηγρόμην in lucem revocabimus. Denique in § 5 pro οἷ φέρει τὸ ὄναρ reposuerim οἷ ῥέπει et ἀληθίζεσθαι aoristo ἀληθίσασθαι anteposuerim. Μέλλω

apud veteres praesens vel futurum habet: aoristo fere abstinent.

Epist. 60. τῶν ἐκεῖσε πλουσίων: pro ἐκεῖ. — εὐφυεῖς: *Attici* veteres εὐφυᾶς. — περὶ τὸ Κράνειον εἰλουμένους: *Athenienses* ἀλινδουμένους dixissent vel ἀλύοντας. Obiter hoc Plutarcho reddamus *Symposiac.* IV. 4. 2: τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόντας ἑκάστοτε καὶ τοῦ κώδωνος ὀξέως ἀκούοντας, ubi ἀναδιδόντας cedat verbo in tali re proprio ἀλύοντας. In extrema parte § 1. legitur ἀνατρέφειν, quod bene *Graece* ἀνατρέφεσθαι fuerat dicendum, cuius usus exempla afferre putidum est, nec facerem nisi eximium Plutarchi locum, in quo legitur, turpi mendo liberare possem. In vita Cleomenis cap. XXXIII. commemorat dictum eorum, qui Cleomenem *Alexandriae* apud Ptolemaeum et nequissimos aulicos videbant: οὗτος ὁ λέων ἐν τούτοις τοῖς προβάτοις ἀνατρέφεται: ut *Graeca* oratio sit utrobique articulum expunge. Dictitabant: οὗτος λέων ἐν τούτοις προβάτοις ἀνατρέφεται, quemadmodum de se ipse praedicat Solon fragm. 36 in Bergkii *P. L.*:

ὡς ἐν κυσὶν πολλαῖσιν ἐτράφην λύκος.

§ 2. ἀπομεῖναν διέλαθεν: requiro ἐνυπομεῖναν. § 2. ἀχαρίτους: et hic lege ἀχαρίτους.

Epist. 61. παρ' ἀναξίου ὑπομένειν: Alciphron in *Graeco* sermone idem peccavit, quod Antonius a Cicerone peccasse arguitur in *Philipp.* III. 9, quum in edicto scripsisset: *Nulla contumelia est quam facit dignus.* § 2. ἡμῖν ἐργαζόμενος: pro ἡμᾶς. — νεομηνίᾳ: *Attici* νουμηνίᾳ. § 3. ἐν ταπεινῷ τῷ σχήματι: melius sine τῷ. — ἀγαπῶ ἐκπορίζειν: veteres ἐκπορίζων. — τὴν πύκα: repone πύκνα. — τὸ ἐν Μαραθῶνι: pro τὸ Μαραθῶνι, quod adverbium est, ut Ἐλευσῖνι, Σικυῶνι, alia. § 4. οἱ πατέρες: pro γονεῖς.

Epist. 62. μυστήριον ἐν αὐταῖς στρέφεται ταῖν θεαῖν ταῖν Ἐλευσινίαιν ἀσφαλέστερον: corrige τρέφεται, ut in Terentiano *Andr.* I. v. 15. *aliquid monstri alunt*, tum τοῖν θεοῖν τοῖν Ἐλευσινίοιν *Graecum* est, ταῖν θεαῖν non est. Perpetua haec est describentium interpolatio, τὼ θεώ solent intactum praetermittere, τοῖν θεοῖν sicubi de *deabus* dici intelligunt, substituunt ταῖν θεαῖν, quae forma *Atticis* tam ignota atque τὰ θεά. Nihil iis suboluit in

Andocidis quae fertur oratione *de Mysteriis*. § 113: ὑπ' αὐτοῖν φημὶ τοῖν θεοῖν σεσῶσθαι, ubi saepius τὼ θεώ legitur ut in § 114; τοῖν θεοῖν ibidem evasit § 31, 32, 33 cet. At eaedem deae in *Vespis* vs. 376. significantur, ubi legitur:

ἵν' εἰδῇ μὴ πατεῖν τὰ
ταῖν θεαῖν ψηφίσματα.

et in *Thesmophor.* 285:

ὅπως λαβοῦσα θύσω ταῖν θεαῖν

et 941 et 1151; omnino forma τοῖν θεοῖν apud Aristophanem funditus deleta est, sed primo quoque tempore revocanda et formae ταῖν, αὐταῖν, ταύταιν, quae non minus vitiosae sunt quam τά, αὐτά, ταύτα eodem amandandae quo apud Isocratem in *Panegyr.* § 73 pag. 55. ταῖν πολέοιν ταύταιν et de *Pace* § 116. τὰ πόλεε ταύτα amandavit unus omnium optimus codex *Urbinas*, qui solus τώ et τούτω in talibus servavit et τοῖν et τούτοιν. In *Panegyrico* § 17. libri omnes τὰς πόλεις ταύτας exhibent, *Urbinas* optime τὼ πόλη τούτω, coll. Choerobosco Gaisfordi p. 337, 12: παρ' Αἰσχίνῃ τῷ Σωκρατικῷ τούτω τὼ πόλη, λέγει δὲ περὶ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων. Equidem omnibus locis et testimoniis veterum diu et multum perpensis in hanc sententiam tandem adductus sum, quam nunc satis habebo paucis dixisse: in pronominibus, adiectivis, participiis una atque eadem forma est triplici generi communis, τὼ, ὦ, αὐτὼ, τούτω, ἀλλήλω, τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε cet. τὼ Ἐλευσινίω θεώ; in participiis res manifesta est: notus est locus Homeri *Iliad.* Θ. 455. Iuno et Minerva πληγέντε κεραυνῷ et Hesiodi *O. et D.* 197. Αἰδὼς καὶ Νέμεσις προλιπόντ' ἀνθρώπους et Platonis in *Phaedro* p. 237. D. δύο τινὲ ἰδέα ἄρχοντε καὶ ἄγοντε, οἷν ἑπόμεθα, quibus multa similia et apud alios et in Platone leguntur. In his autem omnibus idem opinionis versatur error antiquorum Grammaticorum et aequalium, qui apparet in Συναγωγῇ λέξεων χρησίμων in Bekkeri *Anecd.* I. p. 367, 33. ἀκολουθοῦντε: ἀντὶ τοῦ ἀκολουθούσα δυϊκῶς, οὕτως Ἕρμιππος. καὶ γὰρ κέχρηνται ταῖς ἀρσενικαῖς μετοχαῖς ἀντὶ θηλυκῶν πολλάκις. Quamquam haec absurda sunt tamen ea res neminem magnopere movere videtur. *Utuntur masculinis pro femininis* idque *saepe* faciunt: quasi vero haec *masculina* sint et nonnumquam *aliter*

fiat. Nempe sunt haec communia, constanter utuntur veteres forma eadem, quia non est alia, et sicubi contra haec peccatur scribarum vitia et errores tenemus. Non potuit Sophocles in *Oedipo Coloneo* vs. 1676. scribere:

ἰδόντε καὶ παθούσα,

sed qui in Homero contra metrum πληγείσα κεραυνῷ invexerunt facilius etiam παθόντε potuerunt loco deiicere, ubicumque autem τὰ, ταῖν cet. legitur (et optimos scriptores ea labes passim inficit) restituenda aliquando erunt *Atticis*, quibus solis uti potuisse tandem constet, et in fragmento Sophoclis apud Dindorfium 761:

ἐδοξάτην μοι τὰ δύ' ἠπείρω μολεῖν

restituendum τὼ δύ' ἠπείρω et similiter alibi.

In eadem Epist. 62. § 2. legitur ὅσον οὐκ εἰς μακράν: *Atticorum* est ὅσον οὔπω vel οὐκ εἰς μακράν. § 4. οἶδα γὰρ οἶδ': lege οἶδα γὰρ ὅτι. — δεδήσονται: id est δεδεμέναι ἔσονται, requiritur δεθήσονται. — ῥαφάνοις: *Attici* ῥαφανῖσιν. — μαλακώτερος: emenda βλακικώτερος, coll. Ruhnk. ad Tim. p. 61. — ἀθῴους τῆς τιμωρίας ἠφίει: τῆς τιμωρίας omissa oportuit.

Epist. 63. § 2. σιγῶ: corrige σιγᾶν. — κόλακα καὶ παράσιτον ἐξονειδίζουσαι: *Athenienses* ἀποκαλοῦσαι.

Epist. 64. τὸν υἱὸν εἰς Φιλοσόφου φοιτᾶν ἐπέτρεψε: ἐπέτρεψε nihil est, solet Alciphron προὔτρεψε. § 2. οὐ πρότερον γὰρ λόγων — ἀλλὰ τοῦ βίου: supple τῶν λόγων. — τῇ ἡμέρᾳ — νύκτωρ: opponuntur ἀττικιστὶ νύκτωρ et μεθ' ἡμέραν. — περικαλύπτοντα τὴν κεφαλὴν τριβωνίῳ: *Attici* uno verbo ἐγκαλυψάμενον. — περὶ χαμαιτυπεῖα εἰλούμενον: illi ἀλινδούμενον dicebant. § 2. αὐτὴ δέ: lege αὕτη δέ. § 4. πολλὰ καὶ ἀγαθὰ δοίης: necessaria est in nonnullis et perpetua crasis, ut in his πολλὰ κἀγαθά. Eiusdem generis est quod Photius annotavit v. καλὸς κἀγαθός: λέγεται κατὰ συναλοιφὴν, οὐχὶ καλὸς καὶ ἀγαθός, in quo item saepe peccatur.

Epistolam 65. non Πηξάγωνος scripsit sed Πηξάγκωνος. Solebat, credo, factitare, quod Alcidamas in Luciani *Convivio* § 14, qui καταβαλὼν ἑαυτὸν ἔκειτο πήξας τὸν ἀγκῶνα ἔχων ἅμα τὸν σκύφον ἐν τῇ δεξιᾷ οἷος ὁ παρὰ τῷ Φόλῳ Ἡρακλῆς. — τοὺς πλουσίους τῶν Ἀθήνησι: dici non potest: aut πλουσιωτάτους aut Ἀθηναίων scribendum. — οὕτω κεχυμένως — κέχρηται τῷ βαλαν-

τῷ: corrige αὐτὰς ἐκκεχυμένας. § 2. μουσουργῶν: imo τῶν μουσουργῶν sic et § 3. καὶ πρόσωπον αὐτῷ corrige καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῷ. § 4. λαλῆσαι τιμύλος: λαλῆσαι et ineptum verbum est et inepte abundat.

Epist. 66. τὸν ἐκ Βρεντησίου: supple τὰ ἐκ Βρεντησίου. — τοὺς χειροήθεις — τιθασεύοντα: nihil agit, qui mansuetum mansuefacit. § 2. ἀσμένως: solemni errore pro ἄσμενος. — τὸν ξυρόν: *Attici* τί. — κακοῦργος καὶ σκαιός: in *Attica* non potest idem κακοῦργος et σκαιός esse. — κακοπαθῶς κοπίδας: revoca περιπαθῶς κοπίδας, caeterum κοπίδι ἀπερμιζοῦν facilius rhetores scribunt quam sani intelligunt.

Epist. 67. κεφάλαιον καλλίπηχυν καὶ εὐδάκτυλον: καλλίπηχυν e poëtis arripuit, εὐδάκτυλον non sane eleganter de suo finxit; in reliquis quoque oratio intumescit magis quam adsurgit. — κρυσφόντα: non poterat infelicius vocabulum reperire quam κρυσφῦσαι de eo, qui τὰ τῶν ποδῶν ἴχνη κατεφίλει. § 2. ἀθάρας: *Attici* ἀθάρας.

Epist. 68. ἴλιγγατε: e poësi perantiqua sumtum. — λέβητά μοι ἐπιχέαι: veteres μοι κατεχέαι vel κατεπεδάσαι. — ἐξέχεον: repone ἔξεχεον. — ψιλὸν: voluit, credo, φαλακρόν. § 2. Λεωκρεκτῶς: corrige Λεωκρέκτους.

Epist. 69. τὸ ἐν Ἐλευσῖνι φρέαρ: veteres ἐν omisissent. — ἀπωμόσατο [καὶ ἀπελόσατο] τὸν αἰτίαν: tolle emblema. § 2. ἀμογητί: codd. ἀμαγέτη, unus ἀμαγητί: de infelici coniectura Graeculi. — ἔτυμος εἶμι πρέχειν: *Athenienses* εἶμι omittere solent, et pro τοῖς βουλομένοις multo sanius τῷ βουλομένῳ dicebant.

Epist. 70. σείειν κατ' ἀγορὰν: melius συκοφαντεῖν: tum pessime γῆθεν pro ἐκ τῆς γῆς posuit. § 4. ἐπὶ μάκιστα χρόνον: male pro διὰ πλείστου χρόνου, et hoc nimium pro διὰ χρόνου. — πάνυ ἴκαιος δοκεῖ: πάνυ χαρίεις δόκιμος: δοκεῖ manifesto mendosum est, in scriptura ΔΕΙCΤΟC latere mihi videtur ACTEIOC, quo non est aliud epitheton parasito nostro accommodatius: πάνυ ἴκαιος ἀστεῖος, *sicut antea urbanus*. — ἀπεκλεσατο: vitiosa haec forma est, quamquam saepe occurrit in codd. *Attici* κλῆτα: dicebant et κέκλαμαι, sequiores κλεῖται et κέκλεισμαι.

Epist. 71. ἐν συμπόσιοις: lege ἐν τοῖς συμπόσιοις. § 3. τῷ χαῖ ταυτελῶ: nove dictum pro συναγωνιζεσθαι. — κλάζειν: scrib. κλαίζειν.

Epist, 72. τὸν περὶ ψυχῆς ἀγῶνα ὑπέμειναν: veteres ἔδραμον. § 2. κυσοδόχῃ: antiqua forma est κυσοδόκῃ, qua sola veteres utebantur. Sequiores hoc vitium passim impune antiquis affricuerunt: ξενοδοχίας legitur apud Theophrastum *Charactt.* XXIII, Xenophontem *Oeconom.* IX. 10, ξενοδοχεῖν in Euripidis *Alcestide* vs. 552, similia alibi. Non sunt tamen haec minus vitiosa quam foret δωροδόχος, ὀδοιδόχος, ξυροδόχη, ἱστοδόχη, alia. — εἰς τὴν ὑστεραίαν: male pro τῇ ὑστεραίᾳ. — pro ἧγε restitue ἤγαγε. § 4. πρὸς τὴν ἐκφορ[illegible]ν: melius τὰ πρὸς τὴν ἐκφοράν. § 5. ψυχαγωγηθείς: apud veteres est *animo oblectatus*, numquam *ad inferos deductus*.

Epist. 74. § 2. γέλωτος δὲ ὑπόθεσις τοῖς χειρίστοις τἀμά: *Athenienses* pro γέλωτος ὑπόθεσις dicebant γέλως, ut Sophocles *Oed. Colon.* 903:

ὡς μὴ παρέλθωσ' αἱ κόραι, γέλως δ' ἐγὼ
ξένῳ γένωμαι τῷδε.

et Demosthenes notissimo loco p. 47, 6 γέλως ἔσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν. Recte etiam Lucianus in Epigr. I:

ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

praeterea ὑπόθεσις pro *argumentum* et *materia* novicium est, denique ᾗ non potuit omitti, neque ab Alciphrone omissum esse puto.

Restant fragmenta quaedam et in his bona pars Epistolae paulo lascivioris, sed aliquanto venustius scriptae, quam sunt reliquae omnes. Et his aliquid otii impertiar.

In fragm. 3. μέσῃ γὰρ ἕστηκα ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης καὶ τοῦ Ἔρωτος: ita demum bene dictum erit, si ἀπό expunges.

Fragm. 4. ἐοικότας: ἐοίκασιν, ἐοικέναι, ἐοικώς sequiorum sunt. Veteres *Attici* semper εἴξασιν, εἰκέναι, εἰκώς dicebant, unde εἰκός haesit apud omnes, in caeteris peccabatur. Legitur nunc quidem in *Vespis* 1142:

ἐοικέναι μάλιστα Μορύχου σάγματι.

ut olim in *Nubibus* 185:

τῷ σοι δοκοῦσιν ἐοικέναι;

sed quemadmodum hic εἰκέναι dudum repositum est, sic illic προσεικέναι repone, comparato loco in *Ecclesiaz.* vs. 1161. § 3. καὶ βαρύ τι δοκεῖν προσπνέειν: veteres προσπνεῖν, tum ἐδόκει requiritur.

Fragm. 5. § 2. πάντες αὐτὴν λαλοῦσιν: putide pro ὑμνοῦσιν, ut mox τοῖς λαλεῖν μὴ δυναμένοις; in eo verbo prorsus obsoleta est vis antiqua, quae optime apparet in Eupolidis versiculo:

λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

§ 4. ὅλης σελήνης, antiqui πλήρους.

Fragm. 6. οὐκ οἶδα πόθεν: scrib. οἶδ' ὁπόθεν. — ποῦ ἀθρόαι: imo vero ποῖ, ut saepe apud Platonem, ποῖ καὶ πόθεν; aut apud alios ποῖ δὴ σύ; et similia. — τίνος ἄπιτε ἐκπιεῖν ἀγρόν: duo sunt in uno vocabulo vitia, alterum scribarum, Rhetoris alterum: ἐκπιεῖν in καταπιεῖν corrigendum est, quo verbo nihil est in ea re tritius, sed καταπιόμεναι dictum oportuit. § 6. πρός γε τῶν Νυμφῶν καὶ τοῦ Πανός: ineptum est γε, quod in τε refingendum. § 7. κατακλιθῆναι: sequior forma librariis imputanda, Alciphronem dedisse κατακλινῆναι demonstrat praecedens. § 6. κατακλινῶμεν, qua forma et alibi recte utitur. — ταπητίων: usitatius ταπήτων; tum coniungenda sunt: Νὴ Δί', ἀλλ' ἔχει τι πλέον, quod vulgatur τοι τι dittographia est. Cives Attici ἔχει γέ τι dixissent. § 8. ὠρᾴζον: veteres τρισυλλάβως solent ὥρᾳζον et ὠρᾴζομαι ut ματᾴζω, τερᾴζω, alia, de quibus Pierson. ad Moerid. p. 70. Eupolidis anapaesti leguntur in Bekkeri *Anecd.* I. p. 43, 15:

ὠρᾳζομένη καὶ θρυπτομένη

necessarium est, ut vides, ὠρᾳζομένη. § 9. ἀηδόνες ἐψιθύριζον: infeliciter hoc verbum de lusciniarum cantu posuit. § 11. ἀλλ' ἐπαλλήλους: coniunctim scribe ἀλλεπαλλήλοις. § 12. οἶδας nemo veterum dixit sed οἶσθα. § 15. οἱ ἄνθρωποι: nusquam infelicius quam hoc loco οἱ ἄνδρες desiderantur. § 16. ἐμφαγεῖν: dixit rhetor ad similitudinem verbi ἐντραγεῖν, quo ipso multo melius fuisset usus. — βοτρύες: olim semper βοτρῦς. — λαγωδίων νῶτα: imo λαγῳδίων: paulo usitatius est λαγίδιον. § 18. μέχρι — θέλειν: Graece non potest aliter dici quam μέχρι τοῦ θέλειν. Unum superest in ultimis: εἰ μὲν οὕτως ἔσχηκας μαλακῶς — εἰ δὲ κτέ. apertum est ἔντως olim scriptum fuisse. Video hoc Meinekium praecepisse, qui permultas incertas et παρακεκινδυνευμένας correctiones recepit, complusculas certas et manifestas in annotatione delitescere maluit, de qua re alias dicam. In extremis quoque apparet quam parum Rhetor antiquorum sanitatem orationis assequi et imitari potuerit. Per-

fectum ἔσχηκας perperam ponitur in ea re, quam quis plane praeteriisse putet, ut nihil supersit. Debebat ἔσχες: peccavit cum plurimis, sed peccavit, et sic ALCIPHRONEM depono de manibus.

CAPUT VI.

Venio nunc ad LUCIANUM, qui ad hunc diem scatet vitiis erroribusque. Multa deliquit ipse, non satis perspecta in omnibus consuetudine loquendi Antiquorum, ad quos se tamen quam poterat diligentissime in scribendo componebat, aut non ubique commode recordatus quem usum, quam proprietatem orationis antiquae et probae et incorruptae apud illos recte dudum animadvertisset seduloque magna cura et impenso studio notasset. Passim in LUCIANI scriptis apparet, quantum curae huic rei impertiatur, ut ne soloeca, ne barbara, ne plebeia dictione utatur, quanto labore optimos auctores imitari et referre satagat: apparet ad quorum exemplum orationem suam exigat et nihil ei rectum et sincerum videri, quod non idonei scriptoris fide nitatur; apparet simul quam negligenter et inepte plerique omnes tum loquerentur, quam incredibilis socordia, quam foeda inscitia sermonis fuerit vel in doctissimis, ut quidem videbantur, dicendi Magistris et Rhetoribus et Grammaticis. Horum alii summa impudentia vitiosissimam aequalium dictionem pauculis vocabulis antiquis distinguebant et comebant, caeterum volutabantur in iisdem, quibus vulgus, sordibus, ne abiectissimis quidem abstinentes, quibus si quando ab elegantioribus arguerentur, poëtam vel scriptorem aliquem veterem testem et vindicem mentiebantur. Alii alio genere insaniae ineptiebant: imitabantur HERODOTUM vel THUCYDIDEM in hunc modum, ut ex eorum libris lacinias et veluti centones admixtis vocabulis de trivio sumtis consuerent: alii quidquid olim esset obsoletum et intermortuum ex Antiquis corradebant, addebant monstra verborum a se stolide ficta, eaque ut tesserulas in pavimento componebant. Non deerant his omnibus auditores, ita uti fit, et admiratores aliquanto etiam stolidiores, qui stupebant ad ea quae non caperent, et ne viderentur non intelligere malebant plaudere. Castigat istorum ineptias LUCIANUS et inscitiam ar-

guit et exagitat impudentiam, saepe urbane et iocose sed mordacioribus iocis, saepius indignabundus et iratus, ut contemtus appareat et odium. Idem, ut oportet vitiorum osorem et insectatorem, summa ope nititur, ne quid eiusdemmodi ipse committat; imbibit, quantum potuit, veterum nitidam et tersam dictionem, cogitandi serenitatem, loquendi sanitatem. Quod aliis suadet et commendat, ipse primus intento studio peregit: quam viam longam et arduam ad veram dicendi scribendique laudem contendit solam ducere, eam ipse indefesso labore emensus est, neque aerumnas pertaesus neque imperitorum voculis deterritus, neque stultae multitudinis iudicio quidquam tribuens, sed suo fretus veterum lectione subacto. Multa sunt apud eum de eo argumento egregie dicta et praecepta, ex quibus unum adscribam. Docet Lexiphanem (34, 22) quemadmodum bene scribendi facultatem sibi comparet: ἀρξάμενος, inquit, ἀπὸ τῶν ἀρίστων ποιητῶν καὶ ὑπὸ διδασκάλοις αὐτοὺς ἀναγνοὺς μέτιθι ἐπὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τῇ ἐκείνων φωνῇ συντραφεὶς ἐπὶ τὰ Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι, πολλὰ καὶ τῇ καλῇ κωμῳδίᾳ καὶ τῇ σεμνῇ τραγῳδίᾳ ἐγγεγυμνασμένος· παρὰ γὰρ τούτων ἅπαντα τὰ κάλλιστα ἀπανθισάμενος ἔσει τις ἐν λόγοις. Quis autem hoc melius et diligentius fecit quam Lucianus ipse, qui nullam aliam laudem acrius expetit quam ut illos feliciter videatur referre? Quam sit idem diligens et anxius orationis sanae et propriae exactor observatorque, quam lubenter in huiusmodi argumento versetur, ut usum loquendi acute definiat et proba a vitiosis sine ineptiis distinguat, vel unus libellus abunde demonstrare possit, qui ψευδοσοφιστὴς ἢ σολοικιστὴς inscribitur. Quod in eius libri fine scripsit, postquam exemplis complusculis aperuerat ex usu veterum certa discrimina verborum, quibus aequales omnes promiscue abutebantur, viam mihi optime muniet ad id quod demonstrare paro: ταῦτα, inquit (76, 10), ἴσως μὲν ὑποσυγκεχυται, ἴσως δὲ καὶ ἀκριβῶται παρά τινι, βέλτιον δὲ τὸ ἀκριβοῦν ἑκάστου. Hoc ipsum in ipso Luciano luculenter cernitur. Si quid de genere hoc notatum et observatum haberet, non in naturam vertebat sed identidem imprudens ad aequalium negligentiam delabi solebat. Apud sequiores [illegible] dicitur [illegible], apud veteres, si quando [illegible] occurrit, imperfectum est signifi-

cans *aperiebat*. PHERECRATES apud BEKK. *Anecd.* I. p. 599:

οὐδεὶς γὰρ ἐδέχετ' οὐδ' ἀνέῳγέ μοι θύραν.

Qui ab Oratoribus *Atticis* et Comicis et PLATONE *Graece* discit facile hoc animadvertet, docti *Grammatici* notaverunt. LUCIANUS ipse in *ψευδοσοφιστῇ* § 8. ita ludificatur magistellum, qui se quemvis soloecismum statim deprehendere iactabat: *ἡ γὰρ θύρα σχεδὸν ἀνέῳγέ σοι. — εἰπὲ μόνον. — ἀλλ' εἶπον. — οὐδέν γε ὥς' ἐμὲ μαθεῖν. — οὐ γὰρ ἔμαθες τὸ ἀνέῳγεν; — οὐκ ἔμαθον.* At idem huius rei immemor imprudens in scribendo aequales sequitur 10, 4, 1 *τοῦ σκαφιδίου τὰ ἀνεῳγότα*. 49, 29 *ἀνεῳγόσι τοῖς σώμασιν* et 66. 4 *ἤν πως ἀνεῳγυῖαν ἔτι τὴν παλαίστραν καταλάβωμεν*, et bis illud ipsum *ἀνέῳγεν ἡ θύρα*, 45. 30 et 32. Eodem modo saepe meliora non nesciens sequitur deteriora, plerisque omnibus eadem peccantibus.

Nihil propemodum eorum, quae in ALCIPHRONE reprehendimus, non est idem a LUCIANO commissum, qui nonnumquam in iisdem incorruptum usum antiquae linguae retinet, subinde ad vitiosam aequalium consuetudinem deflectit. Verbum *γαμεῖν* habet apud veteres has formas: *γαμῶ, γαμῶ, ἔγημα, γεγάμηκα* et *γαμοῦμαι*, *nubo*, *γαμοῦμαι, ἐγημάμην, γεγάμημαι*: apud sequiores *γαμῶ, γαμήσω, ἐγάμησα, γεγάμηκα* et *γαμοῦμαι, γαμηθήσομαι* vel *γαμήσομαι, ἐγαμήθην, γεγαμημαι*. Numquam veteres *γαμήσω* aut *ἐγάμησα* aut *ἐγαμήθην* aut *γαμηθήσομαι* aut *γαμήσομαι* dixerunt. Atticistae et LUCIANUS interdum antiquos, saepissime aequales sequuntur errantes. Saepe *γαμήσω* occurrit, semel *γαμῶ uxorem ducam*, in *Timone* (5, 52) *ἀλλὰ γαμῶ, ἤν διδῷ θεὸς, ἐς νέωτα καὶ παιδοποιήσομαι*, librarii non sunt suspicati futurum esse et sic evasit, at vide quid continuo sequatur: *Οὐκ οἶδα εἰ γαμήσεις ἔτι, ὦ οὗτος, τηλικαύτην παρ' ἐμοῦ πληγὴν λαμβάνων* (corrige *λαβών*). Qui modo *γαμῶ* dixerat, *γαμεῖς*, opinor, subiunxerat, ut solent *οἱ εἰρωνευόμενοι* alicui sua ipsius verba occinere. Peccaverint librarii etiam aliis locis aliquid, tamen saepius in ipso scriptore culpa haerebit. Recte legitur *ἔγημα* 8, 16, 1 et *γῆμον* in versu hexametro ALEXANDRI impostoris 32, 35; contra passim *γαμήσω* et *ἐγάμησα* apparent, ut *γαμήσειας* 8, 5, 4. 51, 6. *γαμήσας* 50, 13. *γαμήσεις* 51, 8. *γαμήσειν* 51, 9. 67, 7, 2. *γαμήσει* 61, 22 et alibi saepe. Recte monet POLLUX III. 45.

γῆμαι ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς λέγεται, γήμασθαι δὲ ἐπὶ τῆς γυναικὸς, οὐ γαμηθῆναι, sed peccant scriptores. Apud Plutarchum legitur γαμηθῆναι in *Theseo* 20, *Cicer.* 29, γαμησομένην *Artax.* 26, γαμηθείσης *Anton.* 2, γαμηθεῖσαν *Caes.* 5, similia alibi. In eadem re alius est Luciani et Graeculorum error: verbum priscum et olim intermortuum revixit ὀπυίω sive ὀπύω, quod apud Homerum significat γεγάμηκα, idem in Solonis legibus exstabat, quod et aliunde notum et imprimis ex Hesychio v. Βεινεῖν (antique pro βινεῖν): παρὰ Σόλωνι τὸ βίᾳ συγγίνεσθαι (sic leg.), τὸ δὲ κατὰ νόμον ὀπύειν; hinc sequiores arripuerunt fere lascivo sensu, quo et Lucianus subinde abutitur, ut 17, 41: Τηρεὺς δύ' ἀδελφὰς ἅμα ὀπυίων; emenda locum 35, 12: οἱ δὲ ἔτι γελοιότερον ἠξίουν μεταχειλαμένους τινὰς τῶν ἐξ οἰκήματος γυναικῶν κελεύειν αὐτὸν [συνεῖναι καὶ] ὀπυίειν, satius erit τινά reponere pro τινάς et συνεῖναι καί expungere. Eodem sensu lascivo et spurco Graeculorum seri nepotes, qui nunc *Graeciam* incolunt, γάμος et γαμεῖν dicuntur dicere. Caeterum quemadmodum futurum γαμῶ propemodum interiit, sic rarae quaedam longo intervallo apud Lucianum emergunt reliquiae formarum similium, quae olim apud omnes ante Alexandri mortem solae vigebant. Futurum est 14, 27 fin. ὑμᾶς ἐς αὔριον παρακαλοῦμεν, si quid scribis suboluisset nunc παρακαλέσομεν legeretur, ut καλέσειν 32, 19. προσκαλέσομαι 47, 9. τελέσειν 67, 11, 2. ὑποτελέσειν 41, 55. ἀποτελέσειν 30, 11. ἐλάσειν 66, 33. παρελάσειν 42, 22. διασκεδάσομεν 67, 9, 5. ἀπολέσων 42, 33. alibi. Bis in eodem verbo peccatum est 42, 31: κἀγὼ οὐδέν τι τοῦ παρακαλέσαντος εἰς τοῦτο δεόμενος, ubi certa lex sermonis iubet futurum ponere; τοῦ παρακαλοῦντος genuinum esse arbitror, quod primum in παρακαλέσοντος abierit, deinde in aoristum. In multis horum anceps et ambigua res est statuere utrum scriptor ipse an scribae et scioli arguendi sint: in nonnullis numquam id satis certo indicio poterit definiri; hoc utique in Luciano, ut in Alciphrone, ut postea in aliis, satis habebo vicisse, non omnia imputanda esse utcumque foeda et turpia vitia hominum temporumque iniuriis, sed bonam partem vitiorum natam esse negligentia eorum ipsorum, qui sermonem veterem, quem ad amussim satagebant referre, non satis ipsi *tenebant*, ut non saepius ridicule et turpiter hallucinarentur.

Unum vidi philologum, antiquae linguae *Graecae* insignem in modum peritum, qui Lucianum ipsum ausus sit summo iure corripere: Elmsleius est, qui ad *Acharn.* 1167 scribit: »*quod dixit Lucianus Timone* p. 161, *κατέαγα τοῦ κρανίου non magis Atticum est quam ἵπτατο, ἀπαντώμενος, καθεσθείς et reliqua portenta, quae Lexiphani suo exprobrat.*" Decepit Lucianum fallax analogiae species, et quia *κατεαγέναι τῆς κεφαλῆς* apud Oratores et Comicos et Platonem lectitarat, opinatus est *τοῦ κρανίου* item bene et venuste dici posse. Equidem eiusdemmodi errores in Luciani scriptis permultos mihi deprehendisse videor, quorum partem nunc expromam, libereque quod sentio aperiam, nihil morans semidoctorum obstrepentium voculas, qui hanc rationem nescio quomodo periculosam litteris esse clamitant. Nihil cuiquam ea res apportabit mali, nisi iis fortasse, qui non satis docti et ab iudicio infirmiores de illis rebus iudicant, quas non penitus habent cognitas et perspectas. Permulti anni sunt, ex quo Lucianum diligenter et lubenter lego atque relego, eumque cum scriptoribus *Atticis*, ad quorum imitationem se totum composuit, sedulo comparavi et comparo. Nihil in eo reprehendam, quod mihi obiter inter legendum subnatum sit, sed ea, quae mihi dudum animadversa diuturnus legendi et meditandi usus plane confirmavit. Si quis mecum forte contendet, eum mihi velim adversarium dari, qui et bene *Graece* sciat et in Luciano sit versatissimus, namque ita demum *ἀγαθὴ ἔρις ἥδε βροτοῖσιν* et quod verum est consensu agnoscetur. Bekkerus autem in Luciano vix fecit operae pretium: quod scripta Lucianea aliter disposuit nihil est, quod spuria seposuit tacitus, non est magnum: correctiunculas compluscu-las, et pauculas emendationes in ordinem recepit suas, plures aliorum, in qua re nescio quo iudicii errore multas optimas et certas emendationes sprevisse videtur, nisi forte repertas esse ignoravit. Quod autem subinde in Luciani verbis et codicum scripturis novavit aliquid, quis est per multos annos in *Graecorum* scriptorum oratione emendanda versatus, qui non in quolibet scriptore ad primam statim lectionem tralaticia quaedam menda et vitia nullo negotio tollat et locos multos aegros et male habitos perite restituat, quae saepe alibi sanarit iisdem remediis ad salutem revocans et alia quaedam vitiosa et

distorta refingens ad naturae normam et *Graecorum* usum? Bekkerus autem raptim Luciano semel iterumque perlecto et, si quid sibi inter legendum subitae correctionis in mentem venisset, annotato, novum librum properavit edere, namque eo morbo laborat, quem malo dicere verbis maximam partem Epicharmeis:

οὐ φιλόλογος τύγ' ἐσσὶ, ἔχεις νόσον, χαίρεις ἐκδιδούς.

ex qua re bonae litterae et ars critica non multum capiunt emolumenti. Sic enim monstra et portenta scripturarum et lectionum in Luciano inveterant, quae diligentior et intentior editionis cura deprehendisset et procurasset. Dabo primum exempla quaedam, ne immerito Lucianus plectatur, ubi deliquerunt alii, deinde ipsius errores quosdam et vitia indicabo. Legitur 51, 8. *ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀφικόμενος εὖ οἶδ' ὅτι ἀπορήσεις καὶ ἤδη ἀπορεῖς, ὁποτέραν τραπητέον.* Neminem advertit extrema barbaries in *τραπητέον*. Corrige: *ὁποτέραν τράπῃ*. Foedius etiam 5, 47. retinuit Bekkerus *φόνου τάχα προσκεκλήσῃ με*. Quod Lucianus scripsit *προσκεκλήσομαι* non caret errore: significat enim *ἔσομαι προσκεκλημένος* et non hoc Timon cogitat sed *προσκληθήσομαι*. Saepe in hunc errorum incidunt sequiores, numquam veteres. Notavimus in Alciphrone, in Luciano saepe deprehendi ut 47, 14. *αὗται δὲ ἐς ὕστερον δεδικάσονται*, ubi *ἐκδικασθήσονται* dictum oportuit. Non minus foedum est 52, 29. *καί μοι δοκεῖτε εἰς καλὸν διατεθήσεσθαι τὴν διατριβήν* pro *διαθήσεσθαι*. Librarii peccarunt in *Timone* § 53. *διώρυκται* pro *διορώρυκται*, 15, 48. *ὀσφρᾶται* pro *ὀσφραίνεται*. In 37, 35. editur *ἀγνώμων ἂν εἴην ὀκνῶν ὑπὸ ἰχθύων καταδασθῆναι τοσούτους αὐτὸς ἰχθῦς καταφαγών*, pro *καταδασθῆναι*, quod ne *Graecum* quidem est, emenda *κατεδεσθῆναι*. Scribitur 38, 14. *ἀνοιγείσης* barbare pro *ἀνοιχθείσης* et barbare 70, 11. *εὐωχήσωνται* ubi repone: *ὅπως θύσουσι καὶ εὐωχήσονται*. Non melioris notae ibidem legitur verbum ab ipso Bekkero fictum *μονοχιτωνῶν*: debuerat *μονοχίτων ὤν* dare. Soloecum est 60, 16. *φέρε ἀπολογήσομαι* pro *ἀπολογήσωμαι* et 65, 7. *προκατεδεῖται* pro *προκατέδεται* et 67, 7, 3. *καταλείψασαν* pro *καταλιποῦσαν*, ibidem male *προσίῃ* legitur pro *προσίεσαι* et *ἀπεμύκτισας* pro *ἀπεμυκτήρισας*. Turpiter editur 67, 15, 2. *πρυτανεῦσι* pro *πρυτάνεσι*. Suspecta mihi admodum forma est, quae occurrit

24, 2. *φασὶ πυρεταίνοντάς τινας ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ* pro *πυρέττοντας*: certa labes est et Editori pudenda in *ἀπ' αὐτοῦ* pro *ὑπ' αὐτοῦ*. ne hoc quidem Luciano est imputandum quod praecedit *ἔπαυσε μηκέτι λοιμώττειν αὐτούς*. si *ἔπαυσε* dedisset *λοιμώττοντας* addidisset, dedit *ἐποίησε*. Corrigendum erat 8, 22, 1. *παιδοποιεῖς* in *παιδοποιεῖ*, nam constanter *παιδοποιεῖσθαι* dicebant. Male Bekkerus servavit 26, 29. et 46, 25. *ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν* et *ἐπὶ ξενίᾳ σε καλοῦμεν*, quae scriptura, quamquam sexcenties in codicibus recurrit, manifesto absurda est. Qui *civem* ad coenam vocat dicitur *ἐπὶ δεῖπνον καλεῖν*, qui *hospitem* *καλεῖν ἐπὶ ξένια*, eaque res *τὸ δεῖπνον* appellatur et *τὰ ξένια*; saepe *ξενίων* et *ξενίοις* legitur: nihil horum movit librarios, qui fere ubique *ἐπὶ ξενίᾳ* dare solent: scribarum auctoritas doctos trahit, quod contra oportebat. Soloecum est 1, 2. *ἑρμογλυφεύς*, quae forma aeque vitiosa est ac si quis *ζωγραφεύς* vel *κοροπλαθεύς* voluisset dicere. *Graecum* est *ἑρμογλύφος*, quod in eodem libro paulo ante recte legitur. Pro *ἔνορχιν* V 8, 4, 1. et alibi reponendum fuerat *ἐνόρχην*. In *Lexiphane* 34, 11. *θεοεχθίᾳ σχεθεὶς* plane barbarum est, a *θεοῖς ἐχθρός* derivabant *θεοισεχθρία*, quod apud Aristophanem et Demosthenem vix evasit. Exstincta est a Graeculis forma vetus 46, 24. ubi quaerit ex Icaromenippo Iupiter an sibi *Athenienses* *τὸ Ὀλύμπιον ἐπιτελέσαι διανοοῦνται*: quantum periculi a Graeculis impendeat formis in quibus *ιει* concurrant, ostendet hic locus in *Lexico* Photii v. *Ὀλύμπια*: *τὰ ἐν Πίσῃ Ὀλύμπια καὶ τὸ ἱερὸν Ὀλύμπιον πενταστυλλάβως ὡς Ἀσκληπιεῖον*: qui ne hic quidem *Ὀλυμπίειον* dederunt, quid alibi fecisse censeas? Nihil est quod ab illis non exspectaveris. Scribae, qui scholion ad *Odyss.* *θ*. 186. de forma *Attica* *ἦ* pro *ἦν* describebant, in omnibus exemplis, quibus haec doctrina confirmatur, pro *ἦ* omnes *ἦν* dederunt. In Bekkeri *Anecd.* I. p. 449, 31. *ἀρχιερέων*: *οὐκ ἀρχιερέα, Πλάτων ἑνδεκάτῳ Νόμων, ὀξεῖαν μέσην συλλαβήν*: neque librario neque Bekkero in mentem venit *ἀρχιέρεων* scribere. Elegans vocabulum *Atticum* intercidit 3, 12. *πρὸς τὸ καθαρὸν τῆς διαίτης μεθιεῖσι*: nihil significat *τὸ καθαρόν*, restitue *τὸ καθάρειον*, quod inter lautitiam et sordes medium genus est, frequens apud *Athenienses*, qui elegantiores quam ditiores Menandro suggesserunt, quod in proverbium abiit:

ἐς τὰ καθάρεια λιμὸς εἰσοικίζεται.

Bekkerus nondum perspexit καθάρειος *Graecum* esse, non καθάριος, quod retinuit 8, 6, 4. Quamquam τὰ χρυσᾶ ἔπη sunt sequioris aetatis, tamen ab hac labe immunia sunt recteque legitur vs. 35:

Εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον, ἄθρυπτον.

in seq. § 13. ὁ δὲ ἀκούων ἃ ἦν μεταξὺ ἐπαιδεύετο, expunge ἃ ἦν. In *Timone* 5, 38. ἐχρῆν μὲν ἴσως καὶ μακρὰ εἰπεῖν οὕτω πολλὰ ὑπὸ σοῦ κατηγορηθέντα, vitium alunt haec verba, quod ita deprehendes si memineris κατηγοροῦμαι vel κατηγόρημαι vel κατηγορήθην ἐγώ dici non posse, sed κατηγόρηται ἐμοῦ: itaque οἱ κατηγορούμενοι apud eos tantum apparent, qui antiqui sermonis turpiter ignari sunt pro οἱ φεύγοντες, ut in oratione, quae Andocidem auctorem mentitur *de Mysteriis* § 6. verba ὥςε ὑμᾶς πολὺ ἂν ἥδιον δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν κατηγόρων ἢ παρὰ τῶν κατηγορουμένων vel sola fraudem retegant. Dicebant τὰ κατηγορημένα et τὰ κατηγορηθέντα, idque ipsum Lucianus dixerat sed πρός intercidit, ut sexcenties, ob siglam librariis sequioribus non intellectam: restitue πρὸς οὕτω πολλά; similiter in vicinia § 27. ἀμβλυώττοντες τὰ τηλικαῦτα *Graecum* erit, si πρὸς τὰ τηλικαῦτα repones, ut 12. 1. ἀμβλυώττω πρὸς τὸ φῶς. Sed leviora haec sunt et in aliud tempus seponenda: turpissimum mendum est ab ipsis Editoribus invectum in libro: *Quomodo sit Historia conscribenda* 25 § 49. ubi historico haec praecepta ponuntur: μὴ πρὸς ἓν μέρος ὁράτω, — ἀλλ' ἐς τοὺς ςρατηγοὺς μὲν τὰ πρῶτα καὶ εἴ τι παρεκελεύσαντο κἀκεῖνο ἀκηκούσθω: quis umquam foediorem vidit barbariem quam in ἀκηκούσθω? ἤκουσμαι et ἠκούσθην *Graeca* sunt et saepe leguntur. Gratum Plutarcho feceris, si ei in vita *Marcelli* cap. V. ἐπεὶ τρισμὸς ἠκολούθει μυός, reddideris ἠκούσθη, *auditus est* soricis occentus, non *sequebatur*. Nihil est facilius quam Luciani manum restituere. In codicibus est ἀκηκόστω, ἀκήκοστο, ἀκηκούστο, ἀκηκούστω, ἠκήκουστο, corrector temerarius tandem dedit in duobus libris ἀκηκούσθω, idque imperite probavit Fritzschius, quem caeteri incauti sequuntur. In ἀκηκόστω, quae prima est mali labes, male latet vera scriptura ἀκηκοέτω, quales formae Luciano sunt in deliciis, ut in eadem § ἐοικέτω. ibid. § 45. βεβηκέτω. 51, 25. κεχηνέτω. 70, 17. ὀξὺ δεδορκέτω. Hae for-

mae omnes neque antiquae sunt neque probae: apud veteres paucae quaedam sunt formae a perfectis derivatae, omnes in -θι exeuntes ἕςαθι, τέθναθι, βέβαθι, τέτλαθι, κέκραχθι, δέδιθι, ἴσθι, πέπισθι (non πέπεισθι. Aeschyl. *Eumenid.* 598 sq.:

πέποιθ', ἀρωγὰς δ' ἐκ τάφου πέμπει πατήρ.
νεκροῖσί νυν πέπισθι μητέρα κτανών.

vulgata scriptura nihilo est melior quam εἶσθι pro ἴσθι) ἄνωχθι, in quibus omnibus reliquae personae in penultima extra syncopen retinent vocalem α ex ipsa natura *Graeci* sermonis. Κεχηνέτω, δεδοικέτω, ἐςηκέτω, βεβηκέτω, ἐοικέτω cet. tam prava sunt atque si quis pro λεξάτω aut ἀρηξάτω vellet λεξέτω dicere aut ἀρηξέτω. Apud Graeculos fictae sunt formae, quas pueri didicimus, τέτυφε, τετυφέτω κτέ. hinc labes *Atticos* infecit. In *Vespis* vs. 415:

ὦγαθοί, τὸ πρᾶγμ' ἀκούσατ', ἀλλὰ μὴ κεκράγετε,

nuperrime demum recepta est scriptura codicis *Ravennatis* κεκράγατε. In *Acharnensibus* vs. 133 vulgata scriptura erat:

ὑμεῖς δὲ πρεσβεύεσθε καὶ κεχήνατε,

quum Elmsleius perperam κεχήνετε recepit idque usque ad Bergkium inveteravit Nesciebat haec omnia Lucianus et cum aequalibus credo omnibus errabat dederatque ἀκηκοέτω, in qua forma gliscentem in codicibus labem et correctorum temeritatem est operae pretium cognoscere.

Quam vitiose editur 66, 32. οὐδεὶς γὰρ ὁ ἐναντιωθησόμενος ἡμῖν τὰ ὅπλα, quam prope abest vera lectio ἐναντία θησόμενος. In eodem loco pro ἐπιβάντες ἐπὶ τὰς τριήρεις verum est ἐμβάντες ἐς τὰς τριήρεις, mox in τὰ πλοῖα διαρκῆ expunge articulum et in τὰς πόλεις ἀτειχίςους λαβόντες supple ἀτειχίςους οὔσας: in sequenti § ὕπαρχοι ἑκάςῳ ἔθνει ἐπεισαχθέντες sensit Bekkerus subesse vitium et ἐπιταχθέντες recepit, sed non ita *Graeci* loquuntur sed ἐπιςαθέντες. Quod legitur 5, 56. σοῦ δὲ αὐτοῦ χάριν nemo dicebat sed σὴν δ' αὐτοῦ. In 8, 2, 2. retinent vitium, quod alibi perite sustulerunt, βοςρύχους τῇ μίτρᾳ ἀνειλημμένος, et hic ἀνειλημένος erat revocandum. ibidem male legitur ὑποδέου χρυσίδας, repone ὑποδοῦ. Passim sine vitio scribitur ἀναδούμενος, διαδούμενος, ὑποδοῦνται. Simili modo 33, 18. pro περιδέοντες, rescribe περιδοῦντες, 42, 38. προσδοῦσι pro προσδέουσι. Recte scriptum est ἀναδοῦντι et ὑποδοῦνται 52, 11

et 13. Eadem negligentia in verbo λούειν formis probis veterum substituit formas sequiores. Antiqui constanter breves vocales post diphthongum elidebant, ut nemo nescit. Dicebant ἔλου, ἐλοῦμεν, λοῦμαι, λοῦσθαι, λούμενος. Graeculi nihil horum retinuerunt: hinc λούεσθαι, λουόμενος et similia vel in *Atheniensium* scripta se insinuarunt. Quis ferat in Lysia orat. I. § 9. ὁπότε λούεσθαι δέοι pro λοῦσθαι? In Xenophontis *Hellen.* VII. II. 22. bene Dindorfius edidit κατελάμβανον τοὺς μὲν λουμένους pro librorum scriptura λουομένους. Luciano passim hae formae sunt restituendae. Editur λούεται 52, 19. λουόμεθα 26, 34. λούεσθαι 70, 17. λουομένη 9, 13, 1. ἔλουε 11, 7. λουόμενος 57, 42 et 58, 23. συλλουομένην 67, 5, 2 alibi. Certum vestigium formae antiquae apparet 45, 9 ubi codices λελοῦσθαι exhibent, requiritur praesens λοῦσθαι. Si quis forte dubitet satisne recte tribuatur *Graecis* sequioribus, quod antiquioribus solis fuerit in usu, ei hunc scrupulum eximet iocus apud Lucianum 34, 2. χαίρω δὲ μετὰ κάματον ἀπολούμενος, ut Athenaeum III. p. 97, ἀπολούμενος, ἢν δ' ἐγώ, ἐπείγομαι et pag. 98. πρότερον γὰρ συντριβησόμεθον ἔπειθ' οὕτως ἀπολούμεθον, nempe ridiculi ὀνοματοθῆραι *notam* et *vulgarem* formam male componentes ad istas ineptias delabebantur. Confusa consuetudo veterum et sequiorum iterum apparet in verbo ῥιγῶ: veteres ῥιγῷ dicebant et ῥιγῶν pro ῥιγοῦν, ῥιγῶσα, ῥιγῶντες, ῥιγῴην, Graeculi ῥιγοῖ, ῥιγοῦν, ῥιγοῦσα, ῥιγοῦντες, ῥιγοίην. Qui elegantius scribebant imitabantur *Atticos*, scribae et his et illis obtrudunt formas suas. Recte apud Lucianum 50, 11. perduravit ἵνα μὴ ῥιγῷεν, at in eodem libro § 16. τὸ μὴ ῥιγοῦν invectum est pro ῥιγῶν. Cf. Piers. ad Moerid. p. 336 et 339.

Recurrunt in Luciano pleraque vitia, quae in Alciphrone reprehendimus, ut digito monstrasse sufficiat. Nimium patienter omnes et Bekkerus 10, 3, 2. tulerunt ποῦ ἀπελήλυθε; et sic saepius ποῦ, που et ὅπου leguntur ubi nemo dubitare possit revocare ποῖ, ποι et ὅποι. Bekkerus tamen non nisi dubitanter 66, 12. in verbis οὐκ οἶδ' ὅπου ὑμεῖς ἀπέςητε suadet ut ὅποι scribamus. Nil mali suspicatur 1, 11. κἂν που ἀποδημῇς et in παραβύσῃς που 34, 24.

Plane eiusdemmodi error commissus est 25, 29. in verbis ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἔργῳ, ἐπειδὰν ὁμοῦ ἴωσιν, namque ὁμοῦ, ὁμόσε et

ὁμόθεν suam quodque certam sedem habent, ut ἐν ταυτῷ, ἐς ταυτόν et ἐκ ταυτοῦ, quae prorsus idem significant. Itaque ἰέναι et χωρεῖν ὁμόσε *Graecum* est, sed ὁμοῦ εἶναι et corrigendum ὁμοῦ ὦσιν. Subinde apparent composita, quale est λειποψυχοῦντα, 10, 14, 5. λειποταξίου 47, 13. λειπόνεως 16, 3. Nemo improbat 10, 12, 22. νεκροδοχεῖα, ἐμβρυοδόχον 34, 6. ψυχροδόχον 53, 7. ἐξενοδόχησε 38, 47. similia.

Ut apud Alciphronem, sic apud Lucianum aliquoties confusae sunt formae dualium et saepe ταῖν θεαῖν legitur, saepius ταῖν χεροῖν et similiter: turpiter 51, 6. δύο γάρ ἐσον (ὀδώ), αἳ πρὸς τὴν ῥητορικὴν ἄγετον, ubi ὥ pro αἵ emendandum. Peius etiam habitus est locus 15, 20. μὴ διαίρει τὼ τέχνα, μία γάρ ἐσον δύ' εἶναι δοκοῦσαι, in multis libris τώ evasit, in caeteris τὰ τέχνα est, in quo fraus tenetur, at δοκοῦντε interiit, quod prius in δοκοῦσα abiit, unde δοκοῦσαι natum. Tertium exemplum est 41, 23. ubi αὐταῖν occurrit pro αὐτοῖν.

Εὑρεῖν et εὑρέσθαι permixta sunt et alibi et 68, 16. ubi εὗρε τό in εὕρετο coeat. Quae diximus de formis in -μα penultimam apud veteres producentibus arguunt errorem in ἀρόματα 34, 2. ἐγὼ δὲ περιελθὼν τὰ ἀρόματα, quam deterrimam scripturam primus invexit Iacobitzius, quem Bekkerus sequitur neque analogiam *Graecam* respiciens neque usum *Atticorum*, quem aperuit Grammaticus in ipsius *Anecd.* I. p. 450, 22. ἀρώματα: οὐ τὰ θυμιάματα ἀλλὰ τὰ ἐσπαρμένα. vid. Arist. *Pac.* 1158, ubi in scholiis est τἀρόματα Graeculorum more, qui πόμα, δόμα, εὕρεμα, ἐπίθεμα, ἔνδυμα media brevi dicebant omnes et in hunc modum corrumpebant exemplaria veterum, qui ἄροσις dicebant et ἀροτήρ sed ἄρωμα, ut πόσις, ποτόν, συμπότης sed πῶμα, quamquam nunc plerique omnes πόμα coacti sunt dicere. Ne Lucianum quidem et aequales in ea re deseruisse antiquorum auctoritatem docebit paronomasia 34, 20. in πῶμα et πτῶμα. Alius error in re eadem committitur 49, 1. in χρῖσμα, in quo vetus Graecitas et novicia miscentur, κέχριμαι media longa antiquum est, κέχρισμαι correpta vocali novicium, itaque χρῖμα veteres, χρίσμα dicebant sequiores et χρῖσμα nihil est. Caeterum in accentuum ratione Luciani editores nihil magnopere erraverunt quod sit operae pretium referre: saepiuscule peccarunt negligentia adversus ea, quae ipsi non

nesciebant, aut prosodiae non satis memores vel gnari. Unum tantum est in hoc genere vitium, quod Luciano proderit indicasse. 52, 10 ἤπια φάρμακα πάττοντες ἐθεράπευον τοὺς νοσοῦντας, οὐ λέοντας καὶ μυγαλᾶς περιάπτοντες, non illi *leones* aegrotantibus alligabant sed *leoninas pelles*, opinor: non λέοντας igitur sed λεοντᾶς. Eadem opera corrige 25, 10. τὴν Ὀμφάλην τὸν λέοντα τοῦ Ἡρακλέους περιβεβλημένην, credo τὴν λεοντῆν sanius esse.

Bekkerus ut ἀρόματα et χρῖσμα a Iacobitzio sumsit incautus, sic saepe verba et formas vitiosas et pessimas retinuit aut revocavit, olim doctiorum consensu damnatas et maximam partem a Dindorfio abiectas. Bekkerus revocavit 42, § 27. συναποδράσαντος pro συναποδράντος, γηρωκομεῖν pro γηροκομεῖν. 41, 22. Συρακούσιος pro Συρακόσιος 20, 34. καταπτῶμαι pro κατάπτωμαι. 46, 13. διολισθαίνοντες pro διολισθάνοντες. 49, 1. θριπηδεσάτους, quo non vidi stolidius Graeculorum vitium pro θριπηδέσους. 34, 13. νειφέτω pro νιφέτω. 46, 26. quamquam nemo vivit, qui plures quam Bekkerus *antiquos* codices versavit et saepius hunc errorem animadvertit, qui in antiquissimo quoque libro sexcenties recurrit. Pherecratis fragmentum est apud Harpocrationem v. καρκίνος, quod Bekkerus ita constituit:

ὁπόταν σχολάζῃς, νεῖψον ἵνα τὰ λῇία
συγκαρκινωθῇ.

codices in νῆψον consentiunt, Valesius aliud agens νίψον corrigebat, putans *irriga* sic dici posse. Lege νῖψον: nescio quis petit ab Iove, *ut nivem velit immittere satis.* Saepe vitia librorum veterum emendaturis proderit meminisse hanc esse scribarum consuetudinem, ut in Plutarchi *Sylla* cap. VI. ὁ Βόκχος τῷ Σύλλᾳ χαριζόμενος ἀνέθηκεν εἰκόνας ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τροπαιοφόρους, vetus mendum in ΑΝΕΘΗΚΕΝΕΙΚΟΝΑϹ latet. Plutarchus scripsit ἀνέθηκε Νίκας, quod olim sic scribebant ΑΝΕΘΗΚΕΝΕΙΚΑϹ. Ne quis dubitare possit, dabo fideiussorem Plutarchum ipsum in *Mario* cap. 32. Βόκχος ὁ Νομᾶς ἔσησεν ἐν Καπιτωλίῳ Νίκας τροπαιοφόρους. In eiusdem vita *Lycurgi* c. 16. hinc nata est scriptura εἴλην pro ἴλην, eademque origo est vitiorum in nominibus propriis ὁ Πείσων, ὁ Δείδιος, ὁ Λεῖρις, alia permulta. In codicibus minus antiquis frequentior etiam est *contrarius* error, ut ε̄ι in ῑ abeat, in qua re nihil morantur

Editores certam analogiam auctoritate poetarum munitam et Grammaticorum testimoniis confirmatam. Quia ad PLUTARCHUM devenimus huius rei exempla quaedam e *Vitis* a SINTENISIO editis adscribam. In *Theseo* c. 36. commemorat Ποσειδῶνα cognomine Ἀσφάλιον, in *Lycurgo* 12. ἄνδρια *Cretensium* pro ἀνδρεῖα. 21. καθαριότητος pro καθαρειότητος. 28. κρυπτία pro κρυπτεία. in *Cimone* 4. ἐν τῇ Πλησιανακτίῳ ϛοᾷ pro Πεισιανακτείῳ. in *Pompeio* 31. Σπαρτακίοις pro Σπαρτακείοις. 32. Ὑψικρατία pro Ὑψικράτεια, in *Lysandro* 18. τὰ Λυσάνδρια pro Λυσάνδρεια, in *Arato* 53. τὸ Ἀράτιον turpe vitium pro Ἀράτειον, qua analogia nihil est constantius et pluribus exemplis stabilitum, ut τὰ Κιμώνεια (μνήματα), τὸ Θησεῖον, Αἰγεῖον, Αἰάντειον, Μαυσώλειον, Τιμολεόντειον (PLUT. in *Timol.* 39). Ridicule peccarunt librarii in BEKKERI *Anecd.* I. p. 360, 10. Αἰαί: ἀκόντιον Ἀθήνησι. καὶ τοῦ Αἰακοῦ τέμενος pro Αἰακεῖον: τὸ Ἀθήνησι τοῦ Αἰακοῦ τέμενος. SINTENISIUS, qui haec omnia bene scripta esse credidit, sedulo formam ΝΕΙΦΩ recepit in *Bruto* 25. *Mario* 24. *Lucullo* 11, 24, 32. Multo antiquior est hic ipse error in veteri verbo *Ionico* et *Attico* ΙΛΛΩ et compositis ἐξίλλω, ἀνίλλω, ὑπίλλω, κατίλλω, ἐνίλλω, in quibus quum ῑ sit natura productum nata est et passim inveteravit scriptura ΕΙΛΛΩ, quod eiusdemmodi est atque ΤΕΙΜΗ vel ΝΕΙΚΗ vel ΠΟΛΕΙΤΑΙ et millena de genere hoc in nummis, inscriptionibus, codicibus paullo vetustioribus, ut ὑπ' ἐκείνου apud DIONEM CHRYS. p. 446 pro ὑπεκίνουν. Pro ἴλλειν *Attici* minus veteres εἰλεῖν coeperunt dicere: hinc ἴλλω, εἴλλω et εἰλῶ perpetuo de loco pugnant in simplici et compositis. Ea lis non difficulter ita componi potest, ut ἴλλω cum compositis addicatur antiquioribus, sequiores εἰλῶ et composita sibi habeant, denique vitiosae merces εἴλλω, εἴλω, ἴλω, ἔλω, ἔλλω abiiciantur. Legat mihi quis ad haec quae HEMSTERHUSIUS RUHNKENIO suppeditavit ad TIMAEUM v. γῆν ἱλλομένην p. 71, et RUHNKENIUS ipse collegit ad v. ἀνείλλεται p. 34, et εἰλομένων p. 94, et satis superque habebit unde hanc rationem confirmet. Videbis scripturam ΕΙΛΛΕΙΝ imposuisse tantum non omnibus, sed iidem docti Magistri in ea re tam saepe et in verbis tam manifestis caecutire solent, ut nemini religionem facere aut scrupulum iniicere debeant. Unus HESYCHIUS affatim dabit exemplorum, cui εἰδίω est *sudo*, εἴκετο: ἦλθεν, εἰμείρεται: ἐπιθυμεῖ,

εἶνες: νεῦρα, εἶπος: παγίς, Εἶρος: πτωχός, dabit idem εἰθύφαλλον, εἰλαδόν, εἶλας, εἰλιγγιᾶν, εἰλύς, alia multa. Etiam brevem vocalem sic corrumpit: εἴτω ei est *ito*, εἰσείασιν et εἰσείοις scribuntur κατὰ ςοιχεῖον suo loco. Idem contrario errore recepit ἴδαρ: βρῶμα, ἴθαρ: εὐθέως, ἱκασθείς: ὁμοιωθείς, ἱκόσι pro εἰκόσι, ἵματα: ἱμάτια, ἴσομαι: γνώσομαι, ἴσατο: ὡμοιώθη, ἱνατέρων, ne ἱρωνεία quidem dubitat recipere et ἰσόκεν: ἕως ἄν. I nunc est istum consule utra scriptura sit ubique potior. Non est tamen eius inscitia insignior quam reliquorum, qui λέξεις condiderunt et linguam veterem aequalibus interpretati sunt. Harpocration, apud quem νῖψον pro νεῖψον diximus reponendum, ipse sic errare potuit, quemadmodum erravit in Δείνῳ ἀντὶ τοῦ δεινήσει pro δίνῳ et δινήσει et in Κεινέας. cf. et v. Σείριναι. Minus etiam quam his, doctis videlicet, credi potest scribarum nationi omnium rerum imperitae. Saepissime iuvabit in tempore meminisse perinde esse utrum *ει* an *ι* sit scriptum in libris et ubique nobis ipsis esse videndum utra lectione sit opus. Apud Homerum tandem γείνεαι, γεινόμεθα, γεινομένῳ cessere emendatis lectionibus γίγνεαι, γιγνόμεθα, γιγνομένῳ, at qui restituit Bekkerus non constat sibi in Luciano servans 43. 1. ὁπόσα ἂν αὗται ἐπινήσωσι γ ε ι ν ο μ έ ν ῳ ἑκάςῳ. Nicander creditur in *Theriacis* vs. 50. dixisse κρειοφάγος pro *carnes vorans*, satis ipse commisit peccatorum, quo minus aliorum vitiis est urguendus: dederat κριοφάγος, ut saepe κριός abiit in κρειός, vide Valckenaerium ad *Phoen.* vs. 44. Addam unum ex Herodoto, in quo, nisi vehementer fallor, nos ludificatur forma hinc nata ὑπείσας III. 126 et V. 103. Fingunt docti formam ὑφέω, *in insidiis colloco*, male comparantes Homerica εἶσα, λόχον εἶσαν, similia. Qui in insidiis collocati sunt dicuntur proprie ὑφῆσθαι vel ὑποκαθῆσθαι, cui verbo respondebat ὑφίζω ut καθῆσθαι habet sibi respondentem formam καθίζω: igitur Herodotus quemadmodum I. 89. scripsit κάτισον φυλάκους et 88. αὐτὸν κάτισε, sic illic ὑπίσας et ὑπίσαντες scripserat. Minus etiam dubitabis si videris ne κάτισε quidem sine periculo fuisse, nam codices perboni κατεῖσε et κάτεισε exhibent.

Satis procul nos Bekkerianum νειφέτω abduxit, revocat me Lucianus, cui ea ipsa observatio poterit prodesse 70, 33 ubi dicuntur convivae pauperculi apud divitem coenantes in po-

culis aureis et alia mirari et τῆς ἱςορίας τὸ ἀκριβές; non vidi *historiam* ineptius commemoratam: tu repone τῆς τορείας τὸ ἀκριβές. Nunc primum e Luciano pauca quaedam alia eximam menda in verborum formis, tum aliud genus mendorum persequar, quod syntacticam rationem *Graeci* sermonis corrumpit. Nemo dixerit quid sit χολωτῶν in 54, 20. ubi dicit medicus κατὰ θεὸν γὰρ τῶν χολωτῶν τινὶ φάρμακον τουτὶ κερασάμενος ἀπῄειν, excidit littera, cuius vicem in unciali scriptura lineola in fine versuum supplere solebat. ΧΟΛΩ̄ — ΤΩΝ est χολώντων. Notum est morbi genus eorum qui χολᾶν dicuntur a recentioribus *Graecis*, μελαγχολᾶν ab antiquis. Vitiosa forma est χαμόθεν passim invecta a scribis pro χαμᾶθεν, non tantum in Lucianum 42, 30. et alibi, sed in *Atticorum* quoque libros, ut in Xenophontis *Hellen.* VII. II. 7, ubi Dindorfius soloecismum reliquit. Admonuit Moeris p. 409 sed frustra. Ὀπτανεῖον quoque in Luciano inveteravit: legitur τοὐπτανεῖον 42, 30; 70, 35 et alibi, quamquam liquido constat τοὐπτάνιον esse dicendum; docet hoc Phrynichus p. 276, confirmant poëtarum testimonia, in quibus saepius Graeculorum fraus ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehenditur, qui non dubitant scribere:

ἐγὼ γὰρ εἰς τοὐπτανεῖον οὐκ εἰσέρχομαι.

Athen. III. p. 102. f. quo iure istic omnes τοὐπτάνιον reponunt, eodem ubique in eadem re utendum. Quod legitur 45, 14 τὸ τρυβλίον ὑφελόμενος ᾤχετο ὑπὸ μάλην ἔχων violat certam loquendi legem et ab omnium perpetuo usu deflectit: utraque de causa ὑπὸ μάλης est rescribendum. Qui ira et furore percitus *frendit dentibus* dicitur πρίειν τοὺς ὀδόντας ut in *Ranis* 727 μὴ πρῖε τοὺς ὀδόντας. Adversus hunc usum duplici modo in Luciano peccarunt scribae, si quid iudico, non ipse. Editur 67, 12, 2, τί με ὑποβλέπεις καὶ πρίῃ τοὺς ὀδόντας pro πρίεις et 1, 14. τὼ χεῖρε συνεκρότει καὶ τοὺς ὀδόντας συνέπριε, praepositio ex praecedenti verbo perperam repetita, (nota est haec scribarum hallucinatio) et restituendum ἔπριε. Non erat Luciano ab Editore relinquendus turpis error 15, 12. ἐπὶ πόδας αὖ εὐθὺς ἀνέςρεφον, namque ἐπὶ πόδα cogitari potest et dici solet de eo, qui *pedem refert* et, ut Homerus ait, παλίνορσος ἀπέςη, at ἐπὶ πόδας neque cogitari potest neque dici. Alio infortunio eadem locutio usa est 24, 3. ἐδέδοκτο αὐτῷ ἐπὶ πόδα

εὐθὺς [ὀπίσω] χωρεῖν, difficile est sine risu videre ὀπίσω adiectum. Finem faciam in pereleganti locutione *Attica* in vitam revocanda, quae misere periit in 58, 1. οἴει μὲν γὰρ ἐν παιδείᾳ καὶ αὐτὸς εἶναί τις δόξειν σπουδῇ συνωνούμενος τὰ κάλλιστα τῶν βιβλίων. τὸ δέ σοι περὶ τὰ κάτω χωρεῖ. Nemo intelligit quomodo et quo sensu ista dicantur. *Athenienses* olim pro περιτρέπειν κάτω dicebant περὶ κάτω τρέπειν. STRATTIS apud ATHEN. XI. p. 167 e.

οἶσθ' ᾧ προσέοικεν, ὦ Κρέων, τὸ βρέγμα σου;
ἐγῷδα, δεινῷ περὶ κάτω τετραμμένῳ.

in δεῖνος non solus HARPOCRATION peccat, ut vides, pro δῖνος. Sic tum consuetum erat omnibus dicere, teste PHOTIO in v. περὶ κάτω τραπήσεται: ἀντὶ τοῦ περιτραπήσεται κάτω, συνηθῶς λέγουσιν, at huius rei in codicibus nostris nec vola nec vestigium est, tam sedulo haec interpolando deleverunt. In uno loco deprehendi fraudem, apud ARISTOPHANEM in *Ecclesiaz.* vs. 730 et 733:

χώρει σὺ δεῦρο κινακχύρα καλὴ καλῶς
πολλοὺς κάτω δὴ θυλακοὺς στρέψασ' ἐμούς.

quemvis ARISTOPHANIS amicum arbitrum adigo scripseritne:

πολλοὺς περὶ κάτω θυλακοὺς τρέψασ' ἐμούς.

sic igitur dedisse LUCIANUM suspicor περὶ κάτω χωρεῖ, quemadmodum περιιέναι, περιίστασθαι ἐπὶ τὰ χείρω, εἰς τοὐναντίον et similia dicuntur.

Indicabo nunc menda quaedam et errores ex eo genere, quo violatur sinceritas *Graecae* syntaxeos videturque imperitorum homuncionum negligentia LUCIANUS in eas leges peccare, quibus omnes tenentur quasque nemo nostrum, quibus *Graecitatis* scientia non σύντροφος sed ἐπίκτητος est, facile credo tam graviter violasset atque illum nunc subinde videmus. Sunt qui credant acutos et ingeniosos scriptores tamquam legibus solutos novare etiam in his nonnihil et quod nemo dixerit nonnumquam maluisse dicere quam protrita omnium vestigia legere. Qui sapiebant, credo, id probabant quod LONGINI verbis dicam ex *Arte Rhetor.* p. 561, in BAKII edit. p. 138: τηρητέον ἐστί σοι καὶ φυλακτέον τῆς φωνῆς τὸν τύπον· σαυτὸν γὰρ οὐ θήσεις οὐδ' εἰσάξεις ἴδιον νόμον ᾧ δεῖ προσνέμειν. οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ὁ νόμος τῶν λόγων ἀλλ' ἡμεῖς ἐπὶ τῷ νόμῳ, ne ipse LONGINUS alia prae-

cipiat aliis, alia faciat ipse, emendandum erit σαυτῷ γάρ et ᾧ δεῖ προσέχειν. Lucianus utique non eo ingenio erat ut dicendi genus sectaretur novum et quod probum esset ac sanum desereret, quia caeteri omnes sequerentur. Quis nostrum, qui accurate *Graece* didicimus, scripsisset, quemadmodum scriptum est 70, 33. πρὸς γὰρ τῷ χρηστοὺς καὶ φιλανθρώπους ἀκούειν καὶ τοῦ φθονεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν ἔξω γενήσεσθε? Equidem χρηστοὶ καὶ φιλάνθρωποι et ipse scripsissem et Lucianum dedisse non suspicor sed certo scio. Multo serius nati sunt qui hoc nesciebant et *Romanos* imitabantur: iidem coeperunt antiquam consuetudinem loquendi interpolando obscurare, sicubi nominativus et accusativus concurrerent. His debetur apud Herodotum male sana lectio 1. 56. ὁ Κροῖσος ἥσθη ἐλπίζων ἡμίονον οὐδαμὰ ἀντ' ἀνδρὸς βασιλεύσειν Μήδων. οὐδ' ἂν αὐτὸς οὐδὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ παύσεσθαί κοτε τῆς ἀρχῆς, necessarium est οὐδὲ τοὺς ἐξ αὐτοῦ. Apud Demosthenem πρὸς Λεωχάρην p. 1080, αἴτιός ἐστι Λεωχάρης οὑτοσὶ τοῦ καὶ αὐτὸν κρίνεσθαι καὶ ἐμὲ νεώτερον ὄντα λέγειν ἐν ὑμῖν, non est exspectandum a libris praesidium lectioni αὐτός, quae satis habet in se ipsa praesidii.

Coniunctivo opus est pro indicativo in his 42, 25. τί ποιοῦμεν; respondetur — ἐπιρρίψωμεν κτέ. nihil certius est quam τί ποιῶμεν requiri. Eodem remedio utendum 44, 52. ἡμεῖς δὲ τί ποιοῦμεν ἐπὶ τούτοις;

Multo foedius etiam idem vitium neglectum est in 47, 4. τί οὖν, ὦ Ἑρμῆ, δοκεῖ; προτίθεμεν αὐτοῖς ἀγορὰν δικῶν ἢ θέλεις ἐς νέωτα παραγγελοῦμεν, foedum est, inquam, nondum παραγγείλωμεν esse emendatum: praeterea προθῶμεν rescriptum oportuit. Etiam in praestantissimis *Atticorum* huiusmodi menda aequo animo feruntur, ut in Platonis *Protagora* pag. 320 c.: πότερον ὑμῖν — μῦθον λέγων ἐπιδείξω ἢ λόγῳ διεξελθών; reponendum est διεξέλθω; et brevi post p. 322 c.: τίνα οὖν τρόπον δοίη δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις, qui totum locum diligenter perpenderit sentiet δῶ esse corrigendum. Correxerat idem vitium 47, 14. Dindorfius, at Bekkerus retinuit βούλει καὶ ταύτας ἀποκληροῦμεν pro ἀποκληρῶμεν. Duplici modo depravarunt Editores verba Luciani 15, 22, ubi dedit Iacobitzius, προελόμενοί τινα ἐξ ἁπάντων ὅστις ἄριστα κατηγορῆσαι ἂν δοκῇ, ubi alii libri κατηγορήσειν δοκῇ aut κατηγορήσειν δοκεῖ, Dindorfius Iacobitzium sequi-

tur, Bekkerus κατηγορήσειν ἂν δοκῇ recepit, omnes errant et certam loquendi legem violant. Non est difficilis optio in his, quia δοκεῖ prorsus est necessarium et perinde est utrum κατηγορήσειν an κατηγορῆσαι ἄν scribatur: in talibus ἄν ad infinitivum refertur, at librarii ad verbum finitum referunt idque suo arbitratu ex indicativo aut in coniunctivum aut (quod multo est frequentius) in optativum mutant. In Aristophanis *Vespis* vs. 1804 sq. Bergkius edidit:

εἰ νὴ Δί' ἀντὶ τῆς κακῆς γλώττης ποθέν
πυροὺς πρίαιο σωφρονεῖν ἄν μοι δοκοῖς,

quamquam δοκοῖς pro δοκοίης in Aristophane ferri non potest, et in omnibus hisce δοκεῖς solum rectum est. κατηγορήσειν ἄν videtur hodieque tantum non omnibus bene *Graece* dici posse: item κατηγορήσων ἄν aequissimo animo omnes propemodum tolerant. Sunt tamen haec non minus prava et soloeca, ac si quis κατηγορήσω ἄν vel ἔσομαι ἄν vellet dicere. Istae sordes ex plebeio sermone et inscitia τῶν ἰδιωτῶν paulatim gliscente insinuarunt sese in omnia Antiquorum exemplaria et ea nunc est exemplorum frequentia, ut etiam prudentiores videantur ab emendatione deterriti, quae sexcenties passim sit facienda. Non debet ea res nobis moram facere, ubi constabit haec Graeculos identidem invexisse de suo, et quis morabitur testes istiusmodi qui *sentiat* ita dici et scribi non posse? In Demosthenis oratione *de Corona* pag. 284, 17. τὴν Ἐλάτειαν κατέλαβεν ὡς οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο ἔτι συμπνευσόντων ἂν ἡμῶν καὶ τῶν Θηβαίων, neminem umquam offendit συμπνευσόντων, quamquam nemo nesciebat συμπνευσόντων eiusdem farinae esse atque ληψόντων pro ληψομένων, sed aliud est, ut videtur, aliquid non nescire, aliud ita scire, ut semper in tempore memineris. Tandem Dobraeus admonuit συμπνευσάντων esse emendandum. Quis est tam pertinax et ferreus, vel plumbeus potius, ut audeat dissentire? At nihilo incertior res est, etiam absque immani barbarismo, ubicumque ἄν cum futuro monstrose copulatur, quod tamen apud Demosthenem saepe, saepe apud alios factum esse videbis. Docti nonnihil addubitant sed molliter et leviter, et si multa exempla tamquam machinae admoventur, propere veluti deditionem faciunt et arcem sanioris doctrinae τοῖς βαρβαρίζουσι tradunt. In Thucydide V. 15. tolerant γνόντες νῦν μᾶλλον ἂν ἐνδεξομένους

V. 94. οὐκ ἂν δέξοισθε, VI. 66. οἱ ἱππῆς ἔμελλον ἥκις' ἂν αὐτοὺς λυπήσειν. II. 80 et VIII 25. νομίζοντες ῥᾳδίως ἂν προσχωρήσειν, VIII. 71. νομίζων οὐκ ἂν ἡσυχάσειν, haec ferme sunt genera errorum, quae apud omnes *Athenienses* frequenter nunc recurrunt, olim nemini umquam audita aut lecta, et possumus fere digito monstrare eos, quorum socordia factum sit ut tanta appareat soloecismorum frequentia. Qui imperitum Grammaticum soloecismis ultro commissis ludificatur apud Lucianum 76, 2. etiam in hoc exemplo eius inscitiam explodit: οὐ γὰρ ἐθέλεις ἕπεσθαι συνήσων ἂν εἴπερ ἐθελήσειας: nihil homini subolet, ita ipse solebat dicere et alios audire dicentes, respondet igitur: ἀλλ' ἐγὼ βούλομαι. σὺ δ' οὐδὲν εἶπας ὧν ἄνθρωποι σολοικίζοντες λέγουσι. Cui ille: τὸ γὰρ νῦν ῥηθὲν μικρόν τί σοι φαίνεται κακὸν εἶναι; quid diceret si nostrum Demosthenem, Isocratem, Platonem, alios, videret subinde ita scribentes? Apud veteres fere perinde est εἴποιμ' ἄν aut ἐρῶ dicere, nisi quod illud lenius et urbanius dicitur, hoc paulo acrius et incitatius. Numquis putet sic εἴποιμι solum posse dici vel ἐρῶ ἄν? Nemo hercle. Quid si exempla complura utriusque vitii proferentur, quod facile factu est? an omnis illa assensio elabetur? itaque Demosthenem deseres, ut stolidos scribas sequaris. Num putas pro ἡδέως ἂν ἐρωτήσαιμι, ἡδέως ἂν πυθοίμην recte dici ἡδέως ἂν ἐρωτήσω vel ἡδέως ἂν πεύσομαι? Non arbitror quemquam ita sentire, quia ne Graeculi quidem ita peccant et rara quaedam sunt ista vitia vix ab uno alteroque librario hic illic incuria commissa. Quomodo igitur concoquitis in tertia *Philippica* p. 128, τί ποιῶμεν; πάλαι τις ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσων κάθηται; nam quemadmodum recte Socrates in Platonis *Apologia* disputat p. 27, τίς ἂν ἀνθρώπων θεῶν μὲν παῖδας ἡγοῖτο εἶναι, θεοὺς δὲ μή; ὁμοίως γὰρ ἂν ἄτοπον εἴη ὥσπερ ἂν εἴτις ἵππων μὲν παῖδας ἡγοῖτο ἢ καὶ ὄνων τοὺς ἡμιόνους (expunge ἢ quod nemo admonitus releget sine risu), ἵππους δὲ καὶ ὄνους μὴ ἡγοῖτο εἶναι; sic manifesto absurdum est ἐρωτήσω ἄν non esse *Graecum*, ἐρωτήσων ἄν nihil habere dubitationis. Eodem iure dixeris participium ἐσόμενος *Graecis* esse, indicativum ἔσομαι non esse. *At veteres membranae passim omnes in his scripturis incredibilem in modum conspirant*, inquiunt. *In hoc ipso loco* Demosthenis *admirabilis est librorum consensus*, ἐρωτήσων

servant constanter omnes cuiuslibet aetatis et prosapiae, in his antiquitate et fide insignis codex S. *Parisinus*. Audio et ultro demonstrabo illos libros propagatos esse ex codicibus, qui vivo Luciano et Harpocratione habebantur in praestantissimis. Notum est quam saepe Harpocration laudet τὰ Ἀττικιανά, singulari cura et diligentia descripta ab illo Attico, quem laudibus extollit Lucianus 58, 2. τὰ βιβλία, ὅσα ὁ ἀοίδιμος Ἀττικὸς σὺν ἐπιμελείᾳ τῇ πάσῃ ἔγραψεν cf. § 24. In Praefatione collegit Dindorfius ex tenuibus quibusdam indiciis cum *Atticianis* conspirare optima quaeque exemplaria, quae aetatem tulerint, non animadvertit in codice B *Monacensi* (qui descriptus est ex F *Marciano Veneto*) in fine orationis πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν Φιλίππου ad p. 158 veterem subscriptionem male et imperite descriptam ita esse legendam: διωρθώθη πρὸς δύο Ἀττικιανά, unde planissime confirmatur quod aliunde collegerat. Sed Codicibus quoque nil prodest auctorem generis nobilem habere si ab eius virtutibus degeneraverint. Indignaretur Atticus, si videret quales hodie libri pro optimis habeantur et ad sua exemplaria exacti et correcti esse dicantur. Videret vitiosis et ineptis scripturis et soloecismis obsitos, deinde correctorum omne genus levitate et temeritate interpolatos, videret additamenta sciolorum passim adhaesisse, interpretamenta in locum genuinae lectionis irrepsisse, linguae antiquae *Atticae* usum in plurimis refictum ad recentiorem consuetudinem, orthographiae nullam certam rationem constare, denique multa esse monstra et portenta vocabulorum, syllabas sensu vacuas, temere scriptas ab illis qui quae describebant neque intelligebant neque adeo satis cernebant. Quum haud ita pridem ipsum librum *Parisiis* versarem, unum et alterum locum diligentissime descripsi, quorum unum lectoris oculis subiiciam, ut qui se librariorum fidei committunt sciant quam infirmo tibicine nitantur. Subiungam partem decreti *Byzantinorum*, quod adscriptum est in oratione *de Corona* pag. 255 [1]):

---

1) In his diligentissime Codicis lectiones exhibui, scripturae genus, litterarum formas et accentuum et spirituum non potui exhibere, retinui tantum σ in fine, quod omnes *Graeci* ante captam *Constantinopolim* constanter ubique faciunt. Saepe proderit hoc meminisse ad veram scripturam ex syllabis perperam divisis restituendam, ut in Dion. Hal. VIII. 35, εἶσ ἃ irrepsit pro ἴσα

ἐπιϊερομνάμονος βοσποριχω
δαμαγητος εν τε αλιαελεξεν
εκ τασβωλασλαβων ρητραν. ε
πειδη ὁ δᾶμος ὁ ἀθηναίων εν
τε τοῖς προγεναμένοις καιροῖς
ευνοέων διατελεῖ βυζαντίοις
καὶ τοις συμμαχοις καὶ συγγενεσι
περινθιοις καὶ πολλὰς καὶ με
γαλας χρειας παράσχηται. ἐν
τετωι παρεςακότι καιρωι φι
λιππωι τωι μακεδονος επιςα
τευσαντος επιτὰν χωραν καὶ
τὰν πόλιν επανασασει βυζαν
τίων καὶ περινθίων καὶ ταυχω
ραν δεοντος καὶ δενδροκοπέ
οντος βοηθῆσαι πλοιοις εκα
τον καὶ εικοσι καὶ σίτωι καὶ βέλε
σι και οπλιταις εξειλετο αμε
ἐκ τῶν μεγάλων κινδυνων καὶ ἀ
ποκατέςασεν τὰν πάτριον πο
λιτειαν καὶ τὼς νόμως καὶ τὼςά
φως δεδόχθω τῶι δάμωι τῶι
βυζαντίων καὶ περινθίων κτέ.

in sequentibus pro ἔγκτασιν γᾶς καὶ οἰκιᾶν in Codice est εκτασιν γᾶς καὶ οἰκίαν, pro πόθοδον ποττὰν βωλὰν πράτοις πεδὰ τὰ ἱερά Codex ποθολον ποτι τὰν βωλὰν παρατοισπαρατὰϊερα. Videtis hominem nihil intelligere eorum, quae scribit, et opus esse, ut ex istis ipsum monumentum antiquum appareat, iis qui

---

(ἴσα, εἶσα in codd.), quod HUDSONUS reperit. DIONI CHRYS. IV. p. 75 redde ἐλπίσῃ pro ἐλπίσ ᾖ, SOPHOCLI *Electr.* 1201. redditum est τοῖσ ἴσοισ pro τοῖσι σοῖσ. Certum hinc remedium paratum est LUCIANO 38, 1. ὀλίγου δεῖν Ἀριςείδης ἐνόμιζον εἶναι τοῖς Μιλησιακοῖς λόγοις ὑπερκηλούμενος — ἄχθομαί τε ὅτι πέπαυσαι διηγούμενος. Scribe mihi Ἀριςείδησ et extemplo emicabit vera lectio Ἀριςείδη σ' ἐνόμιζον εἶναι.

rerum et sermonis peritissimi ex absurdis scripturis eliciant veras. Qui librariorum auctoritatem et fidem criticis opponunt, defendant et tueantur εκτασιν γᾶς pro ἔγκτασιν, ποθολον pro πόθοδον, παρατοισ pro πράτοις, defendant iidem συμπνευσόντων, quod in iisdem libris est, pro συμπνευσάντων, aut si id a sano negant fieri posse, aequo animo patiantur manifestos errores adversus omnium librorum dubiam et *Punicam* fidem ubique tolli et emendari, et intelligant denique, plus esse praesidii in unius acuti et ingeniosi critici sano iudicio solidaque doctrina quam in acervis codicum ab indoctis et stolidis descriptorum.

E diverticulo in viam redeo ad illud quod dicebam, particulam ἄν ubi verbis νομίζω, δοκῶ, οἶμαι, ἡγοῦμαι, ἐλπίζω aut similibus infinitivum habentibus addita est ad infinitivum referendam esse: vitiosum est igitur 49, 17. ἐγὼ μὲν ὑμῖν ἔγραψα τοὺς νόμους, οἵους ἂν ᾤμην ὠφελιμωτάτους ἔσεσθαι τῇ πόλει, quia ἔσεσθαι ἄν dici non potest et ἄν expungendum.

Librarii, qui tam sedulo aoristis cum ἄν coniunctis substituebant futura, contra assolent futuris substituere aoristos coniunctivi post coniunctionem ὅπως et ὡς, quae apud recentiores saepissime pro ὅπως usurpatur. Est hoc vitium in paucis frequentissimum apud *omnes*, in libris *omnibus*, etiam vetustissimis, sed crescit copia ut quisque liber est recentior: in recentissimis fere perpetuum est. Nihil est, quod homunciones ab eo errore retrahat: iugulant metrum, immanes barbarismos securi committunt idque eo facilius quia una tantum vocalis aut diphthongus discrimen hoc facit. In Aristophanis *Nubibus* vs. 258:

ὥσπερ με τὸν Ἀθάμαντ' ὅπως μὴ θύσετε.

libri scripti omnes cum praestantissimis *Ravennate* et *Veneto* servant θύσητε, quod nemo, spero, recipiet. Pleni sunt huiusmodi errorum *omnes* Veterum libri, et qui volet unde volet magnam copiam colliget, qua optime utatur ad similia menda aliunde eluenda. Tenentur in manifesta fraude interpolatores, ubi futurum et aoristus non una vocali sed tota forma differunt, at illi antiquum obtinent mutantque terminationem, unde nascitur mera barbaries. Dabo pauca exempla. Stob. *Floril.* 19, 16. ὅπως ἀντιδήξηται, 18, 38. ὅπως διαφεύξωνται, Herod., V. 23. codd. ὅκως ἀπίξηται, Dio Chrys. 8. p. 136. ὅπως μὴ ἔσωνται,

13. p. 222. ὅπως βιώσηται, 31. p. 318. ὅπως τεύξωνται, 34. p. 415. ὅπως φανήσωνται. Dionys. Halic. I. 45. ὅπως συνάξωσιν, IV. 75. ὅπως μὴ κάθοδον ἕξωσιν, VI. 57. ὅπως κατάξωσιν et 58. ὅπως μὴ λήσῃ, quibus permulta alia adderem, si tam utile quam facile foret. Grassatur idem malum in optimi cuiusque *Attici* Codicibus et Editionibus. Quia Demosthenes ad manum est, pro omnibus mihi testimonium dicito. Sine barbarismo peccatum est, p. 9, 17. βοηθήσητε, recte βοηθήσετε Bekkerus. 18, 10. ὅπως μὴ δόξωμεν, idem δόξομεν. 29, 1. ὅπως σώσωμεν, receptum est σώσομεν. 45, 20. ὅπως μὴ ποιήσητε, Bekkerus bene ποιήσετε. Barbarismi apparent p. 21, 18. ὅπως μὴ ἐροῦσι, in antiquo *Marciano* ex *Atticianis* correcto duplex scriptura fertur ἐροῦσι et supra scriptum ἐρῶσι, mirifica forma pro εἴπωσι, p. 28, 6. ὅπως μὴ πεισόμεθα, in multis πεισώμεθα, p. 60, 19. ὅπως μὴ προαξόμεθα, alii libri προαξώμεθα, et sic per omnes *Atticos* caeterosque idem malum grassatur, saepe a criticis sanatum, saepius passim sanandum. Exempla ut apud alios, sic apud Lucianum tam magno numero legenti occurrent ut indicare non sit opus; defungar uno et altero in 70, 30. ὅπως αὐτοὶ χρήσωνται et 33. ὁρᾶτε οὖν ὅπως μηκέτι ὑμᾶς αἰτιάσωνται ἀλλὰ τιμήσωσι καὶ φιλήσωσι, non minus haec sunt emendanda quam quod legitur § 11. παρασκευαζομένους ὅπως θύσωσι καὶ εὐωχήσωνται, quia εὐωχηθῆναι *Graecum* est et εὐωχήσασθαι barbarum.

Non minus frequens est scribarum error in infinitivis aoristi pro futuris. Deceperunt omnes propemodum criticos, qui ingenti exemplorum numero expugnati faciles credunt aoristos infinitivi nescio quomodo repente futuri temporis significationem nactos esse. Apud Xenophontem legitur in *Hellen.* V. iv. 7. εἰ δὲ λήψονται τὴν θύραν ἀνεῳγμένην ἠπείλησαν ἀποκτεῖναι ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ οἰκίᾳ, retinuit ἀποκτεῖναι Dindorfius, qui similia menda perite correxerat in vicinia. V. i. 32. οὐκ ἔφη δέξασθαι τοὺς ὅρκους ἐὰν μὴ ὀμνύωσι κτέ. et 35. ὀμωμόκεσαν ἐμμένειν τῇ εἰρήνῃ. V. iii. 26. ὀμόσαντες ταύταις ἐμμένειν, bene recepit δέξεσθαι et ἐμμενεῖν. Δέξασθαι ita demum recte habebit, si in recta oratione bene dicetur ἐδεξάμην, at Agesilaus ipse, credo, dixerat οὐ δέξομαι τοὺς ὅρκους ἐὰν μὴ ὀμνύητε, et quam ineptum et absurdum est eum in ea re ἐδεξάμην inducere dicentem tam vitiosum et absonum est δέξασθαι pro δέξεσθαι et ἠπείλησαν ἀπο-

κτεῖναι pro ἀποκτενεῖν. Eadem est ratio verborum οὔ φημι, ὄμνυμι, ἐλπίζω, προσδοκῶ, νομίζω, οἴομαι, ἡγοῦμαι, ὑπισχνοῦμαι ut futurum infinitivi sit necessarium, ubicumque in recta oratione positum tempus idem requireretur. In Xenophontis *Anabasi* I. II. 2. ὑποσχόμενος μὴ πρόσθεν παύσασθαι propterea absurdum est, quia absurde Cyrus credetur dixisse οὐ πρόσθεν ἐπαυσάμην pro παύσομαι. Ita loquebantur Graeculi, qui id traxisse videntur ex locis ubi ἄν cum infinitivi aoristis coniunctum prorsus futuri temporis instar videretur habere; ἄν in talibus frequentissime aut excidit aut cum verbo coalescit: quod quum millies esset factum, ut in Codicibus nostris apparet, paulatim assuefacti sunt ita dicere et vitiosa consuetudo vertit in naturam. Perutile est in tali re eorum sententias audire, qui in his litteris familiam ducunt. Graeculi imposuerunt Hemsterhusio, quem vide in *Miscell. Observatt.* Tom. IV. p. 286. in clara luce dubitantem: imposuerunt Heindorfio ad Platonis *Phaedonem* pag. 48 et *Protagoram* p. 487, at iidem Henrico Stephano imponere non potuerunt, qui passim in optimo quoque scriptore *Graeco* aut futuri formam restituit aut latentem voculam ἄν in lucem revocavit. In Aristophanis *Ranis* vs. 548 sq.:

οὐ μὲν οὖν με προσεδόκας
ὁτιὴ κοθόρνους εἶχες ἀναγνῶναί σ' ἔτι.

quis dubitet quin rectissime repositum sit ἂν γνῶναι, quod vel ἔτι demonstrat. In Platonis *Protagora* p. 316 c. τοῦτο δὲ οἴεταί οἱ μάλιστα γενέσθαι εἰ σοὶ συγγένοιτο, ratione, prope dixerim, mathematica quod verum est indagari et demonstrari potest. Recta oratio est: τοῦτό μοι μάλιστ' ἂν γένοιτο εἰ τῷ Πρωταγόρᾳ συγγενοίμην; nemo *Graece* sciens serio contendet in his ἄν omitti posse: si haec in indirectam orationem convertenda sunt et e verbo οἴομαι suspendenda, ecquid causae dices cur ἄν abiiciatur? Qui solus in huiusmodi re et argumentatione dubitationem iniicere potest, usus loquendi, non tantum non adversatur sed in longe plurimis quod ratio praecipit tam luculenter confirmat, ut nemo ambigat; hoc volunt utroque modo dici posse, Stephani sententiam et ratione et usu niti, suam multis multorum locis, quos omnes esse depravatos sibi non satis probabile videri. Dicam igitur paucis, nam dignissima res *est quae excutiatur* et libero hoc genere scripturae utimur ut

liceat nonnumquam exspatiari, si quid memorabile ex propinquo obiiciatur, dicam igitur quibus modis bona pars exemplorum, quo solo praesidio utuntur, adversariis possit extorqueri, ut tandem veluti copiis suis fusis fugatisque deditionem facere velint et saniori scientiae manus dare. Librarii futurorum formas vertunt in aoristos tam stolida constantia ut nullum barbarismum reformident vel agnoscant. Hemsterhusium dixi in clara luce dubitare, quia ne *συγκαταβιώσασθαι* quidem et *προσάξασθαι* eum permoverunt. Istarum formarum magna copia est in libris scriptis, quas Editor quilibet abiicit: quale est apud Demosthenem p. 181, 9. *πῶς χρὴ προσδοκᾶν τινα ὑπακούσεσθαι*, in antiquo *Marciano* est *ὑπακούσασθαι* et quisquilias istiusmodi nullus non scriptus liber multas continet. Non aliunde explicabitur quomodo ista barbaries tam saepe nasci potuerit, nisi scribas intellexeris in his formis eo modo, quo dixi, turbare solere. Perraro pro aoristo futurum subrepit, contra frequentissime. Etiam aliud est eiusdem fraudis indicium, quum aoristi et futura male et praepostere copulantur, ut in Thucydide IV. 52. *κακώσειν καὶ χειρώσασθαι*. VI. 24. *οἴσειν καὶ προσκτήσασθαι*. Idem genus vitii est ibidem VI. 42. *ὁρμιεῖσθαί τε καὶ ςρατοπεδεύεσθαι*. VIII. 75. *πολέμιοί τε ἔσεσθαι καὶ οὐδὲν ἐπικηρυκεύεσθαι* et quo nihil foedius vidi VIII. 5. *ἐνόμιζε κομιεῖσθαι — καὶ ποιήσειν καὶ Ἀμόργην — ἢ ζῶντα ἄξειν ἢ ἀποκτείνειν*, si quis in huiusmodi loco admonitus non sentiet a Thucydide *ἀποκτενεῖν* scriptum esse, cum eo de aliis rebus quibuslibet malim quam de re grammatica aut critica disceptare. Sciendum autem est ex permultis Codicibus apparere librarios incertum qua de causa in verbis liquidatis futurum in praesentis formam refingere et depravare solere: sicubi *ἀποφανῶ* requiritur, apparere solet *ἀποφαίνω*, pro *ςελῶ ςέλλω*, pro *φθερῶ φθείρω*, pro *κτενῶ κτείνω*, satis constanter *μένω* pro *μενῶ*, idem in aliis conspicitur. In Platonis *Phaedone* p. 116 c. pro *ἦλθεν ἀγγέλλων* retitue *ἀγγελῶν*. In Thucydide IV. 127. pro *διαφθείρειν* rescribe *διαφθερεῖν*. Emenda Lycurgi *Leocrateam* § 126 *ἀποκτείνειν συνώμοσαν* et 127. *διομωμόκατε κτείνειν*. Isaeum IX. 30. *ἐπηγγέλλετο ἀποφαίνειν* V. 51. *ὡμολόγησαν ἐμμένειν* et 53. *ὁρκώσαντες ἢ μὴν ἐμμένειν* et 55 lege *ὡς ἐγὼ ἀποφανῶ* pro *ἀποφαίνω*. Apud Demosthenem *πρὸς Φαίνιππον* pag. 1044 non tantum patienter

retinent ὑπεσχόμην ἀποφαίνειν τὴν ἄλλην οὐσίαν sed, quod rem conficit, ἔθεσθε νόμον — τοὺς ἀντιδιδόντας ἀλλήλοις, ὅταν ὀμόσαντες ἀποφαίνωσι τὴν οὐσίαν προσομνύειν τόνδε τὸν ὅρκον· ἀποφαίνω τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ, quis umquam audivit sic iurantem aut *Athenis* hanc esse formam iurisiurandi credet pro ἀποφανῶ? In Herodoti libro IV. c. 147 codex *Archiep.* exhibet οὐκ ἔφη μένειν ἀλλ' ἀποπλεύσασθαι, alii libri ἀποπλεύσεσθαι dederunt, μενεῖν Stephanus, melius Dindorfius μενέειν. In Luciano quoque non desunt luculenta exempla, ut 25, 35. οὐ γὰρ ὀντινοῦν ἀποφαίνειν συγγραφέα φαμὲν, ἀλλ' ὑποδείξειν ὁδούς τινας, in § 34 et 35 ἀποφαίνειν φησί, ὑπόσχοιντ' ἂν ἀποφαίνειν et πολὺ ἀμείνω ἀποφαίνειν ubique restitue ἀποφανεῖν et mox εἰ δὴ τοιαῦται φανοῦνται pro φαίνονται. Recte Bekkerus in § 34 pro συγγράφοντα dedit συγγράψοντα sed nihil proderit donec δεῖν suppleveris post ἥκειν. Ridiculum vitium praetervidit in § 35. οὐκ ἐς ποίησιν τῶν προσόντων, nam actum agit, qui vult ποιεῖν τὰ προσόντα: emenda τῶν οὐ προσόντων. Non minus certa res est in 37, 1. ἔμελλεν — ἔσεσθαι καὶ ἐκφαίνειν pro ἐκφανεῖν. Tertium indicium corruptelae est voculae ἄν in sexcentis locis vitiosa omissio: nulla est vocula, quae facilius intercidat: eius salus saepissime a tenui lineola pendebat, ut oculatiores etiam, quam scribae describendi taedium vix devorantes, dubii haereant utrum MAΛICTA an MAΛICTA̅ id est μάλις' ἄν scriptum sit in Codice, quem teneant manibus. Levissima de causa ἄν perit, sive quid praecedit sive sequitur quod non multum discrepet, particula absorbetur. In *Phaedone* p. 84 c. nemo offendit in his: εἰ δέ τι περὶ τούτων ἀπορεῖτον μὴ ὀκνήσητε καὶ αὐτοὶ εἰπεῖν εἴ πῃ ὑμῖν φαίνεται βέλτιον λεχθῆναι, omnes recte ita accipiunt ac si βέλτιον ἂν λεχθῆναι esset scriptum, sed ut hoc intelligatur necesse est ut ita scribatur. Apud Thucydidem VI. 24. νομίζων ἢ ἀποτρέψειν ἢ μάλιστα οὕτως ἀσφαλῶς ἐκπλεῦσαι sunt qui μάλις' ἄν requirant, quibus assentior, alii negant opus esse. Scire velim an iidem in eodem cap. in verbis ὡς ἢ καταστρεψομένοις ἐφ' ἃ ἔπλεον ἢ οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν μεγάλην δύναμιν aequo animo laturi sint, si ἄν removeretur. Piget fere, quum isti errores praestantissimos veterum deforment, in Luciano eos tollere, *sed defungar uno loco*, unde digressus sum 70, 31. ubi nemo

offendit in ἔφην ἄμεινον σκέψασθαι τὸν Δία et ἀπειλοῦσι προσκαλέσασθαι, in § 35. Iacobitzius dedit εὔξασθαι καθ' ὑμῶν ἀπειλοῦσι, Bekkerus nescio qua de causa εὔξεσθαι revocavit, namque ni perinde esse putasset non tam saepe id vitium intactum reliquisset. Particulae ἄν aliud periculum imminet a vocula δή, quae sexcenties in unciali scriptura eius sedem occupavit ut in 20, 64. μόνως γὰρ δὴ οὕτως εὑρεθῆναι φῆς τἀληθές; nihil aliud est εὑρεθῆναι quam *repertum esse*, requiritur *reperiri posse*: μόνως γὰρ ἂν οὕτως. Saepe γὰρ solet sequentem voculam absorbere, quod et alibi saepe factum est et 46, 22. ῥᾳδίως γὰρ ᾤμην διαλαθεῖν pro γὰρ ἂν ᾤμην. Lucianus a Veteribus sumserat venustam locutionem, qua incitatior fertur admonentis oratio, οἶσθ' ὃ δρᾶσον, quam librarii, quia non satis intelligebant, ubique stulte interpolarunt. Editur nunc 10, 13, 6. ἀλλ' οἶσθα ὃ δράσεις; — πίε καὶ αὖθις πίε. 20, 63. οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις; ἐμοὶ μὴ πρόσεχε τὸν νοῦν. 41, 62. ἀλλ' οἶσθ' ὃ δράσομεν; — εἴπωμεν. Emendata scriptura ex uno codice emersit 47, 13. οἶσθ' ὃ δράσομεν; ὑπερβαλώμεθα, rectissime cod. A. δράσωμεν, quod Iacobitzius et Dindorfius spreverunt, optime recepit Bekkerus, qui tamen non perspexit reliquis tribus locis medicinam eandem apparere faciendam. Reponendum est δρᾶσον, ubi imperativus sequitur, vel coniunctivi secunda persona, δράσωμεν, ubi coniunctivi prima. Quomodo et a quibus dictum sit οἶσθ' ὃ δρᾶσον, οἶσθ' ὅ τι ποίησον et similia luculenter ostendit Koenius ad Gregor. Corinth. p. 18 sq. edit. Schaef. Videbis ibi Graeculis placere δρᾶσον, ποίησον cet. *Attice* poni pro δράσεις, ποιήσεις cet. Noli igitur mirari, quod ex hac opinione locos veterum interpolarunt passim imperativo futurum substituentes, quamquam absurdum est dicere οἶσθ' ὃ δράσεις pro *scin quid tibi faciendum censeam?* sed animadverso eorum errore et temeritate, quod isti corruperunt confidenter restitue et δρᾶσον quidem pro δράσεις, ποίησον pro ποιήσεις iam saepe revocata sunt, vid. Koen. l. l. Porson. ad *Hecub.* vs. 225. Sollerter Elmsleius in Euripidis *Medea* vs. 600:

οἶσθ' ὡς μετεύξῃ καὶ σοφωτέρα φανεῖ.

emendavit οἶσθ' ὡς μέτευξαι. Prorsus eodem modo Lucianus scripserat 8, 22, 4. ubi librarii antiquum obtinent et imperativo substituunt futurum, idque barbarae formae: οἶσθ' οὖν,

ὦ τέκνον, ὅ τι χαρίσῃ μοι; nondum poenitet in annotatt. ad Orat. *de arte interpr.* pag. 123 emendasse ὅ τι χάρισαι. Bekkerus idem reperit sed verum esse et necessarium non intellexit, nam dubitationis notam appinxit quasi in opinione incerta.

Aliud scribarum temeritatis indicium in genere eodem saepius apud alios, subinde apud Lucianum deprehendi, ubi particula ἵνα sic posita est ut indicativum debeat habere. Ea res istis permira et incredibilis accidit, itaque parata est interpolatio et indicativus in optativum vel coniunctivum depravatur vel particulam ἄν inserunt, cui nihil est in ea re loci. Habet ἵνα indicativum quum pendet ab ea re, quam quis factam oportuisse dicit quamve vellet factam, aut quam dicit facturum fuisse aliquem at non fecisse, omnino ab ea re quae facta non esse dicatur, at si facta fuisset id fuisse eventurum quod in ἵνα cum indicativo significatur. Perpetuum hoc est in ἵνα (rarius in ὅπως et ὡς et fere apud poëtas) ubi pendet coniunctio ab ἐχρῆν, ἔδει, ὤφελον, εἴθ' ὤφελον, εἴθε, εἰ γάρ, ἐβουλόμην ἄν et si quid est ex genere eodem, in quibus omnibus indicativus necessarius est, optativus aut ἄν additum orationem et soloecam facit et sensu vacuam. Exempla ubique satis magno numero obvia sunt apud Tragicos et Comicos, apud Platonem, Demosthenem et Oratores omnes, apud Xenophontem multa, quae multi saepe collegerunt: satis erit Valckenaerium inspexisse in *Diatr.* p. 149. et Elmsl. ad *Oed. T.* 1389. Plato in *Prot.* scribit p. 335 c. σὲ ἐχρῆν συγχωρεῖν, ἵνα συνουσία ἐγίγνετο, in *Symp.* p. 181. e. χρῆν δὲ καὶ νόμον εἶναι, ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο, in quibus haec fere inest sententia: εἰ σὺ συνεχώρεις συνουσία ἂν ἐγίγνετο, et εἰ νόμος ἦν οὐκ ἂν εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο, et quod tempus in hac forma requiritur, imperfectum, aoristus aut plusquamperfectum, idem in illa forma cum ἵνα (ὡς, ὅπως) coniungitur. Ubi dici poterat: εἰ ἡ βουλὴ ἐζήτησεν, ἀπηλλάγμεθ' ἂν τοῦ δημαγωγοῦ τούτου, Dinarchus *contra Demosth.* § 20. maluit dicere ἐχρῆν ζητεῖν, ἵν' ἀπηλλάγμεθα. Plusquamperfectum Aeschylo reddendum in *Prometheo* vs. 152 sq.:

εἰ γάρ μ' ὑπὸ γῆν — ἧκεν —
ὡς μήτε θεὸς μήτε τις ἄλλος,
τοῖσδ' ἐπεγήθει.

Atheniensibus non est in usu γηθεῖν sed γεγηθέναι, non γηθῶν dicebant sed γεγηθώς. Igitur ἐπιγηθεῖν e vitio natum est et rescribendum τοῖσδ' ἐγεγήθει, id est οὕτω γὰρ ἂν οὐδεὶς τοῖσδ' ἐγεγήθει sive ἔχαιρεν. Similiter Euripides in fragmento XII *Hippolyti* τοῦ καλυπτομένου dixit:

Φεῦ, Φεῦ, τὸ μὴ τὰ πράγματ' ἀνθρώποις ἔχειν
Φωνὴν, ἵν' ἦσαν μηδὲν οἱ δεινοὶ λέγειν.

quod perinde est ac si dixisset οὐδὲν γὰρ ἂν ἦσαν et in fragmento Ἰνοῦς XIV:

χρῆν γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ' ὅτι πλείσας ἔχειν
γυναῖκας, εἴπερ δὴ τροφὴ δόμοις παρῆν,
ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δωμάτων
τὴν δ' οὖσαν ἐσθλὴν ἡδέως ἐσώζετο,

quod idem significat atque οὕτω γὰρ ἂν τὴν μὲν κακὴν ἐξέβαλλε, τὴν δ' ἐσθλὴν ἐσώζετο. Ecquis est, qui putet in his ἐγίγνετο, ἀνηλίσκετο cet. salva sententia et *Graecitate* aut in γίγνοιτο et ἀναλίσκοιτο mutari posse, aut ἄν adiici? Nemo, opinor. Cur igitur aequis animis ferre potuerunt vitia manifesta, quale legitur in Isaei oratione XI. 6. προσῆκε παρέχεσθαι μαρτυρίας (leg. μάρτυρας), ἵνα μᾶλλον ἂν ἐπιστεύετο, aut in *Sisypho*, incerti auctoris dialogo, qui in Platonicis circumfertur, p. 387. χθές σε πολὺν χρόνον ἀνεμείναμεν ὅπως ἂν ξυνηκροῶ ἡμῖν ἀνδρὸς σοφοῦ, et sic saepe peccatur apud veteres et probatos *Graecitatis* auctores. Nempe ἂν addebant isti, qui quid sibi vellent ἐπιστεύετο, ξυνηκροῶ, similia, non satis assequebantur. Apud Lucianum, cuius causa haec praemisi, semel tantum *Graeca* et genuina forma evasit 3, 32. ὑπὸ τῇ ῥινὶ ἐχρῆν στέφεσθαι, ἵν' ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς. Quis nunc non videt manifestum mendum in his 10, 6, 2. εἰδέναι ἐχρῆν πότε καὶ τεθνήξεται τῶν γερόντων ἕκαστος ἵνα μὴ μάτην ἂν ἐνίους ἐθεράπευον? satin certum est ἂν delendum esse? Non magis eidem voculae parcendum 15, 2. ἄριστον ἦν — ἵν' ἂν καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ ἕκαστος ἔχων ἀπηλλάττετο et 41, 18. εἴθε γε ἀνώμοτος ὢν ταῦτ' ἔλεγες ἵνα καὶ ἀπιστεῖν ἂν ἐδυνάμην. Non est ovum ovo similius, quam est horum locorum primus loco Platonis: ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο poteratque parasitus his ipsis verbis uti pro suis ἵνα μὴ μάτην ἐνίους ἐθεράπευον. Scioli quartum ἄν de

suo inferserunt 46, 21, ἵν' αὐτῶν τὴν περίεργον ἂν γλῶτταν διέφυγον. Aliis locis necessarium indicativum, quoniam quid sibi vellet non capiebant, in optativum mutarunt. Fecere hoc 29, 1. ἐβουλόμην μὲν οὖν τὴν ἰατρικὴν καὶ τοιοῦτόν τι ἔχειν φάρμακον, ἵνα καὶ τοῦτο τοῦ πατρὸς τὸ νόσημα ἰασαίμην, sensu vacuum est ἰασαίμην, necessarium est ἰασάμην, ut initio loci ἐβουλόμην μὲν ἄν, *vellem*, quod dicunt in ea re, quam fieri non posse sentiant, ut apud Lysiam IV. § 3. ἐβουλόμην δ' ἂν μὴ ἀπολαχεῖν αὐτὸν κριτὴν Διονυσίοις, ἵν' ὑμῖν φανερὸς ἐγένετο ἐμοὶ διηλλαγμένος: est autem ἰασαίμην perinde absurdum atque in Lysia foret γένοιτο pro ἐγένετο. Aristoph. *Ecclesiaz.* 151:

ἐβουλόμην μὲν ἕτερον ἂν τῶν ἡθάδων
λέγειν τὰ βέλτισθ', ἵν' ἐκαθήμην ἥσυχος.

addam alterum exemplum ex eodem, ut veteri mendo liberem. Legitur in *Vespis* vs. 960:

ἐγὼ δ' ἐβουλόμην ἂν οὐδὲ γράμματα,
ἵνα μὴ κακουργῶν ἐνέγραφ' ἡμῖν τὸν λόγον.

corrige sodes ἔγραφεν pro ἐνέγραφ', nisi quid sit λόγον ἐγγράφειν in tali re expedire potes. Iterum librarii in Luciano sic peccarunt 71, 39. εἰ δ' ἔδει (lege εἰ δὲ δεῖ) καὶ γυναικείου γάμου κοινὰς εἶναι ἔδει τὰς γυναῖκας, ὡς ἔξω ζήλου εἴημεν, compone cum his verba Demosthenis p. 1273: ἐπιδεῖξαί σε ἔδει — ἵνα μὴ λόγῳ τὸν πατέρ' ἀδικοῦντ' ἀπέφαινες et videbis quam necessarium sit ὡς ἔξω ζήλου ἦμεν. Non tempero mihi quin his adiiciam locum Platonis in *Critone* p. 44 d. in quo librarii in re eadem alias turbas dederunt. Editur: εἰ γὰρ ὤφελον, ὦ Κρίτων, οἷοί τε εἶναι οἱ πολλοὶ τὰ μέγιστα κακὰ ἐξεργάζεσθαι, ἵν' οἷοί τε ἦσαν αὖ καὶ ἀγαθὰ (lege τἀγαθὰ) τὰ μέγιστα, καὶ καλῶς ἂν εἶχε, νῦν δὲ οὐδέτερα οἷοί τε, quis non perspicit insiticia et spuria esse verba tam frigida quam supervacua καὶ καλῶς ἂν εἶχε, quae vel in negligentissimo scriptore reprehendi debebant ea in Platone feremus?

Post haec omnia denique satis erit verbo admonere in *Ocypode* 81, vs. 62, 63:

ποῖος κρατιώτης γέγονας, ἵνα παρεμβολὴν
βαλὼν σὺ πληγῇς;

emendandum esse ποῦ σὺ κρατιώτης et βαλὼν ἐπλήγης.

Pergam Luciani locos complusculos indicare, ubi syntactica ratio describentium socordia vitium concepisse videatur. Non facile credam ipsi Luciano excidere potuisse quod legitur 16, 17. οὐκ εἶχον ὅπως καταπαύσω, quum ratio et usus requirant καταπαύσαιμι et nihil sit apud veteres hac locutione tritius, qui οὐκ ἔχω ὅπως χρήσωμαι dicebant et οὐκ εἶχον ὅπως χρησαίμην. Scribae saepe pro χρήσωμαι dare solent χρήσομαι, sed neminem fere fallunt. Ὅπως, ὅςις, ὅ τι, ὁπόθεν, ὅποι, ἔνθα et similia habent coniunctivum, ubi praecessit negatio, ubi non praecessit boni scriptores constanter futuris indicativi utuntur. Quicumque hoc sexcenties vidit, aut inter legendum quam sit certa haec ratio experiri volet, mecum Platonem in *Protagora* p. 348 D. turpi vitio liberabit. Editur περιϊὼν ζητεῖ ὅτῳ ἐπιδείξηται καὶ μεθ' ὅτου βεβαιώσηται, non potuit philosophus aliter scribere quam ἐπιδείξεται et βεβαιώσεται, quemadmodum apud Demosthenem recte scriptum est *de Corona* p. 230, 16. ἑτέρῳ δ' ὅτῳ κακόν τι δώσομεν ζητεῖν et passim apud alios. In talibus Graeculi errabant aut Romani Graece balbutientes, ut Aelianus in *V. H.* II. 10. οὐκ εἶχον ὅποι ποτὲ αὐτὸν κατάθωνται, Graecos ipsos eruditos ab istiusmodi vitiis ipsa Graecitatis intelligentia satis defendebat. Itaque genuinum non est, quod legitur 7, 15. οὐ γὰρ ἂν εἴχομεν πρὸς ὅ τι ἔλαττον παραθεωρῶμεν αὐτόν, sed παραθεωροῖμεν necessarium est et a Luciano scriptum. Verbum παραθεωρῶμεν ex unico libro sed antiquissimo B servatum (nam caeteri omnes παραθῶμεν praeferunt) restituendum est 20, 44. ubi scribitur ἢν μὴ περιθεωρήσῃς ἅπαντας ἐπιών, at requiritur παραθεωρήσῃς, quod unus liber pessimae notae obtulit sed cum auctore spretum est: at saepe, ut in proverbio est, καὶ μωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν, et παραθεωρήσῃς ex se ipso spectandum erat et probandum. Eodem remedio utendum 10, 11, 4. οὐ γὰρ εἶχον ἔνθα ἂν δέξαιντο ubi ἄν a mala manu est et expungendum, sic et 45, 13. οὐκ ἔχων ἐς ὅ τι ἐρασμιώτερον αὐτὸν μεταβάλοι οὐδὲ ὅπως ἂν διαφθείρειε τοῦ Ἀκρισίου τὴν φρουράν, vides ἂν insiticium esse; 7, 3. οὐ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος ὅθεν ἐξάψει, imo vero ἐξάψειε. Eiusdemmodi fere error est 41, 58. ἐσκοπούμεθα δὲ περὶ τῶν παρόντων ὅ τι πράξομεν. In Plutarchi *Catone maiore*

cap. IX ὥσπερ οὐκ ἔχοντες ὃ πράττωμεν καθήμεθα τὴν ἡμέραν ὅλην περὶ γεροντίων Γραικῶν ζητοῦντες repone ὅ τι πράττωμεν, quod solemne est. Apud Lucianum coniunctivo restituto opus est 37, 51. ἐρομένῳ πῶς ἄρισα ἄρξει, nemo poterat, opinor, ad haec respondere, emenda ἄρξῃ. Similiter 20, 48. ἐπὶ τίνα δὴ αὐτῶν πρῶτον ἔλθοιμεν ἄν; non hoc rogat, sed in re incerta consilium ab amico petit, pro ἔλθοιμεν ἄν restitue ἔλθωμεν; prima persona in his coniunctivum postulat, reliquae ἄν et optativum: ποῖ τράπωμαι; et ποῖ τις ἂν τράποιτο; τί πάθω; et τί ἂν πάθοι τις; τί γένωμαι; et τί ἂν γένοιτό τις; Comicus apud Plutarchum *de Audiendis Poëtis* p. 18. e.

τάλαντον ἡ προίξ. μὴ λάβω; ζῆν δ' ἔξι μοι
τάλαντον ὑπεριδόντι;

Sic Lucianus scripserat 8, 24, 1. μὴ λέγω; et 67, 9, 3. τί γένωμαι; πῶς ἄν με ἡ γῆ καταπίοι. in quo loco vitiosa librorum scriptura τίς γένωμαι Schaeferum vindicem nacta in *Meletem. Crit.* p. 98 quem Iacobitz advocavit, Dindorfium et Bekkerum delusit; at nihil est praesidii in Schaeferi exemplis et male comparat πάντα γίγνομαι et παντοῖος γίγνομαι. Qui *omnes quas vult formas induit* recte dicitur γίγνεσθαι πᾶν ὅ τι βούλεται et sic legendum est in *Nubibus* vs. 347.

γίγνονται πᾶν ὅ τι βούλονται

non πάνθ' ὅ τι quod quamquam manifesto soloecum est tamen omnium editiones obsidet. In Sannyrionis fragmento apud *Scholiast.* ad Eurip. *Orest.* vs. 269 pro vulgata scriptura τίς ἂν γενόμενος εἰς ὀπὴν γενήσομαι optimi codices mihi dederunt:

τί οὖν γενόμενος εἰς ὀπὴν ἐνδύσομαι;

Quamobrem igitur γίγνομαι πᾶς ὅστις βούλομαι dici non potest eadem de causa τί γενόμενος et τί γένωμαι necessaria sunt et ne Schaeferus quidem in loco Theocriti, quem primus omnium emendavit XV. 51. ἀδίσα Γοργοῖ, τί γενώμεθα; (codd. γενοίμεθα) concoquere potuisset τίνες γενώμεθα, credo, quod tamen dici et intelligi posse debet si τίς γένωμαι sanum est. Conficient hanc controversiam quae ad hunc Theocriti locum Valckenaerius attulit p. 357 et imprimis haec Thucydidea II. 52. οὐκ ἔχοντες οἱ ἄνθρωποι ὅ τι γένωνται ἐς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων ὁμοίως.

Quis credat probatum scriptorem potuisse scribere quod legitur 8, 17, 1. *συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν ἱκέτευεν.* Putabimusne nesciisse LUCIANUM *Graece* dici oportere: *συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενος*, at non nesciebat quum scriberet 5, 8. *οὐ συνίει κόραξι καὶ λύκοις χαριζόμενος* aut 10, 14, 6. *οὐ γνώσῃ σεαυτὸν καὶ συνήσεις ἤδη νεκρὸς ὤν*, ubi libri scripti omnes *συνῇς* praeferunt, unde reliqui formam barbaram *συνήσῃ* receperunt, BEKKERUS *συνήσεις* dedit. Expuncto *καί* legendum *συνεὶς ἤδη νεκρὸς ὤν.*

Gravi errore a scribis invecto legitur 68, 44. *ἔφη οὖν καταλαβεῖν αὐτὸν χαμαὶ κυλιόμενον καὶ — ψυχρὸν αἰτοῦντα, ἑαυτὸν δὲ μὴ δοῦναι*, pro *ἢ δὲ μὴ δοῦναι*, ut in PLATONIS *Symposio* p. 175. c. *ἢ δὲ οὐκ ἐᾶν*, ubi alii libri ex manifesta interpolatione *αὐτὸν δὲ οὐκ ἐᾶν*, in LUCIANI loco duplex scriptura *ἢ* et *αὐτὸν* in unam coaluit. In *Hermotimo* 20, 36 *φαῖεν γὰρ ἂν οἱ Ἐπικούρειοι ἢ Πλατωνικοὶ σφᾶς μὲν οὕτωσὶ τιθέναι* (sic BEKKER. pro *οὕτω ξυντιθέναι*), *ὑμᾶς δὲ πέντε ἢ ἑπτὰ λέγειν αὐτά*, non debebat BEKKERUS dubitare, quin *σφεῖς*, pro *σφᾶς* esset rescribendum. Forma pronominis *σφεῖς*, quae olim in desuetudinem abierat, scribis et lectoribus nova et inaudita non facile e correctorum manibus salva elabitur, ut in XENOPHONTIS *Hellen.* VI. 5, 35. [*οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔλεγον*] *ὅτι Θηβαίων βουλομένων ἀνασάτους ποιῆσαι τὰς Ἀθήνας σφίσιν ἐμποδὼν γένοιντο*, DOBRAEUS optime *σφεῖς* reponi iussit, quod vellem DINDORFIUS recepisset. Planissime haec confirmabit eximius locus DEMOSTHENIS *de F. L.* p. 384, 24. *ὅλην τε τὴν πόλιν οὕτω καὶ σφᾶς ὡμολόγουν ὑπάρξειν αὐτῷ*, ubi si dicerem *σφεῖς* ex Graecitatis ingenio esse reponendum, multum abest, credo, ut hoc probarem omnibus, librorum scripturas etiam multo absurdiores pertinaciter tueri solitis. Nunc nemo dubitabit, quoniam unus liber, sed qui omnibus unus plurimum praestat, Parisinus S, manum oratoris *σφεῖς* servavit. Itaque nunc mihi credi poterit in *Anabasi* VI. 2, 10. *οἱ δὲ λόγοι ἦσαν αὐτοῖς — τοὺς μὲν πόνους σφᾶς ἔχειν, τὰ δὲ κέρδη ἄλλους*, non *σφᾶς* sed *σφεῖς* genuinum esse et XENOPHONTI reddendum.

Pro necessario coniunctivo vel cum barbarismo indicativum servant omnes 6, 6. *τί νομίσομεν* pro *τί νομίσωμεν.* Contra con-

iunctivi Graeculorum vitio subrepere solent in talibus, quale est 60, 4 ἄγε τοίνυν, ὦ προλόγων ἄριςε, ὅρα ὅπως σαφῶς προδιδάξῃς τοὺς ἀκούοντας et 70, 10. ὁρᾶτε ὅπως μὴ παρανομήσητε, μηδὲ παρακούσητε et 8, 20. 2 ὅπως μὴ χαλεπήνητε μηδὲ κακὸν ἐντρίψησθε τῷ νεανίσκῳ, in his ubique ex perpetuo *Graecorum* usu futuri temporis formae sunt reponendae προδιδάξεις, παρανομήσετε, παρακούσεσθε, χαλεπανεῖτε, ἐντρίψεσθε et expungendum ὅρα vel ὁρᾶτε, quod magistri apponere solent, veteres omittere. Bekkerus subinde huiusmodi vitia sustulit, ut 40, 29. 45, 6. alibi, saepius intacta reliquit. Non est Graecum quod in Plutarchi *Catone minore* scribitur c. IX. ἄγε ὅπως τῇ Ἀτιλίᾳ τὴν ὑπόσχεσιν ἐμπεδώσῃς sed ἐμπεδώσεις, et quicumque in talibus librorum veterum scripturas non indiligenter volet excutere comperiet antiquam dicendi consuetudinem ὅπως et ὅπως μή in ellipsi constanter cum futuris coniungere, at sequiores librarios sedulo suos soloecismos invehere et ὅρα vel σκόπει de suo largiri, vide 18, 3. 43, 7 alibi. Quod autem legitur 10, 1, 2. ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιςα ὁποῖός τίς ἐςι τὴν ὄψιν neque ex hac ratione neque ex ulla alia explicari potest, emenda πῶς δὲ εἰδῶ; quae ipsa verba alium locum inquinant 14, 19. λάμβανε. τὸ δεῖνα δὲ, ὅπως εἰδῶ, τίσι χαίρει τῶν ἐδεσμάτων; libri ὅπως ἴδω, Fritzschio debetur εἰδῶ scioli interpolationem restituenti, non Luciani manum, qui Atticorum more dederat τὸ δεῖνα δὲ, τίσι χαίρει κτέ. ut in *Avibus* 648.

ἀτὰρ τὸ δεῖνα δεῦρ' ἐπανάκρουσαι πάλιν,

ita autem loquuntur, quibus subito in mentem venit aliquid rogare aut monere, quod in rem praesentem faciat, cuius adhuc fuerint immemores. *Paene oblitus sum quaerere, quibus cibis delectetur*, cuius rei commode recordatur. Πῶς alio loco 53, 85. in ὡς depravatum est, οὐδὲν δεήσομαι τὸ τῆς Κίρκης ἐκεῖνο πρὸς σὲ εἰπεῖν τό·

θαῦμά μ' ἔχει ὡς οὔτι πιὼν τάδε φάρμακ' ἐθέλχθης,

eadem in Homeri codicibus vulgatur lectio, quae quia neque bene Graeca est et immanem hiatum facit cedat huic:

θαῦμά μ' ἔχει πῶς οὔτι κτέ.

quae utrique malo medetur. Θαυμάζω πῶς recte dici obloquetur nemo, utrobique scribas in eodem vitio conspirare nonnemo

mirabitur. Addam tertium exemplum: in *Equitibus* vs. 511 sq. legitur:

ἃ δὲ θαυμάζειν ὑμῶν φησὶν πολλοὺς αὐτῷ προσιόντας
καὶ βασανίζειν ὡς οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη καθ' ἑαυτόν,

ecquis non sentit πῶς οὐχὶ πάλαι verum esse, ut in *Pluto* vs. 575 καὶ πῶς φεύγουσί σε πάντες; videmus homunciones rodere et depravare scripturam veterem, quia ipsi non ita loquebantur. Praeterea si qua scriptura vitiosa in Homeri codicibus inolevisset certa contagione solebat propagari in eorum locos, qui poëtae verbis uterentur, cuius rei insigne exemplum expromere iuvat. Nemo iam nescit in *Iliados* A. 423 sq. antiquam et genuinam scripturam hanc esse

Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο,

non μετὰ δαῖτα, quae mala et vitiosa lectio est et subabsurda, si reputabis quo sensu in illis carminibus *Ionicis* μετὰ ξύλον, μεθ' ὕδωρ, μετὰ χαλκόν dicatur; μετὰ δαῖτα is recte dicetur ἰέναι, qui sibi ab aliquo coenam sportula aufert, ut Quirites solebant. Pervetus tamen mendum esse et per multa saecula evicisse novo indicio ostendam. Scholion antiquum ipsius Aristophanis *Byzantini*, ut arbitror, ad nos pervenit adscriptum ad Aristophanis *Aves* vs. 1177 τοῦτ' ἴσμεν: πρὸς τὴν ἐν Ἰλιάδι γραφὴν τήν· χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα. οὕτως ἀξιοῦσιν Ἀριστοφάνην γράφειν. Apage ineptias. Ea annotatio infelicissime retrahitur ad verba: οὐκ ἴσμεν, ὅτι δ' εἶχε πτερὰ τοῦτ' ἴσμεν, quum ad sequentia a Critico esset apposita: οὔκουν δῆτα περιπόλους ἐχρῆν πέμψαι κατ' αὐτὸν εὐθύς; et sic aliquando scripta fuisset: τὸ χῖ πρὸς τὴν ἐν Ἰλιάδι γραφὴν τήν· χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα. Criticus in Aristophane legendo et illustrando Homeri nusquam immemor hunc locum ἐσημειώσατο ad scripturam *Iliadis* aut stabiliendam aut explicandam, in qua re luculenter apparere arbitror Homeri interpretationem antiquis Criticorum principibus ἔργον, reliqua πάρεργα fuisse. Quis enim ex huiusmodi verbis πέμψαι κατ' αὐτόν praesidium quaesivisset lectioni ἔβη κατὰ δαῖτα, nisi is qui undique Homero illustrando materiem conquireret. Multo iustius cum Homericis composueris ex *Pace* vs. 192. ἥκεις δὲ κατὰ τί; et similia passim. Adscripsit

aliquis ad vetus scholion: οὕτω γὰρ ἀξιοῖ Ἀριςοφάνης δεῖν γράφειν aut simile quid, deinde ea verba loco mota sunt et incerta sede volitare coeperunt, tum vero lectio μετὰ δαῖτα, quae sola fere dominabatur, veram praesidio destitutam expulit et natum est monstrum, quod mihi procurasse videor. Quemadmodum igitur lectio μετὰ δαῖτα meliorem exturbare soleat apertum est: alios locos ubi exturbaverit duos apponam. In Theocrito VII. 24 non legeretur

ἢ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι;

nisi apud sequiores omnes in loco Homerico invaluisset idem error. Alter est ipsius Luciani 44, 37. ἔθος γοῦν αὐτοῖς συνεχῶς ἰέναι παρ' αὐτοὺς μετὰ δαῖτα.

Alio loco factum est ut πῶς in πόσου abiret. Legitur 46, 24. μεταξύ τε προϊὼν ἀνέκρινέ με περὶ τῶν ἐν τῇ γῇ πραγμάτων, τὰ πρῶτα μὲν ἐκεῖνα πόσου νῦν ὁ πυρός ἐςιν ὤνιος ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, qui Aristophanem et comicos trivit facile mihi credet Lucianum scripsisse πῶς νῦν ὁ πυρός ἐςιν ὤνιος, quae constans est in ea re dicendi forma, ut in *Acharnensibus* 758. πῶς ὁ σῖτος ὤνιος; et in *Equitibus* 480.

πῶς οὖν ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος;

et alibi, vid Porson. *Tracts* p. 152.

Lucianus ut ingenio sic dictione comicis et imprimis Aristophani similis multa ei sublegit, quae nunc interpolando obscurata sunt, at possunt ex utriusque comparatione revocari in lucem, ex quo genere est 10, 8, 1. τί ἀγανακτεῖς, ὦ Κνήμων; — πυνθάνῃ ὅ τι ἀγανακτῶ; deprehendisne malum interpolatorem? at non impune feret qui πυνθάνῃ de suo infersit. Eadem fraus 44, 6. nos ludificatur. ἀλλά πῶς γὰρ, ὦ Ζεῦ, ἀξιοῖς; — ὅπως [ἀξιῶ]; ἀποσεμνῦναι φημὶ δεῖν τὸ κήρυγμα, non est, opinor, cuiquam exemplis ex Aristophane opus. Peius etiam grassati sunt 67, 9, 4. σὺ δὲ τίς εἶ, ὦ βέλτιςε; — ὅτι Πολέμων ὁ Στειριεὺς Πανδιονίδος φυλῆς, ἀκούεις; vera lectio est ὅςις; Πολέμων ὁ Στειριεύς, quod idem Bekkerum nunc invenisse video; etiam hic non est testimoniis opus. Quod Πανδιονίδος φυλῆς Lucianus adiecit ab *Atheniensium* more alienum est. Satis erat scire ὁπόθεν τις δημοτεύοιτο, et non nesciebant *Attici* πολυπράγμονες quis δῆμος cuius φυλῆς esset. Nota sunt Τρυ-

γαῖος Ἀθμονεὺς ἐγώ aut ὁ Φαληρεὺς οὗτος Ἀπολλόδωρος ex Aristophane et Platone. In *Acharnensibus* vs. 405.

Δικαιόπολις καλεῖ σε Χολλείδης ἐγώ

non tantum σ' ὁ Χολλείδης reponendum, quod leve est, sed turpe vitium eximendum reposito καλῶ pro καλεῖ. Etiam alibi saepe Lucianus, saepe aequales res *Atticas*, mores, instituta, leges, verba legitima non satis diligenter referunt, diversa miscent, aliena admiscent, quod infra ostendam.

Ex Aristophane et *Atticis* non est difficile arguere correctorum temeritatem 20, 9. πάνυ ἐνταῦθα (μόνω γάρ ἐσμεν) ἐπέςην ἀναμνησθεὶς ἃ πρότερον εἶδον ποιοῦντα —, βούλει Φῶ τίνα; ab exilio revocandum αὐτοὶ γάρ ἐσμεν, *remotis arbitris quod sentimus licet libere dicere*, nota locutio, in qua librarii turbare solent et suum μόνω aut μόνοι addere aut substituere, quod apud veteres alio sensu dicitur: *aliorum auxilio destituti sumus*. Inspicite 8, 10, 2. αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμέν, bona pars codicum servat μόνοι γὰρ ἡμεῖς ἐσμέν, quod recte abiectum est; sed una fuerat abiiciendum ἡμεῖς item ab illo adscriptum qui αὐτοί solum non satis capiebat. In Platonis qui fertur *Alcibiade* I. p. 118. B. male legitur ὀνομάζειν μὲν ὀκνῶ, ὅμως δὲ, ἐπειδὴ μόνω ἐσμέν, ῥητέον. Cuiuscumque tandem hoc scriptum est, vivebat auctor illa aetate quum omnes eo sensu ἐπειδὴ αὐτοί ἐσμεν dicebant. Qui etiamnunc multi ipsius Platonis dialogum esse suspicantur videant an Ptatonem scribere potuisse possint credere quod legitur p. 111 D. ἱκανὸν δέ σοι τεκμήριον ὅτι οὐκ ἐπίςανται οὐδὲ κ ρ ή γ υ ο ι διδάσκαλοί εἰσι τούτων ἐπειδὴ οὐδὲν ὁμολογοῦσιν ἑαυτοῖς περὶ αὐτῶν, ubi ἐπειδή alienum est et κρήγυοι ridiculum. Alterum indicium eiusdem interpolationis est in Platonis *Euthydemo*, pag. 304. A. μάλιςα μὲν αὐτὼ πρὸς ἀλλήλω μόνω διαλέγεσθον, εἰ δὲ μὴ, εἴπερ ἄλλου του ἐναντίον, ἐκείνου μόνου, ὃς ἂν ὑμῖν διδῷ ἀργύριον, ubi si μόνω in margine apponetur, pristinam sedem et iustam receperit. In Lysia quoque 31, 17. τοτὲ μὲν αὐτὸς, μόνος, τοτὲ δ' ἑτέροις ἡγούμενος diligenter videndum possitne μόνος retineri an eodem sit ablegandum. Affinis huic errori est alius, cuius compluscula exempla sunt: disce omnia ex uno apud Platonem in *Protagora* p. 316. B. πότερον, ἔφη, μόνῳ βουλόμενοι διαλεχθῆναι ἢ καὶ μετὰ τῶν

ἄλλων. Vitium arguent quae continuo respondet SOCRATES p. 316. C. σὺ σκόπει πότερον περὶ αὐτῶν μόνος οἴει δεῖν διαλέγεσθαι πρὸς μόνους ἢ μετ' ἄλλων. viden supplendum esse μόνοι μόνῳ? Locus est HERODOTI IX. 48. προκαλεύμενοι καὶ βουλόμενοι μούνοισι Πέρσῃσι μάχεσθαι, ubi pars librorum μοῦνοι, caeteri μούνοισι servant, non est facienda optio, peramice ambo conspirant et legendum; βουλόμενοι μοῦνοι μούνοισι Πέρσῃσι μάχεσθαι. Quod recte servatum est apud DEMOSTHENEM *de Cor.* p. 273, 1. τῷ ὑπὸ τῶν πολεμίων πεμφθέντι μόνος μόνῳ συνῄει facit ad sanandum locum de *F. L.* p. 430, 22. οὐδαμοῦ μόνους ἐντυγχάνειν Φιλίππῳ, imo vero μόνους μόνῳ. Quod his verbis oppositum est ad LUCIANUM me reducet, οὗτοι δὲ, inquit, οὐδὲν ἐπαύσαντο ἰδίᾳ χρηματίζοντες compone cum his Lucianea 16, 9. ἄκουσον, ὦ Κλωθοῖ, ἅ σοι ἰδίᾳ οὐδενὸς ἀκούοντος εἰπεῖν βούλομαι. utrobique ἰδίᾳ est *remotis arbitris* et οὐδενὸς ἀκούοντος est otiosum scioli additamentum. Post pauca ibidem legitur καὶ τοὺς δύο κρατῆρας, βούλει, προσθήσω, non solent Graeci βούλει, ἐθέλεις sic interponere: dicunt βούλει προσθῶ vel εἰ βούλει, προσθήσω, quorum hoc reponendum. Similiter 12, 7. ἀλλὰ βούλει, κἀγὼ κατὰ τὸν Ὅμηρον ἐρήσομαί σε, ubi alii ἔρωμαί σε, quod BEKKERUS recepit, malim ἀλλ', εἰ βούλει, — ἐρήσομαι σέ. Excidit εἰ iterum 14, 22. ἣν ἔρωμαι, »τοῦτον οἶσθα;" emenda εἰ τοῦτον οἶσθα. Manifestum interpretamentum tenemus 20, 52. πότερον ἐπαινέσω σε τῆς συνέσεως ἢ θέλεις ἀντείπω τά γέ μοι δοκοῦντα; aliena sedes verbi θέλεις fallaciam retegit. Saepe vidi Graeculos et correctores tricantes in οὐχ ὅπως, quorum verborum rationem et usum non satis ubique perspiciunt et quod non intelligunt ultro depravant. Recte et ordine οὐκ ὅπως legitur 12, 8. μηδ' ἐμπίδα οὐχ ὅπως ταῦρον ἔτι ἄρασθαι δυνάμενος 15, 31. οὐδ' ἡ Ἑλένη — οὐχ ὅπως ὁ Ἡρακλῆς 19, 4. οὐχ ὅπως θεοῖς ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώποις δεξιοῖς πρέπον 41, 26 οὐχ ὅπως αἰσχύνεται τῷ γάμῳ ἀλλὰ καὶ σεμνυνομένῳ ἔοικεν 67, 13, 4. οὐκ ἂν οὐδὲ προσβλέψειέ τις οὐχ ὅπως συμπίοι et 68, 38. μόνος οὗτος ὁ ἔρως ἄφυκτος καὶ τοῖς πάνυ θαυμασοῖς εἶναι δοκοῦσιν οὐχ ὅπως ἐκείνῳ τἀνδρί. Turbarunt librarii 70, 20. πάμπολλα δὲ κεκτημένοι οὐχ ὅπως μετέδοσαν ἡμῖν ποτὲ αὐτῶν ἀλλ' οὐδὲ προσβλέπειν τοὺς πολλοὺς ἀξιοῦσιν, libri omnes praeter unum A. οὐχ ὅπως οὐ μετέδοσαν servant, at non tulit opem *idem liber* 7, 8. ἔγωγ' οὐδὲ μνημονεύσειν τὴν ὑσεραίαν ἔτι τούτων

ὤμην τὸν Δία οὐχ ὅπως καὶ τηλικαῦτα ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν. Eodem malo laborantem destituunt meliores libri 30, 48. ὁ Σωκράτης ἐκεκράγει πρὸς ἅπαντας οὐχ ὅπως μὴ πάντα ἀλλὰ μηδ' ὅλως εἰδέναι τι, aeque vitiosum est οὐχ ὅπως καί et οὐχ ὅπως μή, delenda utrobique tertia vocula ab imperitis adiecta.

Mirum est quomodo evaserit criticos 46, 6. inepta codicum lectio τὰ δ' ἀμφὶ δίαιταν ὁποῖός τις εἶ; quasi vero ὁποῖος pro ποῖος dici possit. Facilior venia est errantibus ut 20, 26. οἱ ἡγεμόνες ὑπερδιατεινόμενοι καὶ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστοι ἐπαινοῦντες pro τὰ ἑαυτοῦ ἕκαστος. Recte enim 20, 56. τί γὰρ ἐκεῖνοι παθόντες ἑκατοντάδας καὶ χιλιάδας βιβλίων ἕκαστοι συγγεγράφασιν, namque ἕκαστοι non sunt singuli philosophi, sed οἱ ἀφ' ἑκάστης τῆς αἱρέσεως, ut numerus librorum demonstrat, illic singuli sunt ἡγεμόνες suam *quisque* sectam extollentes. Facilior est, inquam, venia quia in optimo quoque scriptore *Attico* sic saepe impune est peccatum. Indicabo nunc quidem e Xenophonte nonnulla: in *Anabasi* IV, II, 8. ἄλλοι δὲ τῶν στρατηγῶν — ἐπορεύοντο ᾗ ἔτυχον ἕκαστοι ὄντες, corrige ᾗ ἔτυχον ἕκαστος expuncto ὄντες. Cf. IV, II. 12. ὅπῃ ἐδύναντο ἕκαστος. In *Hellenicis* I, VII, 5. οἱ στρατηγοὶ βραχέως ἕκαστος ἀπελογήσατο, si dubitas ἀπελογήσαντο recipere animadverte quod continuo additur καὶ διηγοῦντο. In talibus sive praeponitur ἕκαστος sive postponitur plurali opus est. In Homero numquam peccatur. *Iliad.*

B. 775. ἵπποι δὲ παρ' ἅρμασιν οἷσιν ἕκαστος Ἕστασαν.

H. 175. οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος.

H. 185. οἱ δ' οὐ γιγνώσκοντες ἀπηνήναντο ἕκαστος.

Π. 351. οὗτοι ἄρ' ἡγεμόνες Δαναῶν ἕλον ἄνδρα ἕκαστος.

K. 215. τῶν ἄλλων οἱ ἕκαστος ὅϊν δώσουσι μέλαιναν.

peccatur saepe in aliis, quorum tam facilis quam certa emendatio est. Prorsus eadem ratio est eademque errandi frequentia in ἄλλος ἄλλο, ἄλλοθεν, ἄλλοθι, ἄλλῃ, ἄλλως et similia, in quibus item verbi numerus subiectum sequitur, ut Grammatici loquuntur, non appositionem, in qua subiecti partitio est. Ut est apud Sallustium *Catil.* 6. *alius alio more viventes*, ubi nubem exemplorum Interpretes attulerunt, sic *Graece* ἄλλος ἄλλως λέγοντες dicitur non λέγων, quamquam saepe per scribas non licuit antiquis ita dicere, ut solebant. In *Anabasi* II, I, 15. quod pace librariorum et editorum dictum sit, pu-

tidus soloecismus latet in verbis οὗτοι μὲν ἄλλος ἄλλα λέγει pro λέγουσιν et IV, VIII, 19. οἱ πολέμιοι — φυγῇ ἄλλος ἄλλῃ ἐτράπετο pro ἐτράποντο. In PLATONIS *Symposio* p. 220. C. καὶ ἤδη ἦν μεσημβρία καὶ ἄνθρωποι ἠσθάνοντο καὶ θαυμάζοντες ἄλλος ἄλλῳ ἔλεγεν, mirum neminem vidisse ἔλεγον requiri, tum restitue ἄνθρωποι. Evasit vera scriptura in *Hellen.* II, II, 23. καὶ ἰδίᾳ πρὸς τοὺς βουλευτὰς ἄλλος πρὸς ἄλλον διέβαλλον. Non minus soloecum est apud HEROD. VII. 104. τούτων τῶν ἀνδρῶν, οἳ Ἑλλήνων ἕκαστός φησι τριῶν ἄξιος εἶναι pro φασι, DINDORFIO monente ad *Hellen.* I, VII, 5. In ἄλλος ἄλλο et ἄλλοι ἄλλο, quamquam manifestum discrimen est, tamen ridicule labuntur. Quis enim risum teneat in hac scriptura omnium codicum in *Hellen.* III, III, 8. συλλεγόμενοι τῶν γερόντων ἄλλος ἄλλοθι ἐβουλεύσαντο, singuli enim neque capita conferre, neque consilia possunt, opinor. Non minus certum esse arbitror *ibid.* VII, I, 15. pro ἐφύλαττον ἄλλος ἄλλοθι τοῦ Ὀνείου rescribendum esse ἄλλοι ἄλλοθι, ne *singuli* in praesidiis dispositi excubias agere dicantur. Contra in *Anabasi* I, VI, 11. οὐδεὶς εἰδὼς ἔλεγεν, εἴκαζον δ' ἄλλοι ἄλλως ex natura rei ἄλλος ἄλλως restituendum. Eadem medicina sanandus locus est in *Hellenicis* VI, V, 28. οἱ δὲ Σπαρτιᾶται ἄλλος ἄλλῃ διαταχθεὶς ἐφύλαττον, ubi διαταχθέντες etiam propterea necessarium est, quia *unus* homo non facile potest διαταχθῆναι. Denique restituenda est haec dicendi forma in *Anabasi* V, VIII, 7. ἡ μὲν διάρριψις τοιαύτη τις ἐγένετο. διέδωκα ἄλλοις ἄγειν, supple διέδωκα ἄλλα ἄλλοις et in *Hellen.* III, IV, 1. ἰδὼν τριήρεις Φοινίσσας τὰς μὲν καταπλεούσας ἄλλοθεν, quia non potest triremis αὐτόθεν καταπλεῖν emenda ἄλλας ἄλλοθεν. Simillimum genus vitii latet in LUCIANI *Nigrino* 3, 24. τὸ δὲ καὶ τῶν φιλοσοφεῖν προσποιουμένων πολλῷ ἔτι τούτων γελοιότερα δρᾶν, τοῦτ' ἤδη τὸ δεινότατόν ἐστιν, BEKKERUS pro πολλῷ de suo πολλούς dedit, aliquanto melius iunges utrumque τῶν φιλοσοφεῖν προσποιουμένων πολλοὺς πολλῷ ἔτι τούτων γελοιότερα δρᾶν. In alio LUCIANI loco contrarius error est 25, 3. πάντες ἐν ἔργῳ ἦσαν, ὁ μὲν ὅπλα ἐπισκευάζων, ὁ δὲ λίθους παραφέρων — ὁ δὲ ἄλλος ἄλλο τι τῶν χρησίμων ὑπουργῶν, inepte unus homo in plures distrahitur. Dele ἄλλος et bene erit.

Faciles credunt editores *Graece* dici posse quod dicitur 10, 24, 3. ἰσότιμος ἔσται Μαύσωλος καὶ Διογένης; quod tam prave

dictum est ac si quis vellet dicere φίλος ἦν Ἀλέξανδρος καὶ Ἡφαιςίων aut similia. Scribendi compendium hunc errorem peperit unde simul Graecitas corrumpitur et sententia loci. Διογ pro re nata aut rectus casus est aut obliquus. Scribe καὶ Διογένει; et optime procedet oratio. Similiter 16, 27. ἡ κλίνη καὶ ὁ λύχνος παρέςω. εὖ γε ἐποίηςαν ὑπακούςαντες. addita lineola in unciali scriptura παρέςων significabat. Est aliqua tamen dubitatio utrum Διογένει an Διογένους sit verius, quia Lucianum alibi ὁμότιμον τῶν ἄλλων dixisse et alibi ὁμότιμον ςαυτοῦ contra consuetudinem veterum satis constare videtur.

Aliud est in Luciano mendi genus 34, 17. ζητῶ ὁπόθεν τοςαῦτα κακὰ ςυνελέξω καὶ ὅπου κατακλείςας εἶχες τοςοῦτον ἐςμὸν ἀτόπων καὶ διαςρόφων ὀνομάτων. dicitur enim αἰνέςας ἔχω, θαυμάςας ἔχω (Lucian. 32, 61) similia multa, de quibus vide egregiam Valckenaerii annotationem ad *Phoenissas* vs. 712, at non dicitur αἰνέςας εἶχον vel ἕξω. Dederat auctor Lexiphanis κατακλείςας ἔχεις. noli autem in errorem induci locis huiusmodi, qualis est apud Xenophontem in *Anabasi* IV. vii, 1. εἶχον ἀνακεκομιςμένοι vel Herodoti I. 28. εἶχε καταςρεψάμενος, qui non magis huc faciunt quam Luciani 14, 16. ἔχω τοςούτου λαβών vel § 11. ἔχε λαβών, in quibus »*verbum* ἔχω *vim suam nativam servare*" rectissime iudicat Valckenaerius.

Saepius in Luciano recurrit otiosa et inutilis praepositio in locis, qualis est 24, 11. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον οἰχήςεταί ςε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδηςάμενος et 53, 3. πάμπολύ τι πλῆθος ἕλκει ἐκ τῶν ὤτων δεδεμένους, praepositionem a mala manu esse indicium facit locus vicinus 9, 5. ὥςε εἰ τῶν ὤτων ἐκδεδεμένους τοὺς ἀνθρώπους ἕλκει, ubi δεδεμένους genuinum est, ἐκ male verbo adhaesit adscriptum in margine, ut pueris genitivi τῶν ὤτων ratio explicaretur. Idem vitium tolle 49, 1. ἀράμενος ἐκ τοῖν ςκελοῖν, ubi ἐκ spurium est. In Aristophanis *Lysistrata* vs. 1221 a Bergkio receptum oportuit:

οὗ δ' ἂν διδῶςι πρόςαγε τ ο ύ τ ο υ λαβομένη

pro τούτους quod multi correxerunt, primus omnium Dobraeus *Advers.* II. p. 249.

Aristophanes cum Luciano compositus certam medicinam afferet loco misere corrupto 39, 3. οὐ χαλεπὸν, εἰ τὸ ἀπὸ τοῦδε παραδόντες τὰς εἰκόνας τῷ λόγῳ ἐπιτρέψαιμεν αὐτῷ κτέ. nihil

est τὰς εἰκόνας παραδιδόναι. Veram lectionem suppeditabit Comicus in *Equitibus* 1109

τούτῳ παραδώσω τῆς Πυκνὸς τὰς ἡνίας.

Iustius etiam medebitur Poëta ipse sibi in *Ecclesiaz.* 107

ἤν πως παραλαβεῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα
δυνώμεθ' ὥς' ἀγαθόν τι πρᾶξαι τὴν πόλιν.

ubi si quis non audebit mecum reponere τῆς πόλεως τὰς ἡνίας, eum fortasse expugnabit Comicus ipse in eadem fabula vs. 466:

μὴ παραλαβοῦσαι τῆς πόλεως τὰς ἡνίας.

Quis umquam intelligat quemadmodum *Graece* dici possit ἔγκλημα παθεῖν, quod legitur 35, 9. οὐδὲ τὸ τοῦ Σωκράτους ἐκεῖνο ἔγκλημα παθεῖν ἂν ὡς διαφθείρων τὰ μειράκια. facilis est medicina si memineris quomodo, ubi passiva verbi forma aut non est in usu aut infrequentior est, eius vicem obtineat ἔχειν et λαβεῖν habens nomen ab eo verbo derivatum aut cognatum. Non facile dicitur αἰτιᾶσθαι pro *accusari*, sed αἰτίαν ἔχειν, sic λόγον ἔχειν, ἔχειν ὄνειδος, ἔπαινον ἔχειν, ψόγον ἔχειν, τιμὴν ἔχειν, alia permulta. In aoristis λαβεῖν ponitur et αἰτίαν λαβεῖν est idem atque αἰτιαθῆναι, quemadmodum dicitur ζημίαν λαβεῖν, κακὸν λαβεῖν, ψόγον, ἔπαινον, πληγὰς λαβεῖν, τραύματα, ὑπώπια, δόξαν λαβεῖν, ut in Isocratis oratione *de Pace* §. 23, ἢν δὲ μεταβαλώμεθα τὸν τρόπον καὶ δόξαν βελτίω λάβωμεν et alibi, unde emendandus Xenophon in *Hierone* 2, 15. δόξαν λαμπρὰν ἀναλαμβάνουσι imo vero λαμβάνουσι, non enim pristinam *recipere* sed novam *consequi* dicuntur. Sic igitur Lucianus ἔγκλημα λαβεῖν posuerat, quemadmodum Lysias 12, 57. αἰτίαν λαβόντες et Thucydides VI. 60. ὁ δῆμος χαλεπὸς ἦν ἐς τοὺς περὶ τῶν μυστικῶν αἰτίαν λαβόντας. Scribarum natio in permutandis λαβεῖν, λαθεῖν et παθεῖν ludere solet et minus suspicaces deludere. Verissime nuper Bergkius Aristophani pro λαβεῖν suum λαθεῖν reddidit in *Ecclesiaz.* vs. 26.

Ex Aristophane in integrum restituendum est quod legitur 46, 33. καὶ πάντες ἐπιτρίψονται αὐτῇ διαλεκτικῇ. Idem vulnus librarii Comico inflixerunt in *Pace* vs. 245, ubi libri exhibent:

ἰὼ Μέγαρα, Μέγαρ', ὡς ἐπιτρίψεσθ' αὐτίκα.

critici poëtae manum restituerunt. Dederat Aristophanes

ὦ Μέγαρα, Μέγαρ', ὡς ἐπιτετρίψεσθ' αὐτίκα,

et Lucianus πάντες ἐπιτετρίψονται. Simillima vitia saepe com-

missa sunt. In Demosthenis oratione *de F. L.* p. 432, 17. ὁ μὲν ταλαίπωρος ἄνθρωπος ἠτίμωται, τούτῳ δ' ἀθῴῳ δώσετ' εἶναι. Egregiam opem Parisinus S tulit, qui solus ἠτιμώσεται ab interitu servavit. Eidem debetur p. 178, 21 pro πᾶς ὁ παρὼν φόβος λέλυται verissima lectio λελύσεται, quam alii in λυθήσεται corruperunt, adeo nihil quod rarum et exquisitum est homunciones non imperite attrectant et quod non capiunt impudenter refingunt. At non soli Demostheni hoc praesidium paratum est, proderit et aliis, si scienter utemur. Misere laborat Thucydides IV. 28. λογιζομένοις ἢ Κλέωνος ἀπαλλαγήσεσθαι ἢ σφαλεῖσι γνώμης Λακεδαιμονίους σφίσι χειρώσασθαι, repone κεχειρώσεσθαι, id est κεχειρωμένους ἔσεσθαι et omnia sana esse senties. Iterum VII. 14. εἰ δὲ προσγενήσεται ἓν ἔτι τοῖς πολεμίοις — διαπολεμήσεται αὐτοῖς ὁ πόλεμος, expunge ὁ πόλεμος et scribe διαπεπολεμήσεται, *debellatum erit.* Eadem plane medicina Xenophontis locus sanandus est in *Cyrop.* I. vi, 9. εἰ μὴ ἕξει ἡ ῥατιὰ τὰ ἐπιτήδεια καταλύσεταί σου εὐθὺς ἡ ἀρχή, non licet enim *Graecis* λύσομαι pro λυθήσομαι dicere. Periit forma, quam boni libri intactam servant VI, ii, 37. οὗτοι δὲ ὁπλοφόρου τάξεως ἀπολελύσονται (alii ἀπολελαύσονται, ἀπολύσονται) et dixerat Xenophon καταλελύσεταί σου εὐθὺς ἡ ἀρχή, quod concitate dicitur, ut φράζε καὶ πεπράξεται et similia.

Vetus vitium et correctorum fallacias manifestas tenebis 38, 21 Isocratis testimonio. Editur μέχρι τῆς οὐδὲ ῥηθῆναι δυναμένης εὐπρεπῶς νόσου κατώλισθεν. In nonnullis pro εὐπρεπῶς scriptum est εὐπρεποῦς, quod abiiciunt omnes. Iniuria, ut demonstrabit locus Isocratis, quam in rem suam convertit quisquis est huius libri auctor. In *Panathenaico* §. 266, p. 288 fin. legitur ἐπιγενομένου μοι νοσήματος ῥηθῆναι μὲν οὐκ εὐπρεποῦς, δυναμένου δ' ἀναιρεῖν ἐν τρισὶν ἢ τέτταρσιν ἡμέραις. Satisne manifesta est imitatio et scribarum temeritas δυναμένης εὐπρεπῶς de suo substituentium?

In eodem libro iuvabit deprehendisse aliud socordiae describentium argumentum § 19 (ἡ φύσις τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ) συνέζευξεν ἀλλήλοις θεσμὸν ἀνάγκης ὅσιον καταγράψασα μένειν ἐπὶ τῆς οἰκείας φύσεως ἑκάτερον. Qui hos *Amores* scripsit affectatum et calamistris inustum scribendi genus sequitur, nimis floridum et lenociniis verborum et sententiarum comtum et

omnio meretricium. Sophisticum acumen ubique sectatur sed non ut ineptiat et nihil dicat. Θεσμὸς ἀνάγκης ὅσιος debetur scribis nihil cogitantibus, ipse dederat θεσμὸν ἀνάγκης θεῖον, ut apud Platonem est *de Legibus* XII. p. 957. C. ὁ θεῖος καὶ θαυμαςὸς νόμος, aut ne longe abeas apud ipsum §. 48. θείοις νόμοις ὁρισθὲν ἐκ διαδοχῆς ἐφ' ἡμᾶς καταβεβηκός. Quam saepe ὅσιος et θεῖος confusa fuerint supra ostendimus. In Platonis *Euthyphrone* p. 6. D. vetus indicium est eiusdem rei in scholio ad verba: πάντα τὰ θεῖα ὅσιά ἐςι: γράφεται καὶ ὅσια ὅσιά ἐςι, quod necessarium est et receptum ab omnibus. Suspicor et apud Xenophontem τὸ ὅσιον restituendum, ubi nunc τὸ θεῖον apparet. Locus est in *Hellenicis* IV. III, 20. προσελάσαντές τινες τῶν ἱππέων λέγουσιν αὐτῷ (Agesilao) ὅτι τῶν πολεμίων ὡς ὀγδοήκοντα σὺν ὅπλοις ὑπὸ τῷ νεῷ εἰσι καὶ ἠρώτων τί χρὴ ποιεῖν. ὁ δὲ καίπερ πολλὰ τραύματα ἔχων ὅμως οὐκ ἐπελάθετο τοῦ θείου, diligenter videndum an τοῦ ὁσίου sit rescribendum. In Dione Chrysostomo III. p. 45. οὐδὲ τοὺς θεοὺς ἀναθήμασιν οὐδὲ θυσίαις οἴεται χαίρειν τῶν ἀδίκων ἀνδρῶν. παράνομον (codd. παρὰ μόνων) δὲ τῶν θεῶν προσίεσθαι τὰ δεδομένα, pro τῶν θεῶν corrigunt τῶν θεοφιλῶν, δικαίων, ἐσθλῶν, ἀγαθῶν, hoc ludere est, Gellius τῶν ὁσίων, hoc est emendare. In Aeschinis oratione *de F. L.* p. 43, 27. τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τῆς ςρατείας ταύτης ὁσίαν καὶ δικαίαν ἀπεφηνάμην εἶναι codex unus θείαν καὶ δικαίαν exhibet. Obiter e Demosthenis loco *de F. L.* p. 441, 5. δεῖ ἕκαςον ὑμῶν τὴν ὁσίαν καὶ τὴν δικαίαν ψῆφον ὑπὲρ τῆς πατρίδος θέσθαι exime alterum τήν, nam una haec ψῆφος est ferenda, non duae ἡ ὁσία καὶ ἡ δικαία. Vehementer afflixit eiusdemmodi error et plane perdidit iocum Plutarchi in VII *sapientium convivio* p. 152 d. ubi Solon sic cavillatur Aesopum: σὺ δὲ δεινὸς εἶ κοράκων ἐπαΐειν καὶ κολοιῶν, τῆς δὲ σοῦ φωνῆς οὐκ ἀκριβῶς ἐξακούεις. Vertunt: *tuam ipsius vocem non accurate exaudis:* quod in eos ipsos convenit dicere, qui sic verterunt. Aesopus Soloni videtur non satis intellexisse oraculum sibi datum:

εὔδαιμον πτολίεθρον ἑνὸς κήρυκος ἀκούειν.

Redde Apollini ἀκοῦον et Plutarcho τῆς δὲ ΘΟΥ (θεοῦ) φωνῆς οὐκ ἀκριβῶς ἐξακούεις. Vocabulum θεός a scribis omissum ad Lucianum me reducet. Editur 60, 6. ἦν δὴ τὸ ἐπὶ τούτῳ ὁ μὲν πάνυ ἀπίθανος ἐν τῇ ὑποκρίσει συνείρων οἷον εἰκὸς ἐκ πολλοῦ ἐσκεμ-

μένα καὶ μεμελετημένα, εἰ καὶ ὅτι μάλιςα ἡ ἀναισχυντία οὖσα ἐπήμυνε καὶ χεῖρα ἄρεγε καὶ συνηγωνίζετο αὐτῷ, infelix est Bekkeri coniectura ἀναισχυντία σύντροφος οὖσα. Quid multa? excidit ΘC, ἡ ἀναισχυντία θεὸς οὖσα, ex notissimo proverbio θεὸς ἡ ἀναίδεια Zenob. IV. 36. et Menandri loco apud Stobaeum *Floril.* XXXII. 7:

ὦ μεγίςη τῶν θεῶν
νῦν οὖσ', Ἀναίδει', εἰ θεὸν καλεῖν σε δεῖ.
δεῖ δὲ, τὸ κρατοῦν γὰρ νῦν νομίζεται θεός.

ubi corrigendum πᾶν pro νῦν, quamquam ne sic quidem habemus Menandri manum, quam solus, si quid iudico, nobis servavit Artemidorus in *Onirocriticis* duobus locis II. 36 et 69.

τὸ κρατοῦν γὰρ πᾶν δύναμιν ἔχει θεοῦ.

Ex his igitur Lucianus tam acriter quam lepide hominem perstringit. Eadem opera vitium eximam Luciano in mentione Dei non multo melioris notae 59, 17. Ἀλέξανδρος ἠβουλήθη τὸν Ἡφαιςίωνα καὶ θεὸν χειροτονῆσαι — εὐθὺς οὖν — βωμοὶ καὶ θυσίαι καὶ ἑορταὶ τῷ καινῷ τούτῳ θεῷ ἐπετελοῦντο, et si quis subrideret ad haec aut non magna religione novissimum Deum coleret θάνατος ἐπέκειτο ἡ ζημία. πόσους τοίνυν οἰόμεθα, inquit, ἀπολαῦσαι τῆς Ἡφαιςίωνος θειότητος, at Hephaestion iam erat *una literula* minus quam θεῖος et necesse est θεότητος corrigere. Librarius codicis A, cuius summa auctoritas habetur, quum haberet ob oculos θειότητος scriptum noto compendio (vide Bastii *Tab.* V. 15 et 16) lepidum caput dedit τῆς Ἡφαιςίωνος θειότατος. contra scriba contemtissimi codicis G. veram lectionem θεότητος obtulit, quam nemo ab eo accipere dignatus est.

Ut aliorum loci emendati Luciano profuerunt sic contra Platoni e Luciano subveniri poterit. Edebatur in *Icaromenippo* 46, 14. καὶ μὴν παρὰ σοὶ αὐτίκα μάλα τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν ἔχειν βασιλικόν, recte viderunt πάρα σοι verum esse. Quanto utilius etiam eandem medicinam adhibebimus Platoni in *Phaedro* pag. 243. E. ποῦ δή μοι ὁ παῖς πρὸς ὃν ἔλεγον; — οὗτος παρά σοι μάλα πλησίον ἀεὶ πάρεςιν, ὅταν σὺ βούλῃ. *Graecum* est πάρειμί σοι non πάρειμι παρά σοι. Scribe πάρα σοι et apparebit quid sit verbo πάρεςιν faciendum.

Quoniam palaeographica attigimus subiiciam duas de genere hoc observationes, alteram novam, alteram novis exemplis sta-

bilitam. Quod legitur 39, 4. ἐκεῖνο μέν γε οὐκ ἐξερήσομαί σε εἰ τὴν Καλάμιδος Σωσάνδραν τεθέασαι, non est in usu ἐξερήσομαι aut ἐξηρόμην nisi apud poëtas. Sophocles dixit ἐξερήσομαι eadem de causa, quamobrem ἐξεπίσαμαι tam saepe dicit: sententiae perinde est, metro non item. Lucianus et omnes ἐρήσομαι dicebant. Unde igitur molesta praepositio? Intelliges comparato loco simillimo 20, 48. Χρυσίππῳ δέ γε οὐκέτι ἐρήσομαί σε πόσα. Nempe in codd. τι et τρ scribuntur uno ductu, qui tam similis est litterae ξ ut oculis discerni non possit utrum ετι an εξ sit scriptum, ιξ an ετρ. Si quis hoc semel vidit aut mihi credet nullo negotio emendaturus est locum Xenophontis in *Cyropaed.* III. 1, 21. ὁ σὸς πατὴρ ἐψεύσατο καὶ οὐκ ἐξημπέδου τὰς πρὸς ἡμᾶς συνθήκας, verbum ἐξεμπεδοῦν non est *Graecum* et hoc unico loco, infirmo tibicine, nititur. Emenda οὐκέτι ἡμπέδου. Apud Thucydidem IV, 28. οὐκ ἔχων ὅπως τῶν εἰρημένων ἔτι ἐξαπαλλαγῇ, *Ionibus* et Tragicis relinquendum ἐξαπαλλάσσειν, Thucydidi et *Atticis* ἀπαλλαγῆναι in ea re perpetuum est, praepositionem peperit dittographia. Haud scio an umquam ea labes plus attulerit detrimenti quam in suavissimo loco Platonis in *Phaedone* pag, 60. B. ὁ δὲ Σωκράτης ἀνακαθιζόμενος ἐπὶ τὴν κλίνην συνέκαμψέ τε τὸ σκέλος καὶ ἐξέτριψε τῇ χειρὶ καὶ τρίβων ἅμα ὡς ἄτοπον, ἔφη, ὦ ἄνδρες, κτέ. Aliud est τρίβειν, aliud ἐκτρίβειν, ut opinor. Dicitur a Theophrasto in *Charactt.* XII. 2. ὁ μικροφιλότιμος ἀναθεὶς δακτύλιον χαλκοῦν ἐν τῷ Ἀσκληπιείῳ τοῦτον ἐκτρίβειν στεφανῶν καὶ ἀλείφειν (lege ἀλείφων) ὀσημέραι. At Socrates τὸ σκέλος ἔτριψε, quod τρίβων ἅμα satis confirmat. Scriba dubitans essetne scriptum εξ an ετρ maluit utrumque ponere.

Nemo umquam codices *Graecos* trivit aut codicum lectiones excussit, qui non saepissime viderit α et ευ non oculis sed mente et linguae peritia discerni oportere. In plerisque locis is error scriptorem plane contrarium facit dicentem quam quod dixerat et iocosum est videre quam nihil hoc scribas moveat, quam nihil hoc editores curent. Qui εὔμορφος fuerat reperte ἄμορφος fit, ἀξύνετος nullo labore εὐξύνετος redditur, εὐσεβής nullo suo delicto ἀσεβής perhibetur. Turpius etiam est si quod est ἀσεβές contra fas εὐσεβές esse putabitur. Ne hoc fiat cavendum est apud Lucianum 13, 13. τὸ μὲν πρόγραμμά φησι μὴ

παριέναι εἴσω τῶν περιρραντηρίων ὅσις μὴ καθαρός ἐσι τὰς χεῖρας, ὁ δ' Ἱερεὺς αὐτὸς ἔσηκεν ἠμαγμένος καὶ ὥσπερ ὁ Κύκλωψ ἐκεῖνος ἀνατέμνων καὶ τὰ ἔγκατα ἐξαίρων (scribe ἐξαιρῶν) καὶ καρδιουλκῶν καὶ τὸ αἷμα τῷ βωμῷ περιχέων καὶ τί γὰρ οὐκ εὐσεβὲς ἐπιτελῶν; viden ἀσεβές verum esse? In eadem re scribae titubarunt 14, 19. ubi alii ἀσεβέσερος, alii εὐσεβέσερος dederunt, et 40, 8. ubi ἀσεβῶς et εὐσεβῶς confunduntur, et alibi et passim in similibus, saepissime emendata, sat saepe acuto lectori ad emendandum relicta, de qua copia nunc unum exemplum delibabo Aeschyli causa. In Photii *Lexico* legitur: Ὀκτώπαν ποταμὸν Αἰσχύλος διαπέπλευκε Νεανίσκοις. Nemo dicitur διαπλεῖν ποταμόν pro διαπερᾶσαι, et non fuit umquam is fluvius in rerum natura, Aeschylus eum διαπέπλακεν ἐν Νεανίσκοις.

Non minus protritum est in omnibus libris scriptis vetustissimis, recentissimis, ε et αι imperitissime confundi et permisceri. Ex antiquo exemplari fluxit error in libris 12, 3. ubi est δικάσαι τισ ἄτην pro δίκασ ἐτισάτην. Vel ἠδαίων exhibent pro ἠδέων (57, 26) et παραναίων pro *adnatans*, παρανέων (9, 8, 2). Saepe gliscit error ulterius: φέρω an φαίνω sit scribendum nostri est arbitrii, non scribarum Sic ῥαίνομαι natum est ex ῥέομαι 49, 11, εὐδαιμονίζουσιν αὐτοὺς αἵματι ῥαινομένους ὁρῶντες, veram scripturam ῥεομένους praestabunt hi loci: in hoc ipso dialogo § 58. ἣν ὁρᾷς αὐτοὺς ἐπὶ τῷ βωμῷ αἵματι ῥεομένους, 10, 14, 5. εἰ βλέποιέν σε αἵματι ῥεόμενον, 33, 71. ὁρᾶν αἵματι ῥεομένους. Sic ἱδρῶτι ῥεόμενος legitur 16, 3. 20, 5 et 35, 11. Quemadmodum 26, 13. dissentiunt libri utrum φέροντα an φαίνοντα verum sit, sic olim est titubatum in Plutarchi *Numa* 1. Editur τὰς δὲ νῦν φαινομένας οὐκ ἀληθῶς συγκεῖσθαι, edendum φερομένας, et in Dionysio *Halic.* XI. 62. οὐκ ἐν ἁπάσαις ταῖς Ῥωμαϊκαῖς χρονογραφίαις ἀμφότεραι φαίνονται, repone φέρονται. In Plutarchi *Timoleonte* 27 lege παραφαινομένου pro περιφερομένου, in *Bruto* 13. ἡ φροντὶς ἐξέφερε scribitur pro ἐξέφαινε, in *Lycurgo* 11. ἐξέπεσε pervulgato errore pro ἐξέπαισε legitur. In nominibus propriis saepe vitiosae formae nimium patienter servantur, Κεκίνας in *Othone* 5, Κενινητῶν in *Romulo* 16, Κεκίλιος et Κεκιλία in *Demosthene* 3, *Lucullo* 1 Κυναίγειρος quamquam nomen habet παρὰ τὸ τὰς κύνας ἐγείρειν, tamen praeterquam apud poëtas corrupto nomine circumambulat et apud alios

multos et in *Comparat. Aristidis et Catonis* 2. In vita *Alcibiadis* 22. Φηγεέα dici sinunt, quem Φηγαιᾶ constet fuisse. Ne ἡμίμναια quidem retinent formam, sed adulterina ἡμίμνεα eruuntur in *Lycurgo* 12.

Novum errorum et vitiorum fontem aperiet emendatus locus in *Timone* 5, 45. ἀλλ' εὖγε ἐποίησεν ἀφικόμενος, οἰμώξεται γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων. Quid huic loco desit et quo malo laboret apparebit si restitutus erit. Restitue igitur εὖ γε ἐποίησε πρῶτος ἀφικόμενος. Cur exciderit πρῶτος facillimum dictu est. Una litterula extrita secum abstulit. Scriptum erat α' ἀφικόμενος de more: α' significat εἷς, ἕν vel πρῶτος, πρῶτον, subinde et πρότερος, πρότερον, quamobrem tam saepe haec confusa videmus. Sic β' vel δύο vel δεύτερον, et caetera deinceps omnia. Omnium temporum haec consuetudo fuit et vel in antiquissimis libris hinc suscepti errores in reliquos propagati sunt. Ridemus monachum, qui ATHENAEUM describens pro πέντε καὶ εἴκοσι dedit κύριε, confundens κε' et κε. PHOTIUS nunc male interpretatur ξύλον πρῶτον: τὸ βάραθρον pro τὸ πρῶτον βάθρον (τὸ α' βάθρον), nec multo sanius in BEKKERI *Anecd.* I. pag. 420, 12. ἀπρόσωπα apparet pro *primae personae* (α' προσώπου). Ridicule in fronte *Lexici Photiani* scribitur Νικήτας ἄεδρος καὶ ἀνοτάριος, iniuria fit homini, qui fuit πρωτόεδρος καὶ πρωτονοτάριος. Apud HESYCHIUM ἐννέωρος: θέτης a multis est emendatum ἐνναέτης et magna est horum copia. Nunc unum πρῶτον tangam. In ISOCRATIS *Archidamo* § 76 confusa sunt σχολὴν ἄγειν, quod est in uno optimo *Urbinate*, et σχολὴν πρῶτον ἄγειν quod reliquos obsidet; πρῶτον nihili est ex α' ἄγειν male prognatum. Contra e longo exilio revocandum in venustum PLATONIS locum in *Protagorae* initio pag. 309. A. οὐ σὺ μέντοι Ὁμήρου ἐπαινέτης εἶ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου, ἣν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει; neque hoc HOMERUS dixit et nemo tam caecus erit ut hoc umquam dicat. Neminem vidisse supplendum esse τοῦ πρῶτον ὑπηνήτου, ut apud poëtam est et res ipsa clamat. Infelix α' in iisdem verbis male acceptum est apud AELIAN *V. H.* X. 18. τῷ Δάφνιδι Νύμφη ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ καὶ πρώτῳ ὑπηνήτῃ, ἔνθα τοῦ χρόνου ἡ χαριεστάτη ἐστὶν ἥβη τῶν καλῶν μειρακίων, ὥς που φησὶ καὶ Ὅμηρος. FABER satis leviter πρώτως AELIANO obtrudit. PERIZONIUS πρώτῳ ita tuetur ut pigeat poeniteatque

summum virum, incomparabilem in aliis, in hanc palaestram imperitum descendere et ἀσχημονεῖν. καὶ α' ὑπηνήτην in libris fuisse apparet. Dicerem e scholiasta PLATONIS ad h. l. (ubi est alio errore πρῶτος ὑπηνήτης) apparere ita olim in libris fuisse, nisi hoc esset lucernam accendere ut alicui solem ostendas.

Suspicor eandem labem inesse in verbis legis, quam DEMOSTHENES affert in *Aristocratea* p. 629, 21. ὡς ἐν ἄξονι ἀγορεύει (ὁ Σόλων). Quoniam SOLONIS ἄξονες commemorantur, repetita litera α' ἄξονι i. e. πρώτῳ ἄξονι verum videtur. Non alias mihi huius rei recordatio plus profuit quam in fragmento SOPHILI apud ATHEN. XIV. p. 640. D.

> Ἡδύ γε μετ' ἀνδρῶν ἐςιν Ἑλλήνων ἀεὶ
> συνάγειν. τὸ χρῆμα χάριεν. οὐχὶ δύο
> κυάθους, ἀνεβόησέν τις, ὑπόχει. κωμάσαι
> πρὸς τὴν Ταναγρικὴν δεῖ γάρ.

DOBRAEUM destituit felix ingenium, quum crederet verum esse οὐ Χίου δέκα κυάθους — ἐπίχει, quae MEINEKIUS probata recepit. In unico Codice *Marciano* est χαρίεν οὐχι $\overline{\text{B}}$ et ὑποχεικωμάσαι: in his latet ὑποχεῖς κωμάσαι (non satis distinctis ut saepe K et IC), in illis οὐχὶ $\overline{\text{IB}}$ id est οὐχὶ δώδεκα Κυάθους, ἀνεβόησέν τις, ὑποχεῖς. Egregiam opem fert MENANDER ATHENAEI X. pag. 431. C.

> Ὀκτώ τις ὑποχεῖν ἀνεβόα καὶ δώδεκα
> κυάθους,

nempe ὁ οἰνοχόος solet ὑποχεῖν τὸν οἶνον, deinde τὸ ὕδωρ ἐπιχεῖν. In οὐχὶ ὑποχεῖς; futurum habes quo arguitur DINDORFII error ad STEPHANUM annotantis v. ὑποχέω »*futuri quod* ὑποχεῶ *foret, exempla non exstant*," forma χεῶ barbara est et *Alexandrinis* debetur. Χέω et χέομαι et composita omnia habent futurum eiusdem formae, cuius rei multa nova exempla alias proferam.

Non possum non uno quidem exemplo frequentissimum aperire errorem, quo libri *Graeci*, vel sic iam satis multi, librariorum socordia inutiliter augeantur, qui pro primo *undecimum*, pro sexto *decimum sextum* et ita deinceps laudare solent. Ostendam in eo loco, ubi ea res caeterum satis innoxia mirifice doctos homines ludificata est. In fragmentis Historicorum *Graecorum* MULLERI II. p. 83 de pugna ad *Coroneam* in bello sacro

Phocensi dicit EUSTRATIUS: *ἱστοροῦσι περὶ μάχης Κηφισόδωρος ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου*, pugnatum est bello fere medio, *unde patet narrationem Cephisodori fuisse uberrimam*, observante MULLERO. Contraham in brevius: *ἐν τῇιβ* significat *ἐν τῇι δευτέρᾳ*, at scribae *ἐν τῇ ιβ* male iungentes decem libros de suo subinde addunt, quos nemo vidit et nemo videbit.

Ad LUCIANUM ita revertar, ut ei alterum vitium eiusdem generis eximam 70, 7. *καλῶς ἔχειν ἐδόκει μοι διανείμαντα τοῖς παισὶν οὖσι τὴν ἀρχὴν αὐτὸν εὐωχεῖσθαι*, tamdiu *οὖσι* nihil significabit donec *γ'* praemiseris i. e. *τρισὶν οὖσιν*. Contra in re eadem absurde *εἷς* legitur ibid. §. 25 *ἐγὼ μὲν πάλαι βασιλεὺς ὢν πέπαυμαι εἷς ὢν τοῖς παισὶ διανείμας τὴν ἀρχήν* pro *εἷς ὤν* IACOBSIUS *εὖ ποιῶν*, BEKKERUS clam delevit. Verum olim vidit HIRSCHIGIUS, qui in ЄICΩN agnovit *ἑκών*. Notissimum est quam saepe K et IC confusa fuerint. In LUCIANO *Σκύθεα* et *Σισύθεα* permutata videntur 72. 12. *ἵστασθαι* et *κτᾶσθαι*, *ἄρκτος* et *ἄριστος*, *λαίσωνες* pro *λάκωνες*, *ἄκωπον* et *Αἴσωπον*, *σκύφος* et *Σίσυφος*, *κεισιβδηλευμένοι* et *κεκιβδηλευμένοι*, *συνεριστικός* et *συνερκτικός*, *πλεῖστος* et *πλεκτός* in libris stolide permutari docebit PORSONUS in DOBRAEI *Aristophanicis* pag. 241. Multa huius rei exempla saepe vidi, non vidi umquam insignius quam in SCYLACIS *Periplo* (Tom. I. p. 25 in *Geographis Minoribus* HUDSONI), ubi est *Ὀλιζὼν, Ισαι λιμὴν* pro *Ὀλιζὼν καὶ λιμήν*, ut SCYLACI solemne est scribere. Hinc ubique nostri arbitrii est utrum *εἷς* an *ἐκ* sit scribendum. Saepe ingravescit malum et IC ex K natum nova corruptela deformatur, aut vicina concipiunt vitium et periculum est ne antiqua scriptura sine vestigio pereat. Apud POLYBIUM p. 1037, 9. BEKKERI nominatur *Κρυφῶν*, idem LIVIO EROPON audit XLIV. 24, 27, 28. Reddatur *Ἱεροφῶν* POLYBIO, LIVIO HIEROPHON. Supra *Ἐκιδώρου* notavimus pro *Εἰσιδώρου*, *Ἰσιδώρου* et ad HYPERIDEM *ἀκτιαίων* pro *αιστιαιων* i. e. *Ἑστιαιῶν*, (quocum obiter compara POLYBIUM Tom. III. p. 244. CASAUB. *περὶ τῆς Ἡραιέων πόλεως*, cod. *κρεῶν* in quo latet *Ἡραιῶν*. Apud STEPH. *Byz.* v. *Κυδαθήναιον* MEINEKIUS male edidit *ἐκ Κυδαθηναιέων* pro Codicis scriptura *Κυδαθηναίων* in quo *Κυδαθηναιῶν* suberat cf. v. *Στειριά*). In DIONE CHRYSOSTOMO orat. XXXIII. p. 395, 21. *ἄκυρον* irrepsit pro *αἰσχρόν*. In ALCIPHRONE deprehendimus *δεκτός* (*ΔЄICTOC*) pro ACTЄIOC quintiplici vitio scriptum. In

Luciano 58, 15. Δωρὶς τέθνηκεν in omnibus libris depravatum est in δωρικὸν ἧκεν, quod feliciter sanavit C. F. Hermannus. ICONHKEN triplici vitio natum e TEΘNHKEN et unum C periit ut in Eubuli fragmento apud Athen. III. p. 108. B.

ὁμοῦ δὲ τευθὶς καὶ Φαληρὶς ἡ κόρη

pro Φαληρικὴ κόρη, quam Dalecampius revocavit. Cf. Athen. IV. p. 135. a. VII. p. 283. In Teleclidis fragmento:

ἀλλ' ὦ πάντων ἀςῶν λῷςοι σεῖσαι καὶ προσκαλέσασθαι

qui Codicum scripturas amant pro ἀςῶν Porsoni retinebunt δὲ τῶν, quod est ap. Photium v. σεῖσαι. Omnino permulta sunt passim in Luciani scriptis indicia litterarum uncialium perinepte confusarum, veluti 39, 24. οὐ μάλωπα pro θυμάλωπα, 38, 19. ὅσιον pro θεῖον, 39, 8. τὸ βλέφαρον pro ἰοβλέφαρον, 66, 34. κατέλεξε pro κατέαξε, 67, 5, 1. ἀσεβῇ pro Λεσβίαν, 67, 14, 4. ἔγημεν pro ἔτη μέν, 19, 6. ὧδέ ποθ' pro ὦ δέσποθ', ibid. εἰ τὸ φιλεῖν pro εἶτ' ὀφείλειν, et similia multa, quae utiliter iuvenes notabunt et colligent, in eodem morbo praesens auxilium allatura. IC et K iterum confusa fuerunt 73, 4. ubi σιωπῆς et σκοπῆς de loco certant. Saepe in his aut I perit aut C: qui recte Κτησικλῆς appellatur a Diodoro Siculo, eum nunc Xenophon *Hellen.* VI. II, 10. Στησικλέα videtur dicere: πέμπουσι Στησικλέα, Viden unum ι incuria neglectum et ICτησικλέα rescribendum? Simili errore nonnumquam καταςήσασθαι scribitur ubi κατακτήσασθαι verum et necessarium est. Sic Herodoto VIII. 105. ὃς τὴν ζοὴν κατεςήσατο ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων reddiderim κατεκτήσατο. In Isocratis *Panegyrico* § 182. ἐκ τῶν ἀλλοτρίων μεγάλους πλούτους καταςήσασθαι. solus *Urbinas*, ut solet, oratoris manum servat κατακτήσασθαι. Non constat sibi optimus liber §. 62. οἱ πρόγονοι τοσαύτην εὐδαιμονίαν κατεςήσαντο exhibens cum caeteris, ubi repone κατεκτήσαντο. Contra recte apud Harpocrationem v. μετοίκιον pro τὴν οἴκησιν αὐτόθι κατακτησάμενος Dindorfius de Sauppii coniectura καταςησάμενος recepit.

Quemadmodum in his perpetuo scribae hallucinantur sic subinde δείξω et δόξω, ἔδοξα et ἔδειξα, δεδεῖχθαι et δεδόχθαι susque deque habuerunt. Videbis in Isocratis *Panegyrico* § 90. δόξειν et δείξειν permixta. In Lysia 12, 53. ὡς ἀμφότεροι ἔδοξαν sensu vacuum est, aut ἔδειξαν verum est, aut ἐδείξαμεν, quod Gellius coniecit. Apud Lucianum 24, 2. contrarius error est:

ἐπὶ τῷ μνήματι, ὅθεν ἔδειξεν ἡ Δημαινέτη προελθόντα αὐτὸν ἐντείλασθαι τὰ περὶ τοῦ οἴνου. Soloeca oratio est et non satis perspicua. Corrige ἔδοξεν, id est *in somnio vidit*. Tritum est δοκεῖν de *somniantibus*, vide Pierson. ad Aelium Herodianum post Moeridem p. 434. sed alia forma veteres, alia Lucianus et aequales utebantur.

ἔδοξάτην μοι τὼ δύ' ἠπείρω μολεῖν.

aut ἔδοξάτην μοι δύο γύναικ' εὐείμονε
— — — εἰς ὄψιν μολεῖν.

aut ἔδοξ' ἰδεῖν, ἐδόκουν ὁρᾶν veterum sunt, sequiorum ἔδοξα δύο γυναῖκάς μοι προσελθεῖν, ut in hoc ipso loco Lucianus scripserat paullo ante ἔδοξεν ἡ Ἀρχιτέλους γυνὴ ἐπιςάντα οἱ τὸν Σκύθην κελεῦσαι εἰπεῖν Ἀθηναίοις κτέ., quod satis nostram rationem confirmat.

Qui Lucianum diligenter cum Antiquis, quos imitatur, comparabit et librorum scripturas in singulis excutiet et aestimabit et ad Grammaticorum testimonia exiget et poëtarum locos metro stabiliores adhibebit, brevi intelliget quidquid scribarum captum superat, quidquid exquisitioris dictionis aut elocutionis servabant veteres, Graeculi dudum amiserant, raro illaesum et inviolatum ex istorum manibus elabi, sed vel refingi ad novam loquendi consuetudinem et componendi usum, vel prorsus deleri et obliterari substitutis noviciis formis aut verbis, vel onerari interpretamentis et insulsis additamentis impediri. Sic pars antiquae linguae disperiit, pars aegra et inquinata circumfertur: quod verum est et sanum in ingenti librorum numero et testium utcumque dissentientium multitudine subinde tenuibus sed certis vestigiis indagari potest et ubi semel rectam viam sis ingressus quod periisse videbatur renasci potest ex certa analogia, aut ex *antiquissimis* corruptelis, quas nemo iterum attrectat, aut ex poëtae loco aut e Grammatico in lucem revocari. Quorsum haec? ut Luciano restituam antiquas quasdam formas, quas sedulo Graeculi pro captu suo ubique et illi et caeteris omnibus exemerunt. Verbum χρίω penultima longa, (unde χρείω hic illic apparet), habuit olim formam unam omnibus usitatam κέχριμαι. Producta penultima respuit σ, quod sequioris inferserunt, κέχρισμαι dicentes, quod tam pravum *est atque* κεκόνισμαι. Κεχριμένος, κεκονιμένος *Graeca* sunt ut

τετιμένος: iidem ἐχρίσθην dicebant et χρισός, sed χρῖμα. Quidquid horum attigerunt Graeculi, induitur novicia forma, κέχρισμαι et κεκόνισμαι dare solent, ut χρίσμα. Κέχριμαι elabitur et certae analogiae honos constat, ubi veteres scribae noto errore ei substituerunt κέχρημαι, quod factum est in Callimachi *Hymno in Dianam* vs. 69:

ἔρχεται Ἑρμείης σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ

ubi longa et accurata Hemsterhusii annotatio neminem deterrebit quo minus κεχριμένος rescribat. Diversissima sunt quae vir magnus accumulat. Quid huic notioni commune est cum χρῆσθαι φύσει, ἐμπορίᾳ, βίῳ λῃστρικῷ, ξυμφορᾷ, ἀτυχίᾳ, ναυαγίᾳ, χειμῶνι, οὐρίῳ πνεύματι et similibus? nihil prorsus. Aliud est *uti* oleo, fuligine, unguento, aliud *ungi* et *oblini*, χρῆσθαι ἐλαίῳ, ἀσβόλῳ, μύρῳ et χρίεσθαι. Permovit auctoritas viri Sintenisium, ut in Plutarchi *Cimone* cap. 1 futilem lectionem ἀσβόλῳ χρησάμενον verissimae, quam Reiskius repperit, χρισάμενον anteponeret, quem nemo sequetur. Χρῖμα bis servatum est in eiusdem *Hymno* εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος vs. 16:

οὐ γὰρ Ἀθαναίᾳ χρίματα μικτὰ φιλεῖ

et 26. ubi iam apparent interpolatores. Draco Stratonicensis *de metris poëticis* scribens et de syllabarum quantitate, (cuius rei pauci sunt quam Draco imperitiores) p. 96, 17. Herm. χρίσματα in hoc loco ostentat. In Athenaei codice, (quem habemus unicum ex optimo et veterrimo descriptum, sed ab eo librario, quo non novi alium stolidiorem) κέχριμαι nonnumquam evasit et χρῖμα, vide Eubuli locum XIII. p. 557 f. Achaei p. 689. Magnetis p. 690. Apud Herodotum IV. 195 optime legitur πτεροῖσι ὀρνίθων κεχριμένοισι πίσσῃ. In Aristophanis fragmento apud Stobaeum *Floril.* CXXI. 18. conclamatus locus vs. 7. προὐκείμεθ' οὐδ' ἂν κατακεκριμένοι in integrum restitui mihi posse videtur si scripseris:

προὐκείμεθ' οὐδὲ βακκάρει κεχριμένοι.

comparato l. l. Magnetis βακκάριδι κεχριμένον. In caeteris fere κέχριμαι et χρῖμα obliterata sunt, ἀσφάλτῳ κεχρισμέναι habemus in *Cyropaedia* VII. v. 22. et ἐκέχριτο VII. 1, 2. et in *Symposio* II. 3. πόθεν ἄν τις τοῦτο τὸ χρίσμα λάβοι; Nihil horum genuinum est, sed quomodo in Eubuli versiculo, quem supra indicavimus, συκαμίνῳ τὰς γνάθους κεχριμέναι, Eustathius

et apographa κεχρισμέναι habent, sic Xenophonti et aliis veterum, ubi κέχρισμαι scribitur, labes adspersa est a Graeculis, et χρῖμα in *Symposii* loco et alibi reponendum, quod iterum salvum abiit apud Philoxenum Athenaei IX. p. 409 χρίματά τ' ἀμβροσίοδμα. Caeterum discrimen inter κεχρῖσθαι et κεχρεῖσθαι, quod Phrynichus commemorat in Bekkeri *Anecd.* I. p. 46, commenticium est. Unum atque idem verbum est et scriptura κέχρειμαι et κεχρεῖσθαι, ut χρείειν, ut μαλκείειν, ut βεινεῖν, νείφειν, εἴλλειν, alia sexcenta, debetur iis, qui constanter ι productum ita scribebant. Apud Lucianum quoque 70, 2. ἀσβόλῳ κεχρισμένον τὸ πρόσωπον ad veterum usum refingendum esse censeo.

Prorsus eodem modo, quo in κέχριμαι vidimus, Graeculi grassantur in κεκόνιμαι. Ut χρίω sic κονίω penultima longa unice vera et proba forma est, unde κεκόνιμαι, κεκόνιτο, κεκονιμένος, quidquid scribae moliuntur, sola *Graeca* sunt, et κεκόνισμαι, κεκόνισο, κεκονισμένος ex veteribus quidem et probatis scriptoribus undique sunt furcis expellenda. Ut κέχρημαι sic κεκόνημαι in libris servavit intus bonam formam. Κονίζω nihil est, a Grammaticis fictum ut ἁλίζω, ἀμφιέζω, σκλαίνω, χύω, ἀγάζω, αἴσθομαι, ἁλῶ (pro αἱρῶ ex ἁλίσκομαι repetitum, Grammat. Bekkeri *Anecd.* I. p. 123), ἀνθησσῶ, ὀριγνῶ, πυνθάνω, προειδῶ ἀντὶ τοῦ προνοῶ, προσιθῶ, σφήλω, haec omnia praeter quatuor prima idem Bekkeri Grammaticus bona fide pro *Graecis* affert. Bekkerus ipse in Isocratis *Nicocle* § 5 pro αἰσθάνονται alias res agens ex codice G recepit αἴσθονται. Eiusdem farinae est διαβύνομαι, quod nimium patienter ferunt in Herodoto II. 96, τὸ πηδάλιον διὰ τῆς τρόπιος διαβύνεται pro διαβυνέεται, namque in usu erat βυνῶ, βύσω, ἔβυσα, βέβυσμαι, unde βύζην (pro βύσδην), ut κυνῶ, κύσω, ἔκυσα. Lexicographis debentur formae ἀναδάζομαι, διαδάζομαι simil. pro quibus *Graeci* ἀναδαίομαι, cet. dicebant, ut in Oraculo apud Herod. IV. 159:

ὃς δέ κεν ἐς Λιβύην πολυήρατον ὕστερον ἔλθῃ
γᾶς ἀναδαιομένας μετά οἵ ποκά φαμι μελήσειν.

ubi corrige Λιβύαν et μελησεῖν, namque δωρίσδεν ποτέοικε, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσι. Iisdem ἀναπλήθω acceptum referimus pro ἀναπίμπλημι et alia e fallaci analogia contra usum dicendi ficta, in qua re saepissime *Graeci* sequiores impingunt. Forma ἁλῶ,

quam futilis Grammaticus ex ἁλώσομαι extudit, non multo melior est ἁλίσκω, qua ANTIPATER SIDONIUS abutitur in *Anthol. Gr.* T. II. p. 6.

Εὐαγόρας δ' ὢν χαλκὸς ἅτερ δόλου αὐτὸς ἁλίσκει.

Eiusdemmodi est futurum ὀμόσω ex ὤμοσα male natum. STRATO in *Anthol.* T. III. p. 78:

δέξομ' ἐγὼ μελάθροις, οὐ μὰ τόν — οὐκ ὀμόσω.

eadem forma abutitur PLUTARCHUS in *Cicerone* 23. προῆλθεν ὀμόσων, estque adeo reponenda in *Mario* 29. Simillimo errore PLUTARCHUS ex ἀμφιέσαι extudit ἀμφιέζειν in *C. Graccho* 2 et e νίψαι νίπτειν in *Theseo* 10. Pervulgatum iam olim erat vitium, quo ὄφλειν et ὄφλων apud *Atticos* pro ὀφλεῖν et ὀφλών legebatur: hinc Graeculi coeperunt ὄφλω, εις, ει dicere, et *docti*, si Musis placet, *Grammatici* errorem alebant. Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ἐν ὑπομνήματι περὶ παραπρεσβείας Δημοσθένους (teste AMMONIO *de D. V.* v. ὄφλει) annotavit: ὄφλει μέν τις ἐπὶ καταδίκῃ κτέ. ὀφλισκάνει dicendum esse neque cogitat homo, neque fortasse sciebat. Venia igitur dari poterit DIONI CHRYSOSTOMO, qui in orat. XXXI. p. 353 ὄφλουσιν et 356. ὄφλετε sibi credidit dicere licere, sed ita ne umquam nos DIO, neque APOLLONIDES quidquam, quod aliunde non sit satis certum, sibi credere postulent. Etiam qui haec mihi dabunt et turpiter a *Graecis* erratum esse agnoscent, reclamabunt si eiusdemmodi vitium ab AESCHYLO commissum esse dixero. At ipsi viderint quemadmodum poëtam ab eo crimine defendant in *Choëphoris* vs. 680:

ἐπείπερ ἄλλως, ὦ ξέν', εἰς Ἄργος κίεις.

ἔκιον enim olim in usu fuit et κιών, κίω pro ἔρχομαι non est melioris notae quam ὄφλω. Sic igitur, ut redeam unde digressus sum, κονίζω nihili est, temere fictum e κονίςρα et similibus, neque alios testes habet quam futiles *Grammaticos* sequioris aetatis: at istis scribae obtemperant et in HOMERI codicibus κονίσσουσι, ἐκόνισσε, κεκόνιςο κάρη hinc inoleverunt. Hinc si quando κεκονιμένος apparebat κεκονισμένος eius locum occupavit, ut in ARISTOPHANIS *Ecclesiaz.* 291. ἥκῃ κεκονιμένος, ubi *Ravennas*, qui saepe bonas lectiones servat solus, cum deterrimo quoque κεκονισμένος obtulit. Plura dabunt BUTTMANNUS et cum DINDORFIO STEPHANUS, unde haec stabiliantur. Quod e PHILONE afferunt μέλλουσαι κονιεῖσθαι corrige κονίεσθαι, quod melius ὑποκονίεσθαι

dicitur, ut in lepidissimo versiculo, qui nunc Plutarchi verbis male assumtis elumbis et inelegans incedit in *Pompeio* 53. εὐθὺς ἦν εἰπεῖν τὸ κωμικόν,

ὡς ἄτερος πρὸς τὸν ἕτερον ὑπαλείφεται
τὼ χεῖρέ θ' ὑποκονίεται.

bellissimus sane senarius. Restitue: τὸ κωμικὸν ὡς ἄτερος πρὸς τὸν ἕτερον

ὑπαλείφεται τὼ χεῖρέ θ' ὑποκονίεται.

qui Aristophane et Cratino dignus est. Κεκονιμένος apud Lucianum est 5, 45. 8, 24, 1, ubi κεκονισμένος non plane abest et 16, 3. ubi in cod. D. κεκονισμένος apparet. Ad primum locum quod Hemsterhusius annotavit: »*perinde est utrum probes* κεκονιμένος *an* κεκονισμένος" neminem movebit. Utiliora idem adscripsit de confusione inter κεκονιμένος et κεκονιαμένος. Cff. *Intt.* ad Hesych. in v. In Suida v. κεκονιμένος *eximius* codex *Vossianus*, qui mihi haec scribenti ob oculos est, hunc hexametrum exhibet:

ἀλλὰ σιδηρείου κεκονιαμένη ἐκ πολέμοιο

et mox bis βεκονίσθαι pro κεκονῖσθαι. Nae qui codicibus et scribis aliquid tribuunt, cautius semper absentes admirabuntur. In Theocrito I. 29. κισσὸς ἐλιχρύσῳ κεκονιμένος an κεκονισμένος scribas perinde est, quia utraque lectio nauci non est. Intelligerem κεκυλισμένος ut ςέφανοι κυλιςοί dicuntur apud Athenaeum XV. p. 678 sq. ubi duo Eubuli fragmenta: περιφοραῖς κυκλούμενος Ὥσπερ κυλιςὸς ςέφανος, et περὶ σῶμα συνίλλεται (sic leg. pro συλίλλεςαι) Κισσὸς ὅπως καλάμῳ περιφύεται mihi quidem omnem propemodum dubitationem exemerunt.

Tertium exemplum est verbi antiqui omnibus propemodum locis ad hunc diem depravati μαλκίω penultima producta, unde μαλκείειν primum natum est, deinde μαλκιεῖν et μαλκιῆν et μαλκιᾶν et μαλακιῶ, μαλακιεῖν, μαλακιῆν, quorum nihil sanum est. Vel ipsa analogia μαλκίω solum probum esse evincit et antiquum, confirmant testes meliores et integriores, quo facto caeteri cum famae detrimento suas quisquilias sibi habento. Iuvat in illo verbo ostendere quam difficulter emergant prisca vocabula, obsoleta et paucis intellecta. Demosthenes dixerat p. 120, 7. μέλλομεν καὶ μαλκίομεν, non est vola nec vestigium *in codd., qui omnes* μαλακιζόμεθα habent, manifestam inter-

polationem, ne sensu quidem satis idoneo et ad sententiam apto. Μαλακίζεσθαι et μαλακόν τι ἐνδοῦναι dicitur qui de priore studio, acrimonia, vehementia, ardore remittit et quum acrius agere instituisset nunc segnior fit agitque remissius. At non hoc dicit Orator: inertes desidere clamat cives suos, nihil agere, *torpere* in maximis Philippi iniuriis. Servavit nobis verbum acrè Harpocration, cui scribae μαλακίομεν affricuerunt. Aeschyli locus, quo nititur, partim evasit: ἀκμῆτι μαλκίων ποδί, nam quod docti homines corrigunt:

ἔλα δίωκ' ἀκμῆτι μαλκίων ποδί.

non viderunt haec inter se pugnare. Docti Grammatici, qui λέξεις condiderunt, sedulo μαλκίειν interpretati sunt, sed cum multiplici infortunio reliquiae veterum λέξεων ad nos pervenerunt. Hesychius duos auctores sequitur. Ex altero descripsit μαλκιεῖν: τὸ ὑπὸ ψύχους ἀνεσπάσθαι τὰς χεῖρας, ex altero μαλκίετον: μαλακῶς καὶ ἀσθενῶς ἔχετον, ἐπιεικῶς δὲ τοὺς ὑπὸ κρύους κεκμηκότας (lege κατεσκληκότας) μαλκιῆν λέγουσι. Photius item e duobus Lexicis μαλκίειν, deinde μαλκιῆν interpretatur. Phrynichus Bekkeri *Anecd.* I. p. 51. μαλακιῆν attulit. Nicander ἐν γλώσσαις (apud Scholiast. Nic. *Theriac.* vs. 382) τὴν μάλκην φησὶ βῖγος περὶ τοὺς πόδας καὶ χεῖρας καὶ ὑποδήματα τίθησι·

πνεύματος ἀργαλέοιο πόνοιό τε μαλκείοντες.

id est μαλκίοντες. Quia Grammaticus non *calceus ponit* sed *exempla*, pro ὑποδήματα corrige sodes ὑποδείγματα. Hinc satis tuto Arato in *Phaenomenis* vs. 294 suam manum restitues, si scripseris:

τότε δὲ κρύος ἐκ Διός ἐςι
ναύτῃ μαλκίοντι κακώτερον.

pro vulgata μαλκιόωντι et Hesiodo in *O. et D.* vs. 528. λυγρὸν μαλκίοντες pro μαλκιόωντες. Satis etiam certum est in Xenophontis libello *de Venatione* v, 2. pro αἱ κύνες μαλακιῶσαι τὰς βῖνας οὐ δύνανται αἰσθάνεσθαι rescribendum esse μαλκίουσαι. Arripuit hoc verbum Aelianus, perineptus scriptor librorum *de Natura Animalium*, huiusmodi vocabula venari solitus quibus orationem tamquam gemmis distinguat. Quater usus est, toties scribae inquinarunt. I. 23. μαλακιεῖ. V. 12. μαλακιεῖ. IX. 4. μαλακιεῖν. IX. 16. μαλακιοῦσαν, pro μαλκίει, μαλκίειν

et μαλκίουσαν. Arripuerat apud Lucianum *Lexiphanes* 34, 2. at in eodem scopulo adhaesit: ἰδίω θαμὰ καὶ μαλκιῶ τὸ σῶμα Dindorfius dedit, quod in libris est μαλακιῶ retinuit Bekkerus. Repone μαλκίω, quod eiusdem formae est atque ἰδίω, κονίω, μηνίω, χρίω, in quibus omnibus penultima producitur. Sequiores pro his ἱδροῦν, κονιορτοῦν, μηνιᾶν, ἀλείφειν, dicebant et μαλκίειν disperiit. Si quando in libris offenderent, mulcabant ut vidimus utque solebant μηνίειν attrectare, suum μηνιᾶν antiquioribus obtrudentes, quale est quod ex Apollonio Rhodio afferunt II. 247. τῷ τοι μέγα μηνιόωσι pro μηνίουσι, quod solum veteribus in usu fuit. In multis aliis verbis formas veteres nova lingua producebat, non σκάλλω sed σκαλεύω dicebant, κλαδεύειν pro κλᾶν, λεπίζειν pro λέπειν, ἀροτριᾶν pro ἀροῦν, δεσμεύειν pro δεῖν, εἰλεῖν pro ἴλλειν, σαροῦν pro σαίρειν, σμήχειν pro σμῆν, κνήθειν pro κνῆν, νήχεσθαι pro νεῖν, ἀλήθειν pro ἀλεῖν, in cuius verbi perfecto certa auctoritate constituendo hanc disputationem absolvam. Utrum ἀλήλεμαι an ἀλήλεσμαι verius sit dubitatur. Analogia non est una et simplex: dicitur ἐλήλαμαι, ἀρήρομαι, sed κατεδήδεσμαι, quedmadmodum κέχριμαι, κεκόνιμαι, sed κυλῖσαι habet perfectum κεκύλισμαι, πρίειν priore longa πέπρισμαι. In Thucydide IV. 26. εἰσάγειν σῖτον ἀληλεμένον, alii testes ἀληλεσμένον tuentur: in Herodoto VII, 23. σῖτος δέ σφισι πολλὸς ἐφοίτα ἐκ τῆς Ἀσίης ἀληλεσμένος nihil discrepant libri. Dirimet hanc litem poëta, qui certa correctione emendatus hanc referet gratiam. Locus est Amphidis apud Athenaeum XIV. p. 642. A.

ἤδη ποτ' ἤκουσας βίον ἀληλεσμένον;
* * * αι τοῦτ' ἐκεῖν' ἔςιν σαφῶς,

in unico Codice antiquo *Marciano* est βίον ἀληλεμενον αἰ τοῦτεκεινὲςιν. Dobraeus verum vidit:

ἤδη ποτ' ἤκουσας βίον
ἀληλεμένον; — ναί. — τοῦτ' ἐκεῖν' ἐςιν σαφῶς.

ΑΛΗΛΕΜΕΝΟ — ΝΑΙ vitium peperit. Itaque Herodoto ἀληλεμένος reddendum, Thucydidi confirmandum, Xenophon eadem opera multo maiore etiam beneficio mactari poterit in *Hellenicis* V. III. 21. οἱ Φλιάσιοι τὸν ἥμισυν ψηφισάμενοι σῖτον τελεῖν ἢ πρόσθεν καὶ ποιοῦντες τοῦτο τὸν διπλάσιον τοῦ εἰκότος χρόνον πολιορκούμενοι διήρκεσαν, quid sit σῖτον τελεῖν nemo di-

xerit, σῖτον ἀλεῖν quid sit in ea re nemo non videt. Praeterea magistello redde καὶ ποιοῦντες τοῦτο, quod tam insipidum et puerile est quam otiosum et supervacuum.

Quartum est verbum vetus *Ionum* et *Atticorum*, quod scribae contaminare solent κυλίνδω. E formis κυλίσω, ἐκύλισα, κεκύλισμαι, ἐκυλίσθην apud sequiores nata est praesentis nova forma κυλίω, veteribus invisitata et inaudita, ut ἑρπύω, ἑλκύω, quas eadem inscitia e formis ἑρπύσω, εἵρπυσα et ἑλκύσω, εἵλκυσα Graeculi effinxerunt, ut κατεάσσω ex κατέαξα. Atque isti quidem in suis scriptis loquantur quod lubet, modo ne easdem sordes veteribus, quos describebant, affricuissent. Κυλίω, ἐκκυλίω, εἰσκυλίω, προσκυλίω nemo veterum dixit aut potuit dicere, itaque in *Vespis* vs. 201. τὸν ὅλμον τὸν μέγαν ἀνύσας τι προσκύλιέ γε, mendi manifestum est sive προσκύλισον sive aliud quid latet. Κυλίνδω apud *Atticos* certam habet auctoritatem, κυλίνδετε, κυλίνδεται, κυλινδόμεναι, ἐκκυλίνδων Aristophanes dabit, *Eqq.* 1249, *Eccles.* 208, *Nub.* 375, *Pac.* 134, ut apud Homerum κυλίνδει, κυλίνδων, κυλινδόμενος, κυλίνδεσθαι, κυλίνδεται, κυλίνδετο, alia. Κυλινδεῖν et κυλινδεῖσθαι apud eosdem sublestae admodum est fidei, quamquam saepissime in libris scriptis et editis istae formae leguntur, imprimis in Xenophontis. In *Ranis* vs. 535. μετακυλινδεῖν αὐτὸν ἀεὶ πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον, rescribe μετακυλίνδειν. In Homero κυλίνδει pro κυλινδεῖ iam Aristarcho vindice egebat, vide *Scholia* ad *Iliad.* p. 688, unde apparet vulgares tum et omnibus usitatas formas contractas fuisse, quas equidem eodem exemplo omnibus exemerim antiquis, qui κυλίνδω habebant tantum et κυλίνδομαι, praeterea ἀλίνδω (non ἀλίω, neque ἀλίζω) et καλινδοῦμαι, προκαλινδοῦμαι tum ἀλινδοῦμαι. Ἀλίνδω, unde est ἐξαλίσας apud Aristophanem et Xenophontem, incolume servatum est apud Leonidam *Tarentinum* in *Anthol. Graec.* Iacobs. Vol. I. p. 168.

Μὴ φθείρευ, ὦνθρωπε, περιπλάνιον βίον ἕλκων
ἄλλην ἐξ ἄλλης εἰς χθόν' ἀλινδόμενος.

Post Alexandrum κυλίω et κυλινδῶ et κυλινδοῦμαι accesserunt et passim, uti fit, formas antiquas expulerunt. *Atticistae* nova veteribus admiscebant, scribae haec tollebant, illa substituebant donec eo perventum est ut omnia veterum formarum indicia et vestigia paulatim obliterata et deleta perirent. Unicus fere in

Luciano locus in uno codice hanc labem arguit 12, 5. *μετατίθει τὴν Οἴτην, ἐπικυλινδείσθω ὁ Παρνασός*, ubi cod. B. omnium longe antiquissimus servat lectionem *ἐπικυλιδέσθω*, natam ex ΚΥΛΙ — ΔΕϹΘΩ i. e. -- *κυλινδέσθω*. *Κυλινδούμενον* est in omnibus 9, 5, 1. et 60, 3. *κυλινδεῖν*. Dissentiunt in *καλινδούμενοι* et *κυλινδούμενοι* 49, 1. et in *χαμαὶ κυλινδοῦνται* et *καλινδοῦνται* 50, 12. utrobique editores male *κυλινδ.* receperunt. *Κυλίω* et composita apud Lucianum saepiuscule occurrunt, ut in lepido loco 25, 3. *ἐκύλιε τὸν πίθον* et *κυλίω κἀγὼ τὸν πίθον*, ubi veteres *ἐκύλινδε* et *κυλίνδω* dixissent. Obiter illic corrige § 4. *δεήσει γὰρ αὐτίκα μάλα πρὸς μικρόν τι λιθίδιον προσπταίσαντα συλλέγειν τὰ ὄςρακα*, quia non ipse Lucianus, sed *ὁ πίθος*, credo, dicitur *κυλινδόμενος προσπταῖσαι* restitue *προσπταίσαντος*. Scriptura codicum antiquiorum *προσπταίσαν* peperit *προσπταίσαντας* et *προσπταίσαντα*, quod ante pedes erat nemo vidit. Photius in *Lexico* usum veterem notans non *κυλινδεῖ*, *κυλίει*, sed *κυλίνδει* voluerat, quod confirmat Hesychianum *Κυλινδεῖ*, *ἐπιφέρει*, *κυλίει*. *Κυλίνδεσθαι ὁμοίως*, imo vero *κυλίνδει* ex Homeri *Iliad.* P. 688.

Non dissimilis error sed aliquanto rarius in libris *Graecis* committitur in verbis *συννεφεῖν* et *ἐπινεφεῖν*, quorum forma vetus et proba interiit, quae est *συννέφειν* et *ἐπινέφειν*. Ipsum *νέφειν* et *νενοφέναι* apud *Grammaticos* et *λέξεων* conditores commemorantur, in scriptis veterum mihi lecta non sunt, *ξυννένοφεν* exstat in Aristophaneis, vid. Phot. v. *ξυννένοφε*. Superest *ξυννέφει* sed in *ξυννεφεῖ* depravatum in *Avibus* 1502:

ἀπαιθριάζει τὰς νεφέλας ἢ ξυννέφει;

et sic emendandus Euripides in *Electra* 1077:

εἰ μὲν τὰ Τρώων εὐτυχοῖ κεχαρμένην,
εἰ δ' ἥσσον' εἴη συννέφουσαν ὄμματα,

non *συννεφοῦσαν*. Vera lectio casu emerserat in eiusdem fragmento apud Stobaeum *Ecl. Phys.* I. p. 218:

οὕτω δὲ θνητῶν σπέρμα τῶν μὲν εὐτυχεῖ
λαμπρᾷ γαλήνῃ, τῶν δὲ συννέφει πάλιν.

ubi cod. A. *συννέφει*, Gaisfordus in novissima editione et Dindorfius ad Stephani *Thesaurum* *συννεφεῖ* maluerunt, errore, ut mihi quidem videtur. *Νεφεῖν* neque analogia, neque usu scriptorum nititur: *τὸ νέφος* et *νενοφέναι* arguunt fuisse *νέφειν*, quod

planissime confirmat ἐπίνεψις apud Aristotelem *Problem.* 26, 40. διὰ τί οἱ νότοι μικροὶ μὲν πνέοντες οὐ ποιοῦσιν ἐπίνεψιν, μεγάλοι δὲ γενόμενοι ἐπινεφοῦσιν, imo vero ἐπινέφουσιν, et hoc Alexidi redde apud Phot. v. μᾶλλον μᾶλλον.

πῶς ἐπινέφει τὸ πρῶτον ὁ Ζεὺς ἡσυχῇ
ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον,

pro ἐπινεφεῖ. Graeculis, qui solebant συννεφεῖν in libris videre et ita coeperunt scriptitare et συννεφήσει dicere et similia, suos errores lubenter relinquimus.

Luciani causa unum verbum vetus adiiciam, de palaestra sumtum, in quo deformando et in alia omnia pervertendo scribarum natio coniuravit. Verbum est πλίσσω et πλίσσομαι cum tota cognatione, πλίγμα, πλιχάς, ἀμφιπλίξ, περιπλίξ, διαπεπλιχώς, διαπεπλιγμένος, ἐμπεπλιγμένος, ἀπεπλίξατο, ἀμφιπλίσσω, περιπλίσσω, καταπλίσσω, quae quoties occurrunt, toties fere depravantur in πλῆγμα, ἀμφιπλήξ, διαπεπληγμένος, διαπεπλεγμένος, similia. Pollux II. 172. diserte multa ex his commemorat, sed antiquum obtinent scribae, qui περιπεπληγμένα τοῦτ' ἔςι διηχότα τὰ σκέλη bona fide dederunt. Palmaria est G. Dindorfii emendatio, qua Aristophani reddidit ad Stephani *Thes.* v. καταπλίσσω.

ἢ μὴν ἴσως σὺ καταπλιγήσει τῷ χρόνῳ.

pro καταπληγήσῃ et Hesychio καταπλιγήσει: τὸ βῆμα πλίγμα λέγουσι. τὸ οὖν καταπλίξαι μετάγοντες ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ τοῖς ποσὶ κατατρεχόντων οὕτω φασίν, nisi quod κατεχόντων debebat reponere pro κατατρεχόντων, collato Hesychio v. πλίγμα: ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ παλαιόντων, ὅταν περιβάντες τοῖς σκέλεσι κατέχωσιν, ubi περιβάντες de meo dedi pro παραβάντες. Sumtum igitur hoc de palaestra adhibeamus ad Luciani locum de ea re corrigendum 49, 1. de luctantibus: ἐπικαταπεσὼν καὶ περιπλέξας αὐτῷ τὰ σκέλη κατὰ τὴν γαςέρα — ἄγχει τὸν ἄθλιον et § 31 δεδιότες μὴ περιπλέξητε αὐτοῖς τὰ σκέλη περὶ τὴν γαςέρα καὶ διάγχητε, reponamus censeo utrobique περιπλίξας et περιπλίξητε et pro καὶ διάγχητε, quod inauditum est et praepostere compositum, corrigamus καὶ ἄγχητε. Pro περιβαίνειν poëtae dicebant ἀμφιπλίσσειν, teste Polluce l. l., caeteri περιπλίσσειν, quod ut reliqua eiusdem stirpis in -πλῆξαι et -πλέξαι solet distorqueri. Περιπλέκειν *cruribus* non dicitur et quem

admodum περιπλίγδην (i. e. περιβάδην) et περιπλέγδην certo discrimine perpetuoque usu diremta sunt, sic suadent omnia ut credamus idem inter περιπλίσσειν et περιπλέκειν interesse.

Apparet verbum aliquod exquisitius et non cuilibet notum aut perspectum latere 25, 37. ubi historicus dicitur debere rei militaris et vocabulorum non esse ignarus et tum alia scire tum quid sit ἐξελαύνειν καὶ περιελαύνειν, at hoc quidem nemo nescire poterat, nedum ii qui historiam scribere aggrediebantur. Non diu quaerendum quod militare vocabulum forma affine a scribis obscuratum fuerit, nempe ἐξελίττειν καὶ περιελίττειν. Non dubitabis comparato Xenophontis loco in *Cyropaed.* VIII. v. 15. et cf. Schneiderum ad Xenoph. *Remp. Lacedaem.* XI. p. 63.

Antiquam verbi formam, quae sola olim vigebat, scribae contaminare solent in futuro verbi ἄχθομαι. *Athenienses* non aliter quam ἀχθέσομαι dicebant, quos sequebantur *Atticistae.* Graeculi ex ἠχθέσθην produxerunt ἀχθεσθήσομαι neque tantum ipsi ita loquebantur sed veteres cogebant idem dixisse videri. Fraus deprehendi nonnunquam potest, deinde passim damnum sarciri. Admonent magistri, Moeris p. 21. ἀχθέσεται, Ἀττικῶς. ἀχθεσθήσεται, Ἑλληνικῶς. Neque tamen bene monenti obtemperatur: saepius ἀχθεσθήσομαι recurrit, nonnunquam ἀχθήσομαι, in quo est erroris progressus quidam: ἀχθέσομαι, quod prorsus in desuetudinem et oblivionem abierat, in ἀχθήσομαι corrumpitur, cuius manifesti vitii exempla vide apud Piersonum ad Moeridis l. l., deinde forma novicia et vitiosa subrepit ἀχθεσθήσομαι. Platonis duos locos affert Pierson. in *Gorgia* p. 506 C. et in *Republ.* X. p. 603. E. ubi genuina forma e codd. restituta est et unum Andocidis *de Pace* § 21. εἴ τις ὑμῶν ἀχθεσθήσεται. Addo Xenophontis locum *Cyropaed.* VIII. iv. 10. καὶ σὺ αὖ οὐκ ἀχθεσθήσῃ μοι ἀκούων τἀληθῆ, et Aeschinis in *Ctesiphontea* § 242 συναχθεσθησόμενος ἐπὶ τῇ τοῦ Μολοττῶν βασιλέως Ἀλεξάνδρου τελευτῇ, ubi in uno codice est erroris prima origo συναχθησόμενος, et Theophrasti *Charactt.* XIX. οὐχ ἕξομεν τοὺς ὑπὲρ τῶν κοινῶν συναχθεσθησομένους, ἂν τοὺς τοιούτους προώμεθα. Non magis his omnibus est parcendum manifestis erroribus quam apud Lucianum 55, 3. ἐοικότες ἀχθεσθησομένοις εἰ λυθήσονται, nascens vitium est in codicibus AF ἀχθησομένοις, unde olim ἀχθεσο-

μένοις erutum oportuit. Quid facias scribis, qui vel in *Nubibus* vs. 1443.

καὶ μὴν ἴσως οὐκ ἀχθέσει παθὼν ἃ νῦν πέπονθας,

non dubitarunt suum ἀχθήσῃ substituere? Iisdem solis debentur formae longiores τιμηθήσομαι, ὠφεληθήσομαι, ζημιωθήσομαι, aliaeque similes pro brevioribus τιμήσομαι, ὠφελήσομαι, ζημιώσομαι, similibus, quibus antiquus sermo *Graecus* utebatur. In Euripidis pulcherrimo loco, quem Lycurgus in *Leocratea* servavit § 100, codices quidam dederunt vs. 48 sq.

Εὔμολπος οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστρέψει λεώς
στεφάνοισι, Παλλὰς δ' οὐδαμοῦ τιμηθήσεται.

pro ἀναστέψει et τιμήσεται. Fraus in poëtis deprehensa ubique argui debet et quod vitiosum constat esse certa ubique medicina sanari, in qua re antiquiores libri saepe emendantem confirmabunt optionemque facilem reddent et certam.

Qui consuetudinem veterum a recentiorum sordibus diligenter discernere longo usu assueverunt, poterunt expiscari veram lectionem in loco ineptissime depravato 67, 2. 1. ubi puella ad amatorem: τοῦτο γοῦν καὶ μόνον ἐπριάμην τοῦ σοῦ ἔρωτος, ὅτι μοι τηλικαύτην πεποίηκας τὴν γαστέρα κτέ. Nemo, qui vel mediocriter in *Graecis* versatus est, concoquat quomodo ἐπριάμην ita dici possit. Verbum ὠνεῖσθαι apud veteres habet aoristum πρίασθαι certo perpetuoque usu, a quo nemo umquam descivit. Inspiciat mihi aliquis Lysiae orationem XXII, videbit συνωνεῖσθαι et συμπρίασθαι passim sibi inter se respondere, ut aoristo praesens. § 6. ὁ νόμος ἀπαγορεύει μηδένα συνωνεῖσθαι et § 7. οὗτος μὲν ὁμολογεῖ συμπρίασθαι, ὁ δὲ νόμος ἀπαγορεύων φαίνεται, et sic constanter veteres omnes loquuntur. Recentiores *Graeci* coeperunt ἐωνησάμην et ὠνησάμην dicere, hinc in libris *Atticistarum* permiscentur et confunduntur ἐπριάμην et ἐωνησάμην. Scriptura frequens in libris ἐπριᾶτο, πριᾶσθαι novo indicio est, quam ignari harum formarum Graeculi fuerint. Itaque ὠνησάμην et ἐπριάμην mutant locum, ὠνησάμην autem subinde apud eos, qui nihil cogitant, subrepit pro ὠνάμην, quod et ipsum amiserant Graeculi, qui vel ὠνασάμην eodem sensu coeperunt dicere, ut Dioscorides in *Anthol. Graec.* Iacobs. Vol. I. p. 251

Πέντε κόρας καὶ πέντε βιὼ Διδύμωνι τεκοῦσα
ἄρσενας οὐδὲ μιᾶς οὐδ' ἑνὸς ὠνάσατο.

Sic 12, 24. pro ὠνάμην δέ τι διὰ σὲ τῆς ἀποδημίας optimus A et C exhibent ὠνησάμην, ut in Photii Lexico legitur ὀνήσασθαι: ὠφεληθῆναι, ἀπολαύειν pro ὄνασθαι, (ipsius errore Grammatici, qui sexcentos commisit, in his τάλεσιν: ἀναλώμασιν bona fide pro τέλεσιν). Iam vero lectores elegantiores, quibus alicunde innotuerat πρίασθαι non ὠνήσασθαι esse dicendum, ὠνησάμην in ἐπριάμην refingebant, quod alibi fortasse scite factum est, at in illo loco, propter quem haec scribimus, infeliciter admodum res iis cessit. Repone igitur τοῦτο γοῦν καὶ μόνον ὠνάμην τοῦ σοῦ ἔρωτος et habebis quod solum ei loco convenit. Saepe Lucianus ἐωνησάμην et ὠνησάμην contra morem veterum usurpavit, nusquam infelicius quam in *Hermotimo* 20, 81. ἐγὼ ταλάντου ὠνησάμην τὸ πλημμέλημα παρὰ πένητος ἀνδρὸς τοῦ Ἐχεκράτους, ubi et forma vitiosa est et verbum non idoneum. Debuerat enim ἐξεπριάμην dicere. Sciri autem facile poterat a quolibet harum rerum curioso πρίασθαι solum antiquum et probum esse, nam multi hoc docuere magistri, vide Pierson ad Aelium Herodianum p. 453 et Lobeck ad Phrynichum p. 138. Quam saepe correctores mutaverint in Lucianeis formas improbas sincerioribus infra erit ostendendi locus. Addam nunc potius verbum ex ὠνεῖσθαι compositum, quod propemodum sine vestigio periit: est autem ὑπωνεῖσθαι, cuius aoristus exstat apud Theophrastum *Charactt.* XI. ὑποπρίασθαι φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι, lege εἶτα λαβὼν ἀποδόσθαι. Quid significet ὑπωνεῖσθαι luculenter apparebit e verbo simillimo, quod negligentia scribarum et Bekkeri παραδιορθώσει plane periit, sed in vitam revocari certo remedio potest. Editur in Phrynichi προπαρασκευῇ σοφιστικῇ in Bekkeri *Anecd.* I. p. 67, 32. ὑπεροψωνεῖν: τὸ ἀγοράζοντός τινος ὄψον ἕτερον τῇ τιμῇ ὑπερβάλλοντα ὠνεῖσθαι. Certissimum est ὑποψωνεῖν verum esse, quod non tantum analogia praestat sed et Codicis unici scriptura ὑποψόνην, cui vulgatam de suo Bekkerus substituit, obiter Lexicis eximendam. Viden id ipsum esse quod Theophrastus dicit ὑποπρίασθαι, quod genus est βδελυρίας etiamnunc satis notum et frequens.

Quemadmodum Lucianus promiscue ἐωνησάμην (ὠνησάμην) et ἐπριάμην uti solet, sic ei perinde est utrum λήσω an λήσομαι dicat, quamquam illud solum probum est, hoc novicium et pravum. Legitur 13, 14. ὡς δὴ ἐνταῦθα λησόμενοι τοὺς πολεμίους,

26, 4. ἐθαύμαζον εἰ ἐνόμισαν λήσειν οὐκ ἀληθῆ συγγράφοντες, hinc certa emendatione restitui potest locus 69, 18. οἱ δὲ μάλα σεμνοὶ καὶ σκυθρωποὶ φαινόμενοι ἢν παιδὸς ὡραίου ἢ γυναικὸς λάβωνται καλῆς ἢ ἐλπίσωσι σιωπᾶν ἄξιον οἷα ποιοῦσιν. Interpretantur: *si puerum — vel nanciscantur* vel sperent *quid faciant silere melius est.* Facetum est *vel sperent.* In καλῆσ ἢ latet καὶ λήσειν, simillimum est compendium, quo ειν significatur, literae η, unde δεῖν et δή, λαβεῖν et λαβή et similia saepenumero confusa sunt.

De vitiis Graecitatis, quibus Lucianus ipse laborat, nondum agam, insigniora brevi post collecturus in unum, nunc vitia quaedam librorum, quae passim eius orationem inquinant et sententiam aut impeditam aut ineptam aut plane absurdam fecerunt, indicabo et tollam. Maritus de uxoris nequitia querens 47, 31. ita dicit: ἐγὼ γὰρ ὁρῶν ταύτην οὐκέτι σωφρονοῦσαν οὐδὲ μένουσαν ἐπὶ τοῦ κοσμίου σχήματος κοσμουμένην δὲ καὶ τὰς τρίχας εὐθετίζουσαν ἐς τὸ ἑταιρικὸν καὶ φυκίον ἐντριβομένην καὶ τὼ ὀφθαλμὼ (scrib. τὼφθαλμὼ) ὑπογραφομένην κτέ. alienum est ab huiusmodi loco κοσμουμένην, etiam probae et pudicae κοσμοῦνται omnes. Quid sit genuinum docebit scribarum error idem in eadem re commissus 17, 36. ubi recte editur e tribus libris μεταξὺ κομμούμεναι καὶ τὰς κόμας παραπλεκόμεναι, caeteri omnes κοσμούμεναι praeferunt. Hoc ipsum est, quod sententia loci postulat, itaque κομμουμένην restituemus, verbum in ea re tritum et Luciano adamatum, qui κομμωτικήν et κομμώματα in eleganti metaphora posuit 25, § 8 et 40, unde κομμώτριαι notissimae *Atticis.* Eximius est ad haec confirmanda locus in Platonis *Gorgia* p. 465 B. Quod τὼφθαλμώ obiter corrigendum esse diximus sciendum est librarios perpetuo crases et elisiones, quibus Veteres et Veterum imitatores constanter in loquendo et scribendo utebantur, resolvere et explere solere, quo nihil ingratius accidere potest auribus nitidissimae compositioni antiquae assuetis. In poëtis omnes continuo sarciunt damnum, non item in caeteris, quamquam scripturae veterum librorum et imprimis vetustae corruptelae sexcenties istam fraudem arguunt. Sic confunduntur κάτω et κἀγώ 73, 49. κακά et κἀκεῖ 33, 54. τἀπινίκια abire solet in τὰ πινίκια, deinde supervenit alius, qui τὰ πινάκια stolide rescribit, quas

scripturas confusas videbis 38, 52. In ANDOCIDIS oratione *in Alcibiadem* § 29. p. 33, 1. omnes libri servant: *εἰς τὰ πινάκια τῇ προτέρᾳ τῆς οὐσίας* pro *τἀπινίκια τῇ προτεραίᾳ τῆς θυσίας*, sic libri veteres describuntur scilicet: *τἀπινίκια* recte BEKKERUS DEMOSTHENI reddidit p. 380, 22, non p. 1356, 8, non PLATONI in *Symposio* p. 173 A. et aliis locis, qui eodem iure correctionem flagitant. Constanter dicebant *τἀγαθὰ*, *τἀληθῆ*, *τἀπιτήδεια*, *τἀναγκαῖα*, *τἀνδράποδα*, *τἀπίχειρα*, similia, ut *τἀγαθόν*, *τἀληθές*, *τἀργύριον*, alia multa, cuius rei sexcenta exempla et indicia libri suppeditabunt. Fluctuant in LUCIANO codices in *τἀγαθά* et *τὰ ἀγαθά* 1, 9. in *τοὐπίσημον* et *τὸ ἐπίσημον* 20, 44, in *τοὐπίλουτρον* et *τὸ πίλουτρον* 34, 2. in *τοὐνύπνιον* et *τὸ ἐνύπνιον* 45, 28. *τὸ οὐρροπύγιον* IACOBITZ dedit 57, 3. pro *ὁ ἐμός* saepe in libris est *οὐμός* v. c. 42, 39, sic *τὸ ἀκριβές* et *τ' ἀκριβές* alternant 44, 11, namque sic scribunt isti quum nihil mutant, ut *τὰ 'σκληπιῷ* 73, 27 et § 33. *τ' ἀνδρὸς* et *τὰ 'πίχειρα* 17, 24. Saepius *τὰ μά* occurrit, ut 15, 24. 45, 30. et *τὰ κείνου* 44, 18. pro *τἀκείνου*. Semel, quod sciam, contrario errore peccatum est et *προὐκπεπομφώς* pessime pro *προεκπεπομφώς* scriptum 32, 36. Est operae pretium in cognoscendis et aestimandis codicum antiquiorum scripturis huius rei certissima vestigia indagare, quod nuperrime fecit HIRSCHIGIUS in PLATONE, ubi *περιτακτός* pro *περὶ τἀκτός*, *οὐδὲν ἔχει πολλή* pro *οὐ δ' ἕνεχ' ἡ πολλή* et similia annotavit. ARISTOPHANES pro *μέντοι ἔφασκε* dixerat, ut tum omnes solebant, *μέντοὔφασκε*. Librarii pro captu suo nobis dederunt in *Ecclesiaz.* 408:

παρῆλθε γυμνὸς, ὡς ἐδόκει τοῖς πλείοσιν,
αὐτός γε μέντ' οὐ φάσκεν ἱμάτιον ἔχειν

et ad hunc diem *μέντ' ἄν* et *μέντ' ἄρα* in multis haeserunt. Apud STRABONEM II. p. 74. *τουτὶ τὸ γράμμα* in libris est pro *τοὐπίγραμμα*, quod KRAMERUS feliciter a se repertum recipere debuerat. Eiusdemmodi est quod BADHAMUS in HESYCHIO reperit v. *τακτονίτου: τὰ τῶν μαγείρων ξηρὰ ἀρτύματα, διὰ τὸ ἐνταῦθα καὶ τὸ νίτρον πωλεῖσθαι*, unde eruit *τἀκ τοῦ νίτρου*, sed fugit eum dudum praeripuisse hanc emendationem PIERSONUM in eximia annotatione ad MOERIDEM p. 331 sq. *τἀκ τοῦ νίτρου* descriptum e *λέξει κωμικῇ* DIDYMI pertinet ad locum ANAXIPPI apud ATHENAEUM *IV. p. 169. B.*

οὐ μὴ πρότερον οἴσεις, θεοῖσιν ἐχθρὲ σύ,
τὸ λεβήτιον, τἀκ τοῦ νίτρου, — πάλιν ὑφερεῖς;

ubi in Marciano Codice unico est κἀκ τοῦ λητρου, verum vidit Meinekius. ΑΗ natum est ex ΝΙ, ut saepissime Ν et ΑΙ permixta sunt. Φαυλίου μάντεως apud Plutarchum editur in *Quaestt. Rom.* p. 268. d. pro Φαύνου. Longe turpius est in Photii *Lexico* Ναξίανθος: ἀκοή, pro Ναξία λίθος: ἀκόνη. In Luciano tantillum vitium mirificas turbas dederat 9, 5, 2. pro ΞΥΝΑΝΑΜΙΓΝΥΟ scriba codicis antiquissimi B. aliud agens dedit ξυναλία μίγνυσο, (ut alii § 1. ἁλίασ pro μιᾶς) unde nescio quis ξυναλίᾳ μίγνυσο temere effinxit. Hemsterhusius exquisita doctrina commendavit lectionem ξυναυλίᾳ μίγνυσο (τῇ ἀγαπωμένῃ) sed frustra, opinor, quasi quis in ea re possit μοναυλεῖν. Quod in reliquis omnibus libris est συναναμίγνυσο (ξυναν.) tandem revocavit Bekkerus. Subveniendum est Luciano simili de causa laboranti 40, 12 ἦν μὲν πάνυ ἐγγύθεν σκοπῶμέν τι καὶ ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν οὐδὲν ἀκριβὲς διαγιγνώσκομεν pro manifesto vitio repone ὑπὸ τὠφθαλμὼ αὐτώ. In elisione explenda non minus licenter scribae grassantur. Facetum est videre criticos turpes hiatus invehentes, ubi unus et alter liber molestam vocalem suppeditat. Quid illis sit tribuendum duobus exemplis ostendam. In Athenaei Codice unico et in apographis legitur lib. V. p. 215. f. ἔφευγεν ἄγων δὲ οὐ δύο τέλη περιπέμψαντος τῶν ἱππέων, ubi e Thucydide IV. 96 dudum correctum est ἔφευγε Παγώνδου δύο τέλη κτέ. In Platonis *Rep.* III. p. 388. E. οὔτε ἄρα ἀνθρώπους ἀξίους λόγου κρατουμένους ὑπὸ γέλωτος ἄν τις ποιῇ ἀποδεκτέον natum est ex ΟΥΤΑΡΑ, in quo οὔτοι ἄρα inest in οὐτἄρα more *Attico* conflatum. In farragine variarum scripturarum saepe huius rei impressa vestigia deprehendes, ut in Luciano 58, 5 ubi pro ἄρα ἄν alii δρᾶν exhibent, id est ΑΡΑΝ, ἄρ' ἄν, et passim similia apud eundem et caeteros. Saepe antiquissima vitia huius rei certum indicium faciunt. Luculentum imprimis exemplum est in Luciano 12, 14, ubi Charon edoctus a Clotho quis vitae exitus maneat arrogantissimos mortalium Croesum, Cyrum, Polycratem exclamat: Ἄγαμαι Κλωθοῦς γεννικῆς. καὶ αὐτοὺς, ὦ βελτίστη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε καὶ ἀνασκολόπιζε, ὡς εἰδῶσιν ἄνθρωποι ὄντες. In ΚΑΙΑΤΤΟΥΣ inerat καΐ' αὐτούς, quid illis facias, qui καὶ αὐτούς dederunt. Tum pro ἄγαμαι Κλωθοῦς γεννικῆς reci-

piendum fuerat ex aliis libris: εὖγε, Κλωθοῖ, γεννικῶς καῖ' αὐτοὺς, ὦ βελτίςη. Tantilla res in PLATONIS codicibus efficit, ut homo venustissimus et, si quis alius, urbanus, subrusticus esse videatur. Legitur in *Symposio* p. 213. E. ἄρχοντα αἱροῦμαι, ἕως ἂν ὑμεῖς ἱκανῶς πίητε, ἐμαυτόν. ἀλλὰ φερέτω Ἀγάθων εἴ τι ἐςὶν ἔκπωμα μέγα. μᾶλλον δὲ οὐδὲν δεῖ, ἀλλὰ φέρε, παῖ, φάναι, τὸν ψυκτῆρα ἐκεῖνον. Rustici est dicere φερέτω Ἀγάθων, servile hoc ministerium est et multi servuli adstabant: deinde satis imperiosum est φερέτω Ἀγάθων, utrumque vitium ab ALCIBIADIS et AGATHONIS persona alienum est. Subest idem vitium, quod DOBRAEUS perite sustulit ex HERMIPPO ATHENAEI XII. p. 524. f. χαίρω διαπόντιον ςράτευμα, τί πράττομεν; quemadmodum ille rectissime restituit:

χαῖρ', ὦ διαπόντιον
ςράτευμα, τί πράττομεν;

sic nos PLATONIS manum sic restituemus: ἀλλὰ φέρετ', ὦ Ἀγάθων, εἴ τι ἐςὶν ἔκπωμα μέγα.

Subiiciam nunc locos LUCIANI aliquammultos, in quibus dicendi genus et *Graecitatis* usus sine labe est, at sententia aegra et inepta et male sana circumambulat ob aliquod vitium, quod longa dies et incuria hominum affricuerunt. Horum bona pars sanari potest, et malum a perito medico simul deprehenditur et curatur, sunt quaedam insanabilia, a quibus manum melius abstinebis, estque boni critici, quod ipsius LUCIANI verbis iuvat dicere (29, 4), πάντων πρῶτον τοῦτο συνορᾶν εἴτε ἰάσιμόν ἐςι τὸ νόσημα εἴτ' ἀνήκεςον καὶ ὑπερβεβηκὸς τοὺς ὅρους τῆς τέχνης, ubi malum est manifestum, remedium non est, obscuratis et deletis antiquae scripturae omnibus indiciis vestigiisque. Certa parata est medicina LUCIANI loco 2, 2, ubi suam facundiam et dicendi facultatem comparat cum iis, ὁπόσοι ἐν δίκαις εὐδοκιμοῦσι ξὺν ἀληθείᾳ ποιούμενοι τοὺς ἀγῶνας: iis, quae nos dicimus, inquit, οὔτε κίνησις ὁμοία πρόσεςιν οὔτε ψυχῆς δεῖγμά τι ἀλλὰ τέρψις ἄλλως καὶ παιδιὰ τὸ πρᾶγμα. Nihil significat δεῖγμα aut δεικνύναι τὴν ψυχήν. Quid sit verum PLATONIS locus aperiet *de Rep.* V. p. 474. D. πάντες οἱ ἐν ὥρᾳ τὸν φιλόπαιδα καὶ ἐρωτικὸν ἀμῃγέπῃ δάκνουσί τε καὶ κινοῦσι, quidquid autem animum *vehementer commovet* δάκνειν τὴν καρδίαν, τὴν ψυχὴν δάκνειν *dicitur.* Pulchre SOPHOCLES:

οὐκ ἔςιν οὐδὲν χρῆμ' ἐλευθέρου δάκνον
ψυχὴν ὁμοίως ἀνδρὸς ὡς ἀτιμία.

vide quae congesserunt Intt. ad *Acharnenses* vs. 1. Saepe λόγοι dicuntur δάκνειν, ut PLATO dixit *Sympos.* p. 218. A. δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, hinc igitur οὔτε ψυχῆς δῆγμά τι reponendum esse censeo.

Periit iocus 4, 12. ὁ ςαυρὸς ὑπὸ τούτου μὲν (τοῦ ταῦ) ἐδημιουργήθη, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ὀνομάζεται, dicitur crux *istius opera* (ut vertunt) effecta esse, sine sensu ut opinor. Dixerat scriptor lepidus crucem ab odiosa littera T et *formam* accepisse et *nomen*, corrige ἀπὸ τούτου *ad huius formam.*

Non est sanum quod PARIS 8, 20, 16 dicit ad VENEREM: οὐκοῦν ἐπὶ τούτοις δίδωμι τὸ μῆλον, ἐπὶ τούτοις λάμβανε, multi iam olim haec tentarunt. Qui codicem D scripsit, expunxit ἐπὶ τούτοις λάμβανε, qui M. descripsit δίδωμί σοι de suo dedit, ut permulta alia novavit. Arripuit hoc BEKKERUS ita, ut VENEREM faceret respondentem ἐπὶ τούτοις λαμβάνω. Nihil horum elegantissimi ingenii scriptor pro suo agnoverit. Fecerat VENEREM post novas pollicitationes blande dicentem: οὐκοῦν ἐπὶ τούτοις δίδου μοι τὸ μῆλον, cui PARIS malum porrigens: ἐπὶ τούτοις λάμβανε, inquit, quo dicto aptissime dialogum concludit.

Absurdius etiam est quod legitur in dialogo 23 § 2. γελοῖον γάρ τί σοι διηγήσομαι, πρῴην ἐν Λαμψακῷ γενόμενος ἐγὼ μὲν παρῄειν τὴν πόλιν, ὁ δὲ (Πρίαπος) ὑποδεξάμενός με καὶ ξενίσας κτέ. Difficile est dicere utrum horum verborum compositio an significatio sit absurdior. *Quum essem nuper Lampsaci ego praeteribam urbem et ille me hospitio excepit*, nam γενόμενος non potest cum διηγήσομαι coniungi. Rescribe γελοῖόν τι — πρῴην ἐν Λαμψακῷ γενόμενον. ἐγὼ μέν κτέ. Compara, quia simillimum est, 58, 7. θέλω γοῦν σοι διηγήσασθαί τι Πυθοῖ γενόμενον.

Intelligi non potest 10, 27, 9. τί τοῦτο; ἄρα τὸ φίλτρον αὐτοὺς ἔχει τοῦ βίου; quia quod sit τὸ φίλτρον τοῦ βίου nemo novit. Non fugit hoc HEMSTERHUSIUM, qui τι φίλτρον coniecit. Aliquid opis attulit BEKKERUS, qui τί τοῦτο ἄρα τὸ φίλτρον recte continuavit, sed soloecum erit nisi articulum deleveris. Genuinum est: τί τοῦτ' ἄρα φίλτρον αὐτοὺς ἔχει τοῦ βίου;

Pessime mulcatus est locus 11, 4 περὶ τῶν ἐναντιωτάτων ἕκαςος αὐτῶν (τῶν φιλοσόφων) λέγων σφόδρα νικῶντας καὶ πιθανοὺς

λόγους ἐπορίζετο ὥςε μήτε τῷ θερμὸν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λέγοντι μήτε τῷ ψυχρὸν ἀντιλέγειν ἔχειν καὶ ταῦτα εἰδότα σαφῶς ὡς οὐκ ἄν ποτε θερμὸν εἴη τι καὶ ψυχρὸν ἐν ταὐτῷ χρόνῳ. Luce clarius est Lucianum in hunc modum scripsisse: μηδὲ τῷ θερμὸν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λέγοντι καὶ ψυχρὸν ἀντιλέγειν ἔχειν. Si quis conabitur his ἀντιλέγειν, subvenient mihi, spero, philosophi et dialectici saniores. In eodem Dialogo § 21 bonum Tiresiae consilium scribae depravarunt. ὁ τῶν ἰδιωτῶν ἄριςος βίος, inquit, ὡς τῆς ἀφροσύνης παυσάμενος — τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος θηράσῃ, ὅπως τὸ παρὸν εὖ θέμενος παραδράμῃς γελῶν τὰ πολλά. Suadentis erat dicere ὥςε — θήρασαι, deinde παραδραμεῖ reponendum, et ὥςε quidem Bekkerus quoque reperit sed necessarius est in talibus imperativi usus, futurum ita demum recte ponitur, si conditio quaedam apponitur huiusmodi: εἴπερ εὖ φρονεῖς, ἐὰν σωφρονῇς, aut simile quid, unde emendandus erit locus Aeschinis in *Ctesiph.* § 242. ἀπὸ μὲν οὖν τῆς ἀναισχύντου πραγματείας, ἐὰν σωφρονῇς, ἀποςήσει, ποίησαι δὲ, ὦ Κτησιφῶν, διὰ σαυτοῦ τὴν ἀπολογίαν, necessarium prorsus est ποιήσει. Eodem remedio utendum in re non multum dissimili in eiusdem *Timarchea* § 191. ἐξαιρεῖτ' οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, τὰς τοιαύτας φύσεις καὶ τὰ τῶν νέων ζηλώματα ἐπ' ἀρετὴν προτρέψασθε. Multo melius Orator dixerat et ad iudicum animos inflammandus efficacius: ἐξαιρεῖτε — καὶ — προτρεψεσθε, ut in oraculo ἄκρον λαβὲ καὶ μέσον ἕξεις, aut in alio, quod Philippo datum esse narrant, et multi alii probatum longo usu retinent:

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου καὶ πάντα κρατήσεις.

et quis non ita saepe loquitur?

In *Piscatore* 15, 27. καὶ σὲ ἀξιοῦμεν τιμωρήσειν ἡμῖν τὰ αἴσχιςα ὑβρισμένοις, recte cogitantibus αἴσχιςα displicebit, non αἰσχρὰ ὕβρις dicitur, non αἰσχρῶς ὑβρίζειν, quia non est cui opponatur καλὴ ὕβρις, neque ὑβρίζειν καλῶς. Restitue τὰ ἔσχατα ὑβρισμένοις. Ibid. § 38 ἀνατίθεμαι τὰ κατηγορούμενα est negligentius dictum, quam ut acuto *Graeco* excidere potuerit. Corrige τὰ κατηγορημένα et § 41 καὶ παλάθην ἰσχάδων οὗτός γε προσεπιλήψεται, alienissimum est ab ea re ἐπιλαμβάνειν, hinc Bekkerus προσλήψεται de suo scripsit. Lenius est προσέτι λήψεται.

In ultima paragrapho *Piscatoris* verba sic sunt scribenda et disponenda, ut philosophorum aliquis dicat: *ποῖ δὲ καὶ πρῶτον ἀπιέναι δεήσει; μῶν ἐς τὴν Ἀκαδήμειαν ἢ ἐς τὴν Στοὰν ἢ ἀπὸ τοῦ Λυκείου ποιησόμεθα τὴν ἀρχήν*; et respondeat PARRHESIADES: *οὐδὲν διοίσει τοῦτο, πλὴν οἶδ' ἐγὼ κτέ.*

Sensu vacuum est 16, 1 *κλωπεύει ὁ γεννάδας παρελθών*, interpretibus *παρελθών* videtur *obiter* significare: ipsi haec *ἐν παρόδῳ*, non diligenter et accurate inspexerunt; pervulgato errore scriptum est pro *περιελθών*. In § 3 *ὁ μάταιος ἀπεδίδρασκεν ὡς ἐπιβιῶναι δυνάμενος*, aliud est *ἀναβιῶναι*, aliud *ἐπιβιῶναι*, illud est *reviviscere*, hoc *superstitem esse* ut § 8, itaque intelligentem lectorem offendet. Emenda *ἔτι βιῶναι*. In § 10 *ἐγγυητὰς ὑμῖν ἕτοιμος παρασχέσθαι τοῦ τάχους καὶ τῆς ἐπανόδου*, satis diu particula *καί* ludificata lectores est, nunc tandem removeatur. Non est vocula, quae facilius irrepat quam *καί*, et passim expellenda est. In XENOPHONTIS *Hellenicis* II. III. 17 editur *ἀποθνησκόντων πολλῶν καὶ ἀδίκως*, sentisne *καί* male abundare? In AESCHINE *de F. L.* p. 37, 41 *ἐκέλευον ἡμᾶς τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας μεμνῆσθαι καὶ τῶν τάφων* [*καὶ*] *τῶν προγόνων*, importunam particulam tres optimi codd. omittunt, si cui forte in eo loco codicibus opus esse videbitur. In STOBAEI *Eclog. Phys.* II. p. 24. locus est ARCHYTAE: *ταῦτα γὰρ δύο ἐντὶ καὶ οὐχ ἓν ὄνομα. Καὶ τί δὲ θέλω καὶ τοῦτο δεῖξαι*, posterius *καί* omittunt codices, optime, nam legendum est, *καὶ οὐχ ἕν. ὀνόματι δὲ θέλω κτέ.* ubi *ὀνόματι* est *exemplo*. In *Floril.* XLIII. 94. HIPPODAMUS Pythagoreus dicit: *τυραννίδος γὰρ οὐδεμία χρεία ταῖς πόλεσιν εἰ μή πω καὶ τᾶς ὀλιγαρχίας ἐπὶ βραχύ*, emenda *αἰ μή ποκα*. Peius laborat ECPHANTUS XLVIII. 64 cui redde *οὔ κα εἴπετο πειθόμενος αὐτῷ* pro *οὐκ ἀείποτε*. In § 15. *ἡγούμην εἰς τὸ πρόσω ὁρῶν*, neque hoc idem est atque *βλέπων*, et nihil hoc ad rem, si quis «*ad anteriora prospicit*" ut vertunt. In ΟΡΩΝ latet ΘΕΩΝ, *θέων*, quod boni et strenui ducis est. Quod mox sequitur *τὰ πράγματα ἐς τὸ ἔμπαλιν ἀνατετραμμένα*, sive quod BEKKERUS revocavit: *ἐς τοὔμπαλιν ἀνεςραμμένα*, neutrum satisfacit: *ἀνατρέπειν* est *τἄνω κάτω ποιεῖν* cum calamitatis et exitii significatione, *evertere*, *pervertere* quod stabat vel florebat: *ἀνατρέπειν τράπεζαν, ςήλην, οἶκον, σκάφος, ἀρχήν, τὰ πράγματα, τὴν πόλιν*, similia: *ἀνασρέφειν* significat *τὰ ἐντὸς ποιεῖν ἐκτός* sine malo aut detrimento, ut si

quis *pallium vertit:* utrumque ab hoc loco alienum est. Quod requiritur *in contrarium vertere* est ἀντιστρέφειν; itaque restitue ἀντεστραμμένα. Passim in libris τετραμμένος et ἐστραμμένος permiscentur, ut λαβεῖν et βαλεῖν, καθεῖναι et καταθεῖναι, similiter ἀνατετραμμένος, ἀνεστραμμένος, ἀντεστραμμένος. Quia haec certo discrimine inter se distincta sunt facillima est optio, si librarios audebis contemnere. Confusa haec sunt 8, 10, 2. 10, 6, 2. 18, 1 et 19, 10, ubi repones quod necessarium esse videbis. Contra ἀντιστρέψας irrepserat 45, 10. ἀντιστρέψας τὸ τριβώνιον ὡς ἐπὶ τοῦ καθαρωτέρου γένοιτο ἡ ἀναβολή, ubi duo optimi codd. A G dederunt ἀναστρέψας, quod vel sine libris restitui debebat.

Nemo facile intelliget quid sit quod legitur 17, 17. ἐπειδὰν δὲ πατηθῇ πολλάκις (τὰ ὑποδήματα) καὶ ὑπὸ τοῦ πηλοῦ ἀναπλασθῇ ὑπὸ τῇ κλίνῃ ἐρρίψεται, nisi qui reperire poterit quid sit ὁ πηλὸς ἀναπλάσσει τὰ ὑποδήματα. Statim in mentem venit verbi ἀναπλησθῆναι. ἀναπίμπλασθαι, quod ut ἀνάπλεως cum sordibus et immunditiis coniungitur, ut *plenus pulveris*, *cruoris*, *aranearum*, *squaloris*, ut contraria sint ἀνάπλεως et καθαρός, ἀναπίμπλασθαι et καθαρεύειν, vide Ruhnkenium ad Timaeum p. 31. Proprie dixit Lucianus 5, 2. ἀναπλησθήσονται τῆς ἀσβόλου et hoc loco dixerat καὶ τοῦ πηλοῦ ἀναπλησθῇ, quod ipsum est adscriptum in margine Aldinae a viro docto, qui acutius cernebat quam omnium codicum librarii, quem tamen nemo vidit rem acu tetigisse.

Quo sensu putabimus καί esse additum 20, 34. μέχρι δή τινα γυναῖκα ξένην τολμῆσαι καὶ εἰπεῖν ὅπως ἔχοι. quantillum erat corrigere κατειπεῖν *indicium fecisse*. Ibid. § 52. ὁδοὶ πολλαί εἰσιν ἐπὶ φιλοσοφίαν ἑκάστῃ καὶ ἀρετὴν ἄγειν φάσκουσαι, ἡ δὲ ἀληθὴς ἐν αὐταῖς ἄδηλος, quam absurdum sit φάσκουσαι si cui demonstrare vellem iniuriam ei facerem. Ecquis est tam obtuso ingenio ut hoc non statim admonitus sentiat? una tantum est emendandi via, ut δοκοῦσαι rescribatur. Quam viam nunc § 69. σύντομόν τινα καὶ ἀρίστην dixisse videtur, eam ipse, opinor, ῥάστην dixerat. Qui se vident oleum et operam perdidisse non dicunt quod nunc § 71. legitur ἀπολεῖταί μοι τὰ τοσαῦτα ἔτη καὶ ὁ κάματος ὁ πολύς, sed ἀπόλωλεν et statim male editur οὐ μόνος ἔξω μένεις — ἀλλὰ πάντες pro οὐ σὺ μόνος et § 74.

σκοπεῖν εἴπερ δεκτέα pro εἰ παραδεκτέα. Quod etiamnunc pervulgatum est dicere § 82. περὶ τῶν παιδίων, ὡς ἀπιτέον αὐτοῖς εἰς διδασκάλου, καὶ γὰρ ἂν μηδέπω μαθεῖν ἀγαθόν τι δύνωνται ἀλλ' οὖν φαῦλον οὐδὲν ποιήσουσιν ἐκεῖ μένοντες, omnes diceremus οἴκοι μένοντες et sic Lucianum quoque dixisse μένοντες indicio est, quod nunc pro ὄντες positum est: praeterea lege κἂν γὰρ μηδέπω et φαῦλόν γ' οὐδέν. Quis non rideret si quem in circulo audiret id dicentem, quod legitur 21, 1. ὁ Ἡρόδοτος ἐσκοπεῖτο πρὸς ἑαυτὸν ὅπως ἂν τάχιστα περιβόητος γένοιτο καὶ αὐτὸς καὶ τὰ συγγραμμάτια, hoc est quod Isocrates dicit τὸν Φειδίαν κοροπλάθον καλεῖν, Solanus optime συγγράμματα restituit, sed nemo accepit.

Quo iure aut more dictum est 24, 5. πᾶσαν ἂν ἴδοις τὴν πόλιν τῶν Ἀθηνῶν? Interpres: »*omnem videas Athenarum urbem*," tam male *Graece* quam *Latine* dictum. Rescribe Ἀθηναίων. Est in codd. compendiolum, quo, Ἀθῆναι, Ἀθήνησιν, Ἀθηναῖοι caeterique casus omnes significantur. Certa optio est intelligentibus et hoc agentibus, non istis vix singula vocabula capientibus.

Δέσποιν' ἁπασῶν πότνι' Ἀθηναίων πόλι.

est apud Comicum in Dionis Chrysostomi orat. 64. p. 596. (ubi mox emenda οἵ γε λοιμώττουσι pro λιμώττουσι). Sic omnes, et hinc ἐν τῇ Κεχηναίων πόλει lusit ille. In Platonis *Gorgia* p. 445 E τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων duo ultima delenda sunt. Exigua lineola sarciet damnum, quod accepit locus 25, 4. in mentione τῶν φροντίδων, ὅσαι τῷ συγγραφεῖ ἔνεισιν. dicuntur φροντίδες rebus ἐνεῖναι, homines ἔχουσι φροντίδας. Scriptum erat СΥΓΓΡΑΦΕΙ i. e. συγγράφειν, quod ex nonnullis libris perperam Iacobitz mutavit, bene Bekkerus revocavit. In § 15. pro τὰ αὐτοῦ ἐκείνου corrige τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ et § 32. τὰ ἀξιοθέατα pro ἀξιόρατα. Quod in § 42. τέλος τῆς ἱστορίας esse dicitur ὡς εἴποτε καὶ αὖθις τὰ ὅμοια καταλάβοι ἔχοιεν πρὸς τὰ προγεγραμμένα ἀποβλέποντες εὖ χρῆσθαι τοῖς ἐν ποσίν ita verum erit e recte dictum si προγεγραμμένα emendabis in προγεγενημένα. Bonus historicus debet esse (§ 47), ut verum dispiciat in re incerta, ποχαστικός τις καὶ συνθετικὸς τοῦ πιθανωτέρου. Idem est boni Critici officium, itaque diligenter audiendum, quid praecipiatur, at equidem non assequor quid sit in re dubia τὸ

πιθανώτερον συντιθέναι. Interpres *argumentis elicere* posuit suo arbitratu. Expunge unam litterulam et prudens consilium exibit, debet esse συνετικὸς τοῦ πιθανωτέρου et hoc mihi concedet quicumque et ipse potest τοῦ πιθανωτέρου συνιέναι. At, dixerit aliquis, συνετικός nusquam mihi lectum est et vereor ut fuerit in usu. Non est haec magna difficultas: talia sibi quisque pro re nata fingit, parata materia est, analogia certa et in huiusmodi adiectivis cuilibet permissa. Ecquem putas Aristophanem auctorem habuisse, quo diceret in *Equitibus* vs. 1378:

συνερκτικὸς γάρ ἐςι καὶ περαντικὸς
καὶ γνωμοτυπικὸς καὶ σαφὴς καὶ κρουςικὸς
καταληπτικός τ' ἄριςα τοῦ θορυβητικοῦ.
— οὔκουν καταδακτυλικὸς σὺ τοῦ λαλητικοῦ.

at comicus est, inquies, et solent τὰ τοιαῦτα παίζειν, hic omnia serio aguntur et iocandi non est locus. Dabo igitur alium locum ipsius Luciani, in quo iterum ipse fingit adiectivum huiusmodi. Volebat dicere 33, 36. posse saltandi perfectum artificium τὰ ἐννοηθέντα ἐξαγορεύειν καὶ τἀφανῆ σαφηνίζειν, dixit ἡ ὄρχησίς ἐςι τῶν ἐννοηθέντων ἐξαγορευτικὴ καὶ τῶν ἀφανῶν σαφηνιςική idque philosophus dicit totus ad gravitatem compositus. Nemo umquam vidit aut legit ἐξαγορευτικός, nisi hoc uno loco, sed subiecit Luciano analogia certa, qua utebantur omnes suo arbitratu, quamquam non omnes eleganter aut venuste. Est aliquid inter Platonem in *Sophista* permulta huiusmodi nova fingentem et Tzetzen passim talia effutientem; συνετικός intelligentibus Platone quam Tzetze videbitur dignius.

Vocula negligenter addita corrumpit locum 32, 4. μή με νομίσης ἐφ' ὕβρει ταῦτα τοῦ Πυθαγόρου λέγειν ἢ συνάπτειν πειρώμενον αὐτοὺς κτέ. qui haec volet intelligere particulam ἢ expungat et nihil supererit molestiae.

In *Lexiphane* 34, 7. commemorantur pocula εὐρυχανδῆ τε καὶ ἄλλα εὔςομα, quae sint εὔςομα ποτήρια difficile dictu est, quia nec sunt nec fuerunt. Repone σύςομα, quae opponuntur τοῖς εὐρυχανδέσι: neque magis notum est μερμέριον κακόν § 11. notissimum est Τερμέριον κακόν. vid. Plutarch. in *Theseo* XI. Vitiosae scripturae imposuere Ruhnkenio ad Timaeum p. 178. In praecedentibus ridicule dicitur pater ipse filiam eo die nupturam καλλύνειν; non est hoc virile officium, nedum patris: pro καὶ

ἤδη ἐκάλλυνεν αὐτήν scribe ἐκάλλυνον. In § 14. ἥδιον ἂν εὐζωροτέρῳ ὑποπυκνάζοιμι, nihili est ὑποπυκνάζειν. Xenophontis iocus *Symp.* II. 16. Atticistas in errorem induxit. *Attici* dictum est: ἢν δ' ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν, hinc Atticistae ὑποψεκάζειν pro ὑποπίνειν effinxerunt, vid. Pollucem VI. 19 et 30. hinc *Lexiphanes* πυκνὰ ὑποψεκάζοιμι videtur arripuisse. Abundat iterum inepte vocula ἤ § 17. δοκεῖς δέ μοι μήτε φίλον τινὰ ἢ οἰκεῖον ἢ εὔνουν ἔχειν, corrige sodes ἢ οἰκεῖον εὔνουν, multi sunt οἰκεῖοι μὲν, εὖνοι δ' οὔ, neque dici potest ἔχω εὔνουν τινά. In sequenti dialogo 35, 3. μυρίαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν, ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις, emenda ἐφ' ᾧ τε συνεῖναι, ut *Graeci* omnes loquuntur. In vita *Demonactis* 57, 1. ὅσα ἢ λῃσὰς αἴρων ἔπραξεν ἢ ὁδοποιῶν τὰ ἄβατα, nihil est λῃσὰς αἴρων: dicebant *Graeci* eo sensu, quem locus postulat, καθαίρειν λῃσάς, λῃσήρια, λῃσικά, et quaelibet huiusmodi pestis si exscinditur καθαίρεσθαι dicitur, unde κάθαρμα est natum. Hinc obiter purgare mendo Platonem licet in *Menexeno* p. 241 D. τοῖς τῶν προτέρων ἔργοις τέλος τῆς σωτηρίας ἐπέθεσαν ἀνακαθηράμενοι καὶ ἐξελάσαντες πᾶν τὸ βαρβαρικὸν ἐκ τῆς θαλάττης, verbum acerrimum ἀνακαθηράμενοι non fert languidum et iners καὶ ἐξελάσαντες sibi a mala manu appensum. Peius etiam Thucydidem mulcarunt librarii in eodem argumento I. 4. Μίνως τῶν Κυκλάδων νήσων ἦρξε — τό τε λῃσικὸν ὡς εἰκὸς καθῄρει ἐκ τῆς θαλάττης, quis non videt veram scripturam hanc emergere ἐκάθηρεν ἐκ τῆς θαλάττης? Quae apud Lucianum praecedunt ἡ ὕπαιθρος δίαιτα καὶ ἡ ἐπίπονος εὐνή adhuc omnes frustra exercuerunt, ἡ ἐπὶ πόας εὐνή (quod Dindorfius recepit) mollior est quam ut in tam duro corpore aliquid habeat admirationis: in ΕΠΙΠΟΝΟC suspicor ΕΠΗΙΟΝΟC, ἐπ' ᾠόνος, latere. In § 11. οὔτε θύων ὤφθη πώποτε οὔτ' ἐμυήθη μόνος ἀπάντων ταῖς Ἐλευσινίαις, tenemus interpolatorem. Nemo dicebat τὰς Ἐλευσινίας aut μυεῖσθαι ταῖς Ἐλευσινίαις, dicebant omnes τὼ θεώ, μυεῖσθαι τοῖν θεοῖν, τὰ τοῖν θεοῖν μυσήρια, deinde μυεῖσθαι τὰ μεγάλα, τὰ μικρά. Graeculi coeperunt dicere τὰ Ἐλευσίνια μυεῖσθαι. Certa fraus deprensa est 16, 22. ἐτελέσθης γὰρ, ὦ Κυνίσκε, τὰ Ἐλευσίνια δῆλον ὅτι, ubi in aliis est δηλονότι τὰ Ἐλευσίνια, in aliis τὰ Ἐλευσίνια δηλονότι et ne sic quidem additamentum lectoris agnoscunt. Eodem modo in *Demonacte* expunge ταῖς Ἐλευσι-

νίαις. Si quis *Athenis Atticis* dicitur μόνος ἁπάντων οὐ μυηθῆναι nihil amplius desideramus. In § 14 verba stolidi iactatoris in hunc modum sunt constituenda: ἂν Ἀριστοτέλης με καλῇ, ἐπὶ τὸ Λύκειον ἕψομαι. ἂν Πλάτων, ἐπὶ τὴν Ἀκαδήμειαν ἀφίξομαι. ἂν Ζήνων, ἐν τῇ Ποικίλῃ διατρίψω. ἂν Πυθαγόρας, σιωπήσομαι. In § 16. ἐβόων ἐπὶ τὸν ἀνθύπατον ἰέναι. ὁ δὲ Δημῶναξ· μηδαμῶς, ἔφη, ὦ ἄνδρες, πρὸς τὸν ἀνθύπατον ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἰατρόν, ne ineptiant acuti *Attici*, corrige ἐβόων πρὸς τὸν ἀνθύπατον ἰέναι: medicus *arcessi* poterat, Proconsul non item. In § 43. ἐρομένου δέ τινος· ὁποῖα νομίζεις τὰ ἐν ᾅδου; turpe vitium pro νομίζει. In *Amoribus* 38, 5. πᾶσαν οὖν ἐπιτιμήσεως ἀφορμὴν ἐκποδὼν ἀποθέμενος de certa coniectura reponi poterat ὑποτιμήσεως, nisi plerique omnes Codices hanc ipsam necessariam lectionem servarent. Non est recepta quia non est intellecta: ὑποτιμᾶσθαι apud Graeculos est *excusare*, et ὑποτίμησις *excusatio*, vid. Intt. ad Hesychium v. ὑποτιμήσεως: προφάσεως. § 12. ἄμπελοι πυκνοῖς κατήρτηντο βότρυσιν, intelligi non potest, sed κατήρτυντο verum est, ut συγκραθὲν pro σύγκρατον et ἱλαρὰ κλίσια pro ἱλαραὶ κλισίαι, denique ὁ χωριτικὸς ὄχλος pro πολιτικός (ut supra 11 εὐχειρίας pro εὐχερείας) occupavit Bekkerus. Periit scitum proverbium § 27. πλέον, ὥς φασιν, οὐδὲν ἂν ὀχλήσειας, ἡδονὴ δ' οὐδ' ἡτισοῦν. Bekkerus suam correctiunculam recepit οὐδὲν ἐνοχλήσεως, at non vidisti ὅτι Τὸ φάρμακόν σου τὴν νόσον μείζω ποιεῖ. Verum esse arbitror πλέον οὐδὲν ἀνοχλησίας, quod apertum est et rei optime convenit. In § 34 dicitur humanum genus in rerum principio habitasse σπήλυγγας ὀρῶν ἢ παλαιῶν ῥιζῶν ἢ φυτῶν αὖα κοιλώματα, satis in hoc genere philosophis ludere datum est, ut manifesto absurdis sit abstinendum. *Arbores* dici palam est: itaque e φυτῶν facile φηγῶν eruas: res ipsa magis quam litterarum vestigia ducit ad παλαιῶν δρυῶν ἢ φηγῶν αὖα κοιλώματα.

Diversitas quaedam scripturae est in codd. solemnis, quam si semel recte animadverteris multos errores inde susceptos nullo negotio corriges. In § 40. editur δεῖ δὲ τῶν νέων ἐρᾶν, ὡς Ἀλκιβιάδου Σωκράτης, ὃς ὑπὸ μιᾷ χλαμύδι πατρὸς ὕπνους ἐκοιμήθη. Reponunt docti homines ὑπὸ μιᾷ χλανίδι ex § 54 ὑπὸ μίαν χλανίδα κλιθείς idque, opinor, verum est. Solent autem χλαμύς et χλανίς scribarum socordia inter se permutari sic

ut saepius ubi χλανίς necessarium est χλαμύς inepte legatur, rarissime χλανίς occurrat, ubi *paludamentum* vel *sagum* appareat dici oportere. Confunduntur haec in *Timone* 5, 38. ubi ἀντὶ μαλακῆς χλανίδος est in duobus libris, caeteri omnes perinepte ἀντὶ μαλακῆς χλαμύδος exhibent. In Plutarchi vita *Catonis minoris* cap. 13. εἶδε περὶ τὰς πύλας ἔξω πλῆθος ἀνθρώπων —, ἐν οἷς ἔφηβοι μὲν χωρὶς ἐν χλαμύσι καὶ παῖδες ἑτέρωθι κοσμίως εἱςήκεσαν, omnia erant ad laetitiam et festivitatem comparata et stabant, credo, ἔφηβοι μὲν χωρὶς ἐν χλανίσι καὶ παῖδες ἑτέρωθεν (sic leg.) κοσμίως. In praecedenti vita *Phocionis* cap. 20 severe Phocion luxuria et mollitie diffluentem Demadem sic carpit: πάνυ γοῦν πρέψειεν ἂν σοὶ μύρου τοσοῦτον ὄζοντι καὶ χλαμύδα τοιαύτην φοροῦντι συμβουλεύειν Ἀθηναίοις περὶ φιδιτίων καὶ τὸν Λυκοῦργον ἐπαινεῖν, inepte dictum erit donec χλανίδα τοιαύτην receperis, quemadmodum Aeschines Demostheni cultum corporis nimis accuratum nitidum venustumque exprobrans ei τὰ κομψὰ ταῦτα χλανίσκια exprobrat in *Timarchea* p. 18, 30. Tertium inolevit vitium idem in vita *Antonii* cap. 34. Πτολεμαῖον δὲ προήγαγε κρηπῖσι καὶ χλαμύδι καὶ καυσίᾳ διαδηματοφόρῳ κεκοσμημένον, non satis convenit paludamento cum *crepidis*, quae χλανίδι melius consociantur. Videbis semel et iterum χλαμύς et χλανίς confusa apud Lucianum 38. § 44 et 49 et saepius apud alios. Repone deinde § 39. αἴσχιον νομιεῖ θηρίον, noli retinere § 47. absurdam scripturam πέπλου εὐπήκτους ὑφάς pro εὐπήνους, corrige § 50 παρείκατε pro παρήκατε et in § 53. restitue ex Euripidis *Oreste* 14.

καίτοι τί τἄρρητ' ἀναμετρήσασθαί με δεῖ;

In *Imaginibus* 39, 7. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ὁ Ἀπελλῆς δειξάτω κατὰ τὴν Πακάτην μάλιςα, memoriam servat et nomen ipsum formosissimae mulieris Aelianus *V. H.* XII. 34. Ἀπελλῆς ἤρα τῆς Ἀλεξάνδρου παλλακῆς, ᾗπερ ὄνομα ἦν Παγκάςη, τὸ δὲ γένος Λαρισαία ἦν, ubi Kuhnius et Perizonius admonuere rescribendum in Luciano κατὰ τὴν Παγκάςην sed nemo obtemperavit.

In *Toxari*, suavissimo libello, vitium est 41, 9. ὅτι δὲ οἱ φίλοι Σκύθαι πολὺ πιςότεροι τῶν Ἑλλήνων φίλων εἰσίν, paulo etiam peius Bekkerus fecit, qui recepit οἱ φίλοι οἱ Σκύθαι. dixit Lucianus idem, quod unusquisque nostrum in tali re dixi
οἱ Σκύθαι πολὺ πιςότεροι τῶν Ἑλλήνων φίλοι εἰσίν, et m

θεῶν τῶν Ἑλληνίων non Ἑλλήνων. Quod ibid. legitur § 27 ἀνεπεπλεύκει κατὰ τὸν Νεῖλον, id nemo mortalium aut fecit aut faciet, sed omnes ἀνὰ τὸν Νεῖλον solebant et solent, qui visunt Memmonis statuam et pyramides. Idem plane vitium apparet 56, 2 ἔδει γὰρ ἀναπλεῖν κατὰ τὸν Ἠριδανόν, emenda ἀνὰ τὸν Ἠριδανόν. In § 34 lege οὔτε γὰρ αὐτὸς δεῖσθαι τῶν χρημάτων ἕς' ἂν ὁ αὐτὸς ᾖ, ὅσπερ ἐςίν, quo facto videbis ultro excidere supposita ἀρκεῖσθαι ὀλίγοις δυνάμενος. In § 56. παιδιὰ τὰ ὑμέτερά ἐςι παρὰ τὰ Σκυθικὰ ἐξετάζεσθαι, vitium est in ultimo vocabulo, poterat scripsisse ἐξετασθέντα, poterat omnino omittere verbum inutile, ἐξετάζεσθαι scribere non potuit. ibid. ὡς βεβαιότατα συντιθέμεθα τὰς φιλίας, quia quis τὴν φιλίαν συντίθεται βεβαίαν non βεβαίως, corrige ὡς βεβαιοτάτας. Saepe sic peccatur et contra, ut in Plutarchi *Pericle* cap. 10. δοκεῖ Περικλῆς ἐρρωμενεςάτην μάχην ἐκείνην ἀγωνίσασθαι, manifesto errore scribitur. Bene habet *Iliad.* Z. 185:

καρτίςην δὴ τήνγε μάχην φάτο δύμεναι ἀνδρῶν.

quia dicitur μάχη καρτερά, at ἐρρωμένη μάχη non dicitur sed μάχεσθαι ἐρρωμένως. Restitue igitur ἐρρωμενέςατα τὴν μάχην ἐκείνην ἀγωνίσασθαι.

Simillima labes deturpat locum Plutarchi in *Arato* cap. 17. ἡ δὲ Ἀντιγόνου σπουδὴ περὶ αὐτὸν οὐδὲν ἀπέλιπε (scrib. ἀπέλειπε) πάθει τῶν ἐμμανεςάτων ἐρώτων, quem locum ita corrigam ut Menandro laboranti prius subveniam, deinde Menander in integrum restitutus Plutarcho salutarem opem ferat. Menandri fragmentum est τοῦ Μισουμένου servatum apud Plutarchum *de amore divitiarum* p. 525. A.

παρ' ἐμοὶ γάρ ἐςιν ἔνδον, ἔξεςιν δέ μοι
καὶ βούλομαι τοῦτ', οὐ ποιῶ δέ.

Plutarchi locus, unde haec sumta sunt, editur in hunc modum: ἀλλ' ἐν τοῖς Θρασωνίδου κακοῖς ἐςίν·

παρ' ἐμοὶ γάρ ἐςιν ἔνδον, ἔξεςιν δέ μοι
καὶ βούλομαι τοῦτ'
(ὡς ἂν ἐμμανέςατα ἐρῶν τις)
οὐ ποιῶ δέ.

Redde Menandro sua:

καὶ βούλομαι τοῦθ', ὡς ἂν ἐμμανέςατα
ἐρῶν τις, οὐ ποιῶ δέ.

et Plutarcho οὐδὲν ἀπέλειπε πάθει τῶν ἐμμανέςατα ἐρώντων. Multa sunt adverbia, quae librarii sequiores constanti errore substituunt adiectivis, quae certus veterum usus postulat. Ex eo numero sunt αὐτομάτως, ἀσμένως, ἀκρίτως, quae passim in libris occurrunt aut omnibus aut plurimis pro αὐτόματος, ἄσμενος et ἀκρίτους, quamquam illa duo linguae usum violant, hoc sententiam quoque absurdam facit. Redde αὐτόματος pro αὐτομάτως Herodoto I. 180. et in simili re aliis; ἀσμένους pro ἀσμένως Thucydidi IV. 21 et saepius aliis; ἀκρίτως ubicumque superest eodem iure emenda, quo multi multis locis dudum emendarunt, ut in Demosthene p. 212, 22. In *Axiocho* inepte editur p. 368. E. κατεχειροτόνησαν τῶν ἀνδρῶν ἄκριτον θάνατον pro ἀκρίτων. In Lysiae fragmento 36 (e Stobaei *Floril.* XLVI. 110) οὐδὲν ἂν ἔδει τοὺς φεύγοντας ἀπολογεῖσθαι ἀλλ' ἀκριτὶ ἀποθνήσκειν genuinum est ἀκρίτους. Eadem est ratio in ἑκών et ἄκων, quorum adverbiis veteres non utuntur, et de ἑκόντως quidem et ἑκοντί damnandis nemo repugnat, at ἀκόντως, quamquam eius eadem causa est, in civitate retinere volunt ob testium quorumdam corruptorum fidem. Testimonium Xenophonti denuntiatur in *Hellen.* IV. viii. 5. οἱ μὲν δὴ — οὐκ ἀκόντως ἀλλὰ προθύμως ἐπείσθησαν, qui incorruptus dixerat οὐκ ἄκοντες ἐπείσθησαν: additamentum est ἀλλὰ προθύμως ex eo genere, cuius plurima libros Xenophonteos, quos omnes neque vetustos neque bonae notae habemus, obsident. Turpissimum est V. iv. 33. καὶ ᾠνίασε μὲν εἰς τὰ ἔσχατα Ἀρχίδαμον, ὡς δ' ὑπέσχετο οὐ κατῄσχυνεν [ἀλλὰ μᾶλλον ἐκόσμησεν]. Nae non intellexit quomodo οὐ κατῄσχυνεν *Attici* dicant qui isto additamento opus esse credidit. Adiiciam, quia plane gemellum est, Isocratis τοῦ καλλιεποῦς locum eadem labe affectum in *Philippo* § 148. τὸ τρόπαιον τὸ μὲν κατ' ἐκείνων ὑπὸ τῶν βαρβάρων ςαθὲν ἀγαπῶσι καὶ θεωροῦσι, τὰ δ' ὑπὸ Λακεδαιμονίων κατὰ τῶν ἄλλων οὐκ ἐπαινοῦσιν [ἀλλ' ἀηδῶς ὁρῶσιν], quicumque meminit quo sensu urbani *Attici* dicere soleant οὐκ ἐπαινῶ, in quo verbi lenitas non tollit acrimoniam animi offensi et irati, malet ἀλλ' ἀηδῶς ὁρῶσιν iis relinquere, qui id non sentiant. Οὐκ ἐπαινεῖν eodem more *Atheniensium* ὑποκοριζομένων positum pro μέμφεσθαι et ἐγκαλεῖν leve vitium concepit in *Hellenicis* VI, iii, 1. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐκπεπτωκότας μὲν ὁρῶντες ἐκ τῆς

Βοιωτίας Πλαταιέας (scrib. Πλαταιᾶς) καὶ καταπεφευγότας πρὸς αὐτούς, ἱκετεύοντας δὲ Θεσπιέας (Θεσπιᾶς) μὴ σφᾶς περιιδεῖν ἀπόλιδας γενομένους οὐκέτι ἐπῄνουν τοὺς Θηβαίους, pueriliter dictum in tantis iniuriis et, ut *Atheniensibus* quidem videbatur, nefariis sceleribus, *Thebanos non ut antea laudabant*; ἔτι ex ἐπ natum est et verum est οὐκ ἐτῄνουν, quibus verbis specie lenioribus tamen animi offensio et querelae bene significantur. Eleganter et modeste Aeschines *in Ctesiphontem* § 234 ὅτι ἐπὶ τῶν νῦν καιρῶν οἱ πολλοὶ τοῖς ὀλίγοις προΐεσθε τὰ τῆς δημοκρατίας ἰσχυρὰ οὐκ ἐπαινῶ, in quo opprobrii vehementia verborum lenitate mollitur. Irata *Lysistrata* vs. 70 verbis clementer dicit:

οὐκ ἐπαινῶ, Μυρρίνη,
ἥκουσαν ἄρτι περὶ τοιούτου πράγματος.

ex his facile est emendare locum in Xenophontis *Memorabilibus* II. vi. 36 ἔφη γὰρ τὰς ἀγαθὰς προμνηστρίδας (scribe προμνηστρίας) μετὰ μὲν ἀληθείας τἀγαθὰ διαγγελλούσας δεινὰς εἶναι συνάγειν ἀνθρώπους εἰς κηδείαν, ψευδομένας δ' οὐκ ἐθέλειν ἐπαινεῖν. Dixerat Aspasia ψευδομένας δ' οὐκ ἐπαινῶ, urbane et scite pro βδελύττομαι καὶ μισῶ, et expuncto ἐθέλειν in Xenophonte legendum est ψευδομένας δ' οὐκ ἐπαινεῖν. Revertor ad ἀκόντως, cui secundus testis Plato producitur, qui in *Protagora* dixerit p. 333 B. ὡμολόγησε καὶ μάλ' ἀκόντως, at nihil causae dices quamobrem, qui tam saepe ἄκων ex perpetuo omnium usu scripserit, semel aliter quam caeteri omnes in huiusmodi re maluerit scribere. Idem cadit in locum *Hippiae minoris* p. 374 E. τὰς μὲν ἀκόντως — τὰς δὲ ἑκουσίως, qui ad fastidium usque in eo dialogo ἄκων et ἑκών componit et ἀκουσίως et ἑκουσίως, eum credemus semel id posuisse, quod nunc duobus tantum locis in omnibus *Atheniensium* libris legatur. In Thucydidis libro IV. cap. 19. πεφύκασι τοῖς ἑκουσίως ἐνδοῦσιν ἀνθησσᾶσθαι Grammaticus in Bekkeri *Anecd.* I. p. 126. ἑκοῦσιν ἐνδοῦσιν affert, quod rectius dictum est sed iniucundum accidit ad aures. Multi sunt loci ubi adiectiva adverbiorum locum obtinent propter scribendi compendia negligenter ab indoctis expleta, quae res frequentissima est in comparativorum et superlativorum formis, quia περιφανέστερος, ἀθυμότερος, βεβαιότερος, καταδεέστερος, εὐθαρσέστατος et similia omnia ita

scribi solent ut pro -τερος et -τατος tantum τρ et ττ praecedenti litterae suprascribantur, itaque lector ex ipsa sententia supplet, quod quisque locus postulat, nam omnes casus et numeri et genera in ea scriptura continentur. Quia seriores librarii in ea re supina negligentia et turpi inscitia versati sunt, nobis est integrum vetera compendia revocare et melius explere. Expeditum hoc negotium est quia non vidi umquam unum locum, in quo anceps et ambigua esset optio. Una tantum forma vera et necessaria est intelligentibus certe quod legant et bene *Graece* scientibus. Dabo exempla quaedam. In *Hellenicis* III. ι. 18. ἀχθομένου δὲ τοῦ Δερκυλίδου καὶ νομίζοντος ἀθυμοτέραν καὶ τὴν προσβολὴν ἔσεσθαι, dabitur mihi, credo, ipsam προσβολήν non posse ἄθυμον dici et in ἀθυμο$^{\tau\rho}$ aliud quid latere. Qui meminit quam saepe καί et πρός fuerint confusa supplebit νομίζοντος ἀθυμοτέρους πρὸς τὴν προσβολὴν ἔσεσθαι, ut in *Anabasi* I. iv. 9. εἴ τις καὶ ἀθυμότερος ἦν πρὸς τὴν ἀνάβασιν et alibi, sicuti et ἀθύμως ἔχειν πρός τι dicitur. In *Hellenicis* VII. ι. 9 editur πρὸς τούτους εἰκὸς τοὺς συμμάχους εὐθαρσεςάτους προσιέναι, vitiose, namque *Graecum* est προσέρχομαι θαρρῶν, sed non εὐθαρσής sed εὐθαρσῶς. Itaque in εὐθαρσεσ$^{\tau\tau}$ inerat εὐθαρσέςατα. Similiter VII. iii. 8. προδότης γε μὴν τίς ἂν περιφανέςερος Εὐφρονος εἴη; quia non dicitur προδότης ἐςὶ περιφανής sed περιφανῶς, quo exemplo et Cicero dixit in *Verrina* I. 7, 20. *aperte iam et perspicue nulla esse iudicia*, et saepe *Attici*, apparet in περιφανέσ$^{\tau\rho}$ inesse περιφανέςερον. Apud Isocratem πρὸς Δημόνικον § 36 ὥςε σοι συμβήσεται τὴν παρ' ἐκείνων εὔνοιαν βεβαιοτέραν ἔχειν, quia non dicitur ἔχω βέβαιόν τι sed βεβαίως necessarium est βεβαιότερον. Eadem opera in Isaei *Orat.* I. § 22 μέλλοντες τὴν οὐσίαν ἕξειν βεβαιοτέραν adverbium repone comparato loco in *Orat.* VI. § 30. εἰ δὲ ἀποδόμενός τι τῶν ὄντων ἀργύριον καταλίποι τοῦτο βεβαίως ἕξειν αὐτούς. Contra rectissime dicitur ἔχειν τινὰ βέβαιον φίλον, σύμμαχον, ἐραςήν, ut in *Lysistrata* vs. 1017:

ἐξὸν, ὦ πονηρέ, σοι βέβαιον ἔμ' ἔχειν φίλην.

In Isocratis *Nicocle* § 17. ἣν καὶ τὴν φύσιν καταδεεςέραν ἔχωσιν perperam dicitur. *Graece* dicitur καταδεῶς ἔχω et κατα-

δεέςερον τὸ σῶμα, τὴν ψυχὴν, τὴν οὐσίαν, τὴν φύσιν, idque reponendum est, sed forma Isocratea καταδεεςέρως, quales formas cum ἔχειν, διατιθέναι, et διακεῖσθαι iungere amant qui nitidissime scribunt. Copiam harum formarum collegit Matthiae in *Grammat. Ampliss.* § 262. quibus unam addam, ut Sophoclis fragmento misere habito salutem afferam. Exstat in Stobaei *Florilegio* XX. 32:

ἄνους ἐκεῖνος, αἱ δ' ἀνούςεραι ἔτι
ἐκεῖνον ἠμύναντο καρτερόν.

restitue:

ἄνους ἐκεῖνος, αἱ δ' ἀνουςέρως ἔτι
ἐκεῖνον ἠμύναντο [πρὸς τὸ] καρτερόν.

Eodem exemplo apud Antiphontem *de caede Herodis* § 18. ubi vulgatur προθυμοτέρους ἔχειν corrigendum est προθυμοτέρως, quia sensus est προθυμοτέρους εἶναι. Manifestior etiam res est in talibus, quale est apud Thucydidem VIII. 45. ἵνα μὴ οἱ ναῦται τὰ σώματα χείρω ἔχωσι δαπανῶντες ἐς τοιαῦτα, ἀφ' ὧν ἡ ἀσθένεια ξυμβαίνει, quis nescit dici κακῶς ἔχω τὸ σῶμα et εὖ ἔχω, non κακόν et ἀγαθόν? Itaque rescribe χεῖρον et expuncto articulo ἀφ' ὧν ἀσθένεια. Eadem inepte confusa videbis in Isocratis oratione de *Pace* § 125 ὑπομένομεν τὸν δῆμον χείρω πράττοντα τῶν ταῖς ὀλιγαρχίαις δουλευόντων, quis ferat dicentem πράττω κακά pro κακῶς, aut ἀγαθά pro εὖ, aut καλά pro καλῶς, aut μέτρια pro μετρίως? Tandem χεῖρον *Urbinas* attulit. Dicitur πράττω καλόν τι pro καλῶς, et ἀγαθόν τι vel χρηςόν τι pro εὖ. Satis mirari non possum, quomodo Bergkius in *Pace* vs. 215 retinere potuerit immanem barbarismum:

εἰ δ' αὖ τι πράξαιντ' ἀγαθὸν ἀττικωνικοί.

pro πράξαιτ' ut ad ipsos *Atticos* repente oratio convertatur, quod facetum et lepidum est et optime constabit, si vs. 217 pro:

ἐλέγετ' ἂν ὑμεῖς εὐθύς· ἐξαπατώμεθα,

ubi ὑμεῖς incongruum est, legetur:

ἐλέγετ' ἂν εὐθύς· ἄνδρες, ἐξαπατώμεθα.

caeterum πράττομαι ἀγαθόν τι, ut πράττομαι εὖ, non minus bellum est, quam Datidis χαίρομαι, quem suaviter rident omnes.

Facile est in Isocratis *Panathenaico* § 130 in verbis οὐκ ἔχω τίνας ἐπαίνους εἰπὼν ἀξίους ἂν εἴην εἰρηκὼς τῆς ἐκείνων διανοίας

videre ἀξίους nihil esse, ἀξίως requiri, et in Herodoto III. 45 τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ἐς τοὺς νεωσοίκους συνειλήσας εἶχε ἑτοίμους ὑποπρῆσαι numquam te expedies aut Herodotum, nisi rescripseris εἶχε ἑτοίμως id est ἕτοιμος ἦν. Finem faciam in restituenda lectione, in qua librarii contrarium errorem errare solent et pro necessario adverbio nobis adiectivum obtrudunt cum sententiae aut detrimento aut exitio: γέγονα εὖ, κακῶς, καλῶς, βέλτιον, κάκιον, χεῖρον, κάλλιον et similia, quamquam certa ratione et frequenti usu nituntur, tamen saepe imperite attrectantur ut sensus pereat. In Herodoto III. 142 ἀλλ' οὐδ' ἄξιος εἶ σύγε ἡμέων ἄρχειν γεγονώς τε κακὸς καὶ ἐὼν ὄλεθρος, quidquid est veterum et bonorum codicum servant omnes vitiosum κακός, in uno *Florentino* non optimo κακῶς est, de coniectura repositum ab aliquo *Graeco*, qui plus quam caeteri saperet. In Aristophanis *Equitibus* vs. 218 in omnibus erat:

φωνὴ μιαρὰ, γέγονας κακὸς, ἀγοραῖος εἶ.
ἔχεις ἅπαντα πρὸς πολιτείαν ἃ δεῖ.

quum *Ravennas* κακῶς obtulit. Vides Graeculos non assequi quid esset κακῶς γεγονέναι. Itaque affricuerunt aliquid de suo Herodoto I. 146. ἐπεὶ ὥς γέ τι μᾶλλον οὗτοι Ἴωνές εἰσι τῶν ἄλλων Ἰώνων ἢ κάλλιόν τι γεγόνασι μωρίῃ πολλῇ λέγειν, tam male dicitur καλῶς τι γέγονα quam κάλλιόν τι, corrige ἢ κάλλιον γεγόνασι. Contra in Epicharmi fragmento apud Diog. Laërt. in *Platone* III. 16.

Θαυμαςὸν οὐδὲν ἁμὲ ταῦθ' οὑτῶ λέγειν
καὶ ἀνδάνειν αὐτοῖσιν αὐτοὺς καὶ δοκεῖν
καλῶς πεφύκειν. καὶ γὰρ ἁ κύων κυνὶ
κάλλιςον εἶμεν φαίνεται καὶ βοῦς βοῖ
ὄνος δ' ὄνῳ κάλλιςόν [ἐςιν], ὗς δ' ὑῖ.

ultimum versum boni codices sic restituunt:

ὄνος δ' ὄνῳ κάλλιςον, ὗς δέ θην ὑῖ.

ludificatur nos lepide accentus in καλῶς, non enim *de generis nobilitate* haec dicuntur sed *de formae praestantia* et καλώς (pro καλούς) scriptum oportuit; denique scribe καὶ γὰρ αὖ κύων κυνί, quia articulo locus nullus est. In Isocratis *Aeginetico* eiusdem inscitiae insigne exemplum habemus. Edebatur in § 15. υἱόν μ' ἐποιήσατο Θρασύλοχος, πολίτην μὲν αὐτοῦ καὶ φίλον ὄντα, γεγονότα δ' οὐδενὸς χείρω Σιφνίων, nihili erat γέ-

γονότα χείρω pro ὄντα, neque de moribus et ingenio haec dicentur, sed de *natalibus* et *genere*. Itaque adverbio χεῖρον erat opus, quod tandem *Urbinas* dedit et unusquisque, absque eo fuisset, certa emendatione dare poterat. Magna me spes tenet fore, ut nunc omnibus persuadeam in emendando loco Lysiae, qui olim aeger circumambulat in pulcherrima oratione ὑπὲρ τῶν Ἀριςοφάνους χρημάτων XIX. § 12. Narrat Orator quemadmodum suus pater auctore Conone affinitatem iunxerit, (ὁ Κόνων τοὐμοῦ πατρὸς) ἐδεήθη δοῦναι τὴν ἀδελφὴν αἰτοῦντι τῷ υἱεῖ τῷ Νικοφήμου, ὁ δ' ὁρῶν αὐτοὺς ὑπ' ἐκείνου τε πεπιςευμένους γεγονότας τ' ἐπιεικεῖς τῇ τε πόλει ἔν γε τῷ τότε χρόνῳ ἀρέσκοντας ἐπείσθη δοῦναι, in his γεγονότας τ' ἐπιεικεῖς absurde dictum est. In affinitate iungenda honestioribus prima cura generis, ut sint *boni bonis prognati*, ἀγαθοὶ κἀξ ἀγαθῶν. Aspernantur haec adolescentuli, ut apud Menandrum in Stobaei *Florileg.* 86, 6.

ἀπολεῖ με τὸ γένος. μὴ λέγ', εἰ φιλεῖς ἐμέ,
μῆτερ, ἐφ' ἑκάςῳ τὸ γένος. οἷς ἂν τῇ φύσει
ἀγαθὸν ὑπάρχῃ μηδὲν οἰκεῖον προσὸν
ἐκεῖσε καταφεύγουσιν, εἰς τὰ μνήματα
καὶ τὸ γένος, ἀριθμοῦσίν τε τοὺς πάππους ὅσοι.
οὐδὲν δ' ἔχουσι πλεῖον οὐδ' ἐρεῖς ὅτῳ
οὐκ εἰσὶ πάπποι, πῶς γὰρ ἐγένοντ' ἄν ποτε;

addam alterum fragmentum eiusdem in eodem argumento, ut turpi mendo liberem. Servatum a Stobaeo est in *Florileg.* 72, 2.

καὶ τοῦτον ἡμᾶς τὸν τρόπον γαμεῖν ἔδει
ἅπαντας, ὦ Ζεῦ σῶτερ, ὡς ὠνήμεθα.
οὐκ ἐξετάζειν μὲν τὰ μηδὲν χρήσιμα,
τίς ἦν ὁ πάππος ἧς γαμεῖ, τήθη δὲ τίς;
τὸν δὲ τρόπον αὐτῆς τῆς γαμουμένης, μεθ' ἧς
βιώσεται; μήτ' ἐξετάζειν μήτ' ἰδεῖν.

in verso secundo quit sit ὡς ὠνήμεθα nemo facile dicet, ne hoc quidem quid sit hoc verbi ὠνήμεθα; ad ὀνίνασθαι, credo, referunt. Frustra. Lege ὡς ὠνούμεθα, *ut in emendo solemus*, id est non *unde sit* sed *quale sit* spectare potissimum. Sic igitur adolescentuli solebant sentire seque stulta cupiditate in laqueos irretire inextricabiles, vide Isaeum III. § 17. Cautius in ea

re versabantur parentes ac tutores: exemplorum affatim est in Oratoribus et aliis. Quam diligens fuerit is, de quo dicimus, demonstrat § 15 τὰς ἐμὰς ἀδελφὰς ἐθελόντων τινῶν λαβεῖν ἀπροίκους πάνυ πλουσίων οὐ δέδωκεν (scrib. οὐκ ἔδωκεν), ὅτι ἐδόκουν κάκιον γεγονέναι, id est *obscuriore, ignobiliore loco nati.* Spectavit igitur in genero genus primum, eique filiam in matrimonium dedit, quia *honesto loco natus erat.* Id quomodo *Graece* dicendum sit non est difficile ad reperiendum. Inter εὖ et κακῶς si quid medium est id ἐπιεικῶς fere esse aut fieri dicitur ἐπιεικῶς ἔχειν, πράττειν cet. Si quis igitur eo loco natus est, ut inter τοὺς εὖ γεγονότας καὶ τοὺς κακῶς medius sit is dicetur ἐπιεικῶς γεγονέναι et Lysias olim scripserat γεγονότας τ' ἐπιεικῶς, librarii autem, qui κακῶς in κακός, χεῖρον in χείρω, κάλλιον in κάλλιόν τι depravarunt, antiquum obtinent et ἐπιεικῶς in ἐπιεικεῖς mutato mirifice se Lysiae profuisse credebant et satis diu id facinus occultum et impunitum habuerunt. Ad *Toxarin* revertor, unde vitium eximam e § 61 ἔφθη διεκπαίσας καθ' ὃ μηδέπω τελέως ἀποκέκαυτο ὑπὸ τοῦ πυρός. Res tam manifesta est ut satis sit veram lectionem opponere, quae est ἀποκέκλητο. A et Λ confusa sunt, hinc natus error, qui Luciano plus profuit quam nocuit. Nam absque eo fuisset, bona et genuina forma *Attica* ἀποκέκλητο non emersisset sed in ἀποκέκλειστο reficta fuisset. De usu *Atticorum* nulla esse potest dubitatio. Satis compertum est constanter dixisse omnes veteres κλῄω, κλῄσω, ἔκλησα, κέκληκα, κέκλημαι et κεκλήσομαι, pro quibus ut quisque liber est pessimus, ita saepissime κλείω, κλείσω, ἔκλεισα, κέκλεικα, κέκλειμαι aut κέκλεισμαι et κεκλείσομαι apparere solent. Antiquae scripturae, quam Grammaticorum auctoritas tuetur, passim in libris paulo melioribus aut certa exempla comparent aut manifesta vestigia in *antiquis* corruptelis, quae proxime a vero abesse solent, ut in *Ecclesiaz.* 320. ἢν δ' ἀποκλείῃ τῇ θύρᾳ *Ravennas* dedit ἀποκλίνῃι levi errore pro ἀποκλήιῃι (IN pro HI). Perfectum κέκληκα evasit in *Avibus* 1262 ἀποκεκλήκαμεν διογενεῖς θεούς, nisi quod ἀποκεκλήκαμεν habent omnes. Videbatur esse nota forma a καλεῖν et abstinuere manus. Κέκλημαι saepissime corruptum est in κέκλιμαι, κέκλειμαι, κέκλισμαι unde facili negotio erui potest. Itaque illas formas omnibus, qui

in scribendo τὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα referre debent, ubique restituendas esse censeo, eorumque imitatores hoc quoque ab illis sumsisse opportunus scribarum error in Luciano indicium fecit.

In sequenti libro 42, 37 nescio quomodo concoquant ὁ δὲ αὐλητὴς ἐφύσα ὅμιλος ἔνθεον pro μέλος ἔνθεον. Trita sunt αὐλεῖν μέλος, ᾄδειν μέλος, φυσᾶν μέλος Ἰωνικόν, Καρικόν, alia. Plato *Comicus* Athenaei XV. p. 665. C.

αὐλοὺς δ' ἔχουσά τις κορίσκη Καρικὸν μέλος τι
μελίζεται τοῖς συμπόταις.

In *Dialogo* 44, 6 habemus specimen socordiae scribarum et editorum levitatis. Convocantur Dii in concilium per praeconem. *Adeste*, inquit, *Dii Deaeque omnes*

εἰς ἀγορὴν, ὅσσοι τε κλυτὰς δαίνυσθ' ἑκατόμβας,
ὅσσοι τ' αὖ μέσατοι ἢ ὕςατοι ἢ μάλα πάγχυ
νώνυμνοι βωμοῖσι παρὰ κνίσῃσι κάθησθε.

vera scriptura est παρ' ἀκνίσοισι, quae cur depravata fuerit palam est. Qui ΠΑΡΑΚΝΙCOICI describebat quum παρὰ scripsisset, quod supererat κνισοισι, ut aliquod *Graecum* vocabulum extunderet, in κνίσῃσι refinxit, et sic sexcenties in libris error errorem trahit. Levissime Bekkerus παρὰ κνισῆσι coniecit et in textum recepit; nam, etiamsi κνισῆς pro κνισήεις in usu fuisset, sententia loci apertissime *contrarium* postulat.

In eodem *Dialogo* 44, 4 δυοῖν θάτερον ἢ παρεωρᾶσθαι ἀνάγκη ἢ τιμᾶσθαι ὡς προτοῦ, vitiosum est παρεωρᾶσθαι, verum est παρεῶσθαι. Fidem facit ipse Lucianus in § 9 ἀνέχεσθαι χρὴ παρεωσμένον καὶ μὴ ἀγανακτεῖν εἴ τις προτετίμηταί σου. In Demosthenis *Olynthiaca* I. p. 23, 14 boni libri servant: παρεῶσθαι καὶ ἐν οὐδενὸς εἶναι μέρει τὸν τοιοῦτον, deteriores omnes παρεωρᾶσθαι. Dindorfius indicat idem vitium commissum in *Aristocratea* p. 635, 13 ὅλως γὰρ ἡγήσονται παρεῶσθαι μὲν αὐτοὶ, πρὸς Κερσοβλέπτην δ' ἀποκλίνειν ὑμᾶς, ubi in omnibus libris est παρεωρᾶσθαι, in optimo omnium *Parisino S* vera lectio in margine adscripta est. Priorem Demosthenis locum imitatur vel potius descripsit Aristides I. p. 62 παρεωσμένου δὲ καὶ ἐν οὐδενὸς ὄντος μέρει παντὸς τοῦ Ἑλληνικοῦ, ubi olim edebatur παρεωρασμένου, pro quo Reiske παρεωραμένου dedit, Dindorf. ex codd. παρεωσμένον emendavit. Viden vulgatam ex duplici scriptura natam esse hac: παρεωσμένου?

Ibid § 8 ἡ Βένδις δὲ αὕτη (leg. αὐτηὶ) καὶ ὁ Ἄνουβις ἐκεινοσὶ καὶ παρ' αὐτὸν ὁ Ἄττις (scrib. Ἄττης) καὶ ὁ Μίθρης καὶ ὁ Μὴν ὅλοι ὁλόχρυσοι καὶ βαρεῖς καὶ πολυτίμητοι ὡς ἀληθῶς, ridiculam dittographiam vides, nam si sunt ὁλόχρυσοι non est dubitandum quin etiam ὅλοι fuerint, itaque ὅλοι expunge. Turpius etiam in re simillima scribae nos ludificantur in Plutarchi vita *Arati* cap. 53 τρόφιον οὐχ ὅλον λευκὸν ἀλλὰ μεσοπόρφυρον ἔχων, quam sit vulgata scriptura inepta apparebit satis, si comparaveris cum vera, quae est ὁλόλευκον, itaque verbum non amplius addo.

In fine § 53 sine sensu edebatur: πολλοὶ γὰρ οἱ τἀναντία γιγνώσκοντες, πλείους Ἑλλήνων, ὁ πολὺς λεὼς καὶ ὁ σύρφαξ βάρβαροί τε ἅπαντες, partem veri vidit Bekkerus, qui edidit πολλῷ γὰρ οἱ τἀναντία γιγνώσκοντες πλείους, Ἑλλήνων ὁ πολὺς λεώς κτέ. non vidit compositionem per καί — τε soloecam esse et triplex genus hominum verbis significari, reapse duo tantum dici. Quid multa? interpolator aliquis nos impedit; dixerat Lucianus veteris comoediae poëtas imitans: Ἑλλήνων θ' ὁ σύρφαξ βάρβαροί θ' ἅπαντες. ad σύρφαξ adscripsit aliquis ὁ πολὺς λεώς, et hinc vulgata lectio conflata est.

In *Somnio s. Gallo* 45. 5. ἄκουε τοίνυν. παραδοξότατόν σοι λόγον, εὖ οἶδ' ὅτι, λέγω. at nihildum dixerat, corrige sodes ἐρῶ. In § 20 revoca ὦ Πυθαγόρα, ἢ ὅτι μάλιστα χαίρεις καλούμενος pro καὶ εἴτε μάλιστα χαίροις, quod sensu vacuum est. In § 25 ὅμοιοι μάλιστα φαίνονται τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς, ὧν πολλοὺς ἰδεῖν ἔστι τέως μὲν Κέκροπας δῆθεν ὄντας ἢ Σισύφους ἢ Τηλέφους, διαδήματα ἔχοντας καὶ ξίφη ἐλεφαντόκωπα, pro Κέκροπας repone Κρέοντας, cuius in ea re frequens esse solet mentio propter Demosthenis notum locum p. 288, 19.

In § 28. ὁ δ' αὖθις περιτρώξεται ἀποτείνων τὰ καττύματα, neque ἀποτείνων huius loci est, neque ἀποπίνων aut ἀποπινῶν, quod in aliis est, sed πεινῶν. Vitiosa forma legitur § 29 ἀνάπεπέτασαι: *Iones* nonnunquam ita loquebantur, qui et κεκεράσθαι dicebant pro κεκρᾶσθαι. Oraculum est apud Herodotum I. 62.

ἔρριπται δ' ὁ βόλος, τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπέτασαι.

caeteri omnes πέπταμαι dicebant, ut in *Iliad.* E. 194 ἀμφὶ δὲ πέπλοι Πέπτανται. *Odyss.* ζ. 44. ἀλλὰ μάλ' αἴθρη Πέπταται

ἀνέφελος et alibi, sic in *Nubibus* 342 εἴξασιν δ' οὖν ἐρίοισιν πεπταμένοισιν, et passim apud *Atticos*. Itaque scriptura codicis A ἀναπεπέταται leniter refingenda, ut genuina forma exeat ἀναπέπταται.

In *Icaromenippo* § 10 pro ὅπη τραπόμενος verum est ὅποι, ut in ποῖ τράπωμαι; ποῖ τέτροφας; et similibus perpetuum est; πῇ τράπωμαι tam vitiosum est ac si *Latine* velles dicere: *qua* me vertam? in § 19 pro πηλίκοι διεφαίνοντο ἄνω; requiritur ἄνωθεν, ut in § 18 ὡς τότε μοι ἄνωθεν ἐφαίνετο. in § 20 δέησιν ἀπένεγκαι παρ' ἐμοῦ τῷ Διΐ, subabsurdum est ἀπένεγκαι pro ἀπένεγκε. In § 24 πανηγύρεις ἀνάγουσι male editur pro ἄγουσι. Περιηγγειλάμην in § 33 corrigatur in περιηγγείλαμεν, denique § 34 emenda περὶ δὲ Μενίππου τάδε δοκεῖ, pro vulgata ταῦτα δοκεῖ.

In Dialogo 47 § 1 ἐκκεκώφηται cedat verae scripturae ἐκκεκώφωται et in fine ἕκαστός τι ξυντελοῦντες pro ἕκαστοι reponatur. § 5 ἔπιεν ἄθλιος τοῦ κωνείου, scripsit, credo, quod apud veteres constanter scribitur, τὸ κώνειον. In § 11 ἀπέρχονται λοιδορησάμενοι ἀλλήλοις οἱ πολλοὶ τὸν ἱδρῶτα ἐκ τοῦ μετώπου ἀγκύλῳ τῷ δακτύλῳ ἀποξυόμενοι καὶ οὗτος κρατεῖν ἔδοξεν, ὃς ἂν μεγαλοφωνότερος αὐτῶν ᾖ καὶ θρασύτερος καὶ διαλυομένων ἀπέλθῃ ὕστερος. Quis admonitus non videat requiri μεγαλοφωνότατος, θρασύτατος et ὕστατος? Tachygraphorum compendiis factum est, ut eae formae saepe inter se permutarentur; deinde quid est ἀγκύλῳ τῷ δακτύλῳ ἀποξυόμενοι τὸν ἱδρῶτα? ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ in § 8 quid sit notum est, cuius rei contrarium fere hoc loco requiritur. Aut ego fallor aut Lucianus scripsit ἀγκῶνι ἀποξυόμενοι, deinde postquam ἀγκῶνι in ἀγκύλῳ depravatum est, τῷ δακτύλῳ adscriptum est a nescio quo, ut aliqua in iis sententia inesse videretur. Pervulgatum est hoc modo correctores grassari in locis leviter corruptis. Ipsum vitium neque animadvertunt neque corrigunt: de suo adscribunt aliquid, quod locum laborantem fulciat: ubi quis ipsam vitii sedem deprehenderit et verum repererit, ultro excidunt quae perperam adglutinata fuerunt. Copiam exemplorum huius rei cum insigni fructu colliget, qui volet in Dionysio Halicarnassensi scripturas Codicis *Vaticani* cum vulgatis conferre, aut in Isocrate *Urbinatis* Codicis lectiones cum iis, quae in caeteris omnibus

feruntur. Ἀγκῶνι ἀποξύεσθαι affine est notae locutioni ἀγκῶνι ἀπομύττεσθαι, *cubito se emungere*, vid. MENAGIUM ad haec verba DIOGENIS LAËRTII in *Bione* IV. 46. ἐμοὶ ὁ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος.

In § 12 scribe ἀκούετε λεῴ, non λεώς, et καταςησόμεθα pro καταςησώμεθα. § 17. σκοπεῖτε ποτέρᾳ ἡμῶν ἄμεινον ἦν αὐτῷ συνεῖναι. non hoc agitur, sed utra eum posthac sibi habitura sit. Expunge ἦν. § 20 ἑταιρικῶς ἐσκευασμένη, passim confusa video σκευάζω et ἐνσκευάζω. quo certo discrimine dirimantur quum scribae nesciant promiscue ponere solent. σκευάζειν verbum est de culina et coquinariae artis, unde ὄψα σκευάζειν, σκευάζειν τὸ δεῖπνον dicitur et αἱ σκευασίαι nomen habent. Ἐνσκευάζειν de cultu corporis dicitur, περὶ τῆς σκευῆς. Itaque si qua esse dicitur meretricio cultu, ἑταιρικῶς ἐνεσκευασμένη dici debet, itaque corrigendum est 25, 10 ἀλλόκοτον σκευὴν ἐσκευασμένον, ut in 46, 14 βασιλικῶς ἐσκευασμένος ex tribus libris correctum est et 11, 16 βασιλικῶς διεσκεύασε (TY ἐσκεύασε) recte FRITZSCHE ἐνεσκεύασε reposuit. Obiter ridiculum mendum exime e XENOPHONTIS *Memorabilibus* I. VII. 2. ἆρ' οὐ τὰ ἔξω τῆς τέχνης μιμητέον τοὺς ἀγαθοὺς αὐλητάς; καὶ πρῶτον μὲν ὅτι ἐκεῖνοι σκεύη τε καλὰ κέκτηνται καὶ ἀκολούθους πολλοὺς περιάγονται κτέ. repone quantocyus σκευὴν τε καλὴν κέκτηνται, nisi putabis haec dici de *supellectile*, quae sit in tibicinum aedibus, quod absurdum est. In § 21 τὸν μὲν πόνον, ὅπερ ἐςὶ, πονηρὸν, ἡδεῖαν δὲ τὴν ἡδονὴν οἰηθείς, decepit librarios πονηρόν, quod neutrius generis est, et ἡδύ pro ἡδεῖαν restituendum, nisi forte quis putat pro μεταβολὴ πάντων γλυκύ, salva Graecitate et sententia γλυκεῖα dici posse. Statim sequitur καὶ ταῦτα ὥσπερ ἱκέτην ἐπὶ τὸν τοῦ ἐλέου βωμὸν ἐπὶ τὴν ἡδονὴν καταφυγόντα, LUCIANUS ita suam manum agnoscet si alterum ἐπὶ a mala manu adscriptum deleveris. *Graecum* est ἐπὶ τὴν ἡδονὴν, ὥσπερ ἐπὶ τὸν τοῦ ἐλέου βωμὸν καταφυγεῖν. Si transpones, quod venustius et elegantius est, praepositio non repetitur: ὥσπερ ἐπὶ τὸν τοῦ ἐλέου βωμὸν τὴν ἡδονὴν καταφυγεῖν. Affatim exemplorum est apud omnes, veteres, recentiores. Male seduli correctores et magistelli inferciunt alteram praepositionem, quam undique expellet, qui iudicium habet assidua veterum lectione subactum. Saepe sic interpolarunt homunciones unum omnium At-

ticorum venustissimum PLATONEM, quorum locorum quo sit evidentior correctio praemittam e PLATONE illos locos, qui antiquam consuetudinem servant incolumem. Legitur in *Protagora* p. 357. E. ὥσπερ ὑπὸ διαιτητῶν ἡμῶν, in *Timaeo* p. 27. B. ὡς εἰς δικαστὰς ἡμᾶς, p. 79. A. ῥεῖν ὥσπερ δι' αὐλῶνος τοῦ σώματος, p. 91. C. ὡς εἰς ἄρουραν τὴν μήτραν κατασπείραντες, in *Rep.* III. d. 414. E. δεῖ ὡς περὶ μητρὸς καὶ τροφοῦ τῆς χώρας ἀμύνειν, VII. p. 520. E. ὡς ἐπ' ἀναγκαῖον εἶσι τὸ ἄρχειν, VIII. p. 545. E. ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς, *Theaet.* p. 170. A. ὥσπερ πρὸς θεοὺς ἔχειν τοὺς ἐν ἑκάστοις ἄρχοντας. Eandem dicendi rationem crebro sequuntur omnes, qui veteres in scribendo imitabantur, etiam qui non magnopere ornamenta orationis et flosculos solebant venari. PLUTARCHUS in *Cicerone* cap. 6 ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς τὴν πόλιν ἐμπεσών, in *Arato* cap. 38. καθάπερ ἐν δίκῃ τῇ ἱστορίᾳ, et cap. 41 ὥσπερ ἐπὶ ναυαγίου τῆς πατρίδος, et alibi saepe. Luculentum est exemplum apud ARISTIDEM vol. II. p. 440 τὸ δὲ καὶ ὀμόσαι ὡς κατὰ θεῶν τῶν προγόνων· οὐ μὰ τοὺς Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων. Similia multa ex sequioribus collegit DORVILLIUS ad CHARITONEM p. 138, ὡς ἐκ θαλάμου τοῦ τάφου, ἐπλήγη ὥσπερ ὑπὸ ξίφους τοῦ λόγου, ὥσπερ ἐκ συμποσίου τοῦ βίου ἀναλύειν, alia; et GELLIUS ad DIONEM CHRYSOSTOMUM p. 70, ὥσπερ ἀπὸ μητρὸς τῆς γῆς, ὡς ἐν στρατοπέδῳ τῇ πόλει, ὡς ἐν τάφῳ τῷ σώματι. Transpone haec et senties praepositionem esse iterandam: ἀναλύειν ἐκ τοῦ βίου, ὥσπερ ἐκ συμποσίου, ἐν τῷ σώματι, ὥσπερ ἐν τάφῳ. Itaque vitium concepit elegans locus ANTIPHANIS in STOBAEI *Floril.* CXVI. 14.

πρὸς γὰρ τὸ γῆρας ὥσπερ ἐργαστήριον
ἅπαντα τἀνθρώπεια προσφοιτᾷ κακά.

poëta dederat ὡς πρὸς ἐργαστήριον, ut in venustissimo fragmento LYSIAE I. περὶ τοῦτον τὸν κάπηλον ὡς περὶ στήλην διαφθείρονται, et quis non est saepe ita locutus? Transposueris ista, praepositio inutilis abibit: ὡς πρὸς ἐργαστήριον τὸ γῆρας, simul comparationis ratio mutabitur. Si dices ἀπαλλάττεσθαι δεῖ ἐκ τοῦ βίου ὥσπερ ἐκ συμποσίου, in verbo ipso inest comparatio, ὥσπερ ἐκ συμποσίου δεῖ ἀπελθεῖν, id est κοσμίως καὶ εὐθύμως, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ βίου: contra ὥσπερ ἐκ συμποσίου τοῦ βίου δεῖ ἀναλύειν si dixeris, hoc dices: ὁ βίος ἐστὶν οἷον συμπόσιόν τι. καθάπερ οὖν τις ἐκ συμποσίου ἀπέρχεται, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ βίου

ἀπιέναι προσήκει. ANTIPHANES non hoc volebat dicere: τὸ γῆρᾶς ἐςιν οἷον ἐργαςήριόν τι, sed καθάπερ ἕκαςος ἡμῶν εἴθιςαι προσφοιτᾶν ὁ μὲν πρὸς μυροπωλεῖον, ὁ δὲ πρὸς κουρεῖον, ὁ δὲ πρὸς σκυτοτομεῖον, ὁ δὲ πρὸς ὅ τι ἂν τύχῃ ἐργαςήριον, (utor verbis LYSIAE XXIV. 20) οὕτως ἅπαντα τἀνθρώπεια κακὰ προσφοιτᾷ πρὸς τὸ γῆρας. Si hoc tenebis, quod tam perspicuum est quam certum, nusquam tibi imponent librariorum fraudes et magistellorum inficeta additamenta. Experire hanc rationem in PLATONIS *Euthyphrone* p. 2. C. τὴν ἐμὴν ἀμαθίαν κατιδὼν ὡς διαφθείροντος τοὺς ἡλικιώτας αὐτοῦ ἔρχεται κατηγορήσων μου ὥσπερ πρὸς μητέρα πρὸς τὴν πόλιν (ubi optimi codices ὡς πρὸς μητέρα exhibent, quod recipiendum) et senties ὡς πρὸς μητέρα τὴν πόλιν non tantum aliquanto facetius esse et mordaci PLATONIS ingenio dignius, sed prorsus necessarium ac verum. Similiter in *Phaedone* p. 67 D. ἐθίσαι τὴν ψυχὴν οἰκεῖν μόνην καθ' αὑτὴν (expunge μόνην) ἐκλυομένην ὥσπερ ἐκ δεσμῶν ἐκ τοῦ σώματος, quia apparet dici τὸ σῶμα εἶναι οἷον δεσμὰ τῆς ψυχῆς emenda ὥσπερ ἐκ δεσμῶν τοῦ σώματος, adiecit nescio quis alteram praepositionem, ne δεσμὰ τοῦ σώματος dici viderentur. Ibid. p. 82. E. παραλαβοῦσα τὴν ψυχὴν ἡ φιλοσοφία ἀτεχνῶς διαδεδεμένην ἐν τῷ σώματι καὶ προσκεκολλημένην, ἀναγκαζομένην δὲ ὥσπερ δι' εἱργμοῦ διὰ τούτου σκοπεῖσθαι τὰ ὄντα κτέ. eadem de causa rescribendum est ὥσπερ δι' εἱργμοῦ τούτου. Tertium ad eundem lapidem offenderunt in eodem dialogo p 115 B. ἐὰν μὴν θέλητε ὥσπερ κατ' ἴχνη κατὰ τὰ νῦν τε εἰρημένα καὶ τὰ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ζῆν, ubi philosophus scripserat ὥσπερ κατ' ἴχνη τὰ νῦν τ' εἰρημένα κτέ. In superioribus iam liberavimus eodem vitio eximium locum in libro *de Rep.* VIII. p. 553 B. ὅταν αὐτὸν ἴδῃ ἐξαίφνης πταίσαντα ὥσπερ πρὸς ἕρματι πρὸς τῇ πόλει. ipsa resp. dicitur esse veluti scopulus, ad quem impegerit, itaque ὥσπερ πρὸς ἕρματι τῇ πόλει genuinum est. Simillimus huic in LUCIANO locus est 70, 4 συντριβέντος αὐτοῖς τοῦ σκάφους περὶ οὕτω μικρῷ ἕρματι τῷ κύβῳ. Superest unus locus nitidissime scriptus in *Phaedro* p. 250. D., quem eadem labes obfuscat. ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ ἐν τῷ ἐρῶντι ἑαυτὸν ὁρῶν λέληθεν, multo melius et suavius PLATO ipse dederat ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τῷ ἐρῶντι. At, dixerit aliquis, tam despicis et pro nihilo ducis constantem omnium librorum fidem et nihil te

vetustarum membranarum auctoritas movet, ut tot locis, tot testibus nihil credendum existimes? Non infitior in his perexiguum esse in libris praesidium, unius et alterius non optimae notae est hic illic *συκίνη ἐπικουρία*, optimus quisque in illis vitiis, si tamen sunt vitia, fideli concordia conspirat. Qui ita agunt satis ostendunt se in codicibus versandis et excutiendis aut numquam operam et studium posuisse, aut non satis diligenter et raptim et obiter in ea re esse versatos. Nae illi si scirent quales testes producerent pudore suffunderentur. Attamen si testimoniis et auctoritatibus certare placet, ne hanc quidem quamvis iniquam conditionem recuso. Producam testem multo meliorem, antiquioren et locupletiorem, quam quidquid est Graeculorum, qui codices Platonis nunc superstites post saeculum X. descripserunt. Quem igitur? ipsum Lucianum nostrum, quem quaeso diligenter audiatis dicentem, quae exstant 33, 81. *ὅταν ἕκαστος ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τῷ ὀρχήστῃ ἑαυτὸν βλέπῃ.* Ecquis dubitare potest quin flosculum hunc e Platone decerpserit homo lepidus, qui Platonem tamquam digitos suos noverat et saepius fatetur se ex Platone et aliis bellissimum quodque delibare. Imprimis memorabilis locus est 15, 6, ubi ad ipsum Platonem ita dicit: *αὐτὰ γοῦν ἅ φημι ταῦτα, πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ' ὑμῶν λαβὼν καὶ κατὰ τὴν μέλιτταν ἀπανθισάμενος ἐπιδείκνυμαι τοῖς ἀνθρώποις; οἱ δὲ ἐπαινοῦσι καὶ γνωρίζουσιν ἕκαστον τὸ ἄνθος ὅθεν καὶ παρ' ὅτου καὶ ὅπως ἀνελεξάμην καὶ λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας, τὸ δ' ἀληθὲς ὑμᾶς καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον, οἳ τοσαῦτα ἐξηνθήκατε ποικίλα καὶ πολυειδῆ τὰς βαφὰς, εἴ τις ἀναλέξασθαί τε αὐτὰ ἐπίσαιτο καὶ ἀναπλέξαι καὶ ἁρμόσαι, ὡς μὴ ἀπᾴδειν θάτερον θατέρου.* Itaque quid Lucianus in suo *Phaedri* exemplo legerit manifestum est: quia est illud ipsum ex se spectatum optimum et verissimum, est nobis, ut ipse alicubi dixit, *ἐκ τῶν Διὸς δέλτων ὁ μάρτυς*, qui sanam rationem cum librorum fide in gratiam reducit.

In eodem Dialogo 47, 21 est quaedam scripturae discrepantia, cuius originem saepe iuvabit perspectam habere: *μεταμαθὼν ὡς κακὸν ὁ πόνος ἦν τὸ βέλτιον ἐξ ἀμφοῖν δοκιμασθὲν εἵλετο*, pro *δοκιμασθέν* in aliis est *δοκιμάσας*, quod vel sine libris debebat de coniectura restitui. Scribitur autem *δομικά-*

σας in libris sic ut δοκιμασ̊ scriptum esse videatur: compendium est syllabae ασ, quod cum praecedenti σ uno tenore perscriptum simillimum est litterae θ, unde e δοκιμάσας nascitur δοκιμασθείς aut δοκιμασθέν. Non est, ut puto, alius locus ad id demonstrandum magis idoneus quam qui legitur apud Charitonem p. 71, 19 ταύτην τὴν ἐπιστολὴν ἔδωκεν Ὑγίνῳ — παραγυμνωθεὶς αὐτῷ καὶ τὸν ἴδιον ἔρωτα. Irascitur Reiskio Dorvillius p. 403, qui non dederit lectionem apographi παραγυμνωσθείς, quam bene *Graecam* esse et Dorvillius arbitratur et Reiskius ad h. l. qui scribit: «*quamvis usitatius sit* παραγυμνωθείς, *ferri tamen potest* — νωσθείς. *Aoristi* I. *pass. quoque vicem medii habent, qui saepissime alternant*" nemo est hodie admonendus nihil esse in his veri et miramur eorum confidentiam, qui de his rebus ita scribebant, in quibus plane erant hospites. Caeterum Reiskius ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθεῖται ψόγον, plumbeus in Grammaticis, at, ubi sana ratione et acuto iudicio res obtineri potest, saepe incomparabilis et tam ingeniosus quam felix. In Charitonis codice unico, quem *Florentiae* diligenter excussi, scriptum est παραγυμνώσ̊ i. e. παραγυμνώσας. Apud Photium legitur οἰσθείς: εἰκασθεὶς, ὑπολαβών. et apud Hesychium οἰσθείς: αἰσθόμενος, εἰκασθείς, δόξας. Glossa est Homerica ex *Iliad.* I. 453 πατὴρ δ' ἐμὸς αὐτίκ' ὀϊσθεὶς Πολλὰ κατηρᾶτο, et pro εἰκασθείς emenda εἰκάσας. videbis huiusmodi errores in farragine discrepantium scripturarum saepe annotari, quo tutius emendabis locos similiter corruptos. Nonnumquam scriba in contraria currunt. Photius: ἐρεφθείς: ἐπισεγάσας, imo vero ἐπισεγασθείς. In Iamblichi *vita Pythagorae* § 50 compendium eiusdemmodi male intellectum ab iis, qui veterem codicem *Florentinum* olim descripserunt, unde manavit et *Cizense* apographum et quidquid est apographorum, pessumdedit elegantem locum ex Aristoxeno, ut suspicor, sumtum. Editur: εἶπεν ὅτι τὴν πόλιν αὐτῶν (*Crotonem*) οἰκεῖσθαι συμβέβηκεν Ἡρακλέα, ὅτε τὰς βοῦς δια τῆς Ἰταλίας ἤλαυνεν, ὑπὸ Λακινίου μὲν ἀδικηθέντος, Κρότωνα δὲ βοηθοῦντα τῆς νυκτὸς παρὰ τὴν ἄγνοιαν, ὡς ὄντα τῶν πολεμίων, διαφθείραντος καὶ μετὰ ταῦτα ἐπαγγειλαμένου περὶ τὸ μνῆμα συνώνυμον ἐκείνῳ κατοικίσεσθαι πόλιν ἄνπερ αὐτὸς μετάσχῃ τῆς ἀθανασίας. ὥστε τὴν χάριν

τῆς ἀποδόσεως εὐεργεσίας προσήκειν αὐτοὺς ἔφη δικαίως οἰκονομεῖν, in optimo codice *Mediceo* pro ἡρακλέα legitur ὡς λέγουσιν ἡρακλέους (compendium syllabae ουσ suprascriptum litterae α satis simile est), deinde pro forma barbara κατοικίσεσθαι diserte scriptum est κατοικισθήσεσθαι, denique pro ἀποδόσεως εὐεργεσίας habet ἀποδοθ εὐεργεσίας id est ἀποδοθείσης. Scatet vitiis similibus codex *Cizensis* ex *Florentino* indiligenter admodum descriptus, cuius rei pauca haec documenta cognosce. In § 14 συμβαλὼν τοῖς Μώχου τοῦ φυσιολόγου προφήταις ἀπογόνοις, in codice est προφῆ id est προφήτου. § 18 οὔτε ἀκούσασθαι cod. οὔτε ἄκουσμα. § 27 διέλασεν cod. διέλ. id est διέλαβεν. § 30. πλείονες ἢ δισχίλιοι τοῖς λόγοις ἐνεσχέθησαν. Codex addit: αἱρεθέντες αὐτοὶ κατὰ κράτος οὕτως ὥςε οὐκέτι οἴκαδε ἀπέςησαν, emenda ἀπενόςησαν. § 46 ὡς μέλλουσιν τὴν πίςιν παραδόσιμον τοῖς ἐξ αὐτῶν ποιεῖν, codex μέλλ id est μέλλουσαν. § 51 καὶ μόλις διὰ τέλους ἁγνεύουσι, codex καὶ μόνοις. § 54 φόνῳ δὲ καὶ θανάτῳ τῷ δαίμονι μὴ τιμᾶν, codex τὸ δαιμ id est τὸ δαιμόνιον. § 63 βουλόμενον δεικνύναι codex βουλόμεθα. § 72. ἀποπειρώμενος πῶς ἐγκρατῶς ἔχουσι, codex ἐγκρ id est ἐγκρατείας. § 85 ἐπὶ κολάσεως, codex κολάσει. § 91 σεμνοτάτων codex σεμνωμάτων. § 94 ἀκρατήσεως ἐπτόηνται, codex ἀκρατήτως. § 113. μεθαρμοσάμενος εὐθύς: codex μεθαρμοσάμενος ὡς εἶχε τὴν λύραν καὶ πεπαντικόν τι μέλος καὶ καταςαλτικὸν μεταχειρισάμενος εὐθύς. § 118 τὴν γλῶσσαν δὲ καὶ τὴν χεῖρα, codex optime τυλώσας δὲ καὶ τὴν χεῖρα. § 160 τῇ ὄντως προσηγορίᾳ, cod. τῇ ὄντα προσηγορίᾳ. § 164 ἐχρῶντο δὲ καὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου λέξεσι διειλεγμέναις cod. διειλεγμέναις, corrige ἐξειλεγμέναις. § 204 τόν τε σκύλακα καὶ τὸν παῖδα, cod. παῖδον, optime Schaefer πῶλον. § 206 ὅπως ἐπιθυμήσωσι μὲν ὧν δεῖ φεύξωνται δὲ τῶν ματαίων τε καὶ περιέργων ἐπιθυμιῶν, corrige ἐπιθυμήσουσι μὲν — ἀφέξονται δέ. § 207 καθόλου δὲ ποικιλωτάτην εἶναι τὴν τῶν προσφερομένων ποικιλίαν, codex καθόλου δὲ ποικιλώτατον εἶναι τὸ ἀνθρώπινον γένος κατὰ τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν πλῆθος. σημεῖον δὲ ἐναργὲς εἶναι τὴν τῶν προσφερομένων ποικιλίαν. § 264 γενέσθαι φασὶ ταύτην τὴν πόλιν κατὰ τοῦτο, codex pro πόλιν habet π id est παροιμίαν et mox pro τῶν θηρίων rectissime τῶν Θουρίων.

CAPUT VII.

Deposito paulisper ex manibus Luciano, e codice *Florentino*, quo praeter alia multa continenter Erotici et in his unicum exemplum Charitonis et Xenophontis Ephesii et particula quaedam e Longi *Pastoralibus* in caeteris Codicibus omissa, iuvat expromere nonnulla, unde appareat eos, qui post renatas litteras doctissimi homines Codices Graecos describerent, subinde multa ita legisse et descripsisse, ut veteres librarii, quos rodunt omnes, prae illis docti et acuti videantur.

Saepe iuvabit huiusmodi exempla meminisse, ubi quis absurdas lectiones utcumque explicare et tueri sataget et malet certa convellere et iudicio suo vim inferre, quam abiicere quod absurdum est et meliora quaerere. Faciam a Charitone initium, cuius unicum exemplar tam indiligenter descriptum et editum est ut scateat lacunis et erroribus, quum in Codice pleraque omnia integra et sine vitio sint, si quis hoc agit et bene Graece didicit. Et de supplementis lacunarum quidem et exordio operis restituto dicet Hirschigius meus, qui Charitonem cum caeteris *Eroticis* propediem editurus est. Excerpam tantum absurdas quasdam lectiones describentium vitio natas, ubi Codex ipse nihil errat. Pag. 5, 4. exhibent ἔμελλεν ἀπελεύσασθαι, Cod. ἀπελεύσεσθαι. 7, 10. ὁ μέν, Cod. ὅμως. 14. ἀνελθεῖν. Cod. εἰσελθεῖν. 8, 7. ἀναχθείς. Cod. ἐνεχθείς. 9, 16. ψῆφον ἀνέθεσαν. Cod. ἔθεσαν. 11, 17. τὰς συνήθους διατριβάς. Cod. συνήθεις. 14, 14. ὑποπτευῆσθαι. Cod. ὑποπτευθῆναι. 15, 17. νήσους μικρὰς καὶ πολλάς. Cod. πόλεις. 16, 26. οὐδέπω. Cod. οὐ δήπου. 20, 7. ἡσυχάνειν. Cod. ἡσυχάζειν. 25, 9. τῶν τούτων κακῶν. Cod. τῶν πάντων κακῶν. 26, 7. ὅταν αὐτὸς προῆλθε. Cod. προέλθῃ. 8. ἀλλὰ δὲ τῇ ἕῳ. Cod. ἅμα. 27, 17. ἐξ αἱρέσεως. Cod. ἐξαιρέτως. 28, 2. τότ' οὖν ἰδεῖν. Cod. τότ' ἦν ἰδεῖν. 8. γάμους δούλους. Cod. δούλης. 29, 21. ἀκούσασα. Cod. ἄκουσα. 31, 25. καταδράσῃ. Cod. καταράσῃ. 34, 15. ἀπώλεκε. Cod. ἀπολώλεκε. 41, 7. ἀναλήψας. Cod. ἀνανήψας. 14. ἑρμήνευε. Cod. μνημόνευσον. 44, 11. θεάματι. Cod. δείματι. 47, 4. τὸ δὲ ὅρα τῆς προνοίας ὀργήν. Cod. τὸ δὲ ἄρα τῆς προνοίας ἔργον ἦν. 10. ἔμενεν. Cod. ἔκλαεν. 48, 17. ἐπιγινώσκουσα. Cod. ἐπιγι-

νώσκω. 22. ἀνάπευσιν. Cod. ἀνάκρισιν. 26. αὐχαῶν. Cod. αὐχμῶν. 50, 1. δι' εὐτυχίαν. Cod. δι' ἀσέβειαν. 16. πριωμένου. Cod. πριαμένου. alibi tamen bis an ter in Codice ἐπριῶ comparet pro ἐπρίω. 56, 4. χαρισόν. Cod. τὸ πισόν. 58, 17. καὶ Διονύσιον δεδοικὼς γινώσκων ὅτι. Cod. οὐ Δ. δ. γινώσκων δὲ ὅτι. 18. τῶν γεγονότων. Cod. περὶ τῶν γεγονότων. 59, 5. μὴ βραδύνῃς. Cod. βράδυνε. 65, 5. δέσματα. Cod. δεσμά. 66, 23. εὐτυχῇ. Cod. ἀτυχῇ. 67, 12. ἀλλά. Cod. ἅμα. 70, 6. εἰς πόλιν ὑπάρχῃ. Cod. ἀπέρχῃ. 14. παραδοθήσῃ γὰρ, ἂν παρασῇ, τυράννῳ. Cod. παραδοθήσῃ δὲ ἀντερασῇ τυράννῳ, quod acutissime Reiskius reperit. vid. Iacobs. ad Achill. tat. p. 742. 71, 20. παραγυμνωσθείς. Cod. παραγυμνώσας. 23. αὐτόσε σρατηγήσειν. Cod. αὐτός. 74, 3. γειτονίαν. Cod. γειτνίασιν. 17. παρορᾶν. Cod. περιορᾶν. 76, 6. προέθηκε. Cod. προέτρεχε. 83, 2. εἰσφέρουσα. Cod. συνεισφέρρυσα. 25. μήτε ἐκλείπεσθαι θέλουσα. Cod. μήτε βλέπεσθαι. 84, 15. μεγαλοφρονοῦν. Cod. μέγα φρονοῦν. 87, 17. ἐνέδυ. Cod. ἐνέδυε. 88, 16. εἰ καὶ δι' ἐμέ. Cod. εἰ καὶ μὴ δι' ἐμέ. 22. οὓς ὁμοίως ἐν πᾶσι τηρεῖς. Cod. οὐ πᾶσι. Lege σὺ πᾶσι. 89, 22. ἀποδειξάσθω. Cod. ἀποδειξάτω. 92, 6. ἐξῆχε. Cod. ἐξῆψε. 94, 18. πυθομένου δὲ τοῦ βασιλέως. Cod. πυθομένης δὲ τῆς βασιλίδος. 23. σφοδροτέρως. Cod. σφοδρότερον. 99, 2, 3. ἐπίβουλον, ἐπίβουλος. Cod. σύμβουλον, σύμβουλος. 5. ὅταν αὐτὴν μὴ βιάσῃς. Cod. μὴ βλέπῃς. ô lepidum hominem, qui βιάσῃς serio scripsit. 101, 4. ἐκείνην. Cod. ἐκείμην. 103, 4. δι' ἡδονῆς. Cod. ὑφ' ἡδονῆς. 16. ἀπό. Cod. ὑπό. 104, 22. ὡς. Cod. δύο. 23. εὐθὺς οὖν ἀνακλητικὸν ας τῷ βασιλεῖ εὐχαίρων. Cod. εὐθὺς οὖν ἀνακλητικὸν τῆς θήρας σύνθημα διεδόθη καὶ πάντες ἀνέστρεφον. βασιλεὺς δὲ ἀνηρτημένος ταῖς ἐλπίσιν εἰσήλαυνεν εἰς τὰ βασίλεια χαίρων. 24. ὡς τὸ Καλλιρρόης θήραμα θηράσας. Cod. ὡς τὸ κάλλιστον θήραμα θηράσας. 108, 2. ἑαυτὸν ἐλαφρῦναι τῆς διακονίας δυσχεροῦς. Cod. ἑαυτὸν ἐλευθερῶσαι διακονίας δυσχεροῦς. audi nunc Reiskium ad p. 56, 5. ἀμείβομαι Πλάγγωνα (scrib. Πλαγγόνα) τῆς διακονίας ἐρωτικῆς: »*est ex more recentium et minus probatorum auctorum. Ita* p. 128, 21. *τὸν θάλαμον βασιλικόν. Muscas captat qui talia emendat.*" Testibus confidit, qui citati non respondebunt. p. 128, 21. codex habet τὸν θάλαμον τὸν βασιλικόν et p. 56, 5. τῆς non comparet. 108, 5. ἀνεμιμνήσκετο. Cod. ἀνεμίμνησκεν. 18. ἰδιολογίσασθαι. Cod.

ἰδιολογήσασθαι. 109, 7. οὐ δῆτ' οὐ. Cod. οὐ δήπου. 8. ἄκουε. Cod. ἀκούεις. 111, 7. περὶ αὐτοῦ. Cod. περὶ αὐτόν et διαπέμψαι pro ἐκπέμψαι. 14. παρασκευάσωνται. Cod. παρασκευάζεται. 16. ἐξῆλθε τῆς Βαβυλῶνος. Cod. ἐξήλαυνε Βαβυλῶνος. 122, 22. τάχα εἰρήνης. Cod. ταχείας εἰρήνης. 114, 26. τοῖς ὕστερον γενομένοις. Cod. ἐσομένοις. 115, 1. καταδικηθέντες. Cod. ἀδικηθέντες. 18. προσμίξαντες τοῖς ὀρνιθοφύλαξιν. in Codice perspicue scriptum est ὀπισθοφύλαξιν, lege ad haec Dorvillii annotationem et ridebis. 116, 19, ἐπεδείξατο. Cod. ἔργον ἐπεδείξατο. 118, 5. νυνὶ. Cod. νῶϊ. 11. τὸ αὐτὸ στρατιὰν ἠρεύνα. Cod. τὸ αὐτὸ πρῶτον ἀνηρεύνα. 13. τοὺς Πελοποννησίους. Cod. τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους. 119, 1. στρατηγικὴν Cod. στρατηγῶ καί. 120, 13. ἐξουσίαν παρείχοντο. Cod. παρεῖχον. 122, 14. ἀπηντᾶτο. Cod. ἀπήντα. 124, 24. ἐπαγγέλλοις. Cod. ἐπαγγέλλου. 125, 6. κλέπτουσι τὰ ἐμὰ κάλλιστα. Cod. κλέπτουσί τινες τὰ κάλλιστα. 8. οὐδεμία γέγονε κάκη. Cod. οὐδεμιᾷ γέγονε κακόν. 127, 5. ἀπελογίσατο. Cod. ἀπελογήσατο. 128, 6. οἰκοδομῆσαι Cod. οἰκονομῆσαι. 11. εὗρε. Cod. εὕρηκε. 129, 12. ἅλις μέν. Cod. ἅλις ἦν. 27. πεπεισμένος. Cod. πεπυσμένος. 134, 15. ἀλεξικακεῖν. Cod. ἀνεξικακεῖν. 135, 10. ἔχειν αὐτῆς ἐμοῦ. Cod. ἔχειν ἀντ' ἐμοῦ. 23. ἀνέθηκε. Cod. ἐνέθηκε. 138, 15. καινή. Cod. κενή. 139, 15. πεπεισμένων. Cod. πεπυσμένων. 140, 2. ἔτι καταπλεῖ. Cod. ἐπικαταπλεῖ. ibid. ἄλλος γὰρ. Cod. αὐτὸς γάρ. 141, 8. ἐρωτώμενος. Cod. ἐρωτῶμεν. 142, 6. ταλάντῳ πριάμενος. Cod. ταλάντου. Denique 142, 14. non est in codice ἔμαθον ἔργα, quod Dorvillius ridicule interpretatur, sed ἔμαθον ὕστερον. Priusquam Charitonem de manibus depono aliquot locos obiter corrigere iuvat. p. 4, 7. ἐτάθημεν προσαγρυπνοῦντες. Lege παρετάθημεν. p. 27, 25. ὕπνου μὲν οὐκ ἐλάμβανε, imo vero ἐλάγχανε. p. 36, 21. scripserat Chariton:

πάντ' αὐτῷ μέγεθός τε καὶ ὄμματα κάλ' εἰκυῖα.

ad εἰκυῖα adscripsit nescio quis ὁμοία. vide nunc quid edatur. pag. 84, 21. πέπεισο ἀγνὸν εἶναι μὴ δύνασθαι, emenda πέπεισο ἁλῶναι μὴ δύνασθαι. 99, 23. ὄναρ μοι ἐπιστὰν βασίλειοι θεοί, corrige ἐπιστάντες. 109, 4. οὐ κατ . . . . . σα τὴν μανίαν τὴν σήν. supple οὐ κατηγόρευσα. p. 109, 18. πόλεως πρῶτος, rescribe πρώτης p. 139, 14. ἀσπασίως λέκτρου παλαιοῦ, restitue ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ. p. 136, 5. Στατείρας προφάσει, scribe

Στάτειραν πρόφασιν, ex Homerico Πάτροκλον πρόφασιν. Denique p. 140, 22. ἀξιοῦμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, verum est ἐξίωμεν.

In Xenophonte Ephesio describendo, cuius item unicum exemplum in eodem Codice *Florentino* continetur, passim eadem negligentia et socordia versati sunt, cuius rei insigne exemplum vide p. 16, 3. Locell. 6, 8. Peerlk. τὰ χείλη τοῖς χείλεσι φιλοῦσα συνερράφει quam absurdum sit συνερράφει nihil opus est multis explicare. In Codice esse dicitur συνηραφήκει, unde Locella συνερράφει effinxit, Bastius in *Append. Epist. Crit.* p. 55. συνερραφήκει. Si Bastius ipse Codicem descripsisset aut vidisset, malesana scriptura numquam nata aut dudum emendata fuisset. In ipso Codice συνηρ in extremo versu perspicue scriptum est cum literulis quibusdam, quae in tenuissima scriptura vix oculis cernuntur, tum κει in versu sequente. Intendens oculorum aciem tandem distinxi μό, et συνηρμόκει exaratum esse videbit qui posthac librum inspiciet, caeteri interea mihi, spero, fidem habebunt. Caeteras bonas lectiones unici Codicis propediem amicus meus publici iuris faciet.

In eodem libro Longi *Pastoralia* insunt, quae res propter Courierii inventum et hominis elegantissimi scripta ad unumquemque et unamquamque pervenit. Equidem, quum notissimam libri partem quam potui diligentissime excuterem, comperi Courierium, caetera Xenophonti natura et ingenio satis similem, candorem et probitatem Xenophontis non referre. Nemo umquam Longi Codicem *Florentinum* versabit, quin intelligat Courierium scientem dolo malo eam partem *Pastoralium*, quam primus novam et ineditam reperisset, offuso atramento delevisse, ne umquam a quoquam legi posset ac sibi laus inventi praeriperetur. Improbum hoc facinus est et ab illius viri persona, quem quum legimus omnes admiramur et amamus, alienissimum videtur. Credo, tam alto supercilio despiciebat homunciones, quos sibi et suo invento insidiari suspicabatur et clam sibi laudem ac fructum τοῦ ἑρμαίου, (ut tum quidem videbatur), surripere moliri, ut nihil non sibi in eos licere putaret et plane hostium loco haberet, quos omnibus artibus circumvenire ius fasque esset. Improbum facinus est, inquam, sed si is improbus esse voluerit nihil ad nos ea res attinet, neque in eum iudices sedemus; id nostra refert, qua fide, qua

peritia Codicis in illa parte unici scripturas excerpserit et descripserit, quod si perite et diligenter fecisset equidem facinus, quo non est aliud, ut ipse iocatur, magis *atrum*, satis aequo animo ferre possem. Nunc contra est: Courierius ut ingenii velocitate et feracitate valet et acumine iudicii et pulchri sensu et in scribendo omnes habet veneres leporesque, sic in re Grammatica plumbeus est, tardus discendi ferre laborem et meditandi, nec diuturna observatione Graecitatis usum omnem et rationem ita habebat perspectam, ut vera a falsis, proba a spuriis certo iudicio discernere posset. Itaque ingenio potens, arte et scientia imbecillus, non is erat cui codicis excutiendi et describendi negotium recte mandari posset. Codicem *Florentinum* igitur tam negligenter excussit, tam imperite legit, ut in ea parte, quam non delevit, permultas bonas lectiones neglexerit, et contra complures absurdas Codici imputaverit ubi nihil erat erratum, modo diligenter et oculis exercitatis legisset; in eo loco, quem fere totum pessumdedit, compluscu-las lectiones falsas et ineptas protulerit, quas sibi visus est videre, sed quas satis apparet eiusdem farinae esse atque *συνηραφήκει* in Xenophonte Ephesio. Illas igitur, libro accuratissime perlecto, ipse collegi, has aeternae tenebrae et *atra* nox premunt prementque. In eo folio, quod sic ille perdidit, laciniae quaedam, velut insulae in mari vasto, apparent et legi possunt, unde eius fides aestimari etiamnunc potest et codicum legendorum facultas. Ex iis, quae Florentiae olim annotavi, expromam nunc nonnulla, unde oratio Longi et emendari possit et stabiliore fundamento firmius constitui. Faciam initium ab illo loco, quem Courierius statim post repertam lucem in atram caliginem redire iussit. Legitur in Codice folio 23 verso, cuius primus versus est: *ἐπὶ ϛελέχει δρυὸς ἐσκόπουν μή τι μέρος τοῦ σώματος ὁ δάφνις ἥμαξε καταπεσών. τέτρωτο μὲν οὖν οὐδὲν οὐδὲ ἥμακτο οὐδέν*, huiusmodi versus minutissimis literulis eleganter scriptos pagina quaeque habet triginta octo, ultimus est huius paginae: *κύνα τρέφειν, εἰ δὲ ὡς λέγουσι καὶ αἶξ αὐτῷ γάλα δέδωκεν οὐδὲν ἐρίφων διαφέρει. ταῦτα καὶ τοιαῦτα ὁ δόρκων καί.* Incipit folium 24 rectum a versu: *μετὰ ταῦτα ὁ δάφνις. ἐμὲ αἶξ ἀνέθρεψεν ὥσπερ τὸν δία. νέμω δὲ τράγους τῶν τούτου βοῶν μείζονας ὄξω δέ.* Postquam utraque pagina

teterrimis maculis foedata est, Franciscus del Furia, Bibliothecae Laurentianae Praefectus, (quem venerabilem senem superstitem et eodem munere fungentem mihi videre contigit et eius humanitatem experiri), scripturam recognovit et nonnullas lectiones discrepantes ab iis, quas Courierius dedisset, protulit et per amicum Ciampi edidit. Courierius contra in *Epistola Encyclica* istas lectiones falsas et commenticias esse criminatur, de more adversarios acuto naso suspendens. Est ea Epistola in omnium philologorum manibus, et quia nemo respondit eius fide statur. Quum ipse Codicem excuterem novis difficultatibus lectio erat impedita. Nempe conati sunt ope chymicae artis maculas tollere sed frustra. Maculae colorem mutarunt, e nigris subfuscum colorem acceperunt: quae pars scripturae evaserat madefacta et venenis oblita tanto opere expalluit ut nonnisi intensissima oculorum acie quidquam extricari possit. Diu et multum omnia rimatus legi quidquid non est atramento prorsus obscuratum et dicam de singulis. In vs. 6 in Codice est καὶ τὰ νῶτα δέ. acuitur δέ in extremo versu scriptum: in sequenti versu Courier. edidit ἀπολουούσης ἡ σὰρξ ὑπέπιπτε μαλθακή. Furia σάρξ καθυπέπιπτε scriptum esse contendit. Nihil aliud nunc oculis discerni potest quam:

vs. 7. ἀπολο . . . . . πέπϊπτε μαλθακὴ
vs, 8. καὶ τότε μὲν γὰρ ἐν δυσμαῖς ἦν ὁ ἥλιος.

Ibid. Courier dedit: ἑαυτῆς ἥψατο πολλάκις εἰ τρυφερώτερον εἴη πειρωμένη. In Codice est τρυφερωτέρα compendio scriptum; quod ingeniosum hominem fefellit: scriptum est τρυφερω et τρ cum accentu acuto superscriptum. Vs. 9 Courier τῆς δὲ ὑστεραίας, Furia τῆς δε ἐπιούσης. Nunc nihil superest praeter τῆς δὲ . . . . . ἧκον εἰς τὴν νομήν. Sed Longus solet τῆς ἐπιούσης dicere. Vs. 20. πόσαι μέλιτται κέντρα ἐνῆκαν ἀλλὰ ἔφαγον. quam vellem ea particula hodie legi posset, ut quid pro ἔφαγον scriptum fuerit appareret, nam ἔφαγον importunissimum est. Vs. 22. εἴθε αἶξ. Courier εἴτε enotavit. Perspicue εἴθε scriptum est. Vs. 26 Courier παρὰ τὰ ἄντρα. Furia πρὸς τὸ ἄντρον. Certum est in codice πρ̀ scriptum esse et liquido apparet; reliqua tam obscura sunt ut numquam potuerim pro certo statuere utrum τα αντρα an του αντρου compareret. Caeterum

πρὸ τοῦ ἄντρου verum videtur, ut p. 184 Cour. IV. 38. πρὸ τοῦ ἄντρου ϛιβάδας ὑπεϛόρεσεν. Vs. 28. Courier ἔρωτος καὶ τὰ ἔργα καὶ τὰ ὀνόματα. Furia ἔρωτος ἔργα καὶ τὰ ὀνόματα. In Codice nihil amplius apparet quam ἔρω . . . . . α καὶ τὰ ὀνόματα. Vs. 31. Courier καλάμους ἐννέα χαλκῷ δεδεμένους. Furia χρυσῷ pro χαλκῷ. locus est plane deperditus et nihil dignosci potest inter ἐννέα et τῇ δὲ νεβρίδα. Vs. 33. Courier ἀνὰ πάσας ἡμέρας. Furia ἐν ἁπάσαις ἡμέραις. Perierunt haec omnia funditus. Ibid. Courier μῆλον ὡραῖον. Furia μῆλα ὀπωρινά. haec quoque perierunt. Vs. 34. Courier μόσχον ὀρειγεννητόν. Furia μόσχον ἀρτιγέννητον. sine vestigio interierunt, sed non est codice opus, quia ὀρειγέννητον nihil est, contra ἀρτιγέννητον Longo in ea re adamatum et frequens, ut p. 56. II. 4. μεταθέων μόσχους ἀρτιγεννήτους et passim. Praetera α et ο in hoc libro facillime confundi possunt, quoniam scriba ubi α scribendum est ο ponit, deinde sequenti consonanti lineolam appingit ad sinistram, quae cum praecedenti ο coniuncta literam α efficit. Hinc factum est ut p. 112 Courier in Codice legerit οἰκουρίᾳ καὶ ἀσχολίᾳ, quum perspicue ἀσχαλίᾳ in eo legatur. Subiiciet haec oculis Furia, qui specimen scripturae Codicis in aes incidi iussit et edidit in praefat. ad *Fabulas Aesopicas* pag. xxxii, ubi vide ultimum vocabulum τοῖς ἀνθρώποις aut in fine praecedentis versus ἀνήνεγκεν. Vs. 38. ἐγὼ μὲν βουκόλος, ὁ δὲ αἰπόλος τοσοῦτον κρείττων ὅσον αἰγῶν βόες. Codex τοσοῦτον . . . . . κρείσσων, sex septem litterae exciderunt. Suspicor: τοσοῦτον οὖν ἐγὼ κρείσσων supplendum. Vs. 40. Codex

μέλλον || ἀμᾶσθαι καὶ ἔθρεψε μήτηρ
δὲ τράγους ὀδ . . . . . δεινὸν.

supple: ὀδωδὼς ἀπ' αὐτῶν δεινόν ex iis, quae Daphnis respondet: νέμω δὲ τράγους — ὄζω δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν. Fol. 24. v. 1. Courier: νέμω δὲ τράγους, ὡς τούτους βοῶν μείζονας . . . . . ξω . . . . . οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν. Furia: νέμω δὲ τράγους τῶν τούτου βοῶν μείζονας. ὄζω δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν. Courier in *Epistola* confidenter asseverat in Codice illud ipsum fuisse scriptum, quod ipse dedisset. Fatetur nunc in Codice perspicue legi id, quod Furia dixit, sed Codicem ab ipso adversario sic rescriptum et interpolatum esse, eamque fraudem manifestis indiciis

apparere. Ipsius verba subiiciam [1]). Dicam quid rei sit. In Codice luculenter apparet a prima manu sine ulla correctione vel interpolatione scriptum esse: *νέμω δὲ τράγους τῶν τούτου βοῶν μείζονας. ὄξω δέ* || *οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν.* in *τῶν* circumflexus cum vocali uno ductu continuatur, in *τούτου* secunda diphthongus nota forma implexa praecedenti litterae suprascripta est, in *μείζονας* liquido apparet *μεί* reliqua vix cernuntur, sed non est de eo vocabulo controversia, tum *ὄξω* nullo negotio discerni potest et *δέ* in extremo versu. Interpolationis non est vola nec vestigium. Quum haec perscrutarer Courierii *Epistola* erat ad manum, eamque ad singula exigebam. Lecta Courierii criminatione locum de novo intentissima cura relego investigoque ecquod esset huius fraudis, quam arguerit, vel tenuissimum indicium. Quod tunc in Commentariis indignabundus adscripsi: *impudentissime mentitur*, nunc ut in re certa non dubito palam pronunciare. *ὄξω* scriptum est a stipite pro *ὄζω*, ut saepe *ζ* et *ξ* confundit, *ἐξήτουν* scribens pro *ἐζήτουν*, et passim absurda et barbara scriptitat, ex quibus simillimum est p. 37. *ἐξώννυτο* et 156. *ἐξωσμένου* pro *ἐζώννυτο* et *ἐζωσμένου*. Vera igitur scriptura est, quam Furia primus dederat: *νέμω δὲ τράγους τῶν τούτον βοῶν μείζονας, ὄζω δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν.* Courier. censuit post omnia locum sic esse constituendum: *νέμω δὲ τράγους, ὅς γ' αὐτοὺς βοῶν ἀμείνους παρέξω. ὄζω δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν*, admonens Toupium docuisse *ὅς γε* et *ὥςε* aliquando confusa fuisse. Qui haec bene Graece dicta esse putabit, non recuso quo minus ei de Courierii Graecitatis scientia nimium inclementer dixisse et inique nimis sentire videar. In

---

1) «*Νέμω δὲ τράγους ὡς τούτους βοῶν μείζονας.... ξω.... οὐδέν.* C'était là l'endroit de tous le plus maltraité dans l'original quand nous le copiâmes, moi, MM. Furia et Bencini. Nous y revînmes plusieurs fois et n'y pûmes jamais distinguer que ce que j'ai donné *totidem litteris* dans mon édition. J'en avais fait trois copies, exactement figurées sur une même feuille. Cette feuille, déposée à la bibliothèque et jointe au manuscrit, prouve qu'on y lisait alors ce que j'ai publié: il est vrai qu'on y lit maintenant, comme le dit M. Furia: *τῶν τούτου βοῶν μείζονας*, aussi clairement que dans aucun livre imprimé; mais c'est une correction récente, faite d'après ma traduction: *oui, je garde les chèvres et les rends meilleures que ne seront jamais les vaches de celui-ci.* Cet endroit a été retouché si maladroitement dans le manuscrit, que l'imposture est visible."

Eiusdem est sic mentiri et Codicem de industria corrumpere.

vs. 6. μέμνησο δὲ, ὦ παρθένε, ὅτι σε ποίμνιον ἔθρεψεν ἀλλὰ καὶ εἶ καλή. sic sine sensu Codex et editiones. Duo vocabula exciderunt: lege καὶ σὲ ποίμνιον ἔθρεψεν, ἀλλὰ καὶ ὡς εἶ καλή. Pag. 28. ἐρυθήματι ἐνεπίμπλατο Codex et Editiones. Scribe ἐρυθήματος, compendium ἐρυθήμα̃ indocte expletum esse intelligis. Pag. 29 male Courier ex Cod. affert λευκώτερον et τῶν δὲ πρότερον χρόνων. sine errore habet liber λευκότερον et τὸν δὲ πρότερον χρόνον, sed habet vitium in μέχρι τοῦ ἂν διαβρέξαι, deinde non ἠμέλητο καὶ ἡ ἀγέλη sed ἠμελῆτο ἡ ἀγέλη, quo facilius ἠμελεῖτο corrigitur, tum exhibet χλόας καιρινῆς superscriptis ης et θε, ut fiat χλόης θερινῆς. Continuo sequitur: εἰς μόνην Χλόην ἐγίγνετο λάλος tam perverse dictum atque λαλεῖν εἴς τινα. corrige πρὸς μόνην. Denique in Codice non est ὃν ὁ Δόρκων ἐχαρίσατο, sed ἐδωρήσατο.

Percurram nunc *Pastoralia* et indicabo quibus locis e codice *Florentino* emendari possint, subinde nonnihil de meo adiungens. Pag. 6. Courier. νομίσεις οὐ πόλιν ὁρᾶν, ἀλλὰ νῆσον. Νομίσεις barbarum est et sero admodum istiusmodi formae usu receptae sunt ab omnibus, deinde passim in veterum scripta invectae, unde maximam partem iam expulsae sunt, quidquid restat eodem modo eliminandum. In Codice est νομίσαις, cui si ἄν addideris Graece dictum erit. Eodem modo in *Pastoralibus* quater peccatur in κομίσω pro κομιῶ. p. 86. κομίσουσαν. p. 160. κομίσειν. p. 166. κομίσουσα. p. 167. κομίσουσαν. Recte Cod. p. 157. χαριεῖσθαι dedit pro χαρίσασθαι. Non est huc trahendum συρίσω p. 79. συρίσετε, nam Longus συρίττω, συρίσω, ἐσύρισα contra usum Veterum scribere solet. Ibidem p. 79 vitiosum est νεμήσετε, sed ipsius Rhetoris vitio peccatum esse suspicor, nam et alios ita vidi nonnumquam errare, ut Plutarchum in *Caesare* 19. ἐπινεμήσεσθαι. Formae vitiosae in -ίσω et -ίσομαι pro -ιῶ et -ιοῦμαι passim irrepserunt in scriptores Atticos, quorum Codices nec veteres nec boni supersunt. Itaque in Lysia persaepe apparent, ut XII. 44. ὅπως μήτ' ἀγαθὸν μηδὲν ψηφίσεσθε πολλῶν τε ἐνδεεῖς ἔσεσθε, ubi perperam ψηφίσαισθε rescripserunt pro ψηφιεῖσθε. In Xenophontis *Hell.* IV. viii. 1. male Schaeferus ἐντειχίσοιεν invexit, bene Dindorfius ἐντειχιοῖεν. Κομίσω et similia omnia apud Athenienses coniunctivorum aoristi sunt, ut in *Pluto* 768.

φέρε νυν ἰοῦσ' εἴσω κομίσω καταχύσματα,

quod admoneo ut alterum Comici locum emendem in *Ranis* vs. 618.

καὶ πῶς βασανίζω;

ubi recipienda est lectio Codicis *Veneti* *καὶ πῶς βασανίσω*; quod dictum est, ut *πῶς σε κείρω*, *βασιλεῦ*; *πῶς εἴπω*; *ποῖ τράπωμαι*; *τί πάθω*; et permulta alia.

Apud Longum continuo sequitur: *ταύτης τῆς πόλεως, τῆς Μιτυλήνης*, ubi Codex: *ἀλλὰ ἦν ταύτης τῆς πόλεως μιτυλήνης. ἀλλὰ ἦν* natum est ex praecedentibus *ἀλλὰ νῆσον. μιτυλήνης* debetur ludimagistro, et solis pueris ea repetitio placere potest. Pag. 7. *εὗρεν ὑπὸ αἰγὸς τρεφόμενον*. Cod. *εὗρεν ὑπὸ μιᾶς τῶν αἰγῶν τρεφόμενον*. P. 9. *κόμη — λελυμένη*. Cod. *κόμαι — λελυμέναι*. P. 10. *ἀκλαυτὶ*. Cod. *ἀκλαυςί*. P. 11. *νομίζειν, λανθάνουσαν*. Cod. *νομίζειν καὶ λανθάνουσαν*. P. 13. *ἐπ' ἀγροικίᾳ* Cod. *ἐπ' ἀγροικίας*. — *ἄγουσα . . τὴν αἰτίαν*. Cod. *ἀναφέρουσα*. P. 14. *ςεφανίσκους πλέκοντες ταῖς Νύμφαις ἐπέφερον*. Cod. B. *ἔφερον*. corrige *προσέφερον*. sic et pag. 53 legendum *καὶ πάντως τι προς-*
ας
έφερον. Pag. 15 Codex *ἀνθερικοὺς ἀνελομένη πόθεν* (sic) *ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήκην ἀνέπλεκε*. Verum vidit Courier: *ἐξ ἕλους ἀκριδοθήραν ἔπλεκε*, sumtum a Theocrito I. 52 *καλάμους ἐκταμὼν λεπτούς*. Cod. *λεπτοὺς ἐκτεμών*. recte: illud Ionicum est. P. 16. *σιρροὺς*. Graecum est *σιρούς*. Pag. 17. *ξύλον καὶ τὴν καλαύροπα λαβών*. Cod. *ξύλω τὴν καλαύρωπα*. Expunge *ξύλον καί*, deinde pro *χρήσασθαι* corrige *χρησάμενον*. P. 32. *καὶ δείσας μὴ φωραθείς ποτε*. Cod. *καὶ δείσας καὶ φωραθεὶς μήποτε*. In hoc negotio *φωραθῆναι* absurdum est, bene habet *καὶ δείσας μήποτε*. P. 37. *ἐπ' ἀνθοῦν ἐνέπιπτε τὸ κάλλος*. Cod. *ἐπαθροῦν* id est *ἐπ' ἄθρουν τὸ κάλλος*, venuste dictum, opposita sunt *ἄθρουν* i. e. *πᾶν ἅμα* et *κατὰ μέρος*. — *τῶν ἐν τῷ ἄντρῳ νυμφῶν*. Optime Codex *τῶν ἐκ τοῦ ἄντρου*. P. 38. *καλάμους ἐπέτρεχε* recte in Cod. legitur non *ἐπέλειχε*, quod Courier affert. P. 41. *ἦν παρθένε παρθένος οὕτω καλή*. Imitatus nobilissimum locum Platonis in *Phaedro* p. 237. B. *ἦν οὕτω δὴ παῖς μάλα καλός* scripsisse videtur *ἦν οὕτω δὴ, παρθένε, παρθένος καλή*. — *οὕτως ἐν ἡλικίᾳ*. Codex *ἐν ὕλῃ*. P. 42. *μείζονα ὡς ἀνὴρ, ἡδεῖαν ὡς παῖς*, emenda *ἡδίονα ὡς παῖς*. P. 43. *ἀλύοντα περὶ τὴν θάλασσαν*.

Cod. ἀλύοντα, sed corrige sodes παρὰ τὴν θάλασσαν. Etiam magis ridiculum est in Charitone p. 139. ὤφθη Καλλιρρόη μὲν ἐπὶ χρυσηλάτου κλίνης ἀνακειμένη .... Χαιρέας δὲ αὐτῇ περικαθήμενος, aliquanto decentius παρακαθήμενος, credo, scribendum est. P. 44. καὶ τὰς κώπας ταῖς χερσὶν ἐμβαλόντες, rectissime Codex ταῖς χερσὶν omittit. P. 49. καὶ οὐδὲ λουτρῶν ... δεόμενον. scribe οὐδὲν. P. 51. χειρὸς ὠφέλειαν ἀλλήλοις μετεδίδοσαν, imo vero ἄλλοις. P. 56. κύκνος ὅμοιος ἐμοὶ γέρων γενόμενος. rideo istud ὅμοιος, emenda ὁμοίως ἐμοί, quod Brunckius praecepit. P. 57. καί σε οἶδα νέμοντα πρωθήβην ἐν ἐκείνῳ τῷ ἕλει τὸ πλατὺ βουκόλιον. Cod. ἐν ἐκείνῳ τῷ ὄρει, qui locus est armentis aliquanto salubrior quam ἕλος, in quo melius βάτραχοι νέμονται. P. 64. ἅμα μειδιάματι κατέδραμον. recte Cod. προσέδραμον. Praeterea in Codice est ἐνθεώτεροι δὲ πρὸς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν et ἐπειγόμενοι πρὸς τὰ φιλήματα, unde corrige Courierii notam (4). P. 66. λαγωούς. cod. λαγὼς et infra εἰς θήραν λαγῶν et sic Longus alibi. Pag. 68. τὴν λύγον ἀπέφαγον. Cod. ἐπέφαγον. Lege κατέφαγον ex p. 69. τὴν λύγον κατεσθίουσι. et p. 130. τὴν λύγον αἱ σαί ποτε αἶγες κατέφαγον. et sic repone p. 72. κατέφαγον τὴν λύγον. Siglae veteres hos errores pepererunt. P. 72. ὑπ' ὀργῆς ὁρμήσαντες. recte Codex participium omittit. P. 73. ζυμήτου. cod. ζύμη τοῦ. Graecum est ζυμίτου. P. 73. μὴ καὶ προσκαταγέλαςοι γένοιντο. Scribe divisim πρὸς καταγέλαςοι. P. 75. οὐκέτ' ἐγίγνωσκον περαιτέρω πλεῖν. Praefero quod in Codice est οὐκ ἐγίνωσκον. P. 77. τὰς μὲν αἶγας ἀποδέρουσι καὶ τὰ πρόβατα καταθύουσι. lege ἀποδεροῦσι — καταθύσουσι. P. 78. ἐῴκεσαν ἐλεοῦσαι, rescribe ἐλεούσαις. P. 80. εἰς ὕπνον ὥρμησεν. Cod. εἰς ὕπνον τρέπεται. P. 83. μηνίοντος. cod. μηνιῶντος solemni vitio, de quo supra diximus. P. 84. τὴν ὑμᾶς ταράξασαν. Cod. bene ταράττουσαν. P. 85. ἐξέτρεχεν οὐκ ἐξολισθαίνοντα. male Courier οὐκ inseruit de suo, sed ἐξολισθάνοντα dare debebat. Suaviter dicuntur oviculae incerto et lubrico vestigio ἐξολισθάνειν, non item αἱ αἶγες οἷα δὴ κρημνοβατεῖν εἰθισμέναι. P. 86. μόλις δὲ ἔμβιος γενόμενος inepte Rhetor dixit pro ἔμπνους vel ἔννους. P. 88. τοῦ Πανὸς ἐμνημόνευον. Melius Cod. ἐμνημόνευσαν. P. 90. ἐς βίαν, Graecum est πρὸς βίαν, ut πρὸς ὀργήν, πρὸς χάριν, alia. P. 91. ταμών Ionice. Codex τεμών. P. 91. καθίσας ὄρθιον, ὀρθός opinor, deinde εὔπνοιοι in Codice est pro

εὔπνοοι, neutrum bene habet sed εὐπνοι, ut εὔνοι. Pag. 93 lege: ἀπήλαυνε τὴν ἀγέλην συρίζων νυκτὸς ἤδη γενομένης, ἀπήλαυνε δὲ καὶ ἡ Χλόη. P. 95. πράγματα παρέχων. ὁ μὲν οὖν. Cod. παρέχων πράγματα. οὗτος μὲν οὖν. P. 96. καὶ νέμουσα καὶ νομίζουσα. dittographia est. dele καὶ νέμουσα, P. 97. κατάπλουν. optime Codex ἐπίπλουν. — ὅπλα κινεῖν. Cod. τὰ ὅπλα — ταχύνει δὲ ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτήν. ταχύνει est infelix Courierii coniectura. Codices ταχὺ δέ. scribe: ταχὺ δὲ ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτὴν ἦγεν. P. 99. τὰ δένδρα ἐῴκει καταχωμένοις. vocabulum nihili καταχωμένοις Courierio debetur, qui κατακεχωσμένοις videtur voluisse. Codices κατακλωμένοις. P. 104. τράπεζαν εἶχον οἱ ἀμφὶ τὸν Δρύαντα. Optime Codex περιτράπεζον εἶχον, in quo latet περὶ τράπεζαν εἶχον, *coenabant*, ut pag. 152. περὶ θήραν εἶχε, p. 158. ἀμφὶ ἄριστον εἶχον et saepissime apud alios. P. 106. τοιούτου γηροτρόφου εὐτυχήσαντας. Codex τοιοῦτον γηροτρόφον, quod verum est, εὐτυχεῖν apud istos accusativum habet. P. 107. αὔρα βόρειος ὑπέκαε πάντα. bene Codex ἀπέκαε. P. 112. γυμνὸς γυμνῇ συγκατακλινείς. haec est verissima lectio, quamquam est in Codice συγκατακλίνειν. Longus quoque sincera forma κατακλινῆναι usus est pro novicia κατακλιθῆναι, cuius rei quum certa apud eum exempla et indicia supersint, vitiosas formas ei eximendas arbitror, ut συγκατακλιθῆναι paulo ante. In iis, quae praecedunt καὶ τί ἔγνω δρᾶσαι quum in Codice sit καὶ τί ἔγνω καὶ δρᾶσαι verum est ἔγνωκε δρᾶσαι. P. 113. ἀπολαύοντες. Cod. ἀπολαύσαντες. — πηδήσαντες lege ἐπιπηδήσαντες. P. 115. ἐν ᾗ ἐκαθέζετο. Codex ἐκάθητο. scribe ἐκάθηντο. P. 119. αἵματι κείσεται πολλῷ. lege ῥεύσεται, ut isti dicebant pro ῥυήσεται. — κἂν βοήσῃ. Cod. βοᾷ ut mox δακρύῃ. P. 121. νεαλεῖς ἰχθῦς. Codex addit τῶν πετρίων i. e. πετραίων. — ἀναπεπταμένῃ. Cod. ἐν ἀναπεπταμένῃ. P. 126. οἱ δὲ ἐπηγγέλλοντο μεγάλα. Codex οἱ δὲ πολλὰ ὑπέσχοντο εἰ ταύτης τύχοιεν. P. 127. ἀπεκέρδαινεν. Cod. ἐκέρδαινεν. P. 128. ἀποθανεῖσθαι λέγων, καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος ἀλλὰ καὶ τὰ πρόβατα μεταποιοῦντα ποιμένα. Nescio quid Courierio in mentem venerit, quum μεταποιοῦντα ποιμένα de suo dederit et receperit, quae verba sensu cassa sunt. In Codicibus est *Florentino* μεταποιεῖ τὸν ποιμένα, *Vaticano* μετὰ τοιοῦτον ποιμένα, quae sana et vera lectio est et significat *tali pastore amisso*, ut saepe isti loqui amant. Simillimum

est quod legitur p. 174. δεῖται μὴ ἀφελέσθαι τραπέζης, μεθ' ἣν τεθνήξεται λιμῷ. — οὐκ ἦν Λάμων πλούσιος. Codex addit ἀλλ' οὐδὲ ἐλεύθερος εἰ καὶ πλούσιος. P. 129. συντεθήσεσθαι soloecum est, Codex recte συνθήσεσθαι. P. 130. καθεύδοντι νύκτωρ. Codex νύκτωρ omittit. — πλησίον δελφῖνος νεκροῦ, δι' ὃν οὐδεὶς οὐδὲ προσῆλθεν. Codex πλησίον δελφῖνος νεκροῦ. οὐδεὶς οὖν προσῆλθεν. P. 131. δόξαι νῦν. Cod. νῦν δόξαι recte. P. 133. τοῖς τριβόλοις. non est hoc in Codice scriptum, ut Courier affirmat, sed τριβίοις. P. 134. ὁμολογήσας αἰτίαν πανταχοῦ γεγονέναι. Cod. ὁμολογήσας ἔτι γεγονέναι πανταχοῦ. Intelligerem si pro αἰτίαν vel ἔτι legeretur σπάνιν. deinde non est in Cod. συντέτραπται sed συντέθραπται. et συνῆφθαι non συνῆπται. — ὡς καθεύδειν. Codex ὡς συγκαθεύδειν. — πεῖσαι. Codex πεῖσαι λέγων. — ἔτι μήτε πενίαν. Cod. μήτε πενίαν ἔτι. P. 139. ὁρμηθεῖσα lege ὀργισθεῖσα. P. 146. παραμένειν — ἄξειν. corrige παραμενεῖν. — ἔριφον ὀψίγονον. lege ἀρτίγονον. P. 148. δι' ἧς . . . ποιήσειε lege ποιήσει. P. 149. ἐλάσας τὰς αἶγας emenda ἐάσας. P. 153. ἐπιθέσθαι διέγνω τῷ Δάφνιδι. scribe ἔγνω. — ὡς δὲ εἶδε χειροήθη, imo vero εἶχε. P. 154. οἷός τε ἦν expunge τε. P. 156. ἐρίφους γαλαθηνούς. Codex ἔτι γαλαθηνούς. P. 157. χιτῶνα καὶ. Cod. χιτῶνα χλαῖναν καὶ. P. 160. οὐκ ἄπειρος ἐρωτικῆς λύπης. verissima est Schaeferi coniectura λύττης. Imitatur Longus Platonem in *Legibus* VIII. p. 839 a. λύττης δὲ ἐρωτικῆς καὶ μανίας εἴργεσθαι ποιεῖ ὁ νόμος οὗτος. Eadem plane confusio apparet p. 61 ubi λύττης in omnibus libris est, sed optime editur τὰς ψυχὰς ἀνεςάλησαν ὑπὸ λύπης. — εἰς ἐπιθυμίαν. Cod. B. ἐνθυμίαν, emenda εἰς εὐθυμίαν. P. 162. αἶγας ἔνεμε Βράγχιος. quod sine Codd. corrigendum erat Βράγχος, id in A inventum Courier abiecit. — ὁ Ζεύς. Cod. ὁ τῶν ὅλων βασιλεύς. P. 160. ἔρημοι δὲ αἱ αἶγες. Lege ἔρρει μοι * * καὶ αἱ αἶγες. P. 164 in Codice non est, ut Courier dicit, sed: ἀλλ' οἱ πατέρες ἐξέθηκαν τοῦτον πεδίῳ ἴσως παιδίων πρεσβυτέρων ἄλις ἔχοντες, expunge πεδίῳ et nihil erit difficultatis. P. 166. εἰ διαψεύδεται. Cod. recte εἰ ψεύδεται — χλαμύδιον. Codex χλαμίδιον, corrige χλανίδιον et ob rem ipsam et ob pag. 8 ubi duo optimi Codices χλανίδιον servant. P. 170. ἐνταυθοῖ. Cod. ἐνταῦθα. P. 177. ὅταν κόσμον προσλάβηται. optime Codex προσλάβῃ. P. 179. κάλλος ἐκφέρουσα. repone ἐκφαίνουσα. — ὅλη γὰρ ἐκινεῖτο ἡ πόλις

ἐπὶ τῷ μειρακίῳ καὶ τῇ παρθένῳ. Pro ἐκινεῖτο in Codice est venustissima lectio ἐκίττα ἡ πόλις, quam ambabus amplectendam esse censeo. P. 180. γυναῖκες πολλαὶ ἠράσαντο θεοῖς αὐτὰς πιςευθῆναι μητέρας θυγατρὸς οὕτω καλῆς. Quod solum bene Graece dici potuit in Codice perspicue legitur: αὐταὶ πιςευθῆναι μητέρες. — ἀποθέμενον παρὰ τὴν φαρέτραν. rectissime Codex παρά omittit. P. 183. προνοίᾳ θεῶν. Cod. νυμφῶν. P. 186. ἔδοσαν ἀντὶ τῆς πίτυος οἰκεῖν νεών. Cod. οἰκεῖν omittit, recte, ut opinor.

Atque hae quidem sunt utiliores et insigniores lectiones, quas mihi in Longo novas Codex *Florentinus* suppeditavit, caeteras omnes Hirschigius dabit.

In eodem Codice insunt *fabulae Aesopicae*, quas primus edidit Furia cum aliis aliunde et editis et ineditis coniunctas. Scriptae sunt eo sermone putido, quo utebatur Graecia decrepita, senio confecta et delirans [1]), et scriptae sunt magnam partem *versibus*, quamquam id nemo umquam animadvertit. Sunt autem isti versus ista Graecitate dignissimi, ut ostendam. Iampridem Graeculi coeperant antiquam linguam etiam sic contaminare, ut in pronuntiando et in versibus componendis non quantitatem syllabarum sed accentuum rationem stulti sequerentur, multum indignantibus paucis quibusdam sanioribus, qui malesanam multitudinem nequidquam admonebant, quorumque querelae ita statim oppressae sunt, ut unius tantum testimonium, quod sciam, ad nos pervenerit. Et huius quoque unius ad hunc diem fuit vox βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, quia abditum est testimonium et propemodum sepultum in ea solitudine, ubi numquam fere viator vestigium solet ponere. Itaque in medium proferam, ut omnibus fiat cognoscendi potestas. Vir doctus et elegans nescio quis ad amicum Neophronem de ea litterarum et poëseos labe et exitio et omnino de aequalium iudicio corrupto queritur in Excerptis, quae Etymologico *Gudiano* Sturzius subiecit p. 657 sqq. «*Antiquitus*, inquit,

---

1) Quam bene in illam Graeciam convenit dictum, quod olim in cives suos Demades iecerat: παρέλαβον τὴν πόλιν οὐ τὴν ἐπὶ τῶν προγόνων τὴν Μαραθωνομάχον, ἀλλὰ γραῦν σανδάλια ὑποδεδεμένην καὶ πτισάνην ῥοφοῦσαν. Sic enim hoc dictum componendum est e Demetrio περὶ ἑρμ. § 285. Goell. et Photii *Lex.* v. παρέλαβεν sublatis mendis παρέλαβεν, ναύμαχον et ῥοφῶσαν.

omnes versibus scribebant, πᾶν γὰρ ὁτιοῦν παραλαβὸν τὸ μέτρον ἐκόσμησε. τοῦτο πᾶσιν ἁπλῶς νόμος, τοῦτο δόγμα, τοῦτο χρησμὸς ἀπὸ τρίποδος. *Serius demum soluta oratio in usu et honore esse coepit, ita tamen, ut versibus et metro suus usus et honor constaret. Nuperrime*, inquit (χθὲς καὶ πρὸ τρίτης) *homines metrum et quantitatem syllabarum negligere coeperunt*, ἢ παρεῖδον ἢ κατασχεῖν οὐχ οἷοί τ' ἐγένοντο, οὐ γὰρ ἔχω λέγειν ὁπότερον. ἐῶ δὲ τοῦτ' ἐν κοινῷ σκοπεῖν, Εὐριπίδης φησίν. *Primum*, inquit, *vocalem ancipitem quamlibet suo arbitratu promiscue aut producebant aut corripiebant:* τοῖς τῶν διχρόνων μηδὲν διαφέλλοντες ἐχρήσαντο χρόνοις πάντα καὶ συγολῆς ἐνταῦθα καὶ ἐκτάσεως μετέχειν νομοθετήσαντες, *et sic placent sibi*, inquit, καὶ σεμνοὶ δοκεῖν βούλονται ὡς ἔμμετρα γράφοντες, ἄμετρα ὡς ἀληθῶς καὶ μηδὲν προσήκοντα μέτρῳ συνείροντες. *Deinde*, inquit, *malum in dies gliscere coepit et, foedum dictu!* (αἰσχύνη καὶ γλώττῃ ταυτὶ προφέρειν), *versus faciunt, quos* politicos *appellant*, πολιτικούς τινας αὐτοῖς καλουμένους στίχους ποιοῦσι, μέτρον μὲν ἅπαν ἐν τούτοις λῆρον ἡγούμενοι, τόνους δὲ δύο περί που τὰ μέσα καὶ τὸ τέλος τηροῦντες καλῶς ἔχειν σφίσι τὸν στίχον φασί. Tum excandescit et in haec verba erumpit: *Accentus*, exclamat: τόνους, ὦ γῆ καὶ ἥλιε, πρὸ τῶν στοιχείων, — ὥσπερ εἰ τόνοις ἐγράφομεν καὶ μὴ γράμμασι. καὶ ἤδη τὸ κακὸν ἐξενίκησεν. Deinde post pauca: *veteres*, inquit, *poëtae accentuum nullam rationem habebant*, ὅπουπερ τῶν συλλαβῶν ὁ τόνος πεσὼν ἐτύγχανεν οὐδ' ὁτιοῦν ἐπεστρέφοντο. *Tandem*, inquit, *omnes natura in vitium procliviores metrum omne procul abiecerunt, ut ne vestigium quidem metri in eorum versibus appareat, accentus solos sequuntur.* πρὸς τὰ χείρω πάντες εὐολισθότεροι τὸ μὲν μέτρον ὡς πορρωτάτω ἐξετόξευσαν ὡς μηδ' ἴχνος παρὰ τοῖς στίχοις ἐμφαίνεσθαι, μόνου δὲ τοῦ εἱρμοῦ τῶν τόνων ἀντεποιήσαντο. Denique metuendum esse dicit, ne ulterius grassante licentia accentus quoque negligantur et quodcumque dixerint versum esse decernant. καὶ δέος δή, ὦ φίλε Νεόφρον, μήπου προϊόντες καὶ τὸν τόνον ὡς τὸ μηδὲν ὄντα δι' ὀλιγωρίας ποιήσωνται καὶ πᾶν ὁτιοῦν λόγου κῶλον ψηφίσωνται στίχον εἶναι. Id ipsum, quod homo elegantis doctrinae eventurum esse fortasse non serio dixerat, ita evenit. Syllabarum numerus versum facit, neque metri ratione habita

neque accentuum et eo genere carminis usus est poëta, qui fabellas conscribillavit, quas Codex *Florentinus* servat. Versus sunt dodecasyllabi et nulla alia lege bonus poëta tenetur, nisi ut hunc legitimum numerum syllabarum expleat. Fabula 122 constat his versibus: Μικρέμπορός τις ὀνάριον κατέχων Αὐτὸς ὠνεῖτο ἀλάτιον εἰς πλῆθος. Καὶ δὴ φορτώσας σφοδρῶς αὐτοῦ τὸν ὄνον Ἀποζυγίῳ ἤλαυνε λεωφόρῳ Ὃς ὀλισθήσας εἰς ὕδωρ ἐπεπτώκει. Καὶ δὴ λυθέντων τῶν ἁλῶν παραυτίκα Εὐθὺς ἠγέρθη ἀκόπως βηματίζων. Ὁ δ' ὑποσρέψας καὶ πάλιν λαβὼν ἅλας Κατεπεπτώκει εἰς ποτάμια ῥεῖθρα Καὶ ἐκλυθέντων πάλιν τῶν ἁλατίων Ἐξανέσησεν ἑαυτὸν παραυτίκα. Ὁ δὲ λυπηθεὶς ὁ κύριος τοῦ ὄνου Ἐπενόησεν αὐτοῦ τὰς ἐπινοίας Ὅσις ἐπελθὼν εἰς ἕνα τῶν μυρεψούντων. (tenemus fraudem: accedit syllaba decima tertia, lege τῶν μυρεψῶν.) Ἐξωνήσατο σπόγγους πολλοὺς εἰς κόρον Οὕσπερ ἐπιθεὶς πεφόρτωκε τὸν ὄνον. Ὁ δὲ ἀπιὼν κατέπεσεν εἰς ὕδωρ Καὶ παραυτίκα κυλισθέντων τῶν σπόγγων Ἤγετο ὄνος διπλοῦν βάρος βασάζων. Eiusdemmodi carmina, iratis Musis composita, leguntur in fabulis 21—25, 76, 81, 83, 87, 94, 101, 111, 114, 119—122, 134, 146, 150—157, 169—175, 187, 189, 196 et 198 et in Vaticano Codice 348—350, 352 et 362, qui liber his quisquiliis admixtos habet Babrii choliambos integros aut leviter corruptos in fabulis 351, 355, 358, 360, 363—369, 371, 374, 378 et 379. Sic demum intelliges cur in istis fabellis tot voculae otiosae sententiam onerent, verba composita inepte simplicium vicem obtineant, ut in iis, quae adscripsimus κατέχων pro ἔχων et ἐκλυθέντων, ἐξανέσησεν, ἐπελθών, ἐξωνήσατο, deinde verba perinepte traiiciantur et multa vocabula supervacua adiiciantur. Haec omnia poëtae πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ moliebantur. Denique egregium est hoc praesidium emendationis. Fraus statim perpluit et remedia certa sunt, v. c. in fabula 76. Πελαργός εἰμι, εὐσεβέσατον ζῷον, Ὅσις πατέρι καὶ μητέρι δουλεύων, Τηρῶ καὶ χρείαν οὐχὶ μίαν τούτων quis dubitare potest quin verum sit: δουλεύω, Τηρῶ καὶ χροιὰν οὐχ ὁμοίαν τῇ τούτων et in extrema fabula: Συνελήφθης μετ' αὐτῶν καὶ τεθνήξῃ, etiam qui nihil umquam emendavit, et propterea eam artem nihil quod certum sit parere posse opinatur, ad primam lectionem συντεθνήξῃ reperiet et sibi ipse satis credet hanc emendationem esse certam. Librariorum enim frau-

des ad hanc lucem statim deprehenduntur et ubicumque quid vitii est καὶ τυφλῷ δῆλον, ut in fabula 150.

εἷς δὲ λαγωὸς ςρατηγέτης ὑπάρχων
ἐμειδίασε καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐβόησε·
ςῆτε, ἀδελφοὶ, μηδὲν κακὸν ποιήσετε.
ὡς γὰρ ὁρᾶτε, δειλότερα τυγχάνουσι
ταῦτα τὰ ζῷα ὑπὲρ ἡμᾶς ἅπαντας.

quis est tam hebes, ut non intelligat corrigendum esse ἐβόα, ποιεῖτε et τυγχάνει, atque omnino et in istis fabellis, quas dodecasyllabis versibus compositas esse indicavimus, et in Babrii Choliambis, qui in mediis his sordibus nescio quomodo apparent, unusquisque librariorum fidem explorare poterit, qui metrorum immemores aut plane ignari de more grassabantur.

Denique huius rei observatio multum proderit in diiudicandis Criticorum correctionibus, qui in hoc sermone plus quam semibarbaro non semper satis caverunt, ut in fabula 196.

ἅπαν γὰρ κακὸν οὐ μικρὸν οὐδὲ μέγα
οὐδ' ὅλως πρέπει καθόλου που φῦναι.

In φῦναι versus ruit, sed isti non dicebant ἔφυν, φῦναι, φύς sed ἐφύην, φυῆναι, φυείς, quae passim recurrunt. Fallitur igitur Furia, qui annotat «*pro φῦναι in Codice vitiose φυῆναι*". At contra vide quam ludificetur scribae error Interpretem in fabula 173. τίς δὲ τὸν ὅρον προςάξειεν ἀντεφύσησεν ἡ χελώνη, καὶ τὰ τῆς νίκης τίς ἡμῖν ἐπιδώσει; Annotat Furia: «ἀντεφύσησεν: *Mutum est animal testudo, sibilum edit tamen, dum respirat, qui longe exauditur.*" Sic etiam iis, qui naturam animalium curiosius rimantur, hae fabulae prodesse possent, nisi critica ars novum hoc praesidium ereptum iret. Fabula est, si Musis placet, metrica. Ποδῶν χελώνης λαγωὸς κατεγέλα. Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ταῦτα γελῶσα ἔφη. Ἐγὼ τὸν ταχύν σε ἐν δρόμῳ νικήσω. Ὁ δὲ ἔφησε ταύτην μὴ ἀληθεύειν. corrige igitur:

τίς δὲ τὸν ὅρον προςάξει; ἀντέφησεν,
καὶ τὰ τῆς νίκης τίς ἡμῖν ἐπιδώσει;

Similia plurima qui volet ex caeteris colligito.

Unum tantum in Codice restat, quod nunc quidem est operae pretium expromere. Nempe ex eo didici, quod Valckenarius dudum frustra quaesiverat et omnes, opinor, absque

illo Codice esset, frustra essent quaesituri. Verba summi viri haec sunt in *Dissertatione de Scholiis in Homerum ineditis* p. 134. ubi Scholia complura apposuerat, quorum auctor Σεναχειρίμ, Σεναχηρείμ, Σεναχειρήμ in Leidensi Codice perhiberetur. »*Pervelim*, inquit, *ut quis me quidpiam de isto Senachiribo edocefaciat, quibus in oris et quo temporis articulo saeculo* XII *an* XIII *vixerit; sed credo equidem plerisque omnibus, nisi si qui Codicem tractarint Leidensem, Grammaticum penitus esse inauditum.*" Nemo adhuc, quod sciam, respondit, nam quod apud LEHRSIUM est *de Aristarchi studiis Homericis* p. 37, videri *Hortibonum*, id est CASAUBONUM, in eo nomine delitescere per iocum in Arabicam linguam converso infelix est coniectura ludentis in re omnibus ignota, et inspecto Codice iocularis haec opinio est, namque duobus fere saeculis antequam CASAUBONUS natus est haec scripta esse apparet. Notitia ignoti Grammatici e Codice *Florentino* haec prodit. MICHAEL SENACHIRIM imperante THEODORO DUCA LASCARI (ab anno 1235 ad 1259) Nicaeae docuit rhetoricam et poësin. Est enim in Codice folio 10 vers. Epistola, quam Imperator ad Professorem dedit, quum ei filios in disciplinam remitteret. Inscribitur: *τοῦ σοφωτάτου βασιλέως κυροῦ Θεοδώρου Δουκᾶ τοῦ Λάσκαρι ἑτέρα ἐπιςολὴ γραφεῖσα πρὸς τοὺς κατὰ Νίκαιαν ἑλλογίμους διδασκάλους τῆς ῥητορικῆς τε παρὰ μέρος καὶ τῆς ποιητικῆς τὸν Σεναχηρεὶμ κῦριν Μιχαὴλ καὶ τὸν κῦριν Ἀνδρόνικον τὸν Φραγγόπουλον ὅτε ἐξ αὐτῶν πρὸς αὐτὸν ἀνῆλθον οἱ παῖδες, ἐςράφησαν δὲ παρ' αὐτοῦ διὰ πλείονα μάθησιν πάλιν εἰς τὴν σχολήν.* Incipit Epistola in hunc modum: *Οὐδὲν ἕτερον τὴν τοῦ φυτουργοῦ εὐφραίνει ψυχὴν ἢ τὸ ὁρᾶν τὸν οἰκεῖον λειμῶνα εὐθηνούμενόν τε καὶ θάλλοντα.* deinde post multas ambages et fastidii et nauseae plenam loquacitatem: *ἑωράκειν γὰρ ἐγὼ νυνὶ οὓς ἐκ τῆς ἐμῆς τεθείσης σχολῆς ἐν τῇ Νικαέων ἡ νικοποιός μου τὸν λόγον πόλις ἐβλάςησε καὶ ἠγαλλιασάμην ὡς φυτουργός*, deinde se litterarum studia numquam negligere praedicat quamquam negotiis plurimis districtum et exercitum curis *διὰ τὰς ἄνω κάτω περιπετείας ςάσεσι, μάχαις, ἐνςάσεσιν, ἀντιςάσεσιν, ταῖς τῶν ὁμορούντων δὲ βοηθείαις, ταῖς τῶν ἀπῳκισμένων καταδρομαῖς καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς δὴ ἡ τοῦ κοινοῦ συντήρησις ἡμᾶς ἐπιβαίνειν ἠνάγκαζεν.* Tandem post novas ambages Epistolam ita concludit, ut utrum-

que Professorem bene valere iubeat: ὦ Σεναχηρεὶμ κάλλιστε πολλοῖς καὶ λόγοις ὀνομαστὲ καὶ πράξεσι, καὶ Ἀνδρόνικε τῆς γραμματικῆς ἀκριβείας διάδοχε, et nos lubenter et Imperatorem valere iubemus et *Florentinum* Codicem deponimus de manibus.

CAPUT VIII.

Intermissam telam resumens percurram primum *Anacharsidem* 49. 2. ὑποβαλλόμενοι in aoristum refinge et § 3. αἵματος αὐτῷ καὶ ψάμμου ἀναπέπλησται τὸ στόμα πῦξ ὡς ὁρᾷς παταχθέντος ἐς τὴν γνάθον animadverte compositionis scabritiem: ut haec bene dicta sint expunge αὐτῷ et lege παταχθεὶς τὴν γνάθον. Graeci dicunt βέβυσμαι τὸ στόμα, ἀναπέπλησμαι τὸ στόμα pro ἔχω τὸ στόμα βεβυσμένον, ἀνάπλεων et sim., ut τέτρωμαι τὴν κεφαλήν, πεπήρωμαι τῆν χεῖρα, ἐμπεπόδισμαι τὼ πόδε et passim similiter in caeteris corporis partibus. Sic dicitur ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν, ἀπεκόπη τὴν δεξιάν, ἐξεκόπην τὸν ὀφθαλμόν, ἐπλήγην τὸν ὦμον, ἐξετμήθη τὴν γλῶτταν, διεφθαρμένος τὸ σῶμα, περιτετιλμένος τὰ πτερά, et quis non recordatur pulcherrimi loci Demosthenis *pro Corona* p. 247. ἑώρων τὸν Φίλιππον — τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον. Conquiram paucula e Luciano, ut Lysiae laboranti succurram. Recte legitur 41, 10. ἥδιον ἄν μοι δοκῶ ἀποτμηθῆναι τὴν δεξιάν. § 11. οὐ τὴν δεξιὰν ὥσπερ ὑμεῖς ἀλλὰ τὴν γλῶτταν ἀποτμηθῆναι καλόν. § 35. τῆς δεξιᾶς πεφρόντικας μὴ ἀποτμηθείης αὐτήν. § 62. ὁπότερον ἡμῶν ἢ τὴν γλῶτταν ἢ τὴν δεξιὰν ἀποτετμῆσθαι δέοι. et § 65. et sic veteres omnes constanter loqui videbis. Certa igitur medicina emendabitur locus Lysiae VI, 26. οὐ μόνον τὸν θάνατον ἐφοβεῖτο ἀλλὰ καὶ τὰ καθ' ἡμέραν αἰκίσματα οἰόμενος τὰ ἀκρωτήρια ζῶντος ἀποτμηθήσεσθαι, imo vero ζῶν, nam τεθνεῶτος in ea re ferri potest, ζῶντος non potest. Rectissime dixit Xenophon *Anab.* I. x. 1. ἐνταῦθα δὴ Κύρου ἀποτέμνεται ἡ κεφαλὴ καὶ χεὶρ ἡ δεξιά et contra II. vi. 29. ἀπέθανον Κλέαρχος καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλάς, nempe hoc modo de *vivis*, illo de *mortuorum cadaveribus* loquebantur, in qua re apparet

quam accurate cogitare et dicere veteres soleant. Quid impedit ὁδοῦ πάρεργον ex Herodoto mendum eximere quod inolevit VI. 58. ἐπεὰν οὖν τοῦτο γένηται (rege Spartanorum mortuo) ἀνάγκη ἐξ οἰκίης ἑκάστης ἐλευθέρους δύο καταμιαίνεσθαι, ἄνδρα τε καὶ γυναῖκα. μὴ ποιήσασι δὲ τοῦτο ζημίαι μεγάλαι ἐπικέαται. Absurdum est in eo loco verbum καταμιαίνεσθαι. Namque sive *conspurcari* significat, ut solet, sive paullo acrius est quam μιαίνεσθαι, *pollui* piaculo quolibet, non est honoris genus magis stolidum et ab natura ingenii humani et Graecorum moribus magis alienum et abhorrens. Satis esse videbatur in domo et urbe funesta piaculi, ut non ultro sese cives *polluere* voluerint idque in defuncti regis honorem. Verbum, quod Herodoto restituendum esse censeo, legitur in Luciani dialogo, in quo versamur § 31. ὀψέ ποτ' ἂν καὶ μόλις κατατεμνόμενοι βαθέσι τοῖς τραύμασιν αἷμα ὀλίγον ὑποδείξαιτε. In ΚΑΤΑΜΙΑΙΝΕCΘΑΙ delitescit ΚΑΤΑΤΑΜΝΕCΘΑΙ, quod prius in καταμνεσθαι abiit, deinde, ut esset saltem Graecum vocabulum, in καταμιαίνεσθαι 1). Spartani concidebant sibi brachia et eliciebant cruorem et sic regem mortuum honorabant, ut Galli Cybelen, (vide Lucianum 42, 37.) quod Graecis moribus est conveniens admodum, in luctu sibi unguibus aut ferro lacerare corpus aut genas dilaniare et vultum. Itaque κατατάμνεσθαι Herodoto reddemus, verbum μιαίνειν reponemus in Posidippo *Athen.* XIV. p. 661 F.

ἀντεργολαβοῦντες ἔλεγον ὁ μὲν ὡς οὐκ ἔχει
ῥῖνα κριτικὴν πρὸς τοὔψον, ὁ δ' ὅτι τὸ σῶμα
πονηρὸν, ὁ δὲ τὴν γλῶτταν εἰς ἀσχήμονας
ἐπιθυμίας ἔνιά τε τῶν ἡδυσμάτων.

---

1) Hoc saepissime Graeculos correctores, si hoc ages, videbis facientes, ut nil ultra singula vocabula intelligere eos aut curare appareat. In Porphyrio *de Abstin.* II. § 61. suavissimum est Comici fragmentum, tenerum ac molle Menandri spirans ingenium:

εἰ μνημονεύεις εὖ παθὼν φιλεῖς τέ με
ἀπέχω πάλαι, Φιλῖνε, παρὰ σοῦ τὴν χάριν
τούτου γὰρ αὐτὴν ἕνεκα πρὸς σὲ κατεθέμην.

scribae pro ΦΙΛΕΙΝΕΠΑΡΑΣΟΥ dederunt φιλεῖν ἐπαράσσου, deinde alii φιλεῖν ἐπαλλάσσου, ut duo saltem vocabula Graeca forent, et contra metrum ἕνεκεν.

scripserat festivus poëta:

ἐπίθυμίας ἐμίαινε τῶν ἡδυσμάτων.

In Epicharmi fragmento non dissimile vitium legentibus imponit apud Athenaeum VII. p. 277 f.

κἀμίαι δύο
διατεταγμέναι μέσαι φάσσαι τε τοσσαῦται παρῆν.

Ridebis ἀμίας διατεταγμένας μέσας postquam veram lectionem cognoveris. In unico Codice *Marciano* legitur διατεταγμαμεναιμεσαι. Scriptum erat in vetusto libro ΔΙΑΤΕΤΜΑΜΕΝΑΙ. Scriba quum dedisset διατεταγ sensit errorem et μαμεναι addidit, recte si αγ expunxisset vel punctis notasset. Redde igitur poëtae διατετμαμέναι μέσαι. In ea forma dicendi, quam notavimus, perspicue apparet Graecitatis veteris et novitiae discrimen. Veteres et probati scriptores dicebant ἐπιτέτραμμαι τὴν πόλιν, novicii ἔχω τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένην, illi λελυμένη τὴν κόμην, hi λελυμένην τὴν κόμην ἔχουσα, illi ἐξηρτημένος δέλτον, hi ἐξηρτημένην ἔχων et passim in similibus. Deinde scribae veterem usum coeperunt ad suam consuetudinem refingere, cuius rei multa exempla in farragine discrepantium scripturarum reperies. In Luciani *Somnio vel Gallo*, 45, 12. recte editur δακτυλίους βαρεῖς ἐξημμένος τῶν δακτύλων. § 13. χρυσὸν καὶ ἄργυρον τῶν βοτρύχων ἐξημμένος et paullo post χρυσῷ ἀναδεδεμένος τοὺς πλοκάμους, quae verissima scriptura in duobus tantum libris reperta est. Caeteri omnes διαδεδεμένους τοὺς πλοκάμους ἔχων vel ἀναδεδεμένους τοὺς πλοκάμους ἔχων, quae manifesta interpolatio est. In primo exemplo in omnibus, praeterquam in AC, est ἐξημμένους, quae prima solet esse mali labes, ut in Longi *Pastoralibus* pag. 24. Courier. ἐκόμισε σύριγγα βουκολικὴν καλάμους ἐννέα χαλκῷ δεδεμένους ἀντὶ κηροῦ. Courier de suo post καλάμους inseruit ἔχουσαν. Multo melius emendabis δεδεμένην. In Theophrasti *Characteribus* V. δεινὸς κτήσασθαι — αὐλαίαν ἔχουσαν Πέρσας ἐνυφασμένους, qui tam bene Attice sciebat dixerat αὐλαίαν Πέρσας ἐνυφασμένην. In libello, qui Plutarchi nomine circumfertur, *de mulierum virtutibus* p. 254 c. ἔχων καὶ πεπιστευμένος ἔρυμα κατὰ τῆς Ναξίων πόλεως apparet ἔχων καί sciolo deberi.

In Luciani verbis παταχθεὶς τὴν γνάθον, παταχθείς, ut infra ostendemus, Lucianus errore pro πληγείς positum est, τὴν γνά-

θον unice probum est, ut apud ARISTOPHANEM *Av.* 497. λωποδύτης παίει ῥοπάλῳ με τὸ νῶτον. Obiter in *Lysistrata* vs. 656.

εἰ δὲ λυπήσεις τί με
τῷδέ γ' ἀψήκτῳ πατάξω τῷ κοθόρνῳ τὴν γνάθον.

animadverte duplex vitium. γε nihil significat et soloecum est ὅδε ἄψηκτος ὁ κόθορνος. Omnia sana erunt si repones:

τῷδε τἀψήκτῳ πατάξω σου κοθόρνῳ τὴν γνάθον.

comparato vs. 360. Sed ad LUCIANUM redeo: in § 14. εἰδέναι ὅπως ἂν τὰ κάλλιστα οἰκηθείη πόλις tam vitiose dicitur ut τὸ ἀγαθὸν pro εὖ. expunge articulum et iterum § 30. ἔς τε εἰρήνην καὶ ἐς πόλεμον [τὰ] ἄριστα παρεσκευασμένη et 17, 11. ἢν δέ ποτε καὶ [τὰ] ἄριστα πράξῃς. In ISOCRATIS *Areopagitico* § 3. ὁρῶ γὰρ τῶν πόλεων τὰς ἄριστα πράττειν οἰομένας [τὰ] κάκιστα βουλευομένας, optime τὰ *Urbinas* omittit. In § 19. οὐκ ἐῶν περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις inepte abundat praepositio. ARISTOPHANES dixerat in *Pluto* 159.

ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν.

quem multi imitati sunt. MENANDER fragm. 106. MEINEK.

τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιστα δεῖ,
ὅταν τι περιπέττωσι τοῖς χρηστοῖς λόγοις.

ubi vulgo περιπλάττωσι, quod bene correxit SALMASIUS. PLATO *de Legibus* X. p. 886 E. λόγοισι δ' εὖ πως εἰς τὸ πιθανὸν περιπεπεμμένα. Suavissime XENOPHON *Oeconom.* I. 20. προσποιούμεναι ἡδοναὶ εἶναι καταφανεῖς γίγνονται ὅτι λῦπαι ἄρα ἦσαν ἡδοναῖς περιπεπεμμέναι. ut nihil horum praepositionem admittit, sic LUCIANI περιπέττειν τοῖς λόγοις restituendum.

In § 23 κράνη δὲ ἐπικείμενοι παγγέλοια κεχηνότα παμμέγεθες vitium inest sed ipsius LUCIANI, qui tamen excusari potest quoniam omnes tum ita errabant. Veteres, qui in dicendo et naturam rerum verbis referebant et verborum sensum perspiciebant, solebant dicere κράνος, περικεφαλαίαν, πιλίδιον, στέφανον, προσωπεῖον, τιάραν, similia, περιτιθέναι, περιτίθεσθαι et in perfecto περικεῖσθαι, vitiosa sequiorum συνήθεια coepit his substituere ἐπιτιθέναι, ἐπιτίθεσθαι, ἐπικεῖσθαι. Atticistae antiquum obtinent et permiscent antiquitatis constantem usum cum recentiore negligentia. LUCIANUS, qui in κράνη ἐπικείμενοι cum aequalibus errat, idem in re eadem recte imitatur veteres § 32. ἐκεῖνα τὰ κράνη περιθήσεσθε τὰ κεχηνότα, ut in altero loco

aliquid titubatum esse suspicari posses, nisi satis constaret Lucianum, ut reliquos omnes, promiscue his usum. Ad versum 380 *Thesmophoriaz.* *περίθου νυν τόνδε πρῶτον* vetus Scholion legitur: — *τὸ δὲ περίθου, ὅπερ ἡμῖν σύνηθες ἐπίθου λέγειν.* Exempla passim obvia: in Luciano haec sunt 8, 20, 12. *ἐπίθου τὴν κόρυν.* 10, 14, 4. *τιάραν ὀρθὴν ἐπέθου.* 11, 16. *τιάραν ἐπιθεῖσα*, et in quo maxime sentiri potest quam perperam haec dicantur 40, 3. *προσωπεῖον ἐπιθείη* et 47, 33. *προσωπεῖον ἐπέθηκέ μοι.*

In libello *de Luctu* 50, 12. *εὐσχήμων καὶ καλὸς καὶ καθ' ὑπερβολὴν ἐςεφανωμένος ὑψηλὸς πρόκειται.* Interpres *et ultra modum coronatus* inepte. Expunge alterum *καί*, ut *καθ' ὑπερβολήν* cum praecedentibus coniungatur. Librarii saepe de suo *καί* inserunt, in qua re quam nihil intelligant ostendere solent. In Platonis *Apologia* p. 21 E. *ἐφεξῆς ἅα αἰσθανόμενος μὲν καὶ λυπούμενος καὶ δεδιὼς ὅτι ἀπηχθανόμην*, in his *λυπούμενος καὶ δεδιώς* significant *μετὰ λύπης καί δέους* et *ὅτι* pendet ab *αἰσθανόμενος.* Itaque expunge prius *καί* a sciolo invectum. Ineptius etiam *καί* insinuavit se in locum Thucydidis IV. 16. *σῖτον ἐσπέμπειν τακτὸν καὶ μεμαγμένον.* Transpone *σῖτον μεμαγμένον τακτὸν ἐσπέμπειν*, nam sic quoque poterat scribere, et quam male abundet vocula intelliges. Nusquam autem ea fraus evidentius deprehendi potest quam in ipso Luciano 55, 8. *νῦν γε μάλιςα πλησιςίου τε καὶ ἐσθλοῦ καὶ ἑταίρου ἀνέμου δεόμεθα*, ubi nemo recordatus est Homerici versiculi:

ἵκμενον οὖρον ἵει πλησίςιον, ἐσθλὸν ἕταιρον.

tandem Bekkerus importunum *καί* eiecit.

In § 16. pro *ματαιάζοντα* scribe *ματᾴζοντα.* cf. Pierson ad Moerid. p. 71. et in § 17. *φέρε τοίνυν διδάξομαι* soloecum est, ut *φέρ' ἴδω* sic dicendum est *φέρε διδάξωμαι*, quod in multis libris est sed temere spretum.

In *Rhetorum Praeceptore* 51, 2. *τέως μηδὲν ὄντες* supple *τὸ μηδὲν ὄντες* et in § 20. *ὅρα μήποτε γράψῃς ἢ σκεψάμενος παρέλθῃς* rescribe *γράψας* pro *γράψῃς.*

In *Philopseude* 52, 3. *Ὠρείθυιαν ὑπὸ τοῦ Βορέου ἀναρπασθῆναι* emendandum est *ἁρπασθῆναι.* Ἁρπάζειν in re amatoria certam sedem habet, *ἀναρπασθῆναι* et *ἀνάρπαςοι γενέσθαι* dicuntur quos necopinato vis oppressit et in aliquod infortunium rapuit,

in vincula, ad supplicium, ad necem. Si in Herodoto I. 1. pro τὴν δὲ Ἰοῦν σὺν ἄλλῃσι ἁρπασθῆναι, aut in cap. 4. εἰ μὴ αὐταὶ ἐβούλοντο οὐκ ἂν ἡρπάζοντο scriberetur ἀναρπασθῆναι aut ἀνηρπάζοντο absurde dictum esset. Praeterea Luciano obversatur Platonis locus in *Phaedro* p. 229 B. οὐκ ἐνθένδε ποθὲν λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι; quam fabulam Socrates ita interpretatur ut dicat sibi videri puellam vi venti praecipitem de rupe datam καὶ οὕτω δὴ τελευτήσασαν λεχθῆναι ὑπὸ τοῦ Βορέου ἀνάρπαςον γεγονέναι, in quo discrimen quod diximus apparet. In § 8. φρενῶν non est satis, supple εὖ φρονῶν. § 9. ἀπέραντα ξυμπεραίνῃ, Graecum est ξυμπεραίνεις. § 11. φθάσαι καὶ καταδῦναι, corrige φθάσαι καταδύν. § 12. supple ἢ παρακούσας et recipe ex Codd. ἐνεφύσησε μὲν αὐτοῖς pro αὐτά. In § 17. ἐλευθερίως τὰ δοκοῦντά οἱ λέγοντι necessarium est ἐλευθέρως. confundi solent ἐλεύθερος et ἐλευθέριος, ἐλευθέρως et ἐλευθερίως vid. 5, 13. 17, 30. 66, 2. In § 18. εἰς τὴν δισκοφόρον, nisi putas in palaestra ancillas fuisse repone εἰς τόν. § 19. οὐ νομίζεις τοῦ αὐτοῦ εἶναι καὶ ἐπιπέμπειν ἠπιάλους οἷς ἂν ἐθέλοι εἴγε καὶ ἀποπέμπειν δυνατὸν αὐτῷ. Graeca forma erit huius sententiae, si deleveris εἴγε et δυνατὸν αὐτῷ. § 20. lege πρὸ τοῖν ποδοῖν et οὐδ' ἂν ζῶντα πάνυ ἐδεδίειν. Editur πρός et οὐδὲ ζῶντα. § 31. εὐαγγελιζόμενος αὐτῷ ὅτι καθαρὰν αὐτῷ καὶ ἀδείμαντον ἤδη ἕξει τὴν οἰκίαν οἰκεῖν, expunge prius αὐτῷ et lege ἕξεσι pro ἕξει. § 34. ἐν τοῖς ἀδύτοις ὑπόγειος, lege τοῖς ὑπογείοις. et § 40. οὐδὲν μὴ ταράξει pro ταράξῃ.

In *Muscae Encomio* 57, 4. dicuntur esse muscae ὀφθαλμοὶ προπαγεῖς πολὺ τοῦ κέρατος ἔχοντες. Προπαγής vocabulum est nihili et ex Graecitatis opibus removendum. Legitur hoc uno loco et in προπετεῖς est emendandum, quo nomine oculos *exstantes* et *prominentes* Graeci appellant, quibus opponuntur οἱ κοῖλοι.

In libro *adversus indoctum libros coëmentem* 58, 1. lege τεκμαίρει et παραλαμβάνεις pro τεκμαίροιο et παραλαμβάνοις. § 3. καί μοι πρὸς τῆς Λιβανίτιδος ἄφες ἐν τῷ παρόντι τὸ μὴ σύμπαντα σαφῶς εἰπεῖν duplex vitium inest. Pro ἄφες restitue ἔφες, deindo Λιβανίτιδος novum et inauditum nomen est numinis, quod omnes iuxta ignorant et, credo, olim omnes ignorarunt, nam Venerem quandam in Libano cultam Λιβανίτιδα

fuisse appellatum docti homines suspicantur magis quam sciunt. Non premam suspicionem, quae mihi quidem satis probabilis visa est, non Λιβανίτιδος sed Ἀναΐτιδος olim scriptum fuisse, cuius numen tota Asia sacratissimum fuisse multorum testimoniis constat. Colebatur a Medis, Persis, Armenis, Lydis, Syris. vide STRABONEM multis locis XI. p. 512 et 532, XII. p. 559. XV. p. 733. In PLUTARCHI *Artaxerxe* cap. 27. libri exhibent Ἀρτέμιδος τῆς ἐν Ἐκβατάνοις, ἣν Ἀνεῖτιν καλοῦσι, recte SINTENIS Ἀναΐτιν, paulo rectius Ἀναῖτιν scribes. Suavissime de ea Dea scribit PLINIUS *H. N.* XXXIII. 25. quem non gravabor describere, quia refutatae superstitionis insigne exemplum numquam est inutile. *Aurea statua* (ex solido auro) *prima omnium in templo Anaitidis posita dicitur numine gentibus illis sacratissimo. Direpta est Antonii Parthicis rebus scitumque narratur dictum unius veteranorum Bononiae, hospitali Divi Augusti coena, quum interrogaretur esseine verum, eum, qui primus violasset hoc numen, oculis membrisque captum exspirasse. Respondit enim tum maxime Augustum de crure eius coenare, seque illum esse totumque sibi censum ex ea rapina.* Ne eam in Syria cultam esse nescias PAUSANIAS providebit, quem vide III. 16. Per huius igitur notissimae Deae numen hominem LUCIANUS obsecrasse videtur.

In § 4. corrige διέπεμψε, *transmisit*, pro ἐξέπεμψε, deinde ὑποβαλόμενος et περιβαλόμενος et χρυσᾶ pro χρύσεα. tum in § 5. πιθοῦ pro πείθου et § 6. ὑπὸ κρύους pro ἀπὸ κρύους. § 7. μὴ ἐξέταζε pro ἐξετάζειν. § 8. τὰ μὲν οὖν τῆς γυμνῆς ἀγωνίας, corrige γυμνικῆς. § 12. πρὸς ἔρωτα — ἐμπεσεῖν, lege εἰς ἔρωτα et mox οὐχ ἡ λύρα θέλγουσα ἦν, imo vero ἡ θέλγουσα. § 13. τὴν Ἐπικτήτου σοφίαν ὄναρ ἐπισῆσεσθαι, bene dicitur ipsum ὄναρ ἐπισῆναι, non item si quid boni alicui obvenit dormienti. Legerim ἐπιπτήσεσθαι. § 14. τὸ κειμήλιον τοῦτο δείκνυσιν, ὡς Τεγεᾶται τοῦ Καλυδωνίου τὸ δέρμα. Supplendum τοῦ Καλυδωνίου ὑὸς τὸ δέρμα. Non aliter enim dicebant quam ὁ ἐν Καλυδῶνι ὗς, vel ὁ Καλυδώνιος ὗς. De multis testibus produco oculatum unum, PAUSANIAM, qui se Tegeae vidisse scribit (VIII. 47, 2). τὸ δέρμα ὑὸς τοῦ Καλυδωνίου. διεσήπετο δὲ ὑπὸ τοῦ χρόνου, inquit, καὶ ἐς ἅπαν ἦν τριχῶν ἤδη ψιλόν. facile credimus. Facilius etiam ὗς revocari possunt apud PORPHYRIUM *de Abstin.*

II. 25. αὐτούς τε τοὺς καθαρειότητος μὲν οὐδὲν κοινωνοῦντας — σφάττομεν, repetitis duabus litterulis scribe τοὺς ὗς.

In § 18. ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς εἰδὼς πρᾴως εἴποις τοῦτό γε. non hoc agitur utrum *placide* an iratus responderit, sed potueritne respondere an non. Rescribe ῥᾳδίως pro πρᾴως. § 19. pro καὶ ἐπ' ἐλάχιστον Graece dicitur κἄν. § 23. ὁ Συβαρίτης τοὺς θαυμαστοὺς νόμους συνέγραψεν ὡς χρὴ μαίνεσθαι καὶ παρατίλλεσθαι. Multi pro μαίνεσθαι reposuerunt λεαίνεσθαι, potest etiam paulo melius emendari. Sciendum est in Codicum scriptura λι, λυ et μ plane eandem formam habere, utrum κάμπτω an καλύπτω scriptum sit solus accentus indicat. Apud Leonidam Tarentinum in Epigr. 51. Tom. I. p. 167. *Anthol. Gr.* Iacobs.

πυρσοῦ τοῦτο λέοντος ἀπεφλοιώσατο δέρμα
Σῶσος ὁ βουπαλίων δουρὶ φονευσάμενος.

Valckenaerius ad Ammonium p. 190 verum reperit ὁ βουπάμων. Itaque μαίνεσθαι ex λιαίνεσθαι natum est idque pervulgato errore ex λειαίνεσθαι. Locus est Aristoxeni apud Gellium N. A. IV. cap. 11. Πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσπρίων μάλιστα τὸν κύαμον ἐδοκίμασε. λίαν κινητικόν τε γὰρ εἶναι καὶ διαφορητικόν. Absurdum est λίαν κινητικόν. Scripsit Aristoxenus λειαντικόν. Ne dubites vide quibus verbis haec Gellius verterit Latine: »*quoniam is cibus et subduceret sensim alvum et laevigaret.*" Certa res est, ut vides: λειαν in λίαν abiit, quod supererat sic refectum est, ut esset certe Graecum vocabulum. De sententia loci isti ne cogitant quidem. — τί οἴει φαίνεσθαι, imo φανεῖσθαι. § 24. τὴν νεόκτιστον ταύτην οἰκίαν, quia nemo dicit οἰκίαν κτίζειν, ut πόλιν, corrige νεόκτητον. Quam facile ισ et η confundantur Bastius docebit aut quaelibet discrepantium scripturarum farrago.

In libro 59. § 1. πολλαὶ δὲ καὶ φιλίαι συνεκόπησαν καὶ οἶκοι συνεχύθησαν, vehementer suspectum est συνεκόπησαν, nam συγκόπτειν φιλίαν pro *rescindere* dici non potest, pro οἶκοι certa correctione repono ὅρκοι. συγχεῖν ὅρκον, ὁρκία dicebant Graeci omnes, Homerus ante omnes. συγχεῖν οἶκον nihil est, et praecedit οἶκοι ἀνάστατοι γεγόνασιν. Permisceri solent ὅρκος, ὄγκος et οἶκος: Theophrastus apud Stobaeum *Floril.* XLIV. 22. ὅταν τὰ ἐκ τῶν νόμων ποιήσωσιν οἷον ἀναγραφὴν ἢ οἶκον, receptum oportuit, quod Gesnerus reperit, ὅρκον. Quam facile ι, γ et

P confundantur ostendet locus PLUTARCHI in *Symposiacis* VI. 10. *τὸ σῦκον αὐτὸ καὶ τὸ ξύλον καὶ τὸ ἔργον.* Infelix coniectura recepta est *καὶ τὸ ἔρνος.* in ΕΡΓΟΝ latet ΘΡΙΟΝ. *τὸ θρῖον, folium ficus.* Confusa I et Γ pessumdederunt locum POLYAENI VII. 22. *λόγος ἦν ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι καταίρων * * πρὸς τὴν Ἥραν τῶν Θρᾳκῶν ὡς ἀπειθούντων.* nihil excidit, emenda *οἶος ἦν — ἀναβῆναι κατερῶν πρὸς τὴν Ἥραν.* Οἶκος et *ὄγκος* de loco pugnant in MENANDRI fragmento apud STOB. *Floril.* CXXIII. 2. *Pecuniosus homo*, inquit, *post mortem*

εἰς τὸν ἴσον ὄγκον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ.

BENTLEY *οἶκον* coniecit, quod MEINEKIO verum videtur, mihi non item. Sententia fere eadem fuit olim in SOPHOCLIS *Aiace* vs. 648.

κοὐκ ἔς' ἄελπτον οὐδὲν ἀλλ' ἁλίσκεται
χὠ δεινὸς ὅρκος καὶ περισκελεῖς φρένες.

ubi assentior iis, qui *ὄγκος* correxerunt. — In § 3. *εὐθὺς ἔαδε μηνιεῖν καὶ βοῆς ἐνεπίμπλα τὰ βασίλεια* foedum ulcus est *ἔαδε μηνιεῖν*, in quo subesse suspicor *ἠδημόνει.* Verbum *ἀδημονεῖν* non abhorret ab huius libelli oratione et stilo, in quo multa sunt vetusta vocabula studio quaesita, *ἐπηλυγάζουσα, οἱ γεινάμενοι, ὁμογενεῖς* pro *ἀδελφοί, τυπείς, οὐ φρενήρης* HERODOTO sublectum, *ἐπιτοξάζονται*, et alia. In § 5. *οἷον δὴ τὴν λύτταν καὶ τὴν ὀργὴν δεικνύουσα*, corrige *τὴν Λύτταν καὶ τὴν Ὀργὴν δεικνύουσι*, nempe pictores, fictores, statuarii, ut 1, 8. *ὁ Φειδίας ἔδειξε τὸν Δία.* et 71, 14. *οἷος ὁ παρὰ τῷ Φόλῳ Ἡρακλῆς ὑπὸ τῶν γραφέων δείκνυται*, et sic saepius: *δεικνύουσι* dictum est, ut 68, 37. *οἵους τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἑταίρους τῷ Σωκράτει παραγράφουσιν.* In § 10 versus HOMERI affertur notissimus:

ξυνὸς Ἐνυάλιος καὶ τὸν κτανέοντα κατέκτα,

κτανέοντα barbarum est, quamquam nil mutant HOMERI Codices et Editiones. Recte BEKKERUS edidit Iliad. X. 13. *οὐ μέν με κτενέεις*, at hoc loco Σ. 309. *κτανέοντα* retinuit, et Z. 409. *τάχα γάρ σε κατακτανέουσιν Ἀχαιοί* et Ξ. 481. *κατακτανέεσθε καὶ ὔμμες.* Eadem barbaries in HERODOTO apparet IX. 42. ubi DINDORFIUS *διαφθαρέονται*, quia in optimis libris est, servavit; *κτανέω* et *φθαρέω* tum demum Graeca erunt, quum *κταίνω* et *φθαίρω* Graeca esse incipient. Qui has formas a Graecitate alienas esse credit, mecum illas undique expellet. In § 12. *τῷ*

πλησίον κακουργεῖ, lege τόν, et § 14. εἰδῶσι pro ἴδωσι. In § 21. τὸ πρὸς τὰ παράδοξα τῶν ἀκουσμάτων ἐπόμενον, non multo melius est Bekkeri τερπόμενον. Scripserim ἕτοιμον. In § 28 dicitur Ulysses ἐπιβουλὴν συντεθεικὼς κατ' ἀνδρὸς ὁμαίμου καὶ φίλου (τοῦ Παλαμήδους). nesciebam Palamedem Ulyssi fratrem fuisse. Corrige ὁμαίχμου quod iste pro συμμάχου posuit. Denique in § 32 barbara forma legitur ἔφημεν, aut ἔφαμεν aut ἔφην restituendum.

In *Pseudologista* 60, 3. male editur οὐχ οὕτως ἀσφαλὴς οὐδὲ ἀφανὴς βδελυρὸς εἶ. recte dicitur ἀσφαλὴς στρατηλάτης, non item ἀσφαλὴς βδελυρός, corrige ἀσφαλῶς οὐδ' ἀφανῶς. In § 5 legitur πρὸ τούτου. *antea* dicitur Graece προτοῦ non πρὸ τούτου, tum lege προβαλέσθαι non προελέσθαι. § 8. θύουσι Νουμᾶ τοῦ βασιλέως καταστήσαντος. Numae regis nomen est in eorum numero, quae scribae depravare solent, ut Μιτυλήνη, Χαλκηδών, Λάρισσα, Συρακούσιος satis constanter scribunt vitiose pro Μυτιλήνη, Καλχηδών, Λάρισα, Συρακόσιος, sic ab iis Νουμᾶς scribitur qui ab antiquioribus Νομᾶς dicebatur aut Νομάς, ut Dindorfio placet ad Stephanum (cui verba χρὴ δὲ τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἐκτείνοντας βαρυτονεῖν apud Dionysium Halic. II. 58. genuina videntur, mihi ab aliquo lectore adscripta). Antiqui et boni Codices servant genuinam formam et nonnumquam perantiqua scripturae vitia, ut in Plutarchi *Coriolano* I. ὄνομα θυγατριδοῦς in omnibus libris est pro ὁ Νομᾶ θυγατριδοῦς. In Luciano 27, 17. in Codicibus est νομᾶν τὸν ἰταλιώτην, docti homines Νουμᾶν invexerunt. In hoc ipso loco optimi omnes exhibent θύουσιν ἅμα, in quo vides latere θύουσι Νομᾶ. in fine § lege συνείην pro συνίην. In § 11 revoca Γενετύλλιδος. In § 15. χρυσοῦς, φασὶν, ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι. Locus Platonis, unde haec sumta sunt, pervetusto vitio laborat, quod obiter eximam. Legitur in *Phaedro* p. 236. B. παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι, non est Platonis manus στάθητι. Veteres Attici dicebant χαλκοῦν ἑστάναι, χρυσοῦν ἑστάναι non σταθῆναι, et χαλκοῦν ἱστάναι, στῆσαί τινα, non ἀναστῆσαι, ut Lucianus dicere solet et sequiores. Demosthenes p. 172. οἱ πρόγονοι Θεμιστοκλέα καὶ Μιλτιάδην οὐ χαλκοῦς ἵστασαν οὐδ' ὑπερηγάπων (ubi mox emenda τῶν ἔργων οὐδενὸς τῶν τότε ἀπέστησαν αὐτοῖς pro ἀπεστέρησαν αὐτούς), et p. 493. ἀλλ' ἔστι καὶ χαλ-

κοῦς ἱςάναι καὶ σίτησιν διδόναι. p. 425. Φίλιππον χαλκοῦν ἱςᾶσιν et p. 807. Σόλωνα χαλκοῦν ἐν ἀγορᾷ ςῆσαι, et saepe apud alios. Itaque si cui statua ex aere esset posita dicebatur χαλκοῦς ἑςάναι. Herodotus II. 141. καὶ νῦν ἕςηκε ἐν τῷ ἱρῷ λίθινος, sic et χρυσοῦς ἕςηκε dicitur et ἕςη et ςήσεται, non item ςαθῆναι et ςαθήσεσθαι, quae sunt Graecitatis languescentis et labentis. Quid Plato scripserit potest iam ex his colligi, sed novum accedit emendationi praesidium e *Lexico* Photiano. Photius nescio unde nactus est antiqua in Platonem Scholia perdocta et vulgatis plerisque multis partibus meliora, quae in suam farraginem recepit et utiliter ab aliquo secernentur et Platonicis addentur. In voce Κυψελιδῶν ἀνάθημα vetus et pereruditum Scholion in *Phaedri* l. l. servavit, in quo vera lectio perlucet. In unico Codice est σφυρήλατος ἐν ὀλυμπίαι ἐςάθη. emenda ἕςαθι, quam formam Graeculi, quia dudum amiserant, interpolando tollere assueverunt, ut in Diotimi Epigrammate *Anthol. Gr.* Vol. I. p. 184 Iacobs.

Φωσφόρος, ὦ σώτειρ', ἐπὶ Παλλάδος ἵςαθι κλήρου.

imo ἕςαθι. Confusa sunt η et ι, ut in Epigrammate quod in eodem Scholio exstat, εἰμὶ ἐγώ, ubi alibi ostendi εἰ μὴ ἐγώ emendandum esse. Quae in fine legitur eiusdem epigrammatis diversa forma:

εἰμὶ ἐγὼ νάξος παγχρύσεός εἰμι κολοσσός
ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

ita mihi corrigenda videtur ut scribatur:

εἰ μὴ ἐγὼν, ὦναξ, παγχρύσεος κτέ.

Quam depravati et interpolati sint Platonis Codices etiam optimi et veterrimi aliquando dedita opera demonstrabo: in vicinia loci, de quo diximus, huius rei insigne documentum est, quod obiter ostendere iuvat. p. 236 c. editur ῥητέον μὲν γάρ σοι παντὸς μᾶλλον οὕτως ὅπως οἷός τε εἶ. ἵνα δὲ μὴ τὸ τῶν κωμῳδῶν φορτικὸν πρᾶγμα ἀναγκαζώμεθα ποιεῖν ἀνταποδιδόντες ἀλλήλοις εὐλαβήθητι. optimus quisque Codex cum eximio *Bodleiano* exhibet ἵνα μή, non ἵνα δὲ μή. optime, si importunum εὐλαβήθητι magistello, qui adscripsit, reddideris, ut ἵνα μή pendeat a verbis ῥητέον παντὸς μᾶλλον, sed ad Lucianum redeo.

In § 16. soloece editur φέρε ἀπολογήσομαι, recte 59, 6. φέρε διέλθωμεν, tum ἕκαςοι τοὺς τότε coalescat in ἑκάςοτε.

Deinde sensu vacuum est quod sequitur ὁ μέν τινα εἶπε — λυπάην, ὅτι τὰς ἐκκλησίας θορυβώδης ὢν ῥήτωρ ἐπεταράττεν. λυπάην nihil est, quum scriba vetusti libri scripturam detritam et fugientem expedire non posset dedit litterulas sine sensu. Vera lectio e re ipsa elici potest. Qui τὰς ἐκκλησίας θορυβώδης ὢν ῥήτωρ ταράττει, quo cognomine ab acuto populo mactari potest? quo alio quam τορύνη? Si quis volet inspicere ARISTOPHANEM in *Equitibus* vs. 984 et in *Pace* 654 ubi δοῖδυξ καὶ τορύνη et κύκηθρον καὶ τάρακτρον eodem sensu de eodem turbulento demagogo dicuntur, opus non erit ut verbum amplius addam.

In libello περὶ τοῦ οἴκου 61, 17. τῆς ὄψεως πρὸς αὐτὴν καλούσης, non dubitabit ἑλκούσης recipere, qui sciat quam saepe ἕλκειν et καλεῖν permutata fuerint. § 19. λίθινοι ἐγένοντο ἀπὸ θαύματος. Quamquam sexcenties librarii ἀπό et ὑπό confuderunt, certo sciri potest ubique utra praepositione sit opus. ἀπὸ λύπης, φροντίδος, ὀργῆς, χαρᾶς et similia nihil significabunt donec ὑπό reposueris. Quam magna sit copia locorum, qui adhuc correctorem exspectent, alias ostendam. Pauci sunt libri isto errore vacui, neque aliorum neque LUCIANI. In hoc ipso libro § 13. ἀπὸ ἴυγγος ἢ σειρῆνος ἑλκόμενος omnes obsidet libros scriptos et editos. BEKKERUS tandem ὑπὸ correxit, qui idem vitium aeque certum et evidens saepe alibi intactum reliquit. Ea est exemplorum, id est mendorum, copia ut etiam boni philologi, sed in Codicibus versandis non diu et multum versati, eam vim exemplorum undique irruentium sustinere non potuerint. In XENOPHONTIS *Hellenicis* V. 4. 60. malesana lectio in libris est λόγοι ἐγίγνοντο ἀπὸ τῶν συμμάχων, quam DINDORFIUS servavit, quia bis idem vitium commissum est in eodem opere: VI. III. 10. ἐγγεγένηται ἁμαρτήματα καὶ ἀφ' ἡμῶν καὶ ἀφ' ὑμῶν et VII. I. 5. ἀπὸ τῶν θεῶν δέδοται ὑμῖν εὐτυχεῖν. at iis locis facile est addere sexcentos alios, tamen quod absurdum est non fiet verum et sanum. In LUCIANI libro, in quo versamur, § 5 editur ὅπως ἐκπλαγήσονται. non ita est in Codicibus, optimus quisque ἐκπλαγήσωνται exhibet. ut 26, 36. δυνησώμεθα, 25, 61. ἐπαινέσωνται, 76, 9. πείσηται, 78, 21. ὅπως ἐπιθήσῃ et sexcenta huius erroris exempla apud omnes occurrunt. Quum ἐκπλαγήσωνται, πείσηται, φεύξωνται, ἀποδράσωνται, ὅπως ἐρῇς, ὅπως δώσωμεν, τευξώμεθα, λήψωμαι,

δήξηται et ὅπως ἔσωνται *ob fidem veterum membranarum* bene Graeca esse videbuntur, tum demum ἀπὸ τῶν θεῶν δέδοται, λόγοι ἐγίγνοντο ἀπὸ τῶν συμμάχων et sim. recte dici credentur, et ἀπό pro ὑπό cum passivis coniungetur, et *prae dolore* Graece dicetur ἀπὸ λύπης et vulgatam lectionem Luciani sine ratione convellere voluisse videbor. In § 20. μάρτυρα ὑμῖν παρασήσομαι, emenda παρασχήσομαι et brevi post καί οἱ πείθεσθε pro πείσεσθε. In § 23. in libris est λαθόντε τὰ βασίλεια καὶ παρελθόντε, quae violentius castigavit Fritzschius, quem Dindorf. et Bekker. sequuntur, παρελθόντε τὰ βασίλεια καὶ λαθόντε. Si παρηλθέτην τὰ βασίλεια non potuerunt intus Aegisthum interficere, legerim λαθόντ' ἐς τὰ βασίλεια παρελθόντε.

In *Macrobiis* 62, 2. εἰς σύννοιαν ἦλθον tam inepte dictum est ac si quis in *Cyropaediae* prooemio scribere vellet σύννοιά ποθ' ἡμῖν ἐγένετο. Verum est εἰς ἔννοιαν. In Codicibus ἐν et σύν tam simili forma sunt, ut subinde oculis discerni non possit utrum ε an συ sit legendum. In Stobaei *Floril.* XVI. 6. versus est Euripidis:

τοῦτον νομίζω κἂν θεῶν συλᾶν βρέτη.

ut in Aeschyli *Persis* 809. οὐ θεῶν βρέτη Ἠιδοῦντο συλᾶν, optimus Stobaei Codex A. ἐλᾶν βρέτη exhibet; contra in Plutarchi *Lycurgo* 4. libri omnes servant ridiculam lectionem Διὸς συλλανίου καὶ Ἀθηνᾶς συλλανίας pro Ἑλλανίου et Ἑλλανίας. Si vel in istis caecutiunt librarii, quid fecisse putas in ἐγκαλύπτομαι, pro quo seriores συγκαλύπτομαι dicebant, et sim. Nostri ubique est arbitrii statuere utrum σύν an ἐν sit scribendum, cuius rei exempla alio loco expromam. In § 6. κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν expunge articulum. In § 10. commemoratur Δημήτριος ὁ Καλλατιανός, qui de rege Hierone scripsit. Fuerat οἴκοθεν ὁ μάρτυς, sed eum librarii et editores patria Sicilia expulsum in oram Ponti relegarunt. In omnibus libris est καλλιςιανός, in qua scriptura ΚΑΛΛΙCTIANOC latet ΚΑΛΑΚΤΙΑΝΟC vel melius Καλακτῖνος, iterum confusis K et IC. Erat Demetrius ἀπὸ Καλῆς Ἀκτῆς, Caecilio rhetori popularis, in cuius patria eodem modo turbant librarii Καλατιανόν vel Καλλατιανόν appellantes. Vid. Suidam v. Καικίλιος. In § 15. ἀπὸ Σκυθῶν καταχθείς et § 16. καταχθεὶς ἀπὸ Πάρθων, utrobique ὑπό requiritur. In § 17. ἱππομάχων καὶ πεζομάχων repone participia

ἱππομαχῶν καὶ πεζομαχῶν. Paulo post editur ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν et § 18. ἐτῶν γεγονὼς τεττάρων καὶ ἑκατόν, vitiose. Recte in § 19. ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα γεγονὼς ἔτη, ubi Codex A. ἐτῶν, contra in § 18 codex B. ἔτη. Nihil nobis opus est libris testibus, nam utra scriptura sit ubique potior ex Graecitatis ratione et usu sciri potest. Graecum est ὢν τριάκοντα ἐτῶν, γενόμενος ἐτῶν εἴκοσιν, sed γεγονὼς ἔτη τριάκοντα. Sophocles in notissimo epigrammate:

ᾠδὴν Ἡροδότῳ τεῦξεν Σοφοκλῆς ἐτέων ὤν
πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα,

qui hanc rationem constare compererit, facili negotio quidquid aegrum est sanabit. Hinc emendari potest Platonis qui fertur *Alcibiades* I. p. 121 e. δὶς ἑπτὰ δὲ γενομένων ἐτῶν τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνομάζουσιν. vera lectio est γενόμενον. Contra in Lysiae fragmento 50. ἦν γὰρ αὐτῇ υἱὸς ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς ἐτῶν γεγονὼς ἑκκαίδεκα, necessarium est ἔτη. Addam fragmentum Menandri, ut mendo liberem. Ex ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ primum fragmentum est:

πρὸς τὴς Ἀθηνᾶς δαιμονᾶς γεγονὼς ἔτη
τοσαῦθ', ὁμοῦ γάρ εἰσι πεντήκοντά σοι.

δαιμονᾶς tam durum et contumeliosum verbum est, ut ab hac prima notitia inter Chremetem et Menedemum alienissimum esse videatur. Codices δαίμων δύο exhibent. Reponendum arbitror δαιμόνιε, *o bone*.

In libello περὶ τῶν διψάδων 64, 9. μηδὲ χυθεῖσαν τὴν σπουδὴν τῆς ἀκροάσεως κεχηνότα ἔτι καὶ διψῶντα καταλιπεῖν. lege μηδ' ἐκχυθεῖσαν. Pro σπουδήν est qui σπονδήν scripsit proclivi errore, quo plane pessumdatus est locus Dionysii Halic. cui obiter opem feram. Legitur V. 53. ὁρῶντες ὅτι ταῖς σπονδαῖς ἀναπεπτώκασιν οἱ πολλοί, vertunt: *videntes multitudinem pronam ad servandum foedus*, quod neque in Graecis est et sententiae adversatur. Emenda ὅτι ταῖς σπουδαῖς ἀναπεπτώκασιν: *refrixisse multitudinis studia*; ἀναπίπτειν, ut multa alia, sumsit ab Thucydide I. 70. Demosth. p. 411, 2. δέδοικα μὴ νῦν ἀναπεπτωκότες ἦτε, et Polybius Athen. X. p. 418 B. κατὰ μικρὸν ἀνέπεσον ταῖς ψυχαῖς.

In *Navigio seu Votis* 66. 2. προχειλός mutandum in προχειλής. Certa analogia ab neutris in -ος adiectiva in -ής com-

ponit, σκέλος τετρασκελής, δέος ἀδεής, κλέος εὐκλεής, alia sexcenta: mox legitur λεπτὸς ἄγαν τοῖν σκελοῖν, nescio unde haec lectio nata fuerit, sed nemo umquam aliter quam λεπτὸς τὼ σκέλη potuit dicere. In § 3. Αἰγυπτίας emendetur in Αἰγυπτίοις, non est enim alia Graeca nobilitas, alia Aegyptiaca, sed alia sunt aliis εὐγενείας σημεῖα: tum in verbis ἀναδουμένους κρωβύλον ὑπὸ τέττιγι χρυσῷ ἀνειλημμένον, solemni errore ἀνειλημμένον dederunt pro ἀνειλημένον, crines in nodum *retorquebantur*, ἀνειλοῦντο. In § 19. ἐπειδὰν εἰς σὲ παρέλθῃ ἡ εὐχή, quidquid fit per vices dicitur περιιέναι et corrigendum περιέλθῃ. Herodotus VI. 111. ὡς δὲ ἐς ἐκεῖνον περιῆλθε ἡ πρυτανηΐη, id est, περιελθοῦσα ἧκεν, et sic Lucianus ipse loquitur 10, 11, 2. οἱ κλῆροι εἰς Εὐνόμιον καὶ Θρασυκλέα περιῆλθον. et 70, 2. ὅταν εἰς ἐκεῖνον ἡ ἀρχὴ περιέλθῃ et aliis locis. In § 20. τὰ περὶ τὸ ἄξυ πάντα ὠνησάμην πλὴν ὅσα Ἰσθμοῖ καὶ Πυθοῖ. ridicula haec lectio nihil habet in libris praesidii, in quibus est ὅσα καὶ λιθοῖ, ὅσα θύμον καὶ λίθοι. Bekkerus dedit de suo ὅσα ψάμμοι καὶ λίθοι. Sanissima videtur lectio Codicum MΔ ὅσα θύμον καὶ λίθοι. *Planitiem* amoenam et non sterilem emturus erat Adimantus, *montes* non curat habere, poteratne igitur suavius dicere quam πλὴν ὅσα θύμον καὶ λίθοι? mox pro καὶ ἐν Ἐλευσῖνι lege καὶ Ἐλευσῖνι, ut Μαραθῶνι, Ῥαμνοῦντι, Σικυῶνι, quae adverbia sunt haud secus atque ΣΦηττοῖ, Ἰσθμοῖ, οἴκοι, Πυθοῖ, Ἀθήνησι, Θήβησιν, Ὀλυμπίασιν, quae non magis praepositionem admittunt quam Μαραθῶνι, Ἀγνοῦντι, alia. Librariis aliter visum, qui passim ἐν de suo inferciunt. Saepissime videbis in libris Ἐλευσῖνι et ἐν Ἐλευσῖνι alternare, Μαραθῶνι et ἐν Μαραθῶνι, similia. In *Equitibus* vs. 778.

σὺ γὰρ ὃς Μήδοισι διεξιΦίσω περὶ τῆς χώρας Μαραθῶνι,

optimus Codex *Ravennas* ἐν μαραθῶνι scriptum habet, et vs. 1331.

τῆς γὰρ πόλεως ἄξια πράττεις καὶ τοῦ Μαραθῶνι τροπαίου.

Ravennas habet τοῦμμαραθῶνι, *Venetus* τοῦ 'ν μαραθῶνι, similiter in *Vespis*, vs. 711. Quo iure Aristophanes emendatus est, eodem in omnes utendum et ἐν Μαραθῶνι, ἐν Ἐλευσῖνι, similia, primum in Atticorum scriptis, deinde in Atticistarum ad veterem loquendi usum ubique refingenda sunt. In § 22. ἐσθὴς ἀλουργίς, lege ἀλουργής. ἀλουργίς substantivum est, quod significat ἀλουργῆ ἐσθῆτα. In § 28. ὡς ἐκείνων πρὸς οὐδὲν ἀνα-

νευόντων, requiritur futurum ἀνανευσόντων. In § 39. χρύσεα ἐκπώματα προτεινόμενος τοῖς συμπόταις, in omnibus libris praeter unum A est προτείνων, in quo latet vera lectio προπίνων. χρύσεα debetur Graeculis, qui veteres formas resolvebant et in his adiectivis et in verbis πλέειν, ῥέειν, χέειν, similibus. Qui haec omnia emendare audebunt, saepissime veterum librorum auctoritate et Grammaticorum praeceptis et testimoniis adiuvabuntur. In Aeschinis *Ctesiphontea* p. 77. § 166. ἃ πῶς ποθ' ὑμεῖς, ὦ σιδήρεοι, ἐκκρτερεῖτε ἀκροώμενοι; male edunt omnes pro σιδηροῖ. verissima docentem Phrynichum p. 207 nemo sequitur. In § 40. οἷα ἕξεις πράγματα intelligi non potest, sed ὅσα. In § 44. pro ἀθέατος requiro ἄορατος. In § 45. ὅς σε παύσει μωραίνοντα τὴν πολλὴν ταύτην κόρυζαν ἀποξύσας, non *abstergendi* notio sed *emungendi* requiritur. Scribe igitur ἀπομύξας. Sumtum a Platone in notissimo loco *de Rep.* I. p. 343 a. κορυζῶντά σε περιορᾷ καὶ οὐκ ἀπομύττει δεόμενον, de quo vide Ruhnkenium ad Timaeum v. κορυζᾶν.

In *Dialogis Meretriciis* 67. 1. § 1. vitiosa forma est nominis Γοργόνα ἡ παμπόνηρος, Γοργόναν et τῇ Γοργόνῃ. Restitue Γοργών, Γοργόνα, Γοργόνι. Si ἡ Γοργόνα esset Graecum nomen productum α dativum postularet τῇ Γοργόνᾳ, ut sunt permulta nomina muliebria exeuntia in α longum praecedente consonante, ut Φίλα, Φίλας, Φίλᾳ, Διοτίμα, Φερετίμα, Μίκκᾱ, Κυνίσκα, Λαγίσκα, Μύςᾱ, Ἀρεταφίλα, Πολυκρίτα, Μῆδα, Λύκᾱ, Σιμαίθα, Κοττίνα, Στρατόλα, Κάμμᾱ, Τιμοξένα, Τελεσίππα, Ἀντιγόνα, Τιμύχα, Ἀπάμα, Θήβα, Plut. Tom. II. p. 856 a. ὑπὸ Θήβας, alia. Sic Κύννᾱ Graecum est et Κύννᾱς, Κύννᾳ, non Κύννης, quod in Aristophanis *Vespis* legitur 1027. et in *Pace* 754. Vide quemadmodum ea res depravarit Polyaenum VIII. 60. Κυννάνη Φιλίππου θυγάτηρ. Κύννᾱ verum est, νη suprascriptum peperit errorem, cuius et alibi in eodem nomine exempla sunt[1]). In sequenti capite commemoratur Πύςα γυνὴ Σελεύκου τοῦ Καλλινίκου. Littera π debetur rubricatori, genuinum est Μύςᾱ.

---

1) Eiusdem erroris alterum exemplum habes in Plutarchi *Apophthegm. Lacon.* p. 218 a. ubi Ἀρηγεύς commemoratur, qui neque Spartae umquam fuit neque ullo alio loco. Scriptum olim recte fuit Ἄρευς Laconica forma, Ἄρευς, Ἄρευος pro Ἄρης, Ἄρεος ex Alcmane omnibus nota. Superscriptum γσ est, ex utraque scriptura Ἀρηγεύς conflatum est.

Ex eodem fonte erroris, quem supra satis in Stobaei *Appendice Florentina* aperuimus, nata est cap. 54. Τανία γυνὴ Ζήνιδος pro Μανία, quam Xenophon omnibus notam fecit.

Nonnumquam in contrariam partem peccatur a scriptoribus quibusdam, qui Ionicos auctores secuti non satis Ionica ab Atticis et vulgatis discernunt et τῇ κοινῇ admiscent permulta ex Iade. Nemo hoc frequentius fecit quam Parthenius et incertus auctor libri *de mulierum virtutibus*, qui in Plutarcheis circumfertur Tom. II. p. 243 sqq. Et Pseudo-Plutarchus quidem Lampsacum et Lampsacenos cap. 18. Πιτυόεσσαν appellat et Πιτυοεσσηνούς, Charonem Lampsacenum describens, et multa alia huiusmodi retinet. Parthenius autem totus verbis formisque Ionicis constat, quales sunt μαςῆρες, ἀποδασάμενος, τῶν σφετέρων λαῶν, φαμένης, σπουδὴν ἐτίθετο, μετὰ δέ, ἄποινα, ἀποςυγεῖν, ἀμφιέπουσα (sic leg. 15, 2. pro ἀμφιπεσοῦσα), φιλότητα τίθεσθαι, δηλησαμένη, alia. In his sunt nomina muliebria solis Ionibus nota 1. Εἰλεβίην, 2. Πολυμήλη, 19. Ἰφιμέδην, alia. Si quis ad haec Parthenium inspiciet animadvertere poterit (quod adhuc omnes, quod sciam, interpretes fugit) auctores, quos videbit singulis capitibus adscriptos, non ab ipso Parthenio testes esse adductos, sed ab alio quodam docto Grammatico, qui indagavit unde historia quaeque a Parthenio esset sumta. Nonnulla reperire non potuit, in aliis alios quam ipse Parthenius testes produxit. In capite 13 lege Ἀρητάδας pro Δεκτάδας. In cap. 8 manifestum erit illas auctoritates ab alio esse appositas. Reperit enim historiam, quam Parthenius narrat, apud Aristodemum quemdam, sed mutatis nominibus, ut appareat Parthenium non hunc sed alium auctorem esse secutum. ἱςορεῖ Ἀριςόδημος ὁ Νυσαεὺς ἐν α' ἱςοριῶν περὶ τούτου, πλὴν ὅτι τὰ ὀνόματα ὑπαλλάττει ἀντὶ Ἡρίππης καλῶν Γυθυμίαν, τὸν δὲ βάρβαρον Καυάραν, quae non esse ab ipso Parthenio adscripta luce clarius est.

Caeterum usus formarum Ionicarum apud Athenienses non est plane inusitatus in nominibus quibusdam propriis, in quibusdam adeo certus est et constans, ut alio loco demonstrabimus: nunc Dialogos Luciani percurrere pergam.

In Dialogo 4. § 1. οὐκέτι σύνεςιν, supple σοὶ σύνεςι, mox πέντε προικὸς τάλαντα ἐπιφερομένην, praepostere dictum est pro

πέντε ταλάντων προῖκα. Expunge προικός, nam ἐπιφέρεσθαι proprie de dote, quam uxor afferat, dici solet: οὐδὲν ἐπιφερομένη est *indotata*, ut apud Lysiam XIX. 14. παρὸν μετὰ πολλῶν χρημάτων γῆμαι ἄλλην τὴν ἐμὴν μητέρα ἔλαβεν οὐδὲν ἐπιφερομένην. Aeschines in *Ctesiphontea* § 172. γαμεῖ γυναῖκα χρυσίον ἐπιφερομένην πολύ. Apud Theophrastum περὶ ἀνελευθερίας, XXII. editur: καὶ τῇ γυναικὶ δὲ τῇ ἑαυτοῦ προῖκα εἰσενεγκαμένῃ μὴ πρίασθαι θεραπαίνας ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους ἐκ τῆς γυναικείας παιδίον συνακολουθῆσον, corrige προῖκα ἐπενεγκαμένῃ et supple ἐκ τῆς γυναικείας ἀγορᾶς. Hinc corrige Xenophontem in *Oeconomico* VII. 13. ubi vir ad uxorem: σύ τε ὅσα ἠνέγκω πάντα εἰς τὸ κοινὸν κατέθηκας, legendum ἐπηνέγκω. In § 2. εἰ ἐπὶ πλέον ἐνοχλήσειας ἄπειμι, requiro futurum ἐνοχλήσεις.

In Dialogo 6. § 1. μαννάριον in μαμμάριον corrigatur (sic et Dial. 7. § 4.) et mox pro δύο ἔτη ταῦτα, ἐξ οὗ τέθνηκεν ὁ μακαρίτης σου πατήρ, οὐκ οἶσθα ὅπως ἀπεζήσαμεν; lege τὰ δύ' ἔτη, et omissa negatione οἶσθα ὅπως ἀπεζήσαμεν. et § 3. πλημμελές pro ἀμελές et § 4. δειξάσας pro ἐνδειξάσας.

In Dialogo 7. § 1. οὐκ ἔχοντι αὐτῷ καταθεῖναι συμβολήν, quis credat Lucianum συμβολήν et συμβολάς confundere potuisse in eo libro praesertim, quem totum ex Comicorum fabulis composuit? Non aliter dicebant Attici quam συμβολὰς διδόναι, τιθέναι, κατατιθέναι, ἀπὸ συμβολῶν simil. Afferam e Menandro exemplum ut emendem. Athenaeus VI. p. 270 D. εἰ δὲ λουσάμενοι λογάρια δειπνοῦμεν

μικρὰς τίθημι συμβολὰς ἀκροώμενος,

κατὰ τὸν Μένανδρον. Lepor loci Menandrei periit, at potest elici ex his verbis Pollucis VI. 12. ἀσύμβολοι, ἀπὸ συμβολῶν, ἀφ' ὧν οἱ Ἀττικοὶ μακρὰς διδόναι συμβολὰς ἔλεγον ἀντὶ τοῦ μεγάλας. Intelligisne Menandrum sic esse iocatum:

μακρὰς τίθημι συμβολὰς ἀκροώμενος.

In Dialogo 9. § 2. πρὸς δὲ σὲ οὐκ ἂν εἶπον ἀλλ' ἃ ἤκουσα ἐβουλόμην εἰπεῖν, emenda οὐχ ἃ εἶπον ἀλλ' ἃ ἤκουσα. In § 4 miles ad meretricem: οὐκέτι γὰρ ἁρπασθήσομαι ὑπὸ σοῦ. numquam hoc erat factum, neque metus erat ut fieret umquam. corrige: διαρπασθήσομαι. Saepe ἁρπάζειν et διαρπάζειν confunduntur. In *Hellen.* III. 1. 8. κατηγόρουν γὰρ αὐτοῦ οἱ σύμμα-

χοι ὡς ἐφείη ἁρπάζειν τῷ ςρατεύματι τοὺς φίλους, at milites omnium temporum etiam socios et amicos non *rapere* solent sed *diripere*, διαρπάζειν, quod reponendum.

In Dialogo 10. § 2. πρῶτον δὲ ὡμίλησέ μοι, perpetuo πρῶτον et πρῶτος, μόνον et μόνος, πρότερον et πρότερος et similia confusa videbis. Quamquam nusquam est difficilis optio et alterutra lectio ubique absurda est tamen pullulant vitia. Significant verba Luciani πρώτῃ δ' ὡμίλησέ μοι, nemo negat. Utrum igitur existimemus perinde esse an non esse? Idemne est ὁ πρῶτος εὑρών, εἰπών, γήμας, ὁ πρῶτος ἐψήσας μύρον et ὁ πρῶτον? Nemo, opinor, hoc serio contendet et discrimen tam certum est quam manifestum. Cur igitur parcimus lectionibus, quas constet esse absurdas? Ob fidem librorum? At qui saepe in manifesto mendacio deprehensus est amittit fidem. Ob multitudinem exemplorum? At *quid stultius est quam quos singulos contemnas eos aliquid putare esse universos*, ut Cicero dixit in *Tusc. Quaestt.* V. 56. Satis certum est non aliter dici posse quod Comicus dicit in Scholio ad Euripidis *Oresten* vs. 224.

ὁ πρῶτος εἰπών· μεταβολὴ πάντων γλυκύ,
οὐχ ὑγίαινε, δέσποτα.

aut Aristophon Athenaei XIII. p. 559 D.

κακὸς κακῶς γένοιθ' ὁ γήμας δεύτερος
θνητῶν. ὁ μὲν γὰρ πρῶτος οὐδὲν ἠδίκει.

nisi quod ἀπόλοιθ' est scribendum pro γένοιθ'. Tamen librarii dederunt Eubulo ibidem

κακός || Κακῶς ἀπόλοιθ' ὅςις γυναῖκα δεύτερον
ἔγημε, τὸν γὰρ πρῶτον οὐκ ἐρῶ κακῶς.

cui Menekius δεύτερος reddidit. Idem remedium Aristophanes exspectat in *Lysistrata* 946.

κάκις' ἀπόλοιθ' ὁ πρῶτον ἐψήσας μύρον.

quis dubitabit πρῶτος recipere? Sic in *Hellenicis* V. iv. 37. εἰ δέ τις πόλις ἐπὶ πόλιν ςρατεύσοι, ἐπὶ ταύτην ἔφη πρῶτον ἰέναι, et VII. i. 36. εἴ τις δὲ πόλις μὴ ἐθέλοι ἀκολουθεῖν ἐπὶ ταύτην πρῶτον ἰέναι, ecqua potest esse dubitatio, quin utrobique πρώτην sit corrigendum? aut ibidem V. iv. 1. Λακεδαιμόνιοι ὑπ' αὐτῶν μόνον τῶν ἀδικηθέντων ἐκολάσθησαν, quin verum sit μόνων, nam sensus est οἱ Θηβαῖοι μόνοι ἐκόλασαν τοὺς

Λακεδαιμονίους, ὧν οὐδένες πώποτε τῶν Ἑλλήνων κρατεῖν ἠδυνήθησαν. Sic in Lysia IV. 15. πότερον πρότερον ἐπλήγην ἢ ἐπαταξα ἐκείνη μᾶλλον ἂν ᾔδει, lege πρότερος et expunge ἄν. Aristophanes Nubb. 940.

φέρε δὴ πότερος λέξει πρότερος;

ubi olim πρότερον vulgabatur. Vide quae ad hunc locum Porson et Dobree annotarunt.

In § 4. καὶ ὅλως περὶ τὸ μειράκιόν ἐςι, qui tam saepe in eadem locutione correxerant ὅλος aut ex Codd. receperunt nescio quomodo hunc locum neglexerunt.

In Dialogo 12. § 1. Ἠθοκλέα non est Graecum nomen, scribe Πυθοκλέα aut Νεοκλέα. deinde ἐκέλευες μὴ ἂν ἄλλῳ ἐγχέαι, quis voculam ἄν servari posse putat? In § 2. ἢ ἕνα γέ τινα τρόπον εὑρήσω θανάτου, sententiae conformatio εὑροῦσαν postulat, deinde male legitur: διέφθειρας αὐτὸν ὑπεραγαπῶσα καὶ τοῦτο ἐμφαίνουσα. ἐχρῆν δὲ μὴ πάνυ αὐτὸν ζηλοῦν. vertunt *studiose colere*, corrige αὐτὸ δηλοῦν.

In Dialogo 13. § 4. ἐκθανεῖν γάρ μοι δοκῶ. Eiusdemmodi error in Stobaeo commissus ostendet quam inepte haec dicantur. Fragmentum est lectu iucundissimum Teletis in *Florileg.* 95, 21. Crates, inquit, apud sutorem sedens legebat Aristotelis προτρεπτικόν. Ἀναγιγνώσκοντος δ' αὐτοῦ τὸν σκυτέα ἔφη προσέχειν ἅμα ῥάπτοντα καὶ τὸν Κράτητα εἰπεῖν· ἐγώ μοι δοκῶ, ὦ Φιλίσκε, γράφειν εἰς σὲ προτρεπτικόν. Dixerat philosophorum lepidissimus γράψειν πρὸς σέ, et Lucianus ἐκθανεῖν γὰρ ἄν. Paulo post commemorat Λημνιάδας ἢ Δαναΐδας, repone sodes Λημνίας, et in § 6. πεῖσον αὐτὴν συγκαθευδήσουσαν, supple ἐλθεῖν συγκαθευδήσουσαν, nisi males credere πείθω σε ἐροῦντα pro λέγειν vel εἰπεῖν Graece dici posse.

In libello *de morte Peregrini* 68. § 9. barbarum est ἀλόμενος pro ἁλάμενος. Graeculi, qui tam pertinaciter ἀφείλατο et εὕρατο veteribus obtrudunt pro ἀφείλετο et εὕρετο, contrario errore aoristum ἡλάμην in barbarum ἡλόμην solent corrumpere. Sic 10, 14, 5. καθαλέσθαι irrepsit et aliis locis, quibus deceptus Bekker 18, 4. pro ἁλλόμενος de suo ἁλόμενος invexit. In § 10 nobilissimus locus de Peregrino Christianorum sacris initiato vehementer laborat et videndum an restitui possit. Postquam, inquit, Christianus factus est ἐν βραχεῖ παῖδας αὐτοὺς

ἀπέφηνε προφήτης καὶ θιασάρχης καὶ ξυναγωγεὺς καὶ πάντα μόνος αὐτὸς ὤν. καὶ τῶν βίβλων τὰς μὲν ἐξηγεῖτο καὶ διεσάφει, πολλὰς δὲ αὐτὸς καὶ ξυνέγραφε καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν ἐκεῖνοι ἡγοῦντο καὶ νομοθέτῃ ἐχρῶντο καὶ προσάτην ἐπέγραφον. τὸν μέγαν γοῦν ἐκεῖνον ἔτι σέβουσι τὸν ἄνθρωπον τὸν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα, ὅτι καινὴν ταύτην τελετὴν εἰσήγαγεν εἰς τὸν βίον. Librarii his verbis plus detrimenti attulerunt quam fanatici homunciones Christiani: hi enim summa ope delere librum nequidquam conati sunt, illi ita afflixerunt, ut quid Lucianus dixerit non intelligatur. Ac primum quidem transpone καὶ αὐτὸς ξυνέγραφε pro αὐτὸς καί, deinde expende an haec vera lectio esse videatur: καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν ᾠδοῦντο καὶ νομοθέτῃ ἐχρῶντο καὶ προσάτην ἐπεγράφοντο. μετὰ γοῦν ἐκεῖνον ἔτι σέβουσι τὸν ἄνθρωπον κτέ. In ἐπεγράφοντο Bekkerus quoque incidit, in caeteris errans; μετὰ γοῦν ἐκεῖνον dictum est ut in *Pluto* 250.

καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱὸν τὸν μόνον
ὃν ἐγὼ φιλῶ μάλιστα μετὰ σέ.

caetera quoque omnia tam perspicua sunt, ut non sit interprete opus. In § 12. οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμενοι τὸ πρᾶγμα πάντα ἐκίνουν, suspicor legendum esse πάντα λίθον ἐκίνουν, ut Graecis solemne est dicere. In § 13 vehementer mihi sunt vitii suspecta haec verba: ἐν βραχεῖ γὰρ ἀφειδοῦσι πάντων, quia ἐν βραχεῖ, quod semper significat *brevi*, nunc necopinato est idem atque ὡς ἔπος εἰπεῖν, quod si quis concoquere potest non facile reperiet locum, in quo haereat. Fieri potest, ut quod mihi saepe alibi est observatum idem huic loco veram lectionem restituat. Vocula est Attica ἔμβραχυ, qua Veteres frequenter utebantur, quaque Atticistae orationem suam ornabant, auctore ipso Longino in *Arte Rhetorica* p. 139. Bakii, ubi exquisita quaedam vocabula Attica eleganter scripturis commendat. Scribae voculam ignotam sibi solent satis constanter depravare in ἐν βραχεῖ, cuius rei permulta exempla vidi in Codicibus aut variantium lectionum acervis. Etiam in illis locis, ubi docti magistri usum antiqui vocabuli ἔμβραχυ aperiebant, scribae nihil cogitantes ἐν βραχεῖ vel ἐμ βραχεῖ substituunt, quod in Harpocratione videbis et Hesychio. Longinus ipse in Codicibus certe auctor est exquisite scripturo, ut pro ἁπλῶς ponat ἐν

βραχεῖ. At magistri usum veterum non satis acute observarunt et in errorem induxerunt Atheniensium imitatores. Ἔμβραχυ, si illos audies, est ἁπλῶς, συντόμως. vide perdoctum Scholion ad Platonis *Theagen* p. 127. c. Sic igitur οὐδεὶς ἔμβραχυ, πάντες ἔμβραχυ, et similia, recte dicta erunt et sic Atticistae scriptitant nil mali suspicantes. Acutius Heindorf. ad Platonis *Gorgiam* p. 457. a. observavit idem significare ἔμβραχυ et ὡς ἔπος εἰπεῖν, sed ἔμβραχυ componi cum ὅςις, ὅςις ἄν, ὅ τι βούλει, ὅπουπερ, ὅ τι περ, et talibus, contra ὡς ἔπος εἰπεῖν cum πάντες, et οὐδέν. Quod verissimum esse quivis inter legendum comperiet. Ἔμβραχυ legitur in Aristophanis *Vespis* 1120, *Thesmophor.* 590, apud Cratinum in Scholio Platonis l., ubi legendum:

ἔδει παρασχεῖν ὅ τι τις εὔξαιτ' ἔμβραχυ.

pro παρέχειν, apud Platonem, vide Ruhnk. ad Timaeum p. 99, apud Hyperidem in Scholio Platonis, apud Lysiam XIII. 92. ubi codex καθ' ὅσον ἂν βραχὺ ἕκαςος δύνηται, optime Dobraeus ἔμβραχυ emendavit. Ubique videbis constare usum, quem Heindorf animadvertit. Sequiores huius rei ignari non dubitant dicere quale est apud Dionem Chrysostomum p. 446. c. ὁ δὲ λόγος οὗτος ἔμβραχυ ἐσπούδακε ξυναρμόσαι τῷ θεῷ τὸ ἀνθρώπειον γένος, unde Geelius emendavit p. 551. c. περὶ πάντων αὐτὸν ἑνὶ λόγῳ φαμὲν ἔμβραχυ λέγειν, pro ἐν βραχεῖ. et p. 214 a. οὐδενὸς φθόγγου ἀπεχόμενος ἀλλ' ἔμβραχυ ποταμῶν τε μιμούμενος φωνὰς καὶ ὕλης καὶ ἀνέμων καὶ πυρὸς καὶ θαλάττης, ubi in libris est ἀλλ' ἐν βραχεῖ, vides ei perinde esse ἔμβραχυ scribere et ἁπλῶς. Duobus aliis locis ἔμβραχυ Dioni reddendum est, p. 72, 45. καθάπερ οἱ κομψοὶ τῶν δημιουργῶν ἐπὶ πάντα ἐν βραχεῖ φέρουσι τὴν αὐτῶν ἐπίνοιαν καὶ τέχνην, corrige ἐπὶ πάντων ἔμβραχυ. et p. 556, 7. περὶ δὲ τῶν βασιλέων ἐν βραχεῖ, iterum corrige ἔμβραχυ. Semel Dio recte imitatus est Antiquos p. 198. 3, ubi in libris est χρὴ δὲ ἐᾶν ὑμᾶς ἐν βραχεῖ ὅ τι ἂν ἐπίῃ μοι τούτῳ ἕπεσθαι, Geelius p. 111 emendavit ἔμβραχυ. Apparebit nunc quam infeliciter Stallbaum in Platonis *Hippia minore* p. 365. d. pro ἐρώτα ἔμβραχυ ὅ τι βούλει ex deterioribus receperit ἐν βραχεῖ, et nunc quidem vicisse videor in Luciano esse corrigendum ἔμβραχυ γὰρ ἀφειδοῦσι πάντων. Eidem 51, 4. quis nunc dubitabit reddere

ἅπαντα ἔμβραχυ ὅσα ἐςὶν ἀγαθὰ παρὰ τῆς ῥητορικῆς μονονουχὶ καθεύδων λαβών pro vulgata lectione ἅπαντα ἐν βραχεῖ et quis Platonis *Symposium* legens et horum non ignarus aut immemor p. 216 F. καί μοι ἔδοξεν οὕτω θεῖα καὶ χρυσᾶ εἶναι καὶ πάγκαλα καὶ θαυμαςὰ ὥςε ποιητέον εἶναι ἐν βραχεῖ ὅ τι κελεύοι Σωκράτης, quis est, inquam, qui non statim ἔμβραχυ emendabit?

Negligentius vocula ἔμβραχυ abutitur Aelianus *de N. A.* VII. 41. οὐκ ἀπελείπετο δὲ αὐτοῦ ἔμβραχυ, ubi Jacobs. indicavit locum ex *Variis Historiis* III. 47. Φωκίωνα δὲ οὐδὲν ὠφέλησε τὰ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, ἅπερ οὖν διεβίωσεν οὐδὲν ἀδικήσας τοὺς Ἀθηναίους ἐν βραχεῖ. Vides hunc quoque οὐδὲν ἔμβραχυ dedisse. Non credo Graecos sine risu Aeliani scripta legere potuisse, tam misere et inepte Graece balbutit et sibi mirifice loqui videtur. Quum vult dicere: *anni, quos vixit*, σεμνῶς πάνυ ponit τὰ ἔτη ἅπερ οὖν διεβίωσεν. ὅσπερ οὖν ei est in deliciis pro ὅς. In libro VII. *de N. A.* cap. 39 scribit nonnullos in Anacreontis loco pro κεροέσσης legere ἐροέσσης eosque Aristophanem Byzantinum refellere. Alter Lexiphanes ita dicit: πρὸς δὲ τοὺς μοιχῶντας τὸ λεχθὲν ἀντιλέγει κατὰ κράτος Ἀριςοφάνης ὁ Βυζάντιος. In cap. 42 narrat fabellam eandem, quam supra e Florentino Codice apposuimus pag. 184, tam inepte et verbis sententiisque tam absurdis, ut Lexiphani stoliditatis palmam praeripere posse videatur.

Opponam his locum Oratoris Attici, in quo illa popularium sanitas nunc quidem non apparet sed in integrum restitui certa medicina potest. Legitur nunc apud Isaeum Orat. IX. § 11. ἐχρῆν τὸν Κλέωνα, ὅτε τὸν υἱὸν τὸν τούτου ἐποιεῖτο Ἀςύφιλος καὶ τὰς διαθήκας κατέλειπε, παρακαλέσαι εἴ γέ τινα συγγενῆ ἐπιδημοῦντα ἐγίγνωσκε καὶ τοὺς ἄλλους ὅτῳ ἐπὶ βραχύ περ ᾖδει Ἀςύφιλον χρώμενον, quis dubitabit mecum reponere εἴτε τινά et ὅτῳπερ ἔμβραχυ ᾖδει Ἀντίφιλον χρώμενον?

In § 19. ἐπὶ τὸν Δία καταφυγὼν ὁ γενναῖος εὗρε τὸ μὴ ἀποθανεῖν, non *invenit*, sed *impetravit*: itaque scribe εὕρετο. Numquam apud probatos scriptores εὑρεῖν et εὑρέσθαι permutantur. In § 26. κακὸς κακῶς ἀποθάνοι, mirum ni Lucianus ἀπόλοιτο dederit, ut solent omnes. In § 28. τελετήν τινα ἐπ' αὐτῷ ςήσεσθαι, composito opus est συςήσεσθαι. contra in § 27.

χρυσοῦς ἀναςήσεσθαι ἐλπίζων veteres omnes dixissent ςήσεσθαι, sed Luciani et aequalium is error est, ut supra diximus. In § 32. θανατιῶντι emendandum est in θανατῶντι. θανατιᾶν Graeculorum vitio natum est, quos decipiebant formae μαθητιᾶν, βιωητιᾶν, οὐρητιᾶν, quarum diversa ratio est. In § 33. χρυσῷ βίῳ χρυσῆν κορώνην ἐπιθεῖναι, imo vero κορωνίδα, ut omnes loquuntur et Lucianus ipse 25, 26.

In *Fugitivis* 69, 1. ὀπτωμένων ἀνθρωπείων σωμάτων, corrige σαρκῶν. et in fine § 33. pro παπαῖ παιάξ ex Aristophane revoca ἰατταταιάξ.

In *Saturnalibus* 70. § 21. ἐν ταῖς κοίταις καὶ κίςαις εὑρῶτι κατασαπῆναι. Librarius quum duplicem lectionem in antiquo libro invenisset utramque dedit de more et copulam addidit. Expunxerim κοίταις καί. Apud Pseudo-Plutarchum *de mulierum virtutibus* p. 243. E. ὅσων οἶμαί σε βεβαίοις βιβλίοις ἐντυχοῦσαν ἰςορίαν ἔχειν παρήσω. Vertunt ut possunt. βεβαίοις corrupta lectio est, βιβλίοις vera. In § 22. in verbis εἰς τὸ δημοτικώτερον est notatu digna scripturae varietas in codice optimo A. δημοκρατικώτερον. Idem vitium inolevit in eximio loco Lysiae XXV, 8. ἐνθυμηθῆναι χρὴ ὅτι οὐδείς ἐςιν ἀνθρώπων φύσει οὔτε ὀλιγαρχικὸς οὔτε δημοκρατικός, ἀλλ' ἥτις ἂν ἑκάςῳ πολιτεία συμφέρῃ ταύτην προθυμεῖται καθιςάναι. Emendandum est οὔτε δημοτικός. Apud Athenienses perpetuo usu opponuntur inter se οἱ δημοτικοί et οἱ ὀλιγαρχικοί, non οἱ δημοκρατικοί, quod de rebus dicitur, non de personis. Ubicumque has duas factiones Athenienses nominant, quod sexcenties faciunt, videbis hunc usum constare. Inspice Isocratem περὶ τοῦ ζεύγους § 36. ubi lege: οὐ γὰρ ἀπελαυνόμενος ὑπὸ (vulg. ἀπὸ) τῆς ὀλιγαρχίας ἀλλὰ παρακαλούμενος ἦν δημοτικός et § 37. Plane gemellum est in Isocratis oratione *de Pace* § 133. παυσώμεθα δημοτικοὺς μὲν εἶναι νομίζοντες τοὺς συκοφάντας, ὀλιγαρχικοὺς δὲ τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν, γνόντες ὅτι φύσει μὲν οὐδεὶς οὐδέτερον τούτων, ἐν ᾗ δ' ἂν ἕκαςοι τιμῶνται ταύτην βούλονται καθεςάναι πολιτείαν. Quod apud Lucianum mox sequitur: ἔτι παρασκευαζομένων ὡς ἐπιβάλοιμεν τὴν χεῖρα ab eo sic dici non potuit sed ab homuncionibus corruptum est. *Paro facere*, *paro bellum*, et similia Graece duobus modis dici possunt, παρασκευάζομαι ποιεῖν, πολεμεῖν vel ὡς ποιή-

σων, ὡς πολεμήσων. Exemplorum affatim est apud omnes, nemo contra ὡς, ὅπως aut simile quid cum παρασκευάζομαι coniunxit umquam. Quid igitur aliud Lucianus scribere potuit quam ὡς ἐπιβαλούντων? scioli ad captum suum correxerunt scilicet. In § 26. μὴ ὁ σῖτος φθειρὶ ζέσῃ, nihili est quod Bekkerus recepit φθειρίζῃ. φθειρίζεσθαι est ἀναλέγειν τοὺς φθεῖρας καὶ ἀναιρεῖν, hic locus requirit φθειρσὶ ζέσῃ. In § 32. τὸ μὴ τοῦ αὐτοῦ οἴνου συμπίνειν, pro συμπίνειν correxerim ὑμῖν πίνειν. In § 36. ἰσοδίαιτοι καθεςῶτες ὡς ἂν μηδὲ τὸν συνδαίτην αὐτὸν αἰτιάσασθαί τι. Συνδαίτης ex Graecitatis gaza abiiciendum est. Scribe ὡς ἂν μηδὲ τὸν Ἰσοδαίτην αὐτόν. Ἰσοδαίτης est ξενικός τις δαίμων, ᾧ τὰ δημώδη γύναια καὶ μὴ πάνυ σπουδαῖα ἐτέλει, teste Harpocratione. Ne longe arcessitum hoc numen putes inspice § 32.

In lepidissimo *Convivio seu Lapithis* 71, 7. πολὺ τὸ κόσμιον ἐπιφαίνων, scribe ἐμφαίνων et § 9. εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον pro μηδέν τι. In § 16. ἐγελάσατε, ὦ καθάρματα, εἰ τῇ νύμφῃ προὔπιον ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου θεοῦ τοῦ Ἡρακλέους. Nisi haec scriptura emendabitur sollertiam et acumen criticorum vincet vinosus monachus, qui ad verba, quae paulo ante leguntur, προπίνω σοι Ἡρακλέους ἀρχηγέτου, nimis lepidum scholion adscripsit hocce: σκόπει τὴν σύνταξιν. προπίνω σοι Ἡρακλέους ἀρχηγέτου, ὃ νῦν ἀγροικικῶς φαμέν· εἰς τὴν πρεσβείαν τοῦδε ἢ εἰς τὴν ὑγίειαν. δεῖ γὰρ λέγειν· προπίνω σοι τῆς σῆς ὑγιείας ἢ προπίνω βασιλέως μεγάλου ἢ προπίνω σοι Μαρίας τῆς θεοτόκου καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Facetum est imprimis et illis temporibus ac moribus dignum προπίνω σοι Μαρίας τῆς θεοτόκου. Non teneo me, quin adscribam Solani annotationem: »*Legi autem*, inquit, *si usquam meretur scholium quod ad haec verba monachus haud dubie vinosus adscripsit, unde disces ab iis sanitatem Beatae virginis strenue potari solitam. Quid non ebrietas designat? quot bibendi iucitamenta quaeruntur? Salus praesentium, absentium, amicorum, amicarum, patronorum, et apud nos Anglos Regum Ecclesiaeque ipsius.* Pudet haec opprobria nobis etc. *Hoc scholium cum olim Praesuli venerando et eruditione omnibusque probis artibus Illustri* Loidio *Vigorniensi Episcopo ostenderem*, nos ergo *inquit*, non primi hanc insaniam insanimus, et imprudentes exempla sequimur hominum saecu-

lorumque vilissimorum!" Haec ille [1]). Caeterum πίνειν τινός et προπίνειν τινός satis nota sunt. Quis nescit dictum Callisthenis: οὐ βούλομαι Ἀλεξάνδρου πιὼν Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι? itaque Luciano reddemus προὔπιον τοῦ ἡμετέρου θεοῦ. In § 42. pro αἵρεσθαι, quod non est huius loci, aut ἀναιρεῖσθαι legendum aut quod codex unus suppeditat ἀνελέσθαι. Perpetua est in libris verborum αἱρεῖσθαι et αἵρεσθαι confusio, cuius rei pauca quaedam de multis exempla vide, ac primum quidem quia tam manifestum est inspice Iamblichi *vitam Pythagorae* § 232. ubi philosophus praecipit: ἔχθραν ἑκόντα μὲν μηδέποτε αἱρεῖσθαι, ἀράμενον δὲ μένειν εὐγενῶς ἐν τῷ διαπολεμεῖν. ecquis negabit αἵρεσθαι verum esse? Apud Demosth. p. 178, 25. πόλεμον ἄρασθαι in omnibus est, optimus omnium S. vitiose αἱρεῖσθαι habet, et p. 207, 26. pro πόλεμον ἀραμένους in A. S. αἱρουμένους legitur. In § 43. ἐπεκαλοῦντο βοηθεῖν, corrige βοηθούς et § 45. ἀπάντων κακόν pro κακῶν. denique in ultimis verbis § 48. non συνεσιᾶσθαι τοιούτοις σοφοῖς dederat lepidus scriptor, sed festivissime, credo, τοσούτοις σοφοῖς.

Sequitur libellus περὶ τῆς Συρίης θεοῦ scriptus, si Musis placet, Ionice ab eo qui neque Ionice satis sciebat neque recte et eleganter scribere aut scite et venuste narrare aut fingere umquam didicerat. Quam bene Ionice scribat vel obiter inspicienti apparebit. Turpissimum vitium est § 36. ὁ ἀρχιρεὺς ἐπερέεταί μιν, meminerat se legere ἠρόμην, apud Herodotum εἰρόμην, et ἐπηρόμην, ἐπειρόμην et credidit sibi licere ἐπερέομαι dicere. Non tamen credo eum § 17. scripsisse ἠρήσατο, quod significat ηὔξατο, pro ἠράσατο, quae forma Homerica est pro ἠράσθη. In § 2. pro ἀποδέξαι requiro καταδέξαι, et § 10. ὀρταὶ καὶ πανηγύριες καταδεδέχαται pro ἀποδεδέχαται. § 4. ἐτίμησαν pro ἐτιμήσαντο. § 6. κατὰ μνήμην pro μνήμην. In § 18. ὁ μὲν ὧδε ἀγνὼς ἐὼν ἐδέετο, emenda ἀγνώσσων, quo verbo Graeculi

---

1) Bona pars scholiorum in Lucianum scripta est a monachis, quorum insulsae et inficetae annotationes barbaro sermone scriptae indignae sunt quae edantur. Neque interpretatio Luciani neque emendatio quidquam ex iis adiuvatur. Quam boni critici sint vide p. 132. Iacobitz., ubi nescio quis corrigit ἐπινῶς ἀγαπῶσα τὸν νεανίσκον pro ἐπιμανῶς (27, 25.) quod quamquam barbarum est tamen Iacobitz recepit.

delectantur. Vides ΑΓΝΩCCΩΝ et ΑΓΝΩCЄΩΝ quam facile permutari possint.

Quod sequitur Δημοσθένους ἐγκώμιον perexigui pretii opusculum est et admodum vitiose scriptum. De multis vitiis pauca abstergam. In § 2. pro ἀφθόνων διδόναι τῶν ἐπῶν scribe ἀφθονίαν. in § 5. τοῦ δὲ ῥητορικοῦ λόγου pro τοὺς δὲ ῥητορικοὺς λόγους. in § 10. τῆς ληκύθου pro τοῦ θυλακοῦ. in § 12. Εὔβουλος, Ὑπερείδης pro Εὐβουλίδης. in § 18. ἐφ' ὅτῳ pro ἐφ' ὅ τι. in § 23. pro ἁρματοτροχίας ἀλεείνειν lege ἁματροχιὰς ἀλεείνειν ex Iliade Ψ. 422.

τῇ ῥ' εἶχεν Μενέλαος ἁματροχιὰς ἀλεείνων.

et paulo ante pro ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἁρματοτροχίας emendandum ἁρματροχιᾶς ex eodem libro Iliados vs. 505. Iuvabit ad haec legisse Porphyrii annotationem ad priorem Homeri locum ἁματροχιάν et ἁρματροχιάν recte distinguentis et Callimachi errorem acute redarguentis, qui Homerum imitatus scilicet hos versiculos fecerat:

ἀλλὰ θεόντων
ὡς ἀνέμων οὐδεὶς εἶδεν ἁματροχιάς.

quum vellet dicere τὰ τῶν τροχῶν ἴχνη, ἁρματροχιάς, ut apud Poëtam est:

οὐδέ τι πολλὴ,
γίγνετ' ἐπισσώτρων ἁρματροχιὴ κατόπισθεν.

In § 27. ᾔειμεν εἰς τὰ Θερσαγόρου variant libri: εἰς τὰ Θ., εἰς τοῦ Θ., εἰς τὰ τοῦ Θ. optimum est εἰς Θερσαγόρου, ferri potest εἰς τοῦ Θερσαγόρου, sed τά non habet locum, quod Lysiae causa admoneo, apud quem vitiose legitur XII. § 12. καὶ ἐρωτῶσιν ὅπῃ (leg. ὅποι) βαδίζοιμεν. ὁ δ' ἔφασκεν εἰς τὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ἐμοῦ, rescribendum εἰς τἀδελφοῦ τοῦ ἐμοῦ. In § 29. τί γὰρ τῶν ὀρῶν καὶ τῆς ὑδρίας Δημοσθένην οὐκ ἔχοντι; intelliges si ante Δημοσθένην suppleveris δεῖ: quod mox sequitur τῆς ὑμετέρας γέγονεν ἔργον ὀλιγωρίας ab Interprete non est intellectum. Saepissime tamen apud sequiores ἔργον γενέσθαι τινός occurrit pro ἀπολέσθαι ὑπό τινος et significant illa verba ὑπὸ τῆς ὑμετέρας ὀλιγωρίας ἀπόλωλε. Multis exemplis hunc usum labentis Graecitatis illustravit Wyttenbach in *Biblioth. Crit.* III. 2. p. 16. Quod Archias respondet: ἀλλ' οὐδ' ὑφ' ἡμῖν ἐγένετο sanum erit si reposueris ἐφ' ἡμῖν. ὑπό τινι εἶναι dicitur

is, qui non sui iuris est, *ἐπί τινι*, qui in alicuius potestatem per vim venit passurus quod illi videatur. Sic Cyrus partem Asiae cum imperio obtinens erat *ὑπὸ τῷ ἀδελφῷ*, in carcerem coniectus et poenam exspectans *ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ*. Captivi sunt *ἐπὶ τοῖς πολεμίοις*, victi in ditionem recepti *ὑπὸ τοῖς νενικηκόσιν*. Certus et constans hic usus est perpetuumque discrimen, ut *ὑπό imperii* et *iuris* sit, *ἐπί arbitrii* et *libidinis*, at librarii temere miscent ut omnia, quorum errores ad hanc lucem quivis nullo negotio corriget. In Isocratis *Panegyrico* § 16. omnes libri servant hanc lectionem: *τῶν Ἑλλήνων οἱ μὲν ἐφ' ἡμῖν, οἱ δ' ὑπὸ τοῖς Λακεδαιμονίοις εἰσίν*, optime *Urbinas ὑφ' ἡμῖν*. ibid. § 101. *τῶν πόλεων τῶν ἐφ' ἡμῖν οὐσῶν*, idem liber *ὑφ' ἡμῖν* rectissime. In § 120. *ἐφ' ἡμῖν* in omnibus est, at tu lege *ὑφ' ἡμῖν*. In eiusdem *Archidamo* § 47. *τὸν ἄλλον χρόνον ὑφ' ἡμῖν ὄντες νῦν ἡμῖν προςάττειν ἀξιοῦσιν*, in uno libro est *ἐφ' ἡμῖν* pessime. In Xenophontis *Hellen.* VII. 1. 6. contrarius error est. *Λακεδαιμόνιοι*, inquit Procles ad Athenienses verba faciens, *ὑμῖν ἐπολέμουν ποτὲ πολλὰ ἔτη καὶ κρατοῦντες τῆς χώρας οὐδὲν προὔκοπτον εἰς τὸ ἀπολέσαι ὑμᾶς, ἐπεὶ δ' ὁ θεὸς ἔδωκέ ποτε αὐτοῖς κατὰ θάλατταν ἐπικρατῆσαι εὐθὺς ὑπ' ἐκείνοις παντελῶς ἐγένεσθε*. necessarium est *ἐπ' ἐκείνοις*, nam sensus est *ἐπ ἐκείνοις ἐγένετο χρῆσθαι ὑμῖν ὅ τι ἂν βούλοιντο*, *vos vestraque omnia illorum arbitrio permissa sunt*, non *in illorum ditionem recepti estis*, quod numquam factum est. In eodem libro V. 11. 17. *οἱ Θρᾷκες οἱ ἀβασίλευτοι θεραπεύουσι καὶ νῦν τοὺς Ὀλυνθίους. εἰ δ' ὑπ' ἐκείνους ἔσονται πολλὴ καὶ αὕτη δύναμις προςγένοιτ' ἂν αὐτοῖς*, vera lectio est *ὑπ' ἐκείνοις*, id est *si in illorum ditionem redacti erunt*. Idoneum exemplum adscripsit Dindorf VI. 11. 4. *ὡς χρήσιμον εἴη τὴν Κέρκυραν μὴ ὑπ' Ἀθηναίοις εἶναι*, ad quam normam refinge locum Thucydidis VI. 86. *τὴν Σικελίαν μέχρι τοῦδε μὴ ὑπ' αὐτοῖς εἶναι* pro vulgato *ὑπ' αὐτούς*, ac saepe talia recurrunt. Denique ex his restitui potest et expediri locus Thucydidis interpolatus et obscurus III. 12. Mytilenenses deficiunt ab Atheniensibus. Legati Spartam missi excusant factum et aliis et hisce: *εἰ γὰρ δυνατοὶ ἦμεν ἐκ τοῦ ἴσου καὶ ἀντεπιβουλεῦσαι καὶ ἀντιμελλῆσαι, τί ἔδει ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὁμοίου ἐπ' ἐκείνοις εἶναι; ἐπ' ἐκείνοις δ' ὄντος ἀεὶ τοῦ ἐπιχειρεῖν καὶ ἐφ' ἡμῖν εἶναι δεῖ τὸ προαμύνασθαι*. In-

terpretationes huius loci nihil aliud te docebunt, quam locum ab interpretibus non esse intellectum, nec mirum, *interpretationem*, auctore Quinctiliano, *praecedere debet emendata lectio.* Expunge ἐκ τοῦ ὁμοίου, natum ex vicinis ἐκ τοῦ ἴσου, et scribe τί ἔδει ἡμᾶς ὑπ' ἐκείνοις εἶναι; si pares essemus viribus, *quid attinebat nos illorum imperio esse subiectos?* nunc quia pares non sumus illorum iniuriis semper imminentibus sumus obnoxii, quas inferent quando volent. *Si illis semper erit licitum vim inferre quando occasio esse videbitur, nobis priusquam id fiat quoquomodo cavendi ius esse oportet.* Sunt haec tam aequa et iusta quam facilia et aperta ad intelligendum.

Ad Lucianum redeo. in § 37. ἀποδεικνύντες στρατηγεῖν, στρατηγούς legendum est, et § 38. εἰς ὅσον κίνδυνον non κινδύνου, et § 44. οὐδὲν ὑπεσέλλετο pro ὑπέσελλεν. In § 47. συγγίγνωσκέ μοι μὴ πεφυκότι κακῷ γενέσθαι, scribi non potuit nisi illis temporibus, quum tota Graecia decrepita et effoeta desiperet, neque quid ageret neque quid loqueretur prae senio satis intelligens. *Veniam* olim *petere* solebant, si cuius culpae sibi essent conscii, at Demosthenes sibi ignosci vult, ὅτι οὐ πέφυκε κακὸς γενέσθαι. itaque istum quidem Demosthenem lubens missum facio.

In *Cynico* 75, 1. ὡς ἄσην πάμπολλον τουτὶ τὸ ἱμάτιον φέρειν, nescio quomodo foedum hoc vitium Criticos fugerit. ἄσιν nondum esse emendatum non miror, παμπόλλην neminem vidisse reponendum id vero admodum mirum est. Ἄση et ἄσις a scribis permisceri solent. Hinc docti decepti imbiberunt opinionem perinde esse utro modo scribatur. Ἄση vetus Ionicum vocabulum est pro λύπη, ἀνία. Herod. I. 136. ἵνα ἢν ἀποθάνῃ τρεφόμενος μηδεμίαν ἄσην τῷ πατρὶ προσβάλῃ, ubi vide quid scribae designaverint in plerisque libris. Hinc ἀσηθείη apud eundem III. 41. pro ἀλγήσειε, λυπηθείη. hinc Tragici arripiunt. Euripides *Medea* 247.

ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίαν ἄσης,

quos deinde Atticistae imitantur. At ἄσις significat *sordes*, *immunditiem*, πᾶσαν ἀκαθαρσίαν. primus auctor Homerus *Iliad.* Φ. 321. τόσσην οἱ ἄσιν καθύπερθε καλύψω, unde multi recentiores poëtae et poëtastri sumserunt, deinde alii quoque priscum vocabulum recoquere coeperunt, at Graeculi ignotum sibi vocabu-

lum multis modis depravant; saepissime in ἄσῃ abit, interdum in alia omnia. Insigne exemplum est in Luciano 45. § 23. ubi videbis τὴν ἄσην et τὴν ἄσιν et τῇ ἀσιτίᾳ confundi; τῇ ἀσιτίᾳ impudentis et indocti correctoris est: alia vide apud Dorvillium ad haec Charitonis p. 24, 14. ἐκ μακρᾶς οὖν θαλάσσης ἀπόλουσαι τὴν ἄσιν, quibus adde Piersonum ad Moeridem p. 60. In § 5 pro καὶ φαυλίζεις lege καὶ ἐκφαυλίζεις et θαυμαςῶς ὡς ποικίλην pro θαυμαςῶς ποικίλην. In Menandri fragmento apud Hesychium v. ὡς.

ἔγημε θαυμαςὴν γυναῖχ' ὡς σώφρονα.

lege θαυμαςῶς et ride Grammaticum serio docentum ὡς nonnumquam significare λίαν, ut in hoc Menandri versu. In § 8. πολυμάχητά ἐςι. πολυμάχητος non est Graecum et vitio in Lexica receptum; corrige περιμάχητα, quo utuntur omnes et saepe Lucianus.

In *Pseudosophista* unum errorem refutabo, non scribarum, sed doctorum. Legitur 78, 9. εἴ τις ψοφοίη τὴν θύραν εἰσιὼν ἢ ἐξιὼν κόπτοι, qui haec dicit opinatur contra esse dicendum ὁ ἐξιὼν ψοφεῖ τὴν θύραν, ὁ δὲ εἰσιὼν κόπτει, estque haec vulgaris opinio omnium. Mihi autem extrema barbaries videtur dicere ψοφεῖ τις τὴν θύραν ἐξιών, namque Graecae linguae rationem postulare ut dicatur ἐξιόντος τινὸς ἡ θύρα ψοφεῖ, quemadmodum Latine *concrepuit ostium* dicitur et *fores concrepuerunt*, et tam absurdum est, me iudice, ψοφῶ τὴν θύραν atque *concrepo ostium*. Magnum est Grammaticorum agmen, qui hanc doctrinam inculcant, Phrynichus, Moeris, Ammonius, alii, quibus Graeculi obtemperantes coeperunt dicere ψοφεῖν τινὰ τὰς θύρας, ἐψόφησε τὰς θύρας, ἐξιὼν ψοφεῖ τὰς θύρας. Ψοφῶ tamen nihil aliud est quam ψόφον ποιῶ, παρέχω, et intransitivum est, si quod aliud, et apud Atticos et apud sequiores. Rectissime apud Lysiam legitur orat. I. § 14. ἐρομένου δ' ἐμοῦ τί αἱ θύραι νύκτωρ ψοφοῖεν et eodem modo ψοφεῖν passim recurrit. Unicum afferunt magistri ex antiquitate locum unde appareat (ut illis quidem videtur) ὅτι ὁ ἐξιὼν τὴν θύραν ψοφεῖ, quem si emendavero isti errori apud veteres quidem nullum erit relictum praesidium. Scholion est ad Aristophanis *Nubes* vs. 132. ubi vulgaris doctrina traditur, deinde Menander auctor et testis producitur, idoneus certe et locuples, nisi tabellae

testimonii corruptae essent: ἱκανῶς δὲ διέςειλε Μένανδρος, inquit, ἐπὶ μὲν τῶν ἔξω κόψω τὴν θύραν εἰπὼν, ἐπὶ δὲ τῶν ἔσω·

ἀλλ' ἐψόφει καί τις τὴν θύραν ἐξιών.

haec est scriptura versiculi Menandrei apud SUIDAM v. κόπτω emendatiora scholia afferre solitum. In codicibus Comici superest: ἐψόφηκε τὴν θύραν ἐξιών. Recepta est vulgo haec KUSTERI correctio:

ἀλλ' ἐψόφηκε τὴν θύραν τις ἐξιών.

quae non uno nomine est vitiosissima, namque ψοφῶ τὴν θύραν barbarum est et insulse ἐξιών additur, quasi vero posset *concrepare ostium*, praeterquam quum quis egreditur foras. Quid multa? haec est vera scriptura:

κόψω τὴν θύραν.

ἀλλ' ἐψόφηκεν ἡ θύρα, τίς οὐξιών;

TERENTIUS dixisset: *at concrepuit ostium, quis est qui egreditur foras?* Erepto igitur hoc solo praesidio Graeculi neminem amplius decipient. Suos errores ex perversa opinione natos habeant secum serventque sepulchris.

Pseudosophistam in Lucianeis excipit Φιλόπατρις ἢ Διδασκόμενος insulsissimum inepti homuncionis opus, quod nemo sine fastidio et nausea perleget. Multos vidi deliros scriptores, etiam Graecos, sed qui peius quam iste deliraret, aut qui esset (ut LUCIANI verbis utar 34, 25.) τὴν φωνὴν κακοδαιμονέςερος, vidi neminem. Non est igitur animus in istis quisquiliis emendandis bonas horas perdere. Utar uno et altero loco ad stabiliendas palaeographicas quasdam observationes, quae lectu dignioribus scriptoribus emendandis saepe prodesse possint. In § 3. editur κορκορυγμός, (describam paucula, ut quivis vel ex his videat me non inique de isto et nimis inclementer dixisse). Βαβαῖ τοῦ ἀναφυσήματος, ὡς τὰς νεφέλας διέςρεψε. Ζεφύρου γὰρ ἐπιπνέοντος λάβρου καὶ τοῖς κύμασιν ἐπωθίζοντος βορέην ἄρτι ἀνὰ τὴν Προποντίδα κεκίνηκας ὡς διὰ κάλων αἱ ὁλκάδες (ἐς) τὸν Εὔξεινον πόντον οἰχήσονται (agnoscisne Constantinopolitanum?) τῶν κυμάτων ἐπικυλινδούντων ἐκ τοῦ φυσήματος, ὅσον οἴδημα τοῖς ἐγκάτοις ἐνέκειτο, πόσος κορκορυγμὸς καὶ κλόνος τὴν γαςέρα σου συνετάρασσε! In his κορκορυγμός natum est scribarum negligentia non satis diligenter κ et β distinguentium. Eae litterulae in codicibus saeculi X, XI et XII tam

similes sunt forma et inter se et litterae η, ut non sit cuiusvis discernere utrum β an η an κ sit scriptum. Quod Ovidius venuste dicit: *facies non omnibus una nec diversa tamen qualem decet esse sororum*, idem de illis litteris dici potest. Si quis hoc agit et bene Graece scit longo usu aliquid discriminis observabit ne errare possit, ubi remiseris aliquid iterum miscentur omnia. Hesychium saepe ea res in fraudem induxit quum Ἤρινε pro κρῖνε scriberet, aut ἐνιηλᾶν pro ἐνικλᾶν, aut εὐήλωι pro εὔκλωι. Apud Photium Cod. 94. p. 75. οὖκρον scribitur, quum Verum principem oporteret (Οὐῆρον), et passim sic scribae veteres hallucinantur. Non acutius cernunt homines doctissimi, quod duobus exemplis demonstrabo. In loco Platonis comici apud Athen. X. p. 442. a. editur verbum κινητιᾶν, quod nihili est; in codice perspicue βινητιᾶν est scriptum. Schweighauserus felicissima correctione restituit fragmentum Diphili apud Athen. IX. p. 370. f.

> ῥάφανος λιπαρὰ, σπλαγχνίδια πολλὰ, σαρκία
> ἀπαλώτατ'. Οὐδὲν μὰ Δία τοῖς ἐμοῖς καὶ τοῖς
> ὅμοια πράγματ'.

pro καὶ τοῖς reperit βλίτοις, verissime, namque in unico codice perspicue scriptum inveni βαι τοῖς. Copia exemplorum est in Hesychio caeterisque λέξεων conditoribus: multa Valckenarius indicavit in *Miscell. Observatt. Amstelaed.* vol. VIII. p. 157. sq. qualia sunt Μινύκιος pro Μινυήιος, Νύσκιον pro Νυσήιον, ἐπίκρανος pro ἐπιήρανος, πολυκλάκατα pro πολυηλάκατα, aut contra κρυερόν: φριητόν, pro φρικτόν, ἐνίημον pro ἔνικμον (v. ἐρσήεντα), μυρίηαι pro μυρῖκαι et, quod etiam turpius est, e loco Homerico δάκε δὲ φρένας Ἕκτορι μῦθος glossa est δάηε: ἐλύπησε. tam nihil isti cogitant. Nonnumquam errorem errore cumulant ut apud Suidam v. πάνδημον pro πάγκοινον legitur παγήσιμον triplici vitio. Plura de genere hoc Bastius collegit, ut νέκλυς pro νέηλυς, εὐηνίσῳ pro εὐκνίσῳ, alia. Saepe viri docti peccant in codicibus describendis similes has litterarum figuras confundentes. Insigne exemplum est in Scholiis Venetis, ad Iliadis K. 431. πρὸς τὰ περὶ Κιλικίας Ἡσιόδου. Rem acu teligit Lehrsius, qui ἡλικίας emendavit, et id ipsum in Codice scriptum esse vidi. Quas turbas dare solent κ. β. η. male lecta, eaedem apparent in coniunctione litterarum κυ et ην, βυ

et υν, quae simillimo ductu scribuntur. Eximia dedit Porson. ad *Odyss.* ξ. 206. ubi videbis ἠνδαλίμοιο scriptum pro κυδαλίμοιο, ἠνπρῳ pro κύπρῳ, ἐντὸς ἀρήνων pro ἀρκύων. In Athenaeo XV. p. 700. c. edebatur οὔ κοβυ, unde Porson eruit οὔκουν, quod diserte in *Marciano* codice scriptum est. Omnino β (quod formam habet literae *u*) et υ vix distingui possunt. Valckenarius in *Miscell. Observatt.* l. l. p. 159. κολοβεῖ in κολοβοῖ mutavit. Verum est κολούει. et plena sunt omnia exemplorum, ut in Luciano 25 § 21 et 25 Severianus male Σευηριανός appellatur pro Σεβηριανός. Itaque in *Philopatride* βορβορυγμός legendum erit, quod vocabulum sine vitio legitur in *Lexiphane* 34, 20. φεῦ τί τοῦτο; πολὺς ὁ βορβορυγμός, et apud alios. Paullo post legitur οὐ παράδοξον ἀκηκοέναι καὶ ἐξ ὀνύχων. Sexcenties factum est ut ἐξ et δι confunderentur. Scribuntur haec ductu tam simili, ut oculis discerni vix possint; discerni debent ἐκ τῶν συμφραζομένων, itaque qui alias res agunt aut non optime Graece sciunt passim δι pro ἐξ aut contra describere solent estque id vitium tam crebrum et frequens, ut nostri sit ubique arbitrii statuere, utrum δι an ἐξ scripto sit opus. Dicitur quis διὰ τῶν ὤτων ἀκούειν, non ἐκ τῶν ὤτων, igitur διὰ τῶν ὀνύχων et δι' ὀνύχων rectum est, non ἐξ ὀνύχων. Ne dubitare possis, vide quid praecedat: καὶ διὰ τῶν ὀνύχων ἠκηκόεις. Praeclara est Badhami emendatio in Platonis *Rep.* VIII. p. 560. D. κλῄσαντες οἱ ἀλαζόνες λόγοι ἐκεῖνοι τὰς τοῦ βασιλικοῦ τείχους ἐν αὐτῷ πύλας οὔτε αὐτὴν τὴν ξυμμαχίαν παριᾶσιν οὔτε πρέσβεις πρεσβυτέρων λόγους ἰδιωτῶν εἰσδέχονται. pro ἰδιωτῶν vidit δι' ὤτων Platonis manum esse, ut saepissime δι' ὤτων, δι' ὀφθαλμῶν, διὰ πασῶν τῶν αἰσθήσεων Graeci dicebant, ut in Luciani *Nigrino* 3 § 16. πάρεσι δὲ πάσαις πύλαις τὴν ἡδονὴν καταδέχεσθαι, τοῦτο μὲν δι' ὀφθαλμῶν, τοῦτο δὲ δι' ὤτων τε καὶ ῥινῶν, τοῦτο δὲ καὶ διὰ λαιμοῦ. Vidi εξ et δι confusa in plerisque omnibus scriptoribus Graecis, cuius rei exempla alias in singulis saepe afferam, nunc defungar pauculis e Plutarcho sumtis. In vita *Thesei* cap. 6. ἕκαστον ἐξηγούμενος ὁποῖος εἴη, et mox τῶν διηγουμένων ἐκεῖνον οἷος εἴη lege διηγούμενος et in cap. 3. ἐξηπάτησε scripserim pro διηπάτησε. In *Catone maiore* cap. 3. πυθόμενος τὴν δίαιταν αὐτοῦ παρὰ τῶν οἰκετῶν ἐξηγουμένων ὅτι πρωῒ μὲν εἰς

ἀγορὰν βαδίζει, imo vero διηγουμένων. In *Cicerone* capp. 19 et 27. ἐξανέγνω et ἐξαναγνόντος corrigenda sunt in διανέγνω et διαναγνόντος, et in *Catone minore* cap. 68. ἐξαναγνοὺς τὸ βιβλίον in διαναγνοὺς, quo facto verbum ἐξαναγιγνώσκειν e Lexicis eximendum esse censeo. In *Alcibiade* 5. pro ἐξηπορήθησαν scribe διηπορήθησαν et cap. 37. διέφυγον pro ἐξέφυγον. In *Lucullo* cap. 13. lege διεσώθη pro ἐξεσώθη et in *Arato* cap. 13. pro διήλειψεν ὁ Νεάλκης τὸν Ἀρίστρατον, quia nemo διαλείφω dicebat sed omnes ἐξαλείφω, emenda ἐξήλειψεν. ne forte credas Plutarcho aliud compositum quam caeteris omnibus placuisse animadverte quod continuo sequitur: τοὺς δὲ πόδας ἐξαλειφομένου τοῦ Ἀριστράτου διαλαθεῖν ὑπὸ τὸ ἅρμα λέγουσιν. In § 17. εὐστόμει καὶ μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον θεοῦ δεξιοῦ Aristophanem describit *Nub.* 833. εὐστόμει Καὶ μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιούς, unde corrige θεοὺς δεξιούς. Denique in § 21. τριβώνιον ἔχων πολύσαθρον. expunge ex Lexicis πολύσαθρον et restitue ex *Dialog. Mort.* X. 1. 2. γέρων, φαλακρὸς, τριβώνιον ἔχων πολύθυρον, id ipsum quod descripsit. Qui sequitur libellus Χαρίδημος ἢ περὶ κάλλους item insulsum et inficetum auctorem habet. Si quid inest boni, inpudenter descriptum est ex Isocratis *Encomio Helenae.* Raptim haec corrige § 11. ἀκούειν καλαί pro ἀκούειν εἶναι καλαί. § 14. δόξαν προσάπτειν pro προάγειν. § 15. πεπειρᾶσθαι pro πειρᾶσθαι. § 16. ἠράσθη pro ἠγάσθη. § 21. ἐπιθήσεις pro ἐπιθήσῃ et § 22. ὅσα μοι δοκεῖ pro δοκῶ.

In *Nerone* 79, 7. scribe γελῴη pro γελῶν εἴη, et post pauca οὐκ ἀποχρῶν τῇ σπουδῇ pro οὐκ ἀποχρῶν που δή.

Si quem forte iuvat ista carmina legere, quae a poëtastris Constantinopoli composita Lucianeis nescio quomodo adhaeserunt, aut in *Anthologia* Luciani nescio cuius esse dicuntur, dabo hic illic paulo emendatiora. 80 vs. 122 pro κόρωνα corrige κοχώνα. Nomen τὼ κοχώνα noveramus ex Aristophanis *Equitt.* 424 et 484. esse τὰ σφαιρώματα, ut Graeculi dicebant, *nates.* Doctissimam de hoc vocabulo annotationem Erotiani reperi in cod. *Vaticano* 277, quam nuper cum ceteris Erotiani fragmentis edidit vir doctiss. Daremberg. Laudatur ibi Εὔπολις ἐν Κόλαξιν.

καὶ ἐπικινεῖς ταῖς κοχώναις
καὶ πείθεις ἄνω σκέλη.

vitiose scripta pro:

κἀπικινεῖ ταῖς κοχώναις
καὶ τιθεῖς ἄνω σκέλη.

τιθεῖς enim pro τίθης, ut ἱεῖς pro ἵης, dixisse veteres novo indicio demonstrabo. Castorionis carmen est apud Athen. X. p. 454. F. laborioso artificio scriptum, quod Athenaeus ita describit: τῶν ποδῶν ἕκαστος ὅλοις ὀνόμασι περιειλημμένος πάντας ὁμοίως ἡγεμονικοὺς καὶ ἀκολουθητικοὺς ἔχει τοὺς πόδας: itaque τούτων ἕκαστος τῶν ποδῶν ὡς ἂν τῇ τάξει θῇς τὸ αὐτὸ μέτρον ἀποδώσει. Carmen hoc est:

Σὲ τὸν βόλοις νιφοκτύποις δυσχείμερον
ναίονθ' ἕδος, θηρονόμε Πὰν, χθόν' Ἀρκάδων,
κλῄσω γραφῇ τῇδ' ἐν σοφῇ πάγκλειτ' ἔπη
συνθεὶς, ἄναξ, δυσγνωστὰ μὴ σοφοῖς κλύειν,
μουσοπόλε θὴρ κηρόχυτον ὃς μείλιγμ' ἵης.

non tamen intra hos fines constitit hominis μικροτεχνία: dedit operam, ut in singulis dipodiis idem esset litterarum numerus, quod Athenaeus ita indicat: τῶν ποδῶν ἕκαστός ἐστι δεκαγράμματος, at quicumque numerare didicit concedet mihi ἑνδεκαγράμματος esse emendandum, deinde omnes scribarum errores ad hanc lucem statim deprehendentur: ναίονθ' ἕδος emendetur in ναίονθ' ἕδραν: κλῄσω γραφῇ habet unam literulam abundantem, nam et ι numerum facit, ut in τῇιδ' ἐν σοφῇι: facile remedium est: verbum *celebrandi* non est κλείω, multo minus κλῄω, sed κλέω, unde κλέος. Iones dicebant interdum κλείω, ut τελείω, νεικείω: itaque κλήσω et ἔκλησα Graeca sunt, non κλήισω et ἔκλησα, et κλήσω γραφῇι habet constitutum litterarum numerum: σοφοῖς κλύειν et μουσοπόλε θήρ habent litteras duodenas, at Solensis poëta ὑποδωρίζει et κλύεν et μωσοπόλε θήρ dedit. Superest id quamobrem haec attulimus: in μείλιγμ' ἵης perit artificium nisi legitimum litterarum numerum supplebis. Satin certum est ἱεῖς esse a poëta scriptum? ad Lucianum reversus in sequenti carmine 81, 5. προ' supple προτοῦ. vs. 16. ἐγὼ γὰρ οὐδέν εἰμι τούτου δίχα μόνη emenda οὐδέν εἰμί σοι τούτου δίχα, expuncto μόνη. vs. 22. τί ταῦτα φλυαρῶ, corrige τί ταῦτ' ἀλύω. vs. 26. ἀντέδακα τοῦτον, imo vero ἀντέδακον αὐτόν. vs. 59. πώγωνα τίλλε κουριῶν ὑπ' ὠλέναις, lege τίλλου κουρέων ὑπ' ὠλέναις. In Epigrammate 2. vs. 8. scribe ἐστρέφετ' et 11. χοῦτω μέν. Epigr. 11. vs. 2. πλείονα τῶν ἀγαθῶν. Epigr. 23. vs. 1.

Νηρῆϊ. Caeterum melius ab istorum lectione abstinebis, quippe in quos omnes conveniat Epigramma 31.

θαυμάζειν μοι ἔπεισιν ὅπως Βύτος ἐς̓ ποιητής
οὔτε λόγον κοινὸν οὔτε λογισμὸν ἔχων.

CAPUT IX.

Quamquam Luciano ad finem usque perducto tamen non prius ad aliud quoddam observationum genus transibo quam vestigia mea relegens nonnullas alias correctiones in priore parte mihi repertas cum iis, qui Lucianum lubenter legunt, paucis communicavero. Non exhauriam omnia, ut neque in caeteris feci, sed delibabo si quid insignioris vitii satis certa medicina mihi sanasse videor. Faciam initium a 2, § 3. εἰ μὴ καὶ χάριεν φαίνοιτο αἰσχυνοίμην ἄν, in talibus εἰ cum futuris coniungitur post αἰσχύνομαι, ἄχθομαι, χαλεπῶς φέρω, ἀγανακτῶ, sim. ut 7. § 7. ἀγανακτεῖν εἰ μὴ λήψεται, lege igitur φανοῖτο, et in *Hellen.* VII. v. 16. αἰσχυνόμενοι εἰ ὠφελήσοιεν pro ὠφελήσαιεν. In *Nigrino* 3, 6. κἂν τις μὴ παρὼν τύχῃ, transpone κἂν μή τις. § 11. χρυσίδας ἠμφιεσμένοι, intelligerem ξυσίδας. et § 38. τοῦ ἄρα Τηλέφου transpone τοῦ Τηλέφου ἄρα. In *Timone* 5. § 2. ἀπολαύειν, lege ἀπολαύσειν, nam sic sequiores loquebantur, veteres ἀπολαύσομαι dicebant, et οὐ πάνυ τι pro οὐ πάντη, qui frequens in Luciano error est, ut 11. § 2. οὐ πάντη ἀσφαλές revoca οὐ πάνυ τι, et 48, 34. οὐ πάνυ τι δὲ ἡδύν pro πάντη δέ et aliis locis, deinde scribe ἐκκεκώφωσαι pro ἐκκεκώφησαι. § 4. κατ' ὀλίγον lege μετ' ὀλίγον et recipe ἀποφανοῦσι. § 6. ἐπιδείξαιο repone ἐπίδειξαι. In § 8 ante χαίροντας τῇ βορᾷ nonnulla exciderunt. § 10. μηδὲ ὅλως εἶναί τινας. lege μηδέν et τινας expungendum esse intelliges, in fine ὁρῶσι participium est, nam si verbum finitum foret ὄψονται scriptum oportuit. Itaque εἰ delendum. § 11. τοῖς δικαιολογοῦσι μόνοις corrige τοῖς δικαιολογουμένοις μόνον. Cf. § 37. In § 12. τοὺς περιέψοντας supple εὖ περιέψοντας. § 19. εἰς τὸ ἅπαξ transpone τὸ εἰσάπαξ. § 20. οἷς οὐδὲ κἂν ὄνος ὑπῆρξε πώποτε. turpe vitium. In ΚΑΝΟΝΟϹ latet ΚΑΝΘΗΛΙΟϹ, κανθήλιος, cf. 60, 3. In § 21 lege παρά του πρὸς ἕτερον et φοράδην pro φορηδόν, quod

non est Graecum, et παλαιᾷ τῳ ὀθόνῃ pro τῇ. § 23 scribe ἀθρόος et ὀρθόν pro ἀθρόως et ὄρθιον. In § 27. ἐπισκιάζουσιν αὐτούς. suspectum mihi vehementer est ἐπισκιάζειν pro ἐπισκοτεῖν positum vel ἐπηλυγάζειν, quo Atticistae delectantur. In alio Luciani loco 59, 1. videbis veram scripturam ἐπηλυγάζουσα vix evasisse et ἐπισκιάζουσα irrepsisse. Cf. Ruhnken. ad Timaeum v. ἐπηλυγάζονται, qui eximia de more conquisivit, sed in eo peccat quod librariorum errores ἐπηλυγίσασθαι et ἐπιλυγίσασθαι habet pro genuinis: non sunt ista melioris notae quam λελυγασμένος, quod Heliodoro obtrudit apud Stobaeum *Floril.* C, 6. ubi verum est:

ὃς δέ κε λημηρῇ νεφέλῃ εἰλυμένος ὄσσε.

ut νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους in Iliade E. 186., et in fine fragmenti ῥέα δ' ἄλθεται ὕδατι νοῦσος pro ἔκθεται. Praeterea dativum requiro ἐπηλυγάζουσιν αὐτοῖς, *tenebras, caliginem iis offundunt.* Obiter emenda Polyaenum II. 3. § 14. πλεῖσον ἐπανέσησε κονιορτὸν ἐπισκήπτων τοῖς τῶν πολεμίων ὄψεσιν, imo vero ἐπισκοτῶν. cf. III. 9, 8. et alibi. Tum lege τυγχάνοντες pro ἐντυγχάνοντες. § 29. ὡς δὲ λεῖος εἶ, expunge δέ. § 30 scribe καταλιπών pro καταλείπων, contra § 37. ἀπάγων pro ἀπαγαγών. causa utrobique manifesta est: tum δικαιολογήσωμαι et χαλεπανεῖς. § 44. καταδιαφθειρόμενον καὶ σβεννύναι ἱκετεύοντα, transpone διαφθειρόμενον καὶ κατασβεννύναι et pro ἐπεψήφισε τῇ ἐκκλησίᾳ lege ἐπεψήφισεν ἐν τῇ ἐ. § 45. ἐποιησάμην, postulat sententia ποιησαίμην. § 50. ἐν Ὀλυμπίᾳ, scribe Ὀλύμπια, ut § 53. In § 57. optimi Codices τί ἀγανακτεῖς ὦγαθὲ τίμων παρακέκρουσμαί σε. Correctores olim pro τίμων reposuerunt θρασύκλεις. hoc vero est emendare! Iabobitz dedit ὦγαθέ; τί; μῶν, quod quum ferri non posset Dindorf et Bekker τί; deleverunt. Transpositis syllabis vera lectio emicabit μῶν τι παρακέκρουσμαί σε; denique § 58 lege ἐπιχαλαζῶ αὐτοῖς pro αὐτούς.

In *Prometheo s. Caucaso* 7, 1. ἐκπετασθεὶς τὼ χεῖρε, sic unus B. caeteri ἐκπεταθείς, emenda ἐκταθείς. § 10. ἢ κονδύλους ἐνέτριψαν omnes. B. solus ἐνετρίψαντο, quod male ab omnibus receptum. Si quis ipse cui alapam infligit ἐντρίβειν dicitur, qui alium irritat ut id faciat ἐντρίβεται, ut in Aristophanis *Equitibus*, 5.

πληγὰς ἀεὶ προστρίβετωι τοῖς οἰκέταις.

recte Lucianus 8, 20, 2. ὅπως μὴ κακὸν ἐντρίψησθε (leg. ἐντρίψεσθε) τῷ νεανίσκῳ, quia id δι' ἑτέρων facturae esse videbantur, et luculenter 1. § 15. πληγὰς οὐκ ὀλίγας μοι χθὲς ἐνετρίψατο. In § 19. ὅπως ἔχοιεν κνισᾶν τὰς ἀγυιάς. Dubitabant magistri utrum κνισᾶν ἀγυιάς an ἀγυιᾶς Attici dixerint, id est utrum τὰς ὁδούς an τοὺς βωμοὺς τοῦ Ἀγυιῶς Ἀπόλλωνος κνισᾶν dicerentur. Vid. Harpocrationem v. Ἀγυιᾶς, cui videtur βέλτιον περισπᾶν ὡς ἀπὸ τοῦ Ἀγυιεύς. At non est is Harpocration, quem in his tuto sequaris. Κνισᾶν ἀγυιάς non est Attica dictio, sed vetus Ionica et poëtica, qua utebantur in oraculis et formulis sacerdotali sermone conceptis: ut nemo Atticorum dicebat κνισᾶν pro θυμιᾶν, sic ἀγυιάς quoque non est sumtum ex sermone populari, sed ex antiqua lingua revocatum. Videbis κνισᾶν ἀγυιάς in huiusmodi priscis carminibus sacris perpetuam sedem habere, apud Demosthenem p. 530, 28. p. 1072, 12. in oraculo Dodonaeo Dorico τὰς ἀγυιὰς κνισῆν καὶ κρατῆρας ἱςάμεν, et in Aristophanis *Equitibus* 1319. et *Avibus* 1230. utroque loco poëta non utitur sermonis quotidiani simplicitate, sed tragicae dictionis magniloquentia.

μηλοσφαγεῖν τε βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις
κνισᾶν τ' ἀγυιάς.

et in loco *Equitum:*

ὦ ταῖς ἱεραῖς ἐπίκουρε φανεὶς νήσοις καὶ φέγγος Ἀθήναις,
τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις ἐφ' ὅτῳ κνισῶμεν ἀγυιάς.

rem confecit in Luciano quidem Cod. B. qui pro ἀγυιὰς τὰς ἀγυιάς dedit, ut nulla sit optio. Assentior igitur Hemsterhusio ad h. l., et Harpocrationem intempestiva eruditione hanc futilem controversiam excitasse suspicor. In fine eiusdem § pro διεξελέγχετε satis erit ἐξελέγχετε: frequens est dittographia in διεξ, ubi dubius haeret scriba utrum δι an ἐξ sit scribendum apponit utrumque.

In Dialogis Deorum 8, 1. § 2. τοῦτο φής; supple τί τοῦτο φής; II. § 2. ἐπιτυγχάνειν, verum est τυγχάνειν. III. § 1. melius τοῖς ἐκεῖ quam τῶν ἐκεῖ. IV. § 2. εἰ δ' ἀπάξεις με. quid sibi vult ἀπάγειν in ea re? repone ἐπανάξεις et § 4. καταθεῖναι ἐς τὴν γῆν pervulgato errore pro καθεῖναι scriptum est, male etiam τὸ ἥδιςον pro ἥδιςον. V. § 3. ἐκτεθηλυμένῳ: non arbitror huiusmodi formas, quales multas libri exhibere solent, umquam

Graecis fuisse in usu, et ἐκτεθηλυμμένῳ probum et genuinum esse. Lectu dignissima sunt quae Schaeferus collegit ad Dionysium Halicarn. *de composit. verborum* p. 355 sq. et ad Scholia Apollonii Rhodii p. 208., quaeque his opposuit Lobeck ad Phrynichum p. 34 sqq. De formis secundae ac tertiae personae nulla controversia est: exeunt omnes in -νσαι et -νται, at formae ἐκτεθήλυνσαι et ἐκτεθήλυνται non possunt referri ad primam personam in -υμαι, quia ex Graecitatis ingenio υ natura correptum esset, ut in πέπλυμαι, κέκριμαι, κέκλιμαι, τέταμαι. Produci quia *natura* non potest, *positione* debet et eas formas plerasque in -σμαι producebant, caeteras in -μμαι. Ἥσχυμαι quia nihili est debet recipere formam ἤσχυμμαι, quia non placuit ἤσχυσμαι dicere, ut μεμόλυσμαι, ἥδυσμαι, λελύμασμαι, πέφασμαι alia. In nonnullis utraque forma in usu est, modo penultima producatur. Qui τεθήλυσμαι dicit, recte dicit, qui mavult τεθήλυμμαι non errat, sed τεθήλυμαι qui dicit βαρβαρίζει. In his scribarum nationi nihil credi posse satis manifestum est, imprimis ob id quod dicam. Saepe vidi Graeculos haerere in formis in -νται exeuntibus; vident esse singularis numeri, primum mirantur, deinde rodunt et ultro depravant idque duobus ferme modis, aut enim litteram ν eximunt, aut subiectum ex singulari plurale per vim faciunt. In Aristophanis *Pluto* vs. 635.

ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας.

omnes fere libri, et in his optimi *omnes*, praeferunt barbaram scripturam λελάμπρυται. Evelli istis non poterat opinio λελάμπρυνται eiusdem numeri esse atque ἤρτυνται, κεκώλυνται, ἐκδέδυνται, τέθυνται, δεδάκρυνται δὲ παρειαί, σπάρτα λέλυνται, μεμήνυνται, εἴλυνται, unde εἰλύαται apud Homerum, κέχυνται, alia, itaque λελάμπρυται impudenter refingunt ad formas κέχυται, λέλυται, τέθυται, κεκώλυται etc. Huius formae quod unicum erat exemplum in verbo liquidato πέπλυμαι, πέπλυται, πέπλυνται quam male mulcaverint vide. In fragmento Sosipatri apud Athenaeum IX. p. 377 F. scribae dederunt:

ἀλλὰ πέπαυται τὸ πρᾶγμα καὶ πάντες σχεδόν
εἶναι μάγειροί φασιν οὐδὲν εἰδότες.

Porsonus ad *Medeam* vs. 139 comparato Aeschine in *Ctesiphontea* § 178. νῦν δ' ἤδη καταπέπλυται τὸ πρᾶγμα felicissime

restituit πέπλυται, neque quisquam ad hanc lucem dubitabit mecum emendare Antiatticistam Bekkeri *Anecd.* I. p. 112, 29. πέπαυνται: τὸ πληθυντικόν. ὁ αὐτὸς (Δεινόλοχος) Κωμῳδοτραγῳδίᾳ. certa emendatio est πέπλυνται. Quid autem causae est cur vehemens Atticistarum adversarius hoc annotaverit? Nempe eadem olim apud Graeculos controversia fuit, quam Schaeferus ll. ll. attigit de formis in -νται, utrum omnes singularis numeri, an subinde et pluralis essent. Atticistae quod verum erat docebant: κέκρανται, πέφανται, ἔξανται, τεθέρμανται, παρώξυνται, λελάμπρυνται, πεπέρανται, μεμόλυνται, τετράχυνται, ἐξήρανται et similia omnia esse singularis numeri. Obloquitur ὁ Ἀνταττικιστής, in quo plus est eruditionis (si varia et diffusa lectio eo nomine digna est) quam iudicii et acuminis. Admovet tamquam machinam suum πέπλυνται, quasi sic negotium confectum esset: atqui, o bone, de πέπλυμαι nulla fuit umquam dubitatio, neque de κρίνω κέκριμαι, κλίνω κέκλιμαι, τείνω τέταμαι, penultimis correptis. De caetera copia verborum in -αίνω et -ύνω, cedo mihi unam formam in -ανται et υνται apud probatum scriptorem, quae non sit singularis numeri et aliquid dixisse videberis. Si quis inter legendum compererit certum et perpetuum esse hunc usum, quem vindicamus, contemnet poëtastros, Graeculos et scribas, qui ex inscitia confundebant illas formas aut depravabant. Alii enim putabant in iis τὸ τρίτον πρόσωπον τῶν ἑνικῶν ὁμόφωνον εἶναι τῷ τρίτῳ τῶν πληθυντικῶν ὡς τὸ ἐξήρανται καὶ κατῄσχυνται καὶ ὅσα τοιαῦτα, ut ait Scholiasta ad *Plutum* vs. 635. et hoc quidem genus innoxium est; alii credebant formas λελάμπρυνται, ἔξανται, ἀπήμβλυνται, ἀπήμβλυντο, βεβάθυνται esse *pluralis* numeri et stolide interpolabant locos omnes, ubi *singularia* esse appareret, cuius rei egregia exempla Schaeferus collegit, aut enim ν eximebant et barbare scribebant λελάμπρυται, ἀπήμβλυτο, βεβάθυται, aut subiectum singulare per vim in plurale mutabant. κέκρανται συμφορά in Euripide depravarunt in συμφοραί, et in iocoso versiculo de senibus amatoribus:

ὧν ἰσχὺς μὲν ἀπήμβλυνται θυμὸς δὲ μενοινᾷ.

Athen. XV. p. 592 a. alii ἀπήμβλυται scribunt, alii ὥρη, Eustathius οὐραί dedit, ut pluralis ἀπήμβλυνται scilicet ratio constaret. Verum videtur οὐρὴ μὲν ἀπήμβλυνται. In *Odyssea*

ter legitur χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα κεκράανται aut κεκράαντο. Δ. 132, 616. Ο. 116. Referunt ad κραίνω. Hesychius κεκράανται: ἐπιτετέλεσται. Stephanus solemni errore τετελεσμένοι εἰσίν interpretatur. Sed neque κραίνειν de huiusmodi opificio dici potuit, neque haec significatio locis Poëtae apta est. Requiritur ἥρμοσται, ἥρμοτο. Glossa Hesychii κέκρηται, ἥρμοσται facit ut credam κεκράανται idem esse atque κέκρανται a κεράννυμι. Apud Porphyrium *de Abstin.* IV. § 16. καὶ ἐπίσης μεμίανται οὐ τελέχους ἅψασθαι ὡς τὸ θνησειδίων stolide scribitur pro ὅ τε λεχοῦς ἀψάμενος καὶ ὁ θνησειδίων, ut superstitiosus homuncio apud Theophrastum non vult ἐπὶ λεχὼ ἐλθεῖν, τὸ μὴ μιαίνεσθαι συμφέρον ἑαυτῷ φήσας εἶναι, in *Characth.* c. 28. Qui in his formis tam licenter grassati sint, eosdem saepiuscule -υμαι pro -υμμαι et nonnumquam -αμαι pro -αμμαι dedisse quis mirabitur? quibus quo minus tribuas vitia metrica efficient. In Alexidis loco, quem Lobeck attulit ex Athenaeo IX. p. 383 D.

τὰ κρεᾴδι' ἔσται τ' οὐκ ἀπεξηραμένα.

(ubi Codex unicus ἀπεξηραμμένα recte servat) quis est qui credat in ἀπεξηραμένα antepenultimam natura productam esse posse? cuiusmodi quid Buttmannus in *Grammat. Graec. Ampl.* § 101 suspicatur in ἠσχυμένος Homeri (Iliad. Σ. 180.) factum esse, in τετράχυμαι, δεδάσυμαι fieri potuisse, quod in omnibus falsum est: in ἀπεξήραμαι error est manifestus. Itaque quem errorem ἐπ' αὐτοφώρῳ tenemus in ἐξήραμαι, idem in τεθήλυμαι subest et similibus omnibus, et qui audebit μέλω ἐξεμεῖν in μέλλω emendare, aut οὐδέν μοι μέλλει in μέλει, (quae vitia in libris sexcenties recurrunt) eadem audacia τεθήλυμμαι et ἐκτεθήλυμμαι et similia corrigat, si volet Graecos Graece scribere.

In Dialogo VI. § 1. etiam sine libris scribendum erat ὅσῳ καὶ αἰσχίοσιν pro αἰσχροῖς. et § 5. ἡ νεφέλη ἐγὼ εἶναι δόξει pro δόξω, quam scripturam peperit scribarum error, cuius causa manifesta est. Quod sequitur καὶ τὸ αἰσχρὸν ἐπ' ἐμὲ ποιήσει intelligi non potest. Suspicor περίεισι verum esse, ut dicitur τὸ ὄνειδος, τὸ μίασμα περιιέναι, περιεληλυθέναι εἴς τινα, ἐπί τινα, *in aliquem recidere*, ut in Platonis *Legibus* IX. p. 866 B. τὸ μίασμα εἰς αὐτὸν περιεληλυθός. Εἶμι apud Lucianum saepe negligenter pro praesenti ponitur, nonnumquam more omnium

veterum futurum est, ut in hoc ipso Dialogo § 2. ὅρα ὅπως μέτει τὸν ἄνδρα.

In Dialogo XI. § 1. ἠπείλησα κλάσειν τὰ τόξα legendum est κατακλάσειν. κλᾶν est *putare vites*, κατακλᾶν *frangere* apud eos utique, qui vel mediocriter Graece scribunt. In Dialogo XIII. § 1. pro ἐν αὐτῇ οὖσα reponatur ἐν αὐτῆς, qui frequens in libris error est, ut 9, 2, 2. οὐκέτι ὅλως ἐν ἐμαυτῷ ἤμην omnes praeter B, qui optime ἐμαυτοῦ servavit, eaque ratio perpetua est, ut *apud me* Romanis, id est *domi meae*, non *in me:* tum in § 2. scribe πότε ἂν καὶ σχολὴν ἀγάγοι pro πότε ἂν ἐκείνη. In sequenti XIII. § 1. χρήσιμος ἐπιθήσειν τῶν φαρμάκων, cui non manifestum est vitium in ἐπιθήσειν? nisi forte putas in δεινὸς λέγειν, δεινὸς φαγεῖν aut similibus ἐρεῖν vel ἔδεσθαι potuisse ferri? ἐπιτιθέναι bene habet, ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα θῆκεν et ἐπίθεσις φαρμάκων et similia nota sunt, quamobrem χρήσιμος εἰς ἐπίθεσιν verum videtur. In Dialogo XXII. 1. παιδοποιεῖς corrige in παιδοποιεῖ et § 3. καταισχυνῶ in καταισχύνω. In XXV. 1. pro ἐπέμεινεν requiro ὑπέμεινεν, *remanere*, *superesse* est ὑπομένειν, non ἐπιμένειν.

In *Dialogis Marinis* 9, 4. § 3. ὁποίᾳ ἂν πέτρᾳ προσελθὼν ἁρμόσῃ τὰς κοτύλας (ὁ πουλύπους) καὶ προσφὺς ἔχηται κατὰ τὰς πλεκτάνας ἐκείνῃ ὅμοιον ἀπεργάζεται ἑαυτόν recte Bekkerus auctore Hemsterhusio κατὰ τὰς πλεκτάνας expunxit, sed praeterea κοτύλας in κοτυληδόνας erat corrigendum, nam si quis hoc aget videbit numquam κοτύλας sed semper inde ab Homero κοτυληδόνας dici παραγώγως, ut Athenaeus scribit XI. p. 479 B. nisi veri similius est scribendum ἁρμόσῃ τὰς πλεκτάνας eamque lectionem aberrasse loco et in viciniam male irrepsisse. In Dialogo VI. § 2. τὸ ἅρμα ἐπισκευάζειν ab hoc loco alienum est, ἐπισκευάζειν est *reficere*, ἐνσκευάζειν *ornare* id est *parare ad usum*, quod repone, deinde ἐπιβοήσομαι pro βοήσομαι. In Dialogo VIII. § 2. pro ἀκροάσεως requiritur τῆς ἀκροάσεως. In Dialogo IX. 2. τῷ θάλπει ἅμα συσχεθεῖσα, Iacobitz et Bekker non intellexerunt verum esse quod Lennepius reperit συγχυθεῖσα. In ultimo XV. § 4. ἡμεῖς δὲ ἄλλο ἄλλος τοῦ πελάγους μέρος διεκυμαίνομεν, Graecum est ἄλλος ἄλλο. decepit Iacobitzium unus Codex, Iacobitzius Bekkerum.

In *Dialogis Mortuorum* 10, 2, § 2. pro ποῦ σοι τὸ θεῶν

ἐκεῖνο ἡμίτομον ἀπελήλυθε; emenda ποῖ σοι τὸ θεῖον ἐκεῖνο κτέ. ποῦ pro ποῖ turpe est sed frequentissimum Graeculorum vitium, quod quamquam plurimi monuerunt, vide PHRYNICHUM p. 43, tamen nondum ex Atticorum scriptis potuit exstirpari. In Dialogo VI. 2. ἐχρῆν ἑξῆς πως γίγνεσθαι, τὸν πρεσβύτερον πρότερον (ἀποθανεῖν) καὶ μετὰ τοῦτον ὅςις καὶ τῇ ἡλικίᾳ μετ' αὐτόν, alteram καὶ sensu vacuum est: corrige ὅςις ἀεί. Veteres dixissent brevius τὸν ἀεὶ πρεσβύτατον. In Dialogo X. § 12. ἐπὶ Κράτωνι τούτῳ lege τουτῳΐ, veteres dicebant ὁ Κράτων οὗτος et Κράτων οὑτοσί sine articulo, LUCIANUS et Atticistae addunt tertium ὁ Τίμων οὑτοσί, vid. 5, 31, 32, 33, 34, 36. et alibi; nemo dicebat Τίμων οὗτος. Tum IX. § 2. lege γενήσεσθαι pro γενέσθαι. et § 4. revoca τὰ σαθρὰ τῶν βαλλαντίων pro σαπρά. Saepe haec videbis confundi, ut 11, 17. ἀκούμενος τὰ σαπρὰ τῶν ὑποδημάτων, male omnes σαπρά receperunt pro σαθρά, quod vel contra omnes libros unice erat probandum. Quidquid natura *putrescere* potest recte σαπρόν dicitur, quidquid non potest sed longo usu detritum fatiscit rimis aut lacerum est aut pertusum καὶ ςέγειν οὐκέτι δύναται solet σαθρόν dici: ut χύτρα, πλοῖον, οἰκία, et opponuntur inter se ὑγιὲς καὶ σαθρόν. Itaque ὑποδήματα et βαλλάντια possunt σαθρά esse, σαπρά non possunt. Si quis longo usu hoc verum esse compererit certa emendatione si quid est in Graecis scriptoribus σαθρόν sanabit, neque patietur τάριχος dici σαθρόν, neque ἀγγεῖον σαπρόν, neque οἰκίαν σαπράν. Perelegans est LUCIANI locus 48, 4. καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διακρουόμεναι μὴ σαπρὸν ὑποφθέγγωνται, in quo debuerat BEKKERUS σαθρόν recipere a CASAUBONO commendatum et WYTTENBACHIO ad PLUTARCH. p. 497. nisi quis forte opinatur τὰς χύτρας dici posse σαπῆναι. In Dialogo XII. § 3. dicitur Alexander ἀποςὰς τῶν πατρῴων adorari voluisse: non est is LUCIANI error admodum ridiculus sed scribarum: τὰ πατρῷα nihil aliud est quam *patrimonium*, ut in notissimo versiculo:

πατρῷ' ἔχειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

et τὰ πατρῷα καταφαγεῖν, et similia passim apud omnes usu tam constanti quam frequenti. *Mos maiorum*, a quo Alexander descivisse arguitur, certo usu τὰ πάτρια appellatur ab omnibus, et LUCIANO reddendum τῶν πατρίων, qui πατρικός et πατρῷος potest nonnumquam ὑποσυγκεχυκέναι, τὰ πατρῷα et

τὰ πάτρια non potest. Apud veteres πατρικός, πάτριος et πατρῷος suam quodque stabilem sedem habent certis finibus circumscriptam, quos bene indicant Grammatici, Harpocration, Photius, Suidas. Seriores haec confundere coeperunt, quo factum est ut librarii veterum usum obscurarent, πάτρια in πατρῷα aut contra mutantes, ut apud Isocratem in *Panegyrico* § 25. πατρῴων in omnibus est pro πατρίων, quod Bekkerus correxit, et sic passim in Oratoribus peccatum est. Apud Dinarchum male scribitur I. § 62. τοῖς πατρῴοις νόμοις § 99. περὶ τῶν ἱερῶν τῶν πατρῴων II. § 17. εἰ ἱερὰ πατρῷά ἐςιν pro πατρίοις, πατρίων, πάτρια. In Luciano iterum 35 § 4. ὑπὲρ πατρίδος καὶ ἱερῶν πατρῴων καὶ τάφων προγονικῶν ἀγωνίζεσθαι genuinum est ἱερῶν πατρίων. In Dialogo XIV. § 2. πρὶν ἢ τὸ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι expunge articulum et § 4. προσκυνεῖσθαι ὑπὸ Μακεδόνων ὑπ' ἐλευθέρων ἀνδρῶν ἠξίους male repetita praepositio est, quae in appositione, sive ea praecedit sive sequitur, repeti numquam potest; si quando comparet in paucissimis quibusdam locis, quum ingens sit copia locorum in quibus non est peccatum, tenemus scribarum fraudem. Locum Thucydidis VI. 82. ἦλθον γὰρ ἐπὶ τὴν μητρόπολιν ἐφ' ἡμᾶς μετὰ τοῦ Μήδου καὶ οὐκ ἐτόλμησαν ἀποςάντες τὰ οἰκεῖα φθεῖραι ὥσπερ ἡμεῖς ἐκλιπόντες τὴν πόλιν. δουλείαν δὲ αὐτοί τε ἐβούλοντο καὶ ἡμῖν τὸ αὐτὸ ἐπενεγκεῖν, duplex mendum deturpat. Namque primum ἐπὶ τὴν μητρόπολιν ἡμᾶς est restituendum, quod exquisite dictum Graeculi dum interpretantur corrumpunt et δουλεύειν pro δουλείαν, quod adscriptum verbis τὸ αὐτὸ in verbi vicini sedem irrepsit. Eadem est fere ratio caeterorum locorum, ubi oppositio repetitam praepositionem videtur habere et eorum, ubi epexegesis quaedam male iteratam eandem habet. Saepe in his nos ludificantur emblemata, quae quamdiu in marginibus codicum aut inter versus legebantur, optime suam sibi praepositionem habebant, at postquam negligentia in contextum recepta sunt simul recepta praepositio soloecam orationem facit, quia additamentum appositionis speciem praebere solet. Suspicatus sum olim in hoc nostro Luciani loco id ipsum usu venisse: dedisse Lucianum προσκυνεῖσθαι ὑπ' ἐλευθέρων ἀνδρῶν ἠξίους, deinde ludimagistrum addidisse ὑπὸ Μακεδόνων, quo emblemate recepto soloecismus esset natus.

Nempe Alexandrum ab amicis et sodalibus omnibus adorari voluisse, qui non essent omnes Macedones. Olynthius erat Callisthenes, Eumenes Cardianus, Anaxarchus Abderita. Vide omnino Plutarchum in *Alexandro* cap. 54. ubi apparebit foedam istam adulationem in conviviis inter amicos et coeptam et intermissam. Quamquam non opus est haec in Luciano ad vivum resecare et acrius erit opprobrium si Macedones omnes, quam si pauci quidam aulici dicentur ad flagitiosum istud obsequium coacti fuisse. At in Platone nulla dubitatio est in *Phaedone* p. 110 e. *ἐκεῖνοι οἱ λίθοι καθαροί εἰσι καὶ οὐ κατεδηδεσμένοι οὐδὲ διεφθαρμένοι, ὥσπερ οἱ ἐνθάδε, ὑπὸ σηπεδόνος καὶ ἅλμης, ὑπὸ τῶν δεῦρο ξυνερρυηκότων, ἃ καὶ λίθοις καὶ γῇ καὶ τοῖς ἄλλοις ζῴοις τε καὶ φυτοῖς αἴσχη τε καὶ νόσους παρέχει*, in his igitur verbis nulla est, inquam, dubitatio quin *ὑπὸ σηπεδόνος καὶ ἅλμης* sint ab aliquo sciolo interpolata, qui non satis est assecutus quid Plato diceret. Plato paucis verbis complexus est quidquid rebus terrestribus labem et detrimentum afferret: *τὰ δεῦρο ξυνερρυηκότα* (cf. p. 109 b.), iste duo de his nominat *σηπεδόνα καὶ ἅλμην* eaque verba sic interponit ut ad *lapides* referenda sint, quasi vero possint *οἱ λίθοι σαπῆναι* aut *ὑπὸ σηπεδόνος διαφθαρῆναι*. *At vero*, dixerit aliquis, *perveteres testes habet ea scriptura, quam tu damnas. In* Eusebii *libris olim ferebatur, nisi quod ille ὑπὸ σηπεδόνος καὶ ἅλμης καὶ ὑπὸ τῶν δεῦρο ξυνερρυηκότων in suo codice legisse videtur.* Ne quem ea res moveat diligenter cogitet vitia et interpolationes omne genus aliquanto ante Eusebium et Constantini aetatem in veterum libris inolevisse, quibus tum quidem in illo veterno et senio nemo erat emendandis aut animadvertendis. Utriusque generis ponam unum exemplum et sic ad Lucianum revertar. In Plutarchi *Cicerone* locus est per longum saeculorum tractum absurde depravatus, quem Graeci in integrum restituere non potuerunt. Legitur cap. 5 *τοὺς τῷ βοᾶν μεγάλα χρωμένους ῥήτορας ἐπισκώπτων ἔλεγε δι' ἀσθένειαν ἐπὶ τὴν κραυγὴν ὥσπερ χωλοὺς ἐφ' ἵππων πηδᾶν*, antiquissimum vitium obsidet verba *τῷ βοᾶν μεγάλα χρωμένους*, neque *βοᾶν μεγάλα* dici potest pro *μέγα* neque *τῷ βοᾶν μεγάλα χρῶμαι*, quae verba non sunt Graeco more composita, et non significant *μέγα βοῶ*, ut neque *χρῶμαι τῷ λέγειν, τῷ πίνειν*, sed *τῷ λόγῳ*,

τῷ ποτῷ et sim. dicuntur. Qui ante multa saecula ex Plutarchi *vitis* aliquanto integrioribus et numero et oratione descripsit celebrium virorum apophthegmata (in Plutarchi *Moralibus* p. 204 F.) usus est Codice nihilo emendatiore, unde haec sumsit: τῶν δὲ ῥητόρων τοὺς μέγα βοῶντας ἔλεγε δι' ἀσθένειαν ἐπὶ τὴν κραυγὴν ὡς χωλοὺς ἀναβαίνειν ἐφ' ἵππον, unde primum revoca ἵππον pro ἵππων, quod inconsulto Sintenisius arripuit: quod autem μέγα βοῶντας dedit Graecus, elicuit ex verbis corruptis sententiam qualemcumque: in τῷ βοᾶν μεγάλα χρωμένους latet τῷ βοᾶν μεγαλαυχουμένους. Μεγαλαυχεῖσθαι *superbire, sibi placere*, passim legitur. Paene perierat in Luciano 9, 14, 4. ubi vulgo edebatur εἴ τι ἡ μήτηρ ἐμεγαλαύχει τότε. Codicum omnium antiquissimus B peius etiam ἐμαλαύχει τότε dedit, unus F veram lectionem ἐμεγαλαυχεῖτο servavit. Idem verbum restituendum videtur Platoni in *Rep.* VIII. p. 528 B. οὐκ ἂν πείθοιντο οἱ περὶ ταῦτα ζητητικοὶ μεγαλοφρονούμενοι, quia Attici dicebant constanter omnes μέγα φρονεῖν, μεῖζον, μέγιστον φρονεῖν, ut ταπεινὸν, σμικρὸν φρονεῖν, neque μεγαλοφρονεῖν et multo minus μεγαλοφρονεῖσθαι, quod plane barbarum est et verbo χαίρομαι simillimum. Graeculi dicebant μεγάλα, μείζω, μέγιστα φρονεῖν, et saepissime μεγαλοφρονεῖν, unde passim factum est ut istae sordes labentis Graecitatis in antiquitatis monumenta se insinuarent, saepe a Criticis expulsae, saepius expellendae; at μεγαλοφρονοῦμαι nemo est qui dixerit umquam, quamobrem μεγαλαυχούμενοι restituerim, qua forma Plato cum caeteris omnibus saepius utitur, ut in hoc ipso opere *de Rep.* III. p. 395 D. γυναῖκα πρὸς θεοὺς ἐρίζουσάν τε καὶ μεγαλαυχουμένην. Exemplum vetustae interpolationis idem Plato suppeditabit *in Legibus* XI. p. 931 A. πατὴρ οὖν ὅτῳ καὶ μήτηρ ἢ τούτων πατέρες ἢ μητέρες ἐν οἰκίᾳ κεῖνται κειμήλιοι ἀπειρηκότες γήρᾳ μηδεὶς διανοηθήτω ποτὲ ἄγαλμα αὐτῷ τοιοῦτον ἐφέστιον ἵδρυμα ἐν οἰκίᾳ ἔχων μᾶλλον κύριον ἔσεσθαι ἐὰν δὴ κατὰ τρόπον γε ὀρθῶς αὐτὸ θεραπεύῃ ὁ κεκτημένος. qui admonitus non sentiet ἐν οἰκίᾳ esse interpretamentum vocabuli ἐφέστιον et ὀρθῶς verborum κατὰ τρόπον, nondum quid sit nitide et eleganter scribere ex Platonis et Atticorum lectione satis perspexit. Qui sentiet, apud Stobaeum in *Floril.* LXXIX. 34. veterem esse interpolationem comperiet. Addam ex iisdem

libris *de Legibus* alterum exemplum, quo non esse arbitror aliud evidentius et unde simul apparebit quam pertinaciter ista emblemata adhaerescant veterum scriptis et quum evelluntur statim succrescant. Ecquis est, qui non passim νῦν δή (quod νυνδή scribendum esse censeo) viderit ab Atticis dici pro ἀρτίως, ὀλίγον ἔμπροσθεν? Nemo, opinor. Ruhnkenius ad Timaeum v. νῦν δή: πρὸ ὀλίγου χρόνου, nonnulla dedit, et ubicumque fere Plato *modo* dicere voluit νῦν δή legitur. Grammaticus nescio quis pereruditus Platonem interpretans collegit Atticorum locos, in quibus νυνδὴ μέν et νῦν δέ inter se opposita essent, ex quibus locis apertissime intelligeretur νυνδή significare ἀρτίως ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν. Attulit Magnetis Comici locum:

εἰπέ μοι, νυνδὴ μὲν ὤμνυς μὴ γεγονέναι, νῦν δὲ φής.

attulit ex Euripide ἐν Ἱππολύτῳ·

νυνδὴ μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας
πόθον ἐςέλλου, νῦν δὲ ψαμάθοις
ἐν ἀκυμάντοις [πώλων ἔρασαι].

in nostris libris Euripidis vs. 233 scriptura fertur haec:

νῦν δ' αὖ ψαμάθοις Ἐπ' ἀκυμάντοις

apparet νῦν δὲ verius esse et ψαμάθοις ἐν (Codex ψαμάθοισιν) quam ἐπ'. Attulit alterum ex Euripide locum ἐν Μελεάγρῳ, quem scribae ita pessumdederunt multis verbis omissis ut neque intelligi neque emendari possit. Haec omnia homo perdoctus composuerat cum loco Platonis, in quo illud ipsum inerat, νυνδὴ μέν et νῦν δέ inter se opposita. Dabo locum sed emendatum. Νόμοις (*de Legibus* III. p. 638 E.) ἢ νυνδὴ μὲν τούτοις περιτυχόντες τοῖς λόγοις οὕτω ταῦτ' ἐτίθεμεν, νῦν δ' ἐπιλελήσμεθα. Scholion antiquum, unde haec omnia sumsi, Photius cum multis aliis in Lexici sui farraginem recepit, unde Suidas descripsit v. νῦν δή. Utilissimum est quod Grammaticus addidit ἐν δὲ τοῖς Νόμοις διαλελυμένον εἴρηκε τὸ μὲν νῦν ἐπὶ τοῦ παρόντος χρόνου τὸ δὲ δὴ ἐπὶ συνδέσμου. ὃς δὴ πάντων τῶν πολέμων χαλεπώτατος, ὥς φαμεν ἡμεῖς νῦν δή, *de Legg.* I. p. 629 D. ubi editur ἔφαμεν. Perspicue enim docet coniunctim esse scribendum νυνδή, ubi significat ἀρτίως, ὀλίγον ἔμπροσθεν, et divisim νῦν δή ubi νῦν nativam vim servat, quam vocula δή inten-

dit, ut in τότε δή [1]). Confirmat hanc observationem et veram esse demonstrat quod νυνδή non dirimitur interposita particula et dicitur νυνδὴ μέν, non νῦν μὲν δή, quod sicubi legitur videbis ad νῦν δή referendum et cum praesenti tempore et futuro coniungi, unde discerni possunt quae de νῦν δή Ruhnkenius et alii collegerunt, et restitui νυνδή si quando periit, ut in *Nubibus* vs. 825. ὤμοσας νυνδὴ Δία, ubi optimi Codices νῦν δία et νῦν νὴ δία exhibent, et in *Thesmophor.* vs. 934. νὴ Δί' ὡς νῦν δῆτ' ἀνὴρ 'Ολίγου μ' ἀφείλετ' αὐτὸν ἱστιορράφος, in ΝΥΝΔΗΤΑΝΗΡ inerat νυνδή γ' ἀνήρ. Platoni redde in *Protagora* p. 339 A. περὶ οὗπερ ἐγώ τε καὶ σὺ νυνδὴ διελεγόμεθα pro νῦν διαλεγόμεθα, et Demostheni *de Fals. Legat.* p. 361, 20. ὅτε γὰρ νυνδὴ ἐπορευόμεθα εἰς Δελφούς, pro νῦν ἐπορευόμεθα. Dicam nunc quamobrem haec praemiserim. In nostris Codicibus et editionibus Platonis omnibus ita scribitur: ἢ νῦν δὴ μὲν ὀλίγον ἔμπροσθεν τούτοις περιτυχόντες τοῖς λόγοις κτέ. vidistine umquam tam manifestum emblema et tam insulsum? Vidit Badham et expulit. Dabo quod etiam peius est. In ipso Scholio, quo νυνδή explicatur, apud Photium et Suidam sic legitur: Νῦν δή: ἀρτίως ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν. Νόμοις. ἢ νῦν δὴ μὲν ὀλίγον ἔμπροσθεν τούτοις περιτυχόντες τοῖς λόγοις οὕτω ταῦτ' ἐτίθεμεν, νῦν δ' ἐπιλελήσμεθα. Non vidi magis. Qui haec aequo animo ferre potuerunt nemo mirabitur omnia posse concoquere. Quanto opere autem sciolorum et lectorum et magistellorum additamenta deturpent antiquorum scripta et si qui alii libri in multorum manibus erant, ostendam primum in Luciano propediem, et in optimo quoque veterum, ubi ad illorum emendationem deinde accessero: nunc ad Lucianum redeundi tempus est.

In *Dialogis Mortuorum* 10, 14, 5. barbara forma recepta est καθαλέσθαι pro καθάλασθαι. In Dialogo XIX. § 2. περὶ τοῦ ἔρωτος lege ὑπέρ et σὲ αὐτόν pro σεαυτόν. XXIV. 3. τάφον ἐρεῖ imo ἔχει, tum scribe οὐδὲν ἔμελεν αὐτῷ pro οὐδέ. hoc quoque tralaticium vitium est: interdum οὐδέν pro οὐδέ irrepsit, saepissime οὐδέ pro οὐδέν, cuius rei exempla sibi quisque quot volet colliget. In Phalaridis Epist. 8. pro λόγῳ δὲ οὐδὲν οἴομαι

1) Fuere olim magistri, qui νύνδη scribendum esse praeciperent: ἐπειδή, ὀξυσδή, δηλαδή, alia, suadent ut νυνδή praeferatur.

λέγειν, emenda οὐδὲν δέομαι λέγειν, ut in Platonis *Apolog.* p. 21. c. ὀνόματι δὲ οὐδὲν δέομαι λέγειν et sic omnes Attici loquuntur. XXV. 2. βλέπω ἃ καὶ νῦν ἔχεις, dele καί. XXVII. 2. ὁ ἡμέτερος requiritur *nostras*, Thebanus, itaque ἡμεδαπός aut lenius ἡμετέρειος. § 7. ὀκτωκαιδεκαέτει corrige ὀκτωκαιδεκέτει, frequens hoc vitium est. § 9. βίον ἄπορον εἶχον. ἔχειν βίον de *lautiore victu* dicitur, ut ἔχοντες εὐπαθῆ βίον, βίον ἄφθονον, sim. de *vitae genere* ζῆν βίον, ζῆν βίον ἀπράγμονα, λαγὼ βίον ἔζης, quare lege βίον ἄπορον ἔζων, ne dubites scito in optimis libris esse ἔχων pro εἶχον.

In *Menippo* 11, 1. lege σ' ἐπεῖδον pro σέ γ' εἶδον. quod paulo post legitur πολὺν γὰρ χρόνον οὐ πέφηνας ἐν τῇ πόλει non est Graecum. Codd. exhibent πολὺς γὰρ χρόνος οὗ, unde emergit nota loquendi forma πολὺς γὰρ χρόνος ἐξ ὅτου οὐ πέφηνας, deinde lege ἀναβεβιωκώς pro ἀναβεβίωκεν. Recte Bekker. § 4. recepit Hemsterhusii emendationem ὥστε μοι χρυσὸν ἀπέδειξαν οὗτοι τὸν τῶν ἰδιωτῶν βίον. Quicumque Hemsterhusii annotationem de ea locutione in promptu habet, aut quae Valesius, *Emendatt.* III. 17, Kusterus ad Suidam v. ἐπέκλυσε, Wyttenbachius ad *Phaedonem* p. 180. congesserunt, nullo negotio restituet locos, quos inscitia scribarum vel editorum perdidit. In Platonis *Epistola* VII. p. 324. D. ὁρῶν τοὺς ἄνδρας ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσῆν ἀποδείξαντας τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν nemo adhuc recepit Hemsterhusii certam correctionem χρυσὸν ἀποδείξαντας, quam optimus codex *Parisinus* A. confirmavit. Plato (nam Platonis ipsius esse hanc epistolam et argumentum et stilus clamant, et neminem alium in Graecia novimus qui de his rebus *sic* scribere potuisset. Ineptissime autem Epistola una atque eadem in duas nunc, VII et VIII, per vim discissa est) Plato igitur hunc flosculum ex Euripide decerpsit in *Troadibus* 436.

ὡς χρυσὸς αὐτῷ τἀμὰ καὶ Φρυγῶν κακά
δόξει ποτ' εἶναι.

et χρυσὸν ἀποδεικνύναι nihil aliud est nisi ποιεῖν χρυσὸν δοκεῖν. χρυσῆν in Platone et χρυσοῦν apud Lucianum tam perperam et vitiose dicta sunt ac si in Euripide χρυσᾶ pro χρυσός legeretur. Satis apertum est Lucianum Platoni hanc quoque venustam locutionem sublegisse. Similiter multi alii fecerunt, in his

ineptus scriptor Eunapius, qui saepissime ita solet, vide omnino Valesium et Hemsterhusium ll. ll., unde pendent caeteri. Addam duos locos, quorum alterum editores pessumdederunt, librarii alterum. In Manethonis fragmento apud Iosephum *in Apionem* I. 26. editur: *οἱ δὲ Σολυμῖται κατελθόντες σὺν τοῖς μιαροῖς τῶν Αἰγυπτίων οὕτως ἀνοσίως τοῖς ἀνθρώποις προσηνέχθησαν ὥςε τὴν τῶν προειρημένων κράτησιν χειρίςην φαίνεσθαι τοῖς τότε τὰ τούτων ἀσεβήματα θεωμένοις.* Absurda scriptura *χειρίςην φαίνεσθαι* Haverkampio debetur, qui quod in libris est *χρυσὸν φαίνεσθαι* in hunc modum correxit. Corrector! prorsus contrarium invexit quam quod scriptor dederat et incorruptum ad nos pervenerat. Contra est in Dionysio Halicarn. IX. 25 (*τοῖς ὑπάτοις*) *ὁ πρὸς τοὺς Τυρρηνοὺς πόλεμος καίτοι μέγας καὶ χαλεπὸς ὢν χρηςὸς ἐφαίνετο παρὰ τὸν ἐντὸς τείχους ἐξεταζόμενος*, ubi *χρυσὸς ἐφαίνετο* emendandum esse nemo ambiget, qui vel Valesium inspexerit vel Hemsterhusium. *Χρυσοῦς* et *χρηςός* in codd. Luciani confusa sunt 19, 1.

In *Charone* 12, 11. *δεινήν τινα λέγεις τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀβελτερίαν οἳ τοσοῦτον ἔρωτα ἐρῶσιν*, lege *εἰ τοσοῦτον* cf. § 12. et sic solent. in § 19. *ἐξερράγησαν* in *διερράγησαν* emendandum, bullae non *erumpunt* sed *disrumpuntur:* tum statim lege *πᾶσι δ' οὖν διαρραγῆναι ἀναγκαῖον* pro *ἀπορραγῆναι*. ne dubites inspice § 21. *ἢν καὶ σὺ κεκραγὼς διαρραγῇς*, ubi perantiquus Codex B. *ἀναρραγῇς* servat, quod absurdum est. Quam facile et quam saepe *δι* et *ἐξ* aut permutentur aut male copulentur supra indicavimus: quem usum huius rei observatio in Luciano habeat nunc paucis ostendam. Confunduntur 13, 14. *διηγουμένων* et *ἐξηγουμένων*, ut 32, 40. *ὁ μηρὸς αὐτοῦ χρυσοῦς ἐξεφάνη* est in BC, *διεφάνη* in caeteris: illud editores, hoc ego praetulerim. ibid. § 61. *διεξελέγχουσα* in caeteris est, in uno B. *διελέγχουσα*. praestat fortasse *ἐξελέγχουσα*. deinde 56, 6. *πιςεύοντας τοῖς πρὸς τὸ μεῖζον ἕκαςα ἐξηγουμένοις* corrige *διηγουμένοις*. In 59, 23. pro *ἐξέρρηξε* pessime est in uno libro *διέρρηξε*, tum 73, 22. videbis optimos libros dissentire in *διελθόντος* et *διεξελθόντος*. Denique in *Veris Historiis* 26, 15. pro *προσέταξε διυφῆναι* corrige *προσέταξεν ἐξυφῆναι*. In § 21. dicuntur pauci quidam sapientes *ἀποσπάσαντες τῶν πολλῶν καταγελᾶν τῶν γιγνομένων*, emenda *ἀποςάντες*.

In libro *de sacrificiis* 13, 5. ὁ Ζεὺς κλαπεὶς ὑπὸ τῆς Ῥέας lege ἐκκλαπείς et statim εἰς τὰ ἀφροδίσια ἐκκεχυμένος pro κεχυμένος. In § 12. pro φιλήσας μόνον τὴν αὐτοῦ δεξιάν, optimi codices σείσας dederunt, in quo κύσας latere suspicor, ut 33, 17. τὴν χεῖρα κύσαντες ἡγούμεθα ἐντελῆ εἶναι τὴν εὐχήν. in § 14. πρὶν ἢ πρὸ ἐτῶν μυρίων. Unus A. πλεῖον ἤ, quod receptum. Periit vera lectio πλεῖν ἤ, quam scribae omnium librorum tam sedulo obscurare solent ut praeterquam apud Comicos in Atticorum scriptis *unus* tantum supersit locus in *uno* codice, ubi forma πλεῖν incolumis ex correctorum manibus elapsa sit. Legitur in Demosthenis oratione *de Falsa Legatione* p. 413, 2., ubi in omnibus est πλέον ἢ μυρίους ὁπλίτας aut πλείους ἤ, unus omnium optimus *Parisinus* S. servavit πλεῖν ἤ, quae sola Attica est dictio, ut πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας vel καὶ τοῦτο πλεῖν ἢ μυρίων ἓς' ἄξιον. ςατήρων et ubicumque metrum scribas coërcebat. In soluta oratione formae antiquae indixere bellum et *ubique* πλέον, πλεῖον, πλείους, πλείω ei substituerunt, ut sexcentis passim locis πλεῖν ἤ sit nobis ab exilio revocandum. Signum sustulit Dindorfius in Demosthene, cui reddidit p. 503, 18. πλεῖν ἢ ἅπαξ. 570, 16. πλεῖν ἢ πέντε τάλαντα. 657, 10. πλεῖν ἢ τριακόσια τάλαντα. 669, 6. πλεῖν ἢ τρία ἔτη (scrib. τρί' ἔτη). 744, 13. ἐν πλεῖν ἢ διακοσίοις ἔτεσιν. 816, 13. πλεῖν ἢ ἑπτὰ μναῖ. 823, 9. πλεῖν ἢ πεντήκοντα. 841, 15. πλεῖν ἢ δέκα. 1014, 22. πλεῖν ἢ ἑκατόν. 1033, 17. πλεῖν ἢ πένθ' ἡμέρας. 1036, 17. πλεῖν ἢ χιλίας. 1073, 27. πλεῖν ἢ χίλια. Eadem opera caeteri Oratores, Historici, Plato caeterique emendandi sunt. In libris nihil prorsus est praesidii: apud Demosthenem omnes constanter, optimi pessimi, πλέον, πλεῖον, πλείους praeferunt ubi πλεῖν ἤ certum est. Nihil iuvat Isocratis *Urbinas*, aut pervetusta Thucydidis exemplaria, aut Platonis, in quo immanem soloecismum nimium patienter tulerunt in *Menexeno* p 235. B. καί μοι αὕτη ἡ σεμνότης παραμένει ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς. ubi mirifica Stallbaumius admovit, in his e Diodoro Siculo, praeclarissimo scil. Graecitatis auctore et teste, ἀποβεβληκὼς τῶν ςρατιωτῶν πλείω τῶν χιλίων, quum milites neutrius generis esse incipient, tempus erit istis credere. Legendum πλεῖν ἢ τρεῖς, non πλείους, quod in Codices quosdam invectum est ab iis, qui soloecismum ferre non possent. Sic in Xenophontis

Hellenicis III. II. 19. scribendum πλεῖν ἢ ϛάδιον et V. IV. 66. πλεῖν ἢ ἑβδομήκοντα et alibi ad eandem normam. Ubi semel Atheniensibus sua manus erit restituta nemo mirabitur Atticistas eodem modo scriptitare solitos et LUCIANUS et hoc loco et alibi πλεῖν ἤ recte scripsisse credetur.

In *Vitarum auctione* 14. 1. scribe εἰ δέ τις οὐκ ἔχει pro ἔχοι. § 3. τοῖσι ἐκεῖ pro τοῖς. § 5. ψυχηρόν pro ψυχήϊον. § 9. ἐμοὶ πιθόμενος pro πειθόμενος, ut passim aoristus πιθέσθαι interiit. § 14. ἐπίκηρον pro ἐπικήριον. § 17. Lacuna est: multa exciderunt post διημάρτανον, quibus colloquium cum SOCRATE absolvit et produxit PLATONEM. § 18. τί καὶ πράξει pro πράξεις. § 24. ὅρα μή σε ἀποτοξεύσω τῷ ἀναποδείκτῳ συλλογισμῷ. qui quem *telo* vel *sagitta configit* dicitur κατατοξεύειν αὐτόν, ut saepe alios, saepe LUCIANUM audimus dicentem. Siglae praepositionum permutatae sunt. § 25. πόσον ὑπὲρ αὐτοῦ καταβαλῶ, repone coniunctivum καταβάλω. § 26. πολὺ λέγεις, emenda πολλοῦ λέγεις. In *Piscatore* 15. § 48. ἐγὼ δύ' ὀβολῶν αὐτὸν ἐτιμησάμην. — πολὺ λέγεις, tres Codices πολλοῦ λέγεις obtulerunt, at nemo intellexit quam bonum esset: omnes abiecerunt. denique in fine § lege ὠνοῦμαι αὐτὸν τῶν εἴκοσιν.

In *Piscatore* 15. § 4. lege διέσυρας pro διέσυρες. § 5. αὐτοὶ ποιῆτε pro αὐτό. § 7. δι' αὐτὸ τοῦτο pro διά γε τοῦτο. § 15. καὶ σύ pro καί σοι. § 24. ἀφεῖναι βούληται pro διαβουλεύηται. § 33. ἥδοιντ' ἄν, οἶμαι, μαϛιγουμένων. male BEKKERUS μαϛιγουμένῳ. Genitivus optime habet et significat ὅτε μαϛιγοῦνται. Poëtis ius est accusativum ponere pro ὅτι μαϛιγοῦνται. Notissimae rei exemplum subiiciam ut mendo liberem. EURIPIDIS fragmentum servavit SUIDAS v. Χαίρω.

Χαίρω γέ σ', ὦ βέλτιϛον Ἀλκμήνης τέκος,
* * * * τόν τε μιαρὸν ἐξολωλότα.

VALCKENARIUS ad *Phoen.* vs. 711. supplebat ἐλθόντα. Verius arbitror:

Χαίρω σέ τ', ὦ βέλτιϛον Ἀλκμήνης τέκος,
σωθέντα τόν τε μιαρὸν ἐξολωλότα.

In *Cataplo* 16, 3. ἢ τί βουλόμενος; lege καὶ τί βουλόμενος, solemnis et frequens error. § 5. βούλει — ἐμβιβασόμεθα soloecum est pro ἐμβιβασώμεθα. § 18. γράψομαί σε παρανόμων ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος, peridoneus hic locus est ad confirmandam

emendationem loci Plutarchi in vita *Ciceronis* cap. 9. Λικίνιος Μάκερ κρινόμενος κλοπῆς ὑπ' αὐτοῦ κτέ. Licinius Macer repetundarum accusatus est non *a* Cicerone (ὑπ' αὐτοῦ), qui ipse Praetor de repetundis quaerebat, sed *apud* Ciceronem, ἐπ' αὐτοῦ. ἐπί τινος dicitur de eo, apud quem quis accusatur, sive rex sive magistratus est, deinde de iudice, apud quem quis causam dicit, denique de teste aut arbitro, coram quo quid fieri dicitur. Exemplorum est magna copia. § 18. τὸν ὀβολὸν ἔχω τὰ πορθμεῖα, revoca τῷ πορθμεῖ. § 20. τοὺς ὀδόντας συγκροτῶν, corrige συγκρούων. § 21. παρὰ Μικύλλου τινὰ ὀβολὸν προσδοκῶν, emenda παρὰ Μικύλου τινός. Μικύλος vera forma est, ut Αἰσχύλος, Ἡδύλος, Κρατύλος, Θρασύλος, Δερκύλος, Δερκυλίδας, alia. Callimachus Epigr. 28. γαῖα φίλη, || Μικύλος εἴ τι πονηρὸν ἐπῄνεσα μήτε σὺ κούφη || Γίγνεο. Θράσυλλος, Δίυλλος, Ἥρυλλος, alia, sunt ὑποκορισικά ex Θρασυκλῆς, Διοκλῆς, Ἡρακλῆς, ut Antonii filius appellabatur Alexandriae Ἄντυλλος. § 24. ἄλλους προσκάλει, supple σὺ δ' ἄλλους προσκάλει. § 26. οὐδὲ λόγων ἔδει, lege οὐδέν. — πλείους ἢ μυρίους, hic quoque restitue πλεῖν ἤ.

Sequitur suavissimus liber περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, in quo § 1. pro ὕσατον lege ὑσάτιον ex Homeri *Odyss.* IX. 14. τί πρῶτόν τοι ἔπειτα, τί δ' ὑσάτιον καταλέξω; § 3. δειπνεῖν δεῖπνα πολυτελῆ καὶ ἀσύμβολα, melius πολυτελῆ ἀσυμβόλους. Poëtis ius est dicere: ἀσύμβολον κώθωνα μὴ παραλίμπανε, aut ἀσύμβολόν τε χεῖρα προσβαλεῖν βορᾷ, et similia, Lucianus maluit Atticos sequi, qui omnes loquuntur ut Aeschines in *Timarchea* p. 11, 13. τί χρὴ λέγειν, ὅταν μειράκιον νέον πολυτελῆ δεῖπνα δειπνῇ ἀσύμβολος. In § 9. χρῆσθαι πρὸς ὅ τι ἂν ἐθέλωσι, expunge πρός, quod nemo umquam in ea re addidit. § 11. ἢν τὰ ἄρισα πράξῃς, dele articulum. § 12. ηὐτύχηταί σοι πάντα τῆς εὐχῆς μειζόνως. Lucianus scripserat πάντα εὐχῆς μειζόνως, nata est dittographia e correctione erroris εὐ τυχῆς, hinc εὐτυχῆς E. εὐτυχεῖς alii, τῆς εὐχῆς Solanus. Gravius etiam afflictus est locus § 15. τεκμήριον ποιούμενοι τοῦ μὴ παρ' ἄλλῳ πρότερόν σε δεδειπνηκέναι καὶ τὸ καινὸν εἶναί σοι τὸ χειρόμακτρον τιθέμενον. mirificum sane hoc est indicium: si cui mantile novum apponitur, numquam eum foris coenasse apparet. Istas ineptias

nullo negotio critica ars dissipare potest, pro τιθέμενον legendum est τιθέμενοι, et habent hoc duo optimi Codices AE; etiam si non haberent, certa emendatione poterat restitui, adscriptum est in margine ποιούμενοι, quia τεκμήριον τιθέμενοι apud Graeculos non erat in usu, sed τεκμήριον ποιούμενοι: irrepsit in textum, deinde scioli τιθέμενον dederunt. Corrige: τεκμήριον τοῦ μὴ παρ' ἄλλῳ πρότερόν σε δεδειπνηκέναι καὶ τὸ καινὸν εἶναί σοι τὸ χειρόμακτρον τιθέμενοι, recte id quidem, quoniam suum sibi quisque χειρόμακτρον habebat et afferebat secum. § 16. ζῆν ὑπολαμβάνεις scribe ὑπελάμβανες, nam agnovit errorem suum scilicet. § 17. ἐλείπετο καὶ τῶν ἄρτι εἰσεληλυθότων δευτέρους εἶναι, supple τὸ καί et recipe ex AE κατέπιεν pro κατέφαγεν, hoc *prodigi* est, illud *helluonis*. § 18. ἀποτεινομένου τοῦ πότου imo vero παρατεινομένου. § 19 lege δύ' ἢ τριῶν pro ἢ δύο ἢ τριῶν. δύ' ἢ τρεῖς dicebant non δύο ἤ. § 24. οὐκ αἰσχύνει κόλαξιν ἀνθρώποις ἀντεξεταζόμενος; sententia postulat συνεξεταζόμενος. § 26. ᾧ τὰ ἄλλα συνειλοῦσι scribe ἐνειλοῦσι. § 27. δύνασθαι ᾄδειν ἀξίως. nihil significat ἀξίως. veram scripturam monstrabit locus 58, 10. ἀλλ' οὗτός γε ᾄσας δεξιῶς ἐκράτει. § 28. πολλὴν τὴν κολακείαν ἐμφανιοῦντα, emenda ἐμφαίνοντα. § 30. περιπάτους ἐλευθερίους revoca ἐλευθέρους, non est *liberalis* ambulatio, sed *libera*. § 36. πεπαιδευμένους μισθοῦ ὑποτελεῖς ξυνόντας. Iocularis est haec interpolatio, quae sententiam in contrarium pervertit. μισθοῦ ὑποτελής qui est, ut δασμοῦ, φόρου ὑποτελής, non *accipit* mercedem, sed alteri *pendit;* hoc etiam supererat miseris ut servile obsequium suis sibi nummis emere dicerentur. Expunge ὑποτελεῖς. In eadem § dum philosophi apud matronam de sapientiae placitis disserunt supervenit a moecho epistola: illa statim rescribit: interea, inquit, οἱ περὶ σωφροσύνης ἐκεῖνοι λόγοι ἐςᾶσι περιμένοντες ἔς' ἂν ἐκείνη ἀντιγράψασα τῷ μοιχῷ ἐπαναδράμῃ πρὸς τὴν ἀκρόασιν. Non *stabant*, opinor, οἱ περὶ σωφροσύνης λόγοι, quos *iacuisse* apud illam satis apparet, sed οἱ λέγοντες.

In *Apologia* quae sequitur 18, 1. offendo in verbis εἶτά τις αὐτὸς ταῦτα γεγραφὼς ἔπειτα ἑκὼν ἑαυτὸν φέρων εἰς δουλείαν ἐνσέσεικεν, nam neque ἑκών et φέρων bene coniunguntur, quia φέρων significat μετὰ προθυμίας καὶ ὁρμῆς et sic debile et languidum ἑκών excludit, et quia αὐτός praecedens in αὐτὸς γεγρα-

φώς ita demum recte ponitur, si in apodosi αὐτός repetitur, quae acerrima est apud Graecos perfidiae aut levitatis exprobratio, ut apud Lysiam XII. 68. αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος σώσειν τὴν πόλιν αὐτὸς ἀπώλεσεν. et Xenophontem in *Anab.* III. II. 4. αὐτὸς ὀμόσας ἡμῖν, αὐτὸς δεξιὰς δούς, αὐτὸς ἐξαπατήσας συνέλαβε τοὺς ςρατηγούς, et in Aeschyli loco apud Platonem *de Rep.* II. p. 383. B.

ὁ δ' αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρὼν,
αὐτὸς τάδ' εἰπὼν, αὐτός ἐςιν ὁ κτανών
τὸν παῖδα τὸν ἐμόν.

haec igitur omnia Luciano bene nota suadent ut eum scripsisse credam: αὐτὸς ταῦτα γεγραφὼς αὐτὸς ἑαυτὸν φέρων εἰς δουλείαν ἐνσέσεικεν. In § 3. ὅρα ὅπως μηδεὶς ἔτι ἀκούσεταί σου expunge ὅρα. § 5 scribe ἀμυγδαλῆν pro ἀμύγδαλον et ὀρχήμασιν ἁρπάσαντα pro ὀρχήμασι συναρπάσαντα.

In libello ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει σφάλματος. 19, 4. ὡς ἀνάξιον τοῦ Πυθίου, supple ὡς ἀνάξιον ὄν, frequens admodum hic error est et saepe alibi corrigendus. § 7. ἄλλῳ ἥλῳ ἐκκρούειν τὸν ἧλον dele ἄλλῳ. § 9 lege ὑπὸ τούτῳ τῷ συνθήματι. § 11. τὰ δεύτερα ἐνεγκαμένου, corrige τὰ δευτερεῖα. et § 18. ἐκεῖνος μὲν οὕτως, supple μὲν οὖν οὕτως.

In *Hermotimo* 20, 3. πάλαι ἀνεσπάσμην lege ἂν ἀνεσπάσμην. § 6. ὡς χρόνῳ περιλαβεῖν, intelligerem ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν. § 9. γέρων εἰς τὸ ὕςατον. corrige ἔσχατον, unde ἐσχατόγηρως dicitur. § 15. εἴας — προήρησαι, requiro εἴασας. § 20. θυρίδας ἐποίησεν αὐτῷ lege ἐνεποίησεν et § 25. ἐνεπολιτευόμην § 59. οὐδὲν ἂν ἔγωγέ τι ἀντεῖπον, scribe ἔγωγ' ἔτι et mox ἄρα ταὐτὰ λέγει καὶ περὶ τῶν αὐτῶν insiticium est καί. § 68. καὶ εἴ ποτε τοιαύτην τινὰ δύναμιν πορισάμενος ᾔεις ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν λεγομένων, εἰ δὲ μή, εὖ ἴσθι κτέ. Cui non nota ista dicendi forma et prioris apodoseos ellipsis? ut in Sophocleo

εἰ μέν τις οὖν ἔξεισιν, εἰ δὲ μὴ, λέγε.

et passim: vide Intt. ad Thucyd. III. 3. in his autem omnibus praecedit εἰ μέν, ἢν μέν et μέν prorsus necessarium est, ut oppositio appareat et quod dicatur statim intelligi possit. Itaque in Luciano scribendum καὶ εἰ μέν ποτε κτέ. Apud Herodotum VIII. 62. σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ καὶ μένων ἔσεαι ἀνὴρ ἀγαθός, εἰ δὲ μὴ, ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα, ecquis est qui non

videat εἰ μὲν μενέεις HERODOTI manum esse? In § 70. ἀλλὰ τινὰ ζητήσομεν τὸν κρῖναι δυνάμενον, expunge τινά, quod suapte natura cum τὸν δυνάμενον copulari non potest. In § 71. εἰς Ἰνδοὺς τελεῖ, si librarii scivissent futurum esse, τελέσει dedissent, quam formam nonnumquam LUCIANO, saepius Atticis obtruserunt invitis, ut 67, 11, 2. ἐπόμνυται δύο καὶ εἴκοσιν ἔτη εἰς τὸν ἐσόμενον Ἐλαφηβολιῶνα τελέσειν pro τελεῖν. In ISOCRATIS *Archidamo* § 87. τίς οὐκ οἶδεν ὅτι πάντα τὸν βίον ἐν ταραχαῖς καὶ κινδύνοις διατελοῦμεν ὄντες, debemus hanc quoque verissimam lectionem uni *Urbinati* libro, in caeteris omnibus est sequior forma διατελέσομεν a Graeculis manifesta fraude invecta. Apud PLATONEM saepius recurrunt futura τελῶ, διατελῶ: ξυνδιατελεῖ futurum est in *Phaedone* 91. B. futurum τελοῦντε est in *Euthydemo* p. 277. E. ἐρχόμεθα τελοῦντες est in *Protagora* p. 311. E. Irrepsit vitium in librum IV. *de Rep.* p. 425. E. ἐπανορθούμενοι τὸν βίον διατελέσουσιν, ubi ipse διατελοῦσιν dederat, ut recte ἀποτελοῦμεν servatum est *de Legibus* VI. p. 778 E., et saepe apud Comicos, etiam seriores. DIPHILUS ATHEN. VII. p. 291. F.

οὐ μὴ παραλάβω σ' οὐδαμοῦ, Δράκων, ἐγώ
ἐπ' ἔργον, οὐ μὴ διατελεῖς τὴν ἡμέραν
τραπεζοποιῶν ἐν ἀγαθοῖς πολλοῖς χύδην.

ubi διατελεῖς futurum esse apparet. Itaque si quando forma vitiosa in -έσω aut -έσομαι se ostendet, ut in *Cyropaed.* VIII. VI. 3. τελέσουσιν, aut alibi apud XENOPHONTEM, (ubi recte scriptum est *Hellen.* VI. III. 2. παρακαλοῦντας, emendandum videtur VII. I. 44. ἐγὼ συγκαλῶ τὸν δῆμον) aut alios, castigabimus. In § 81. εἰ ῥημάτια παρὰ σοῦ πριάμενοι μηδέπω ἐκτετίκαμεν διάφορον supple τὸ διάφορον, id est τὴν τιμήν more Graeculorum; paulo post ἐπὶ τὸ δεῖπνον διεξέρχεται, Graeci omnes dicebant παρὰ τὸ δεῖπνον § 82. οὐκ οἴει μακρῷ χείρω ἂν αὐτὸν ἐξεργάσασθαι ἢ καὶ νὴ Δία ἴσως τῷ δημίῳ παραδεδόσθαι, repone ἐξειργάσθαι, tum εἰ φανοῖτο pro φαίνοιτο. In § 84. ridiculo vitio legitur: ἔφη γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ᾠδῇ καθεζόμενον ἐπὶ τὴν κυματωγὴν ἀριθμεῖν τὰ κύματα. Nemini suaserim ut ἐπὶ τὴν κυματωγήν consideat, nam fluctibus mergetur. Tutius est et iucundum παρὰ τὴν κυματωγὴν καθέζεσθαι et sic facile negotium est ἀριθμεῖν τὰ κύματα.

In *Herodoto* 21, 1. lege ἐνίςαται pro ἐνίςανται. § 6. μισθὸν εἰκασμένου γάμου προσλαβὼν ἀληθῆ γάμον expunge γάμον, quod si Lucianus addere voluisset γάμον ἀληθῆ scripsisset. § 8. ὅσον οὐ μικρὸν ἤδη μή κτέ. verba sensu vacua scripserim ὥς' οὐ μικρὸν ἤδη δέος μή κτέ.

In *Zeuxide* 22, 2. τὸ τοῦ Ὁμήρου καὶ τὴν νέαν ᾠδὴν κεχαρισμένην ὑπάρχειν τοῖς ἀκούουσιν, importunum καί in ἀεί corrigatur. § 3. ἀεὶ δὲ καινοποιεῖν ἐπειρᾶτο, non καινοποιεῖν hoc dicitur sed καινοτομεῖν, ut in Aristophanis *Ecclesiaz.* 584.

εἰ καινοτομεῖν ἐθελήσουσιν καὶ μὴ τοῖς ἠθάσι λίαν
τοῖς ἀρχαίοις ἐνδιατρίβειν.

et sic passim καινοτομεῖν ponitur et apud alios et apud Lucianum. Verbum hoc natum est in metallis Laureoticis, in quibus quid sit καινοτομεῖν luculenter monstrabit Xenophon *de Vectigalibus* cap. IV. § 27. καὶ μὴν καινοτομεῖν γε οὐδὲν ἧττον ἕξεςι νῦν ἢ πρότερον. οὐ τοίνυν οὐδ' εἰπεῖν ἂν ἔχοι οὐδεὶς πότερον ἐν τοῖς κατατετμημένοις πλείων ἀργυρῖτις ἢ ἐν τοῖς ἀτμήτοις ἐςίν, et sic saepius in sequentibus. Τέμνειν, κατατέμνειν, ἐπικατατέμνειν propria sunt in metallis vocabula, et hinc καινοτομεῖν sponte natum est. Perspexit hoc olim grammaticus, cuius locum Photius servavit in v. Καινοτομεῖν: καινὴν λατομίαν τέμνειν κυρίως, nisi quod λατομίαν solam ponit, quod in omnibus metallis exercendis proprium est. Non deponam de manibus eximium Xenophontis libellum, priusquam turpissimum vitium exemero, quod plane perdidit locum in cap. V. § 13. λέγω ὅτι πολὺ θᾶττον ἂν τιμωροίμεθα αὐτοὺς εἰ μηδένα παρέχοιμεν ἀδικοῦντα. οὐδένα γὰρ ἂν ἔχοιεν σύμμαχον. Non melius apparebit vitium quam opposita vera lectione, quam quivis eliciat ex his locis: *Anabas.* II. III. 23. ἐάν τις ἡμᾶς εὖ ποιῶν ὑπάρχῃ V. v. 9. οὔτε γὰρ ἡμεῖς ὑμᾶς οὐδὲν πώποθ' ὑπήρξαμεν κακῶς ποιοῦντες, aut Herodoti VII. 8. ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα ποιεῦντες, quod est id ipsum, quod Xenophon dixerat εἰ μηδένα ὑπάρχοιμεν ἀδικοῦντες. In § 4. ἠρέμα ἐπεγήγερται. Codd. ἐπήγερται. lege ἐγήγερται et mox pro οἷοί εἰσιν ἵπποι πειρώμενοι ἀναπηδᾶν corrige ἵππου πειρωμένου.

In *Harmonide* 23 § 2. ἐρᾷς ἐπαίνου καὶ δόξης καὶ ἐπίσημος εἶναι. Graecum est καὶ τοῦ ἐπίσημος εἶναι, quod Struvius vidit, caeteri quam necessarium esset non intellexerunt — εἰ

ἐπιδείξαιο corrige ἐπιδείξει § 4. εἰς τοὺς πολλοὺς παρεῖναι, imo vero παριέναι ut § 2. εἰς τὰ πλήθη παριών, et πάροδος haec est non παρουσία.

In *Scytha* 24, 2. ἐν ἀριστερᾷ εἰς Ἀκαδήμειαν ἀπιόντων, lege ἀνιόντων. Athenienses dicebant ἀνιόντι, sed saepius sic peccant Lucianus et aequales. § 3. ἡ στολὴ αὐτὸν ἐπεσπάσατο πατριῶτις οὖσα, rectissime πατριῶτις dixit, nam Scythae et barbari omnes inter se sunt πατριῶται, ut Graeci πολῖται. hinc corrige Photium v. πατριῶται: οἱ δοῦλοι τῶν Ἑλλήνων. πολῖται δὲ οἱ ἐλεύθεροι. οἱ δὲ τοὺς βαρβάρους πατριώτας. corrupit hunc locum Porsonus, quod raro facit: in unico Codice est οἱ δοῦλοι ἑλλήνων, emenda ἀλλήλων. Quae Grammatici de discrimine inter πολίτης et πατριώτης tradiderunt non sunt satis diserta: cives liberae civitatis sunt inter se πολῖται (non συμπολῖται); quibus non contigit in libera civitate nasci πατριῶται ἀλλήλων esse dicuntur. Itaque Atheniensibus Athenienses sunt πολῖται, Scythae Scythis πατριῶται, quia ἐν βαρβάροισι πάντα δοῦλα πλὴν ἑνός, non est barbaris inter se alia necessitudo, quam ut sint ἐκ τῆς αὐτῆς πατρίδος, id est χώρας. Sic Phryx Phrygi, Car Cari, Lydus Lydo est πατριώτης, itaque servi Graecorum omnes, si sunt indidem oriundi, πατριῶται sunt, (non συμπατριῶται), itaque Toxaris Anacharsidi πατριώτης erat non πολίτης. Similiter equi, si sunt eiusdem regionis, πατριῶται esse dicuntur in *Cyropaedia* II. II. 26. μηδὲ μέντοι σκοπεῖτε, ὅπως ἐκ τῶν πολιτῶν ἀντιπληρώσετε τὰς τάξεις, ἀλλ' ὥσπερ ἵππους οἳ ἂν ἄριστοι ὦσιν οὐχ οἳ ἂν πατριῶται τούτους ζητεῖτε οὕτω καὶ ἀνθρώπους ἐκ πάντων λαμβάνετε. Sic θεὸς πατριώτης optime dicitur, sed absurdum est quod Pollux III. 54. scribit: Πλάτων μέντοι ἐν τοῖς Νόμοις καὶ ἐπὶ Ἑλλήνων τὸ πατριῶται εἴρηκεν. Inspectus locus arguet Grammatici errorem. Legitur in libro *de Legibus* VI. p. 777. c. δύο δὴ λείπεσθον μόνω μηχανὰ μήτε πατριώτας ἀλλήλων εἶναι τοὺς μέλλοντας ῥᾷον δουλεύσειν — τρέφειν τ' αὐτοὺς ὀρθῶς, quae scripta sunt de *servis* in officio continendis, sed nota est Pollucis negligentia. In Pherecratis fragmento apud Schol. ad Aristophanis *Aves* vs. 1294.

οἶμαι δ' αὐτὸν κινδυνεύειν εἰς τὴν Αἴγυπτον [ἰόντα]
* * * ἵνα μὴ ξυνέχῃ τοῖσι Λυκούργου πατριώταις.

hoc ipso vocabulo Lycurgus κωμῳδεῖται ὡς ξένος καὶ βάρβαρος.

Graeculi hoc quoque nesciebant et coeperunt πατριώτας pro πολίτας dicere. Insigne huius rei exemplum Schaeferus ad Stephani Thesaurum attulit ex Iamblicho, qui sua verba de trivio sumta admiscere solet locis, quos ex optimis scriptoribus excerptos ad *Pythagorae vitam* enarrandam componit. Locus est cap. V. § 21. γεῦσαι ἐβούλετο τῆς τῶν μαθημάτων καλλονῆς τοὺς πατριώτας, quod tam abiectum et plebeium est atque id quod apud Lucianum homo doctus et salsus irridet, 76, 5. (qui nunc Σωκράτης ὁ ἀπὸ Μόψου dicitur, ego eum esse suspicor ἀπὸ Μόψου ἑςίας) qui quum audisset dicentem: πατριώτης ἐςί μοι, respondit: ἐλάνθανες ἄρα ἡμᾶς βάρβαρος ὤν. In § 4. μὴ περιΐδῃς ἀναςρέψοντα neque cogitari neque dici potest sed ἀναςρέψαντα.

In libro πῶς δεῖ ἱςορίαν συγγράφειν 25, 7. εἰς ὕψος ἐπαίροντες, lege αἴροντες. § 14. Οὐολόγεσος, verum nomen est Οὐολόγαισος. § 15. Πομπηιουπολίτης, sincerior forma est Πομπηιοπολίτης, analogia apud veteres constanti, ut in Μεγάλη πόλις Μεγαλοπολίτης, Ἀνταίου πόλις Ἀνταιοπολίτης, Ἀρχάνδρου πόλις Ἀρχανδροπολίτης, Γλαύκου δῆμος Γλαυκοδήμιος, Γυναικὸς πόλις Γυναικοπολίτης, Δράκοντος νῆσος Δρακοντονησίτης, Καλὴ ἀκτή Καλακτῖνος, et alia multa apud Stephanum Byzantinum, in quibus nomina urbium κατὰ παράθεσιν scribuntur, sed τὰ ἐθνικὰ κατὰ σύνθεσιν. Graeculi peccabant dicentes Κωςαντινούπολις, itaque admonet Stephanus esse δύο μέρη λόγου, id est Κωςαντίνου πόλις esse scribendum, quod Meinekius nescio quomodo passim neglexit, apud quem est Ἀνταιούπολις, Ἀρχανδρούπολις, Νεάπολις etc. Recte Lucianus 32, 1. ex Ἀβώνου τεῖχος formavit Ἀβωνοτειχίτου, et nondum illis temporibus in ea re peccatum esse arbitror. § 19. πρὸς τὸ σαφέςατον καὶ ἰσχυρότατον. suspicor ἰσχνότατον verum esse. § 22. ἅπαντα ἐκεῖνα legerim ἅπαντα τὰ ἐκεῖ. § 32. ἀξιόρατα corrige ἀξιοθέατα. § 34. pro ἀπὸ Κόνωνος, ἀπὸ Λεωτροφίδου bis scribe ἐκ. § 38. ὅτι ὀλέθριος καὶ μανικὸς ἄνθρωπος οὗτος ἦν. Emenda ὄλεθρος, quo convicio saepe Lucianus utitur, a Demosthene sumto, cuius notissima sunt ὄλεθρος Μακεδών, ὄλεθρος γραμματεύς, alia. Abutitur autem Lucianus eo vocabulo, cui eundem sensum tribuit atque κάθαρμα. veteribus enim κάθαρμα odium, ὄλεθρος contemtum significat, et ὄλεθρος est homo obscuro et sordido loco

natus aut contemtissimae sortis, qui omnibus est despicatui. Sic Eumenes Macedonibus, qui volebant contemnere videri, Χερρονησίτης ὄλεθρος audiebat (Plut. in *Eumene*, cap. 18.), ut Philippus Atheniensibus ὄλεθρος Μακεδών: sic Σκύθης ὄλεθρος, Φρὺξ ὄλεθρος. Herodotus III. 142. γεγονώς τε κακῶς καὶ ἐὼν ὄλεθρος, Demosthenes p. 688, 6. ἀνθρώπους οὐδ' ἐλευθέρους ἀλλ' ὀλέθρους, et sic saepe de iis quos alto supercilio despiciunt, numquam de nefario aut scelerato, quos pestes et exitiosos dictitant λυμεῶνας aut ἀλιτηρίους. Ὄλεθρος autem apud Lucianum saepius in libris in ὀλέθριος est depravatum. 10, 2, 1. pro ὀλεθρίους Coraes recte dedit ὀλέθρους. 32, 11. ὄλεθροι BC. ὀλέθριοι recepit Iacobitz, bene Bekker expulit, similiter 33, 5. ὀλέθρῳ AC. ὀλεθρίῳ male ille recepit, Bekkerus veram lectionem revocavit. Melius etiam 32, 39. ὀλεθρίου, quod omnes libros occupat, emendavit in ὀλέθρου. Sic igitur hic quoque ὄλεθρος pro ὀλέθριος reponendum est: si quis dubitat velim cogitet neminem umquam de homine ὀλέθριος dixisse. E loco, qui legitur § 62. εἰδὼς ἐκφανησόμενον· Σώστρατος Δεξιφάνους Κνίδιος θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν πλωιζομένων interpolata sunt Strabonis apographa XVII. p. 791. τοῦτον δὲ (τὸν πύργον) ἀνέθηκε Σώστρατος Κνίδιος φίλος τῶν βασιλέων τῆς τῶν πλωιζομένων σωτηρίας χάριν, ὥς φησιν ἡ ἐπιγραφή. [ἐπίγραμμα. Σώστρατος Κνίδιος Δεξιφάνους θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν πλωιζομένων], apparet extrema e Luciano esse assuta.

In *Veris Historiis* 26, 3. pro εἰπόντος sententia loci postulat ἰδόντος. § 19. γενομένης δὶς ἐκκλησίας τῇ προτεραίᾳ μὲν οὐδὲν παρέλυσαν τῆς ὀργῆς τῇ ὑσεραίᾳ δὲ μετέγνωσαν, habent haec colorem Thucydideum, unde pleraque sumta sunt, habentque eundem errorem, qui in Thucydidis et Atticorum scriptis tralaticius est. Sedet viris doctis πρότερος et προτεραῖος, ὕσερος et ὑσεραῖος promiscue a Graecis usurpari et perinde esse utrum τῇ προτέρᾳ an τῇ προτεραίᾳ scribatur, τῇ ὑσέρᾳ an τῇ ὑσεραίᾳ: quod verum non esse et ratio docet et librorum longus usus confirmat: ἡ προτεραία et ἡ ὑσεραία perpetuo usu de *diebus* dicuntur, omisso semper ἡμέρα, quod si quando comparet additicium fere est, προτέρα et ὑσέρα de aliis rebus quibuslibet repetitis, concione, proelio etc. Promiscue haec a scribis poni certum est, sed quid isti non permiscent? itaque in Luciano

scribe τῇ προτέρᾳ et τῇ ὑςέρᾳ, in Thucydide recte scriptum est VII. 51. τῇ μὲν προτεραίᾳ — ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ — τῇ δ' ὑςεραίᾳ. male V. 46. τῇ δ' ὑςεραίᾳ ἐκκλησίᾳ pro ὑςέρᾳ et VII. 11. τῇ δ' ὑςεραίᾳ (μάχῃ) pro ὑςέρᾳ. et V. 75. τῇ δὲ προτεραίᾳ ἡμέρᾳ ubi ἡμέρᾳ expungendum. Apud Demosthenem *de Falsa Legat.* p. 345, 7. τῇ προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν bene editur invitis optimis Codicibus, in quibus est προτεραίᾳ, contra post pauca vs. 18. ὁ δὲ ταῦτ' εἰπὼν τῇ προτεραίᾳ praestantissimus S. προτεραι obtrudit. In eadem re in Aeschinis defensione § 63 legitur ἐν τῇ προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν et τῇ δ' ὑςεραίᾳ πάλιν [ἡμέρᾳ]. et § 65. τῇ μὲν προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν συμβουλεύειν, τῇ δ' ὑςεραίᾳ (lege ὑςέρᾳ) τοὺς προέδρους ἐπιψηφίζειν. recte § 66. εἰς τὴν ὑςέραν ἐκκλησίαν, alii ὑςεραίαν. et § 67. ἐν τῇ ὑςεραίᾳ τῶν δυεῖν ἐκκλησιῶν in omnibus libris est pro ὑςέρᾳ, quod Bekkerus correxit. Ad eandem rationem caeteri loci constituendi sunt, nam quamquam vetus admodum is error est, ut Pollucem olim deceperit scribentem I. 65. φαίης δ' ἂν — τῇ προτεραίᾳ καὶ τῇ προτέρᾳ et mox καὶ ὑςεραία καὶ ὑςέρᾳ, tamen est error, quem longa dies excusare potest, sed ut recte dictum sit efficere non potest.

In § 23. ὥσπερ δὴ περὶ τράπεζαν λάπτουσι τὸν ἀναθυμιώμενον καπνόν, emenda κάπτουσι vel potius recipe a nescio quo dudum emendatum in Gallaei *collectaneis*, quibus Solanus usus est. Calamitosum verbum est κάπτειν, quod in Codicibus diffingi solet in κάμπτειν, κόπτειν, χάπτειν, χάμπτειν, alia, vid. Hemsterhusium ad *Plutum* p. 314 sqq., qui in verbis Aristotelis οἱ δὲ κέπφοι ἁλίσκονται τῷ ἀφρῷ. κόπτουσι γὰρ αὐτόν optime correxit κάπτουσι. Disces indidem quo discrimine diremta sint σπᾶν, λάπτειν et κάπτειν. Egregia est Valckenarii emendatio in Eratosthenis *Catasterismis* 38. (in Galei *Opusc. Mythol.* p. 131.) οὗτός ἐςιν ὁ μέγας καλούμενος ἰχθὺς, ὃν καὶ πιεῖν λέγουσι τὸ ὕδωρ τῆς τοῦ ὑδροχόου ἐκχύσεως. in καὶ πιεῖν vidit κάπτειν latere. Supra p. 58. Alciphroni reddidi αἱ ἀλώπεκες τὰς ῥᾶγας ἔκαπτον pro ἔκοπτον, et quis in Plutarchi libro εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον p. 788. a. ubi Arcades invitant Thebanos ut in urbem ingredi et in aedibus suis hyemare velint, Epaminondas dissuadet his verbis: νῦν μὲν θαυμάζουσιν ὑμᾶς καὶ θεῶνται πρὸς τὰ ὅπλα γυμναζομένους καὶ παλαίοντας, ἂν δὲ πρὸς

τῷ πυρὶ καθημένους ὁρῶσι τὸν κύαμον κόπτοντας οὐδὲν αὐτῶν ἡγήσονται διαφέρειν, quis, inquam, dubitabit mecum κάπτοντας emendare? ut apud Diogenem Laërt. VI. 48. πληρώσας τὸ προκόλπιον θέρμων ἄντικρυς ἔκαπτεν, ubi in omnibus libris est et olim edebatur ἔκαμπτεν. In § 29. ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν. verbo iam diximus supra ἐπὶ ξένια unice verum esse et reponendum ubique apud Lucianum, apud Atticos, apud Atticistas. Scribae omnibus fere locis ξένια in ξενίᾳ vel ξενίαν stulte corruperunt; sed fraus perpluit in τὰ ξένια, τῶν ξενίων, τοῖς ξενίοις, ut apud Aeschinem *de F. L.* § 162. ἐκλήθην μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ ξένια μετὰ τῶν συμπρέσβεων, et in marmoribus, ubi de legatis saepe ΚΑΛΕCΑΙΕΠΙΞΕΝΙΑ legitur non ΞΕΝΙΑΙ. Male apud Demosthenem p. 81. 20. οἱ πρέσβεις αὐτοὶ ὅτ' ἐπὶ ξενίαν αὐτοὺς ἐκαλεῖτε Dindorfius edidit, quum alii ξενίᾳ, alii ξενια servent, et ξένια certum sit; at recte idem in *Hellenicis* VI. iv. 20. dedit ἐπὶ ξένια τὸν κήρυκα ἐκάλεσαν, idque omnibus locis reponendum spreta futili auctoritate scribarum omnia corrumpentium. In § 30 pro διεξέπεσεν emenda διεξέπαισεν, quae formae creberrime confunduntur. § 33. τἆλλα ἐξήρτιϛο, lege ἐξήρτυτο. Sic enim veteres in ea re loquuntur omnes, exempla passim sunt obvia. ἐξαρτίζειν sequiorum est labes aut eorum qui extra Graeciam nati Graece balbutiebant magis quam loquebantur. § 34. μετὰ παιδὸς ὃν ὁρᾶτε: requiro μετὰ τοῦ παιδός. § 40. πενταϛαδιαῖον, scribe πεντεϛαδιαῖον. Attici in compositis servant πέντε, ἕξ, ὀκτώ immutata: ἕξπους, ὀκτώπους, ἕξπηχυς, ἑξμέδιμνος (at ἕκπλεθρος, ἕκμηνος) ὀκτώμηνος, ὀκτωδάκτυλος, eodem modo dicebant πεντετηρίς, πεντέμηνον, πεντέκλινον, πεντέχαλκον, πεντέχους, πεντετάλαντος, πεντεσύριγγον ξύλον alia [1]), vid. Pierson ad Moeridem p. 321 et Lobeck ad Phrynichum p. 412. Certatim in his scribae delabuntur ad popularium consuetudinem, qui ἑξάπους, ὀκτάπους, πεντάμηνος sim. dicebant: hinc formae veteres passim laborant, saepe extinctae sunt et in Atticis et in Atticorum imitatoribus: πενταδραχμίαν, in *Hellenicis* I. vi. 12. corrige in πεντεδραχμίαν, quod evasit in Dinarcho *contra*

---

1) Photius: *Πεντελιθίζειν: διὰ τοῦ ε λέγουσιν* et *Πεντέπηχυ καὶ πεντέκλινον καὶ πεντέχαλκον καὶ πεντέμηνον καὶ πάντα τὰ ὅμοια οὕτω λέγουσι διὰ τοῦ ε.*

Demosth. § 56. et alibi. In Lycurgo *contra Leocr.* § 102. καθ' ἑκάςην πενταετηρίδα scribe πεντετηρίδα et passim certo remedio tolle certam labem, cui similis inest in δεκαέτης, τριακονταέτης sim. pro δεκέτης etc. Lucianum in ea re non deseruisse usum veterem monstrat felix vitium commissum 66, 39. ἑκςάδιος γὰρ, οἶμαι, σοι ἡ ἀρχή, non sunt suspicati significare *sex stadiorum* et reliquerunt inviolatum, unde ἑκςάδιος elapsum est. Etiam nostro loco πεντεςαδιαῖον habet aliquid praesidii in libris, sed nihil in huiusmodi locis indigemus eo tibicine, et quod semel constabit necessarium esse neque eripient scribae neque si ultro dant magnopere curabimus.

In libro secundo 27, 5. καθεωρῶμεν λιμένας πολλοὺς περὶ πᾶσαν ἀκλύςους. In hoc loco eundem erravi errorem, quem Valesius in Dione Chrys. *Emend.* II. 26. Credebam ἄκλυςον λιμένα esse quem *fluctus non alluant*, itaque absurdum esse ni videantur *traxisse siccas machinae carinas* in portum. Meliora me docuit Wesseling ad Diod. Sic. duobus locis III. 44. et imprimis XVII. 104. ubi videbis ἄκλυςον λιμένα eum esse, in quo *fluctus non excitentur*, qua non est alia statio carinis tutior. Nihil huc faciebant λιμένες κλειςοὶ καὶ ἄκλειςοι, de quibus uterque cogitabamus. Melius mihi res cessit in Scylace, in cuius *Periplo* (Tom. I. p. 22. in Hudsoni *Geogr. Min.*) legitur Πάρος λιμένας ἔχουσα δύο, ὧν τὸν ἕνα κάθιςον, infeliciter editor κάλλιςον coniecit, in ΚΑΘΙCΤΟΝ pellucet ΚΛΕΙCΤΟΝ, κλειςόν. In § 7. κατηγορεῖτο δ' αὐτοῦ ὅτι μεμήνοι καὶ ἑαυτὸν ἀποκτάνοι, haec est meliorum librorum lectio deterior; minus probati servant veram ἀπεκτόνοι, quam a Bekkero receptam oportuit: ἀποκτάνοι minus diligenter esset dictum, quod ostendit μεμήνοι, pro quo μανείη substitui non possit. Atticorum veterum consuetudo postulat μεμηνοίη et ἀπεκτονοίη, ut πεφευγοίην, λελησθοίην, πεποιθοίην, κατεαγοίην, προεληλυθοίης in *Cyrop.* II. iv. 17. alia. Addam e Cratino unum, ut lepidum versiculum vitio liberem et faciam ut intelligi possit. Legitur apud Athen. VII. p. 305. b.

τρίγλη δ' εἰ μὲν ἑδηδοκοίη τένθου τινὸς ἀνδρός.

ἑδηδοκοίη Porsono debetur pro ἑδηδόκοι ἦ, sed nondum sententia salva est. Lege:

τρίγλην δ' εἰ μὲν ἑδηδοκοίη 'ν τένθου τινὸς ἀνδρός.

Similis est apud Atticos forma futuri contracti γνωριοίην, μενοίην, φροντιοίην, ἐροίην eaque perpetua est, ut μενοῖ, ἐροῖ sim. barbara sint illis. In Xenophontis *Oeconom.* VII. 5. *uxor mea*, inquit Ischomachus, *priusquam mihi nupsit*, ἔζη ὑπὸ πολλῆς ἐπιμελείας ὅπως ὡς ἐλάχιστα μὲν ὄψοιτο, ἐλάχιστα δ' ἀκούσοιτο, ἐλάχιστα δ' ἔροιτο, emenda ἐροίη, ut bene scriptum exstat in *Cyrop.* III. 1. 14. πάνυ ἐπεθύμει ἀκοῦσαι ὅ τι ποτὲ ἐροίη. Atticistae his formis fere abstinent, ne videantur ὑπεραττικίζειν. In § 20. περὶ τῶν ἀθετουμένων τίχων ἠρώτων εἰ ὑπ' ἐκείνου εἰσὶν ἐγγεγραμμένοι. alienum est ab hoc argumento verbum ἐγγράφειν, emenda εἶεν γεγραμμένοι. tum revoca ἱκανῶς ἀπεκέκριτο pro ἀπεκρίνατο. deinde pro ἑώρα γὰρ ὥστε οὐδὲ πυνθάνεσθαι ἐδεόμην, emenda ἑώρων et οὐδέν. Qui vulgatam ferre potuerunt confuderunt ἑώρα et ἔβλεπε, tum lege προσιὼν γὰρ ἂν ἐπυνθανόμην, *percontabar identidem*, et pro πάλιν ἀπεκρίνατο corrige πᾶν ἀπεκρίνετο. In Codd. ΠΑΝ et ΠΑΛΙ facillime permiscentur, vid. Porsoni *Advers.* p. 73. revoca denique γραφὴ ἀπενηνεγμένη, nam sic loquuntur Graeci, non ἐπενηνεγμένη, quod in eius locum invexerunt, non ἐσενηνεγμένη, quod Bekkerus coniicit. Demosthenes p. 1331. ἀποφέρει γραφὴν κατ' αὐτοῦ κακώσεως πρὸς τὸν ἄρχοντα, et passim. Saepius in his libris videbis optimas lectiones temere repudiatas esse, pessimas e codicibus novis calidius et inconsulto receptas: pessima omnium est ἐπινῶς vocabulum nihili pro ἐπιμανῶς. In § 38. ἀπ' ἰσχυροτέρων νεῶν μαχόμενοι: ex quo loco et multis aliis (ubi legitur μάχεσθαι ἀπὸ τοῦ τείχους, ἀπὸ τοῦ καταστρώματος et sim.) emenda Aristophanem in *Lysistr.* 679. τὰς Ἀμαζόνας σκόπει || ἃς Μίκων ἔγραψ' ἐφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσιν, verum est ἀφ' ἵππων. et in *Anabasi* III. II. 19. οἱ μὲν γὰρ ἀφ' ἵππων κρέμανται pro ἐφ' ἵππων. Praeiit omnibus Homerus *Odyss.* I. 50. ἐπιστάμενοι μὲν ἀφ' ἵππων Ἀνδράσι μάρνασθαι, quem sequuntur omnes. In § 43. καταθέντες pervulgato errore pro καθέντες. In § 46. ἐγὼ δὲ μικρὸν ὑποστάς, non hoc scripsit sed ἀποστάς.

In *Tyrannicida* 28, 3. στέρεσθαι: lege στερέσθαι: sic nonnumquam στερούμενος occurrit, ubi aoristo opus est στερόμενος. Vide 10, 2, 1. 12, § 1 et 18 et alibi. In *Hellenicis* II. II. 9. ὅσοι τῆς αὐτῶν ἐστέροντο sententia loci postulat ἐστέρηντο, non *privati sunt* sed *carebant* § 10. πάντα εἰρήνης μεστὰ καὶ πάντες οἱ νόμοι

καὶ ἐλευθερία σαφὴς καὶ δημοκρατία βέβαιος, haerent omnes in πάντες οἱ νόμοι, Bekkerus πάντα οἱ νόμοι admodum infelici coniectura. Excidisse suspicor ante καί KOI et legendum καὶ πάντες οἱ νόμοι κύριοι καὶ ἐλευθερία σαφής. Aeschines *in Timarchum* § 36. ἐὰν μὲν γὰρ κολάζητε τοὺς ἀδικοῦντας ἔσονται ὑμῖν οἱ νόμοι καλοὶ καὶ κύριοι, ἐὰν δ' ἀφίητε καλοὶ μόνον κύριοι δ' οὐκέτι, ubi eleganti et venusto homini redde καλοὶ μὲν κύριοι δ' οὐκέτι. Quod in § 17. legitur ἐν ὀφθαλμοῖν δείξας τὰ φίλτατα οἰκτρῶς προκείμενα attrectarunt librarii qui τὸν φίλτατον προκείμενον pro sua sapientia rescripserunt. Nihil est Atticis tritius quam ut *carissima capita* liberorum, uxorum, parentum τὰ φίλτατα dicant, praesertim in imminentis periculi aut exitii mentione. Hinc olim suspicatus sum emendari posse locum in *Epitaphio*, qui Lysiae nomine circumfertur, orat. II. § 35 οἱ μέλλοντες ναυμαχήσειν ὑπὲρ τῆς φιλότητος ὑπὲρ τῶν ἄθλων τῶν ἐν Σαλαμῖνι namque legendum ὑπὲρ τῶν φιλτάτων τῶν ἐν Σαλαμῖνι nempe nihil magis fortissimorum virorum animos angebat quam ἃ ὑπὸ τῶν βαρβάρων εὐτυχησάντων τοὺς ὑπεκτεθέντας ἤλπιζον πείσεσθαι. compendium male expletum φιλότητος peperit, deinde absurda lectio temere est incrustata. In § 11. lege ἄλλῳ τῷ τρόπῳ non τῷ. § 2. εἴ τις αὐτὸς μὲν μή pro εἴ τις μὴ αὐτὸς μέν, et expunge αὐτόν post ὁ νόμος. § 15. lege παρέδωκα pro ἀπέδωκα.

In *Abdicato* 29, 5. lege ἀμυναμένῳ pro ἀμυνομένῳ et ὅσοιπερ ἦσαν χρηστοί pro ὅσοι παρῆσαν: contra in *Hellenicis* VII. 1. 21. ὅσοιπερ ἦσαν editur, ὅσοι παρῆσαν requiritur. § 6. τὴν γυναῖκα ᾤκτειρον ἀξίαν οὖσαν, imo vero ἀναξίαν οὖσαν et pro πάσχει μὲν σύνηθες τοῖς λυπουμένοις requiro τὸ σύνηθες. § 10. ἅπαξ γεγέννηκας, ἅπαξ ἀνατέτροφας. in plerisque libris est ἀνατέτραφας, quam vitiosam formam Graeculi invehere solent et in hoc verbo et saepius in ἀνατρέπειν, unde apud Oratores subinde et alios ἀνατέτραφα legitur, quod vitium undique eximendum. Male Dindorf. in Demosthenem p. 324, 28. ἀνατετραφότες recepit ex uno caeteris meliore quidem, sed vel sic tamen vitiosissimo, et Bekker. in *Timarcheam* § 190 ἀνατετραφότας et in *Ctesiphonteam* § 148 ἀνατετραφότα, apud Dinarchum I. § 30 ἀνατέτραφεν apparet, et § 108 εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτῷ τέτραφεν et III. § 4 ἀνατετραφώς, quae omnia refingenda sunt ad eam

normam, qua Atticos in dicendo usos esse et analogia et multi multorum loci incorrupti demonstrant. § 11. ἐπιτρέψωσι διαιτᾶν, scribe δίαιταν, nota dictio est ἐπιτρέπειν δίαιταν et in iure Attico solemnis et constans. Luculentus est locus Lysiae XXXII. 2. τὸ μὲν πρῶτον ἔπεισα αὐτοὺς τοῖς φίλοις ἐπιτρέψαι δίαιταν περὶ πολλοῦ ποιούμενος τὰ τούτων πράγματα μηδένα τῶν ἄλλων εἰδέναι, et saepissime sic apud Oratores legitur. Idem plane vitium in Isocrate apparet *adv. Callimachum* § 13. οὐκ ἄν ποτε ἐπέτρεψε Νικομάχῳ διαιτᾶν vel διαιτᾷν, Coraës δίαιταν correxit. Apud Isaeum V. § 31. ἠξίουν δίαιταν ἡμᾶς ἐπιτροπεύειν eadem opera emenda ἐπιτρέπειν.

In *Phalaride priore* 30, 5. τί δεῖ ποιεῖν; lege τί ἔδει. § 6. ἀπὸ τῆς πέτρας ῥιπτόμενον corrige κατά. § 8. ὡς τῶν γε ἄλλων οὐδὲν ὄφελος supple οὐδὲν ὂν ὄφελος. § 11. ἀποτελέσει, melius ἀποτελεῖ scripsit. In *altero Phalaride* 31, 10. lege ἄρις' ἂν βουλεύσασθαι pro ἄρισα βουλεύεσθαι, quia sequitur εἰ λογίσαισθε. si sanum videbitur ἄρισα βουλεύσεσθαι, quod in aliis est, pro λογίσαισθε (Codd. barbare λογίσεσθε) scribendum erit λογιεῖσθε.

In *Alexandro* 32, 1. τοῦ Ἀβωνοτειχίτου τοῦ γόητος dele alterum articulum. § 2. ἐλῄσευεν οὐ Μινύαν μόνην οὐδὲ τὴν Ἴδην καταστρέχων lege Βιθυνίαν pro Μινύαν: ad Tilloborum haec spectant, cuius vitam Arrianus propterea conscripsisse videtur, quoniam provinciam suam, Bithyniam, vexaverat; male igitur Μυσίαν coniecit Palmerius, quod Bekkerus recepit. § 3 quantocyus revoca οὐδαμόθεν μεμπτὸς ἦν ταῦτά γε pro μωμητός. § 4. καὶ μὴ συγγενέσθαι, supple καὶ μὴ ἡμῖν. § 6. νῦν δὲ ταπεινοὺς καὶ ὀλιγίσους οἰκήτορας ἔχοντος corrige ταπεινοῦ et revoca ὀλίγους τοὺς οἰκήτορας. § 9. τὴν Χαλκηδόνα. ego civibus malo credere, qui eam in nummis Καλχηδόνα appellant. § 12. ἐσβαλὼν ἐς τὴν πατρίδα, scribe ἐμβαλών, quemadmodum ἐμβάλλειν εἰς τὴν ἀγοράν saepissime dicitur. § 19. μαντεύσεται ὁ θεὸς ῥητήν τινα ἡμέραν supple ἐς ῥητήν τινα, ut dicitur ἥξει εἰς τρίτην. Xenophon in *Hellen.* III. v. 6. συνετίθετο παρέσεσθαι εἰς ῥητὴν ἡμέραν. § 19. καλέσειν ἔμελλε, melius καλεῖν. § 21. ἐκ πίττης Βρυττίας. Graecum est Βρεττίας. § 22. ἐκ λίπους αἰγείου, nescio cur abiecerint ἀρκείου. § 25. τίνι γὰρ ἄλλῳ supple τίνι γὰρ ἂν ἄλλῳ. § 32. λύων γὰρ τὰ πεπεμμένα βιβλία. Graeculi mirantur formam πεπεμμένα pro ἀπεσαλμένα et vellicant et refin-

gunt, unde alii libri habent πεποιημένα, plures etiam πεμπόμενα. Credebant πεπεμμένον significare *coctum*, ut in *Pluto* 1142 et 1126.

ἧκεν γὰρ ἄν σοι ναυς ὸς εὖ πεπεμμένος.
οἶμοι πλακοῦντος τοῦ 'ν τετράδι πεπεμμένου.

et alibi; *missum* significare mirabantur. In Demosthene, cuius locum Dindorf. indicavit p. 672, 30. τῆς ἐπιστολῆς ὑμῖν ἐκείνης πεπεμμένης, alii libri πεμφθείσης substituerunt, alii ἀπεσταλμένης [1]): recte idem Dindorfius in Hesychio emendavit καταπεπεμμένα pro καταπεμπόμενα, quibus idem addidit Photii locum: πεπεμμένην λέγουσιν οὐ μόνον ἀπεσταλμένην, quibus omnibus qui adiecerit Luciani locum et ex melioribus tantum libris servatam formam πεπεμμένα, certa emendatione mecum manum Thucydidis reponet III. 2. ἀναγκασθέντες δὲ καὶ ταύτην τὴν ἀπόστασιν πρότερον ἢ διενοοῦντο ποιήσασθαι. τῶν τε γὰρ λιμένων τὴν χῶσιν καὶ τειχῶν οἰκοδόμησιν καὶ νεῶν ποίησιν ἐπέμενον τελεσθῆναι καὶ ὅσα ἐκ τοῦ Πόντου ἔδει ἀφικέσθαι τοξότας τε καὶ σῖτον καὶ ἃ μεταπεμπόμενοι ἦσαν, nonne est luce clarius μεταπεπεμμένοι ἦσαν ab historico scriptum esse? neque enim pro μετεπέμποντο dici potest μεταπεμπόμενοι ἦσαν neque imperfecto ullus est in ea re locus. Opperiebantur, credo, quae ex Ponto *arcessierant*, non quae *arcessebant*. Addam ex Demosthene locum, cuius eadem plane ratio est, et correctio, si fieri potest, etiam evidentior. Legitur in oratione περὶ τοῦ στεφάνου p. 271, 14. εἰ μὴ ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου τὸ πρᾶγμα αἰσθομένη καὶ τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν ἐν οὐ δέοντι συμβεβηκυῖαν ἰδοῦσα ἐπεζήτησε τὸν ἄνθρωπον καὶ συλλαβοῦσα ἐπανήγαγεν ὡς ἡμᾶς, ἐξήρπας' ἂν ὁ τοιοῦτος καὶ τὸ δίκην δοῦναι διαδὺς ἐξεπέμπετ' ἂν ὑπὸ τοῦ σεμνολόγου τουτουί, quis admonitus punctum temporis dubitabit emendare ἐξεπέπεμπτ' ἄν, et quam ineptum sit ἐξεπέμπετ' ἄν non sentiet? Omnino animadvertendum est scribas saepissime plusquamperfecta in imperfecta depravare solere, si terminatio est prope eadem, ut mutata vocalis in diphthongum aut addita una litterula ex plusquamperfecto imperfectum faciat,

---

1) Forma πέπεμμαι etiam apud sequiores nonnumquam apparet, ut apud Porphyrium *de Abstin.* IV. § 17. ἐντυχὼν τοῖς περὶ Δάνδαμιν πεπεμμένοις Ἰνδοῖς πρὸς τὸν Καίσαρα.

ut in ἠλευθέρωντο (ἠλευθεροῦντο), ἤγγελτο (ἠγγέλλετο), ἔσκαπτο (ἐσκάπτετο) et similibus omnibus, quorum magna est copia in Codicum scripturis. Rarissime plusquamperfectum in imperfectum abit, contra frequentissime. Dabo nunc pauca quaedam exempla, in Oratoribus emendandis alias plura daturus. In *Cyropaedia* VIII. IV. 23. καὶ ταῦτα μὲν δὴ οὕτω διεσκώπτετο, corrige διέσκωπτο. Apud THUCYDIDEM VII. 2. τὰ δὲ καὶ ἐξειργασμένα κατελείπετο scribitur male pro κατελέλειπτο. IV. 23. ἀφικομένων δὲ αὐτῶν διελύοντο εὐθὺς αἱ σπονδαί, inepte pro διελέλυντο. Contra IV. 47. ὡς δὲ ἐλήφθησαν ἐλέλυντό τε αἱ σπονδαὶ καὶ παρεδέδοντο οἱ ἄνδρες recte ἐλέλυντο, sed παρεδέδοντο pro παρεδίδοντο aegrum et vitiosum est. In LUCIANO quoque saepe idem observabis. Confunduntur 26, 5. κατεπέπαυτο et κατεπαύετο. 27, 1. ἀπονενέκρωτο et ἀπενεκροῦτο. 45, 3. ἤγγελτο et ἠγγέλλετο. Redeo ad *Alexandrum*, ubi § 33. εἰ τοιούτοις ἀνθρωπίσκοις ἐνδιατρίβειν ἠξίου, vereor ut viri docti haec verba intellexerint; vertunt: *si tales inter homunciones versari voluit*, quasi vero ea res aliquid habeat veniae et excusationis, si quis cum hominibus inficetis et stultis velit aetatem agere. ἐνδιατρίβειν τινί est *aliquem ludificari*, hominem hebetem et insulsum et stupidum *ludos iocosque facere*. Eodem sensu legitur 58, 26. κωλύει γὰρ οὐδὲν κἀμέ σοι ἐνδιατρίβειν ἐπειδὴ χαίρεις ἐξαπατώμενος. Similiter PLUTARCHUS in *Pericle* c. 4. scribit παρέσχε τοῖς κωμικοῖς διατριβήν i. e. *materiem iocandi et irridendi*. In § 36. τὸ δ' ἐς τοὐναντίον τοῖς πλείστοις προὐχώρει, Graeci in ea re dicunt περιελθεῖν, περιστῆναι et περιεχώρει corrigendum est. § 39. οἱ Καίσαρος οἰκονόμοι non sunt *dispensatores* Caesaris, sed *procuratores*. § 49. ἑκάτερος: plures quam duos fuisse quum sit satis veri simile ἕκαστος legendum erit.

In libello περὶ ὀρχήσεως 33, 8. οὐκ αἰσχῦναι lege οὐ καταισχῦναι. § 9. τὴν Ἴλιον καθεῖλε καὶ εἰς ἔδαφος κατέρριψεν, emenda εἷλε καὶ εἰς ἔδαφος κατήρειψεν. Saepissime κατερείπω et καταρρίπτω (καταρίπτω) vidi inter se permutari, et κατέρριμμαι — κατερήριμμαι (namque sic ubique scribendum, ut ἐξαλήλιμμαι, non κατερήρειμμαι) et κατηρείφθην — κατερρίφθην. § 27. μήτε τὴν λεοντῆν αἰδεσθεὶς μήτε τὸ ῥόπαλον, ὃ περίκειται absurda lectio transpositione sanari potest ἣν περίκειται μήτε τὸ ῥόπαλον. § 50. Ἐχινάδων ἀνάδοσιν melius ἀνάδυσιν. § 64. ὅπερ μέγιστος ἔπαι-

νος, Graece dicendum ὅσπερ. § 66. ὑποκρινούμενοι τὰ λοιπὰ προσωπεῖα, scribe πρόσωπα. videtur πρόσωπον pro προσωπεῖον dici posse, at non contra.

In *Lexiphane* 34, 2. οὐκ εὐπόρως ἔχω, Lexiphane dignum est εὐφόρως, tum scribe ἀκμὴς ἢ et § 5. ἀπῇμεν et ἐξῇμεν. § 4. τὰ κόρα. scrib. τὼ κόρα, ut τὼ ἡμέρα, τὼ τέχνα, τὼ ἰδέα. § 10. ἔδωκεν ἀμηγέπῃ δίκην ἢ λὰξ πατήσας ᾤχετο. Athenienses dicebant λακπατεῖν, ut ἔκπλεθρον, ἑκκαίδεκα. ἀμηγέπῃ scribendum est ἀμῃγέπῃ, de quo adverbiorum genere paucis iuvat dicere: τίς et τις habent adverbium sibi respondens πῶς et πως, ut ἀγαθός εὖ: εἷς γέ τις habet adverbium ἀμωσγέπως quod prorsus idem significat atque ἐξ ἑνός γέ του τρόπου vel ἑνί γέ τῳ τρόπῳ. Ἀμός quod respondet τῷ εἷς ipsum sine vestigio intercidit, ὁμός emersit quod significat ὁ αὐτός, unde ὁμοῦ, ὁμόθεν, ὁμόσε nota sunt pro ἐν ταὐτῷ, ἐκ ταὐτοῦ, εἰς ταὐτόν. Ex ἀμός superest ἀμόθεν *Odyss.* A. 10. et ἅμα *una*, tum passim apud Iones οὐδαμοί pro οὐδένες, cuius adverbiis utuntur Graeci omnes οὐδαμῶς, οὐδαμόθεν caet. Quemadmodum autem dicebant ἀμωσγέπως sic in usu erant ἀμουγέπου, ἀμῃγέπῃ, ἀμοθενγέποθεν, ἀμοιγέποι, quas formas omnes enumerat Scholiasta Platonis ad *Sophistam* p. 259 D. quarum qui unam intelligit omnes intelligit, et facile sentiet quam parum diligenter de iis veteres grammatici exposuerint, doctosque deceperint. Quod in Moeridis scribitur p. 50 ἀμηγέπῃ Ἀττικῶς, ἀμωσγέπως Ἑλληνικῶς et Ἀπήποτε Ἀττικῶς. ὁπώσποτε Ἑλληνικῶς et imposuit Ruhnkenio ad Timaeum p. 29 et Piersono sic emendandum: Ἀμῃγέπῃ Ἀττικῶς, ὁπῄποτε Ἑλληνικῶς. et Ἀμωσγέπως Ἀττικῶς. ὁπώσποτε Ἑλληνικῶς. Vel hic ipse locus Moeridis ostendit has formas apud populum in desuetudinem abiisse: itaque si quando in Codicibus vetustis apparerent ingens imminebat a scribis periculum, qui aut funditus tollebant aut ἄλλου, ἄλλοθεν, ἄλλως vel ὅμως substituebant pro AMOT, AMOΘEN, AMΩC, Ἀμοιγέποι sive ἀμοσεγέποι (nam quod in Scholio Platonis legitur ἀμοιγέποι καὶ ἀμοσέποι ita corrigendum censeo, ut ἀμοιγέποι deleatur et scribatur ἀμοσεγέποι, quam formam commendant et stabiliunt ὁμόσε et ἄλλοσέ ποι) plane intercidit, neque mihi lectum est usquam, neque in ullum locum incidi, unde pulsum esse videretur. Ἀμουγέπου eodem modo perierat,

quum Bekkerus ex Orco revocavit apud Lysiam XXIV. 20. ἕκαςος γὰρ ὑμῶν εἴθισαι προσφοιτᾶν ὁ μὲν πρὸς μυροπωλεῖον ὁ δὲ πρὸς κουρεῖον, ὁ δὲ πρὸς σκυτοτομεῖον, ὁ δ' ὅποι ἂν τύχῃ — ἅπαντες γὰρ εἴθισθε προσφοιτᾶν καὶ διατρίβειν ἄλλου γέ που. rem acu tetigit Bekkerus ἀμουγέπου reponens. Ἀμοθενγέποθεν semel incolume ad nos pervenit in Platonis *Legibus* VII. p. 799 B. μηχανὴν δὴ δεῖ τὸν νομοθέτην ἐννοεῖν (scrib. ἐπινοεῖν) ἀμοθενγέποθεν, at perierat idem in *Gorgia* p. 492 D. τὰς μὲν ἐπιθυμίας φῆς οὐ κολαςέον, ἐῶντα δὲ αὐτὰς ὡς μεγίςας πλήρωσιν αὐταῖς ἄλλοθέν γέ ποθεν ἑτοιμάζειν, recte viri docti ἀμοθενγέποθεν reduxerunt. Ἀμηγέπῃ et ἀμωσγέπως saepissime leguntur apud multos, hoc saepe in ἄλλως γέ πως corruptum est, cuius rei multa exempla Schaeferus attulit ad Apollonium Rhodium T. II. p. 237. et in Indice p. 652 B. et ad Iacobsii *Appendicem ad* Porsoni *adversaria* p. 311, ubi Iacobsius Aeliano pro ἄλλως γέ πως ἀνθρώπειον reddidit ἀμωσγέπως. Ne ipse ἀσύμβολος abeam duos locos tralaticio errore depravatos in integrum restituam; alter est Dionysii Halic. I. 67. κινδυνεύουσί τε πάντες ὅμως γέ πως τὸ αὐτὸ λέγειν, ubi ἀμωσγέπως verum est, alter Plutarchi περὶ τοῦ ἀκούειν p. 44 F. λόγος ὑπ' ἀνδρὸς ἄλλως γέ πως δοκοῦντος ἢ καλουμένου φιλοσόφου περαινόμενος, ecquis est, qui ἀμωσγέπως dubitabit recipere?

Ut ad *Lexiphanem* redeam 34, 20. πρὸ χιλίων ἐτῶν ἡμῖν διαλέγεται, ut intelligi possit praemitte voculam ὡς, ὡς πρὸ χιλίων ἐτῶν. cf. 37, 26. σὺ δέ μοι ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος ἀποκρίνῃ. 21. οὐδὲ τὸ σκύλλεσθαι. Rarissimum verbum redde Hesychio ubi Κέκυλτα: δῶρα legitur pro ἔσκυλται δορά. § 23. ὧν πάμπολυ λίαν νῦν ἀπολέλειψο, non possunt coniungi πάμπολυ λίαν, itaque λίαν abiice. § 24. ἂν μὴ παραβύσῃς αὐτό που κἂν τῷ λεγομένῳ μηδ' ἀναγκαῖον ᾖ corrige ποι et μηδέν. § 25. οὐδὲ ποιητὰς ἐπαινοῦμεν τοὺς κατὰ γλῶτταν γράφοντας ποιήματα. Sprevit Bekkerus egregiam Meinekii emendationem, qui comparato versu Cratetis: καὶ κατάγλωσσ' ἐποίει τὰ ποιήματα καὶ τὰ φιλητᾶ || ἀτρεκέως ᾖδει, correxit κατάγλωττα γράφοντας, ad Euphorion. p. 47. Cum κατάγλωττος comparaverim κάθαλος et κάτοξος apud Posidippum Athen. XIV. p. 662 A. et Diphilum ibid. IV. p. 132 E.

In Eunucho 35, 3. ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις, emenda ἐφ' ᾧ τε.

In *Demonacte* 37, 11. οὐδὲ γὰρ δεῖσθαι scrib. οὐδέν, et pro ἐξαγορεύσειν ἐξαγορεύσει. § 14. ἐπὶ τῇ Ποικίλῃ διατρίψω ridicule pro ἐν τῇ Ποικίλῃ.

In *Amoribus* 38, 5. τὴν διήγησιν, Bekkerus ζήτησιν, malim διάγνωσιν, deinde ἐκποδὼν ἀποθέμενος, alii ὑποθέμενος: neutrum ferri potest. *Removere*, *tollere* est ἐκποδὼν ποιεῖσθαι, qui exquisitius loquebantur pro ποιεῖσθαι dicebant τίθεσθαι et restituendum est θέμενος, tum pro κατ' ἀκριβὲς ἐπέξειμί σοι lege κατὰ τἀκριβὲς διέξειμί σοι. § 6. πιμπλαμένου τοῦ, recipe ex libris πιμπραμένου, quod Homero sublectum est. § 8. δύο ἢ καὶ τρεῖς, vera lectio et hic est δύ' ἢ τρεῖς. In Plutarchi *Cimone* cap. 10. αὐτῷ δὲ νεανίσκοι παρείποντο συνήθεις ἀμπεχόμενοι καλῶς, recte viri docti pro συνήθεις emendarunt δύ' ἢ τρεῖς ex Theopompo Athenaei XII. p. 533. B. περιήγετο μὲν ἀεὶ νεανίσκους δύ' ἢ τρεῖς ἔχοντας κέρματα κτέ. § 9. πλέοι lege πλέῳ. § 10. ἐπειδὰν πυκασθῶσιν ἀπεφέλλοντο turpi errore scriptoris pro ἐπειδὴ πυκασθεῖεν. Dum omnibus lenociniis orationem comit in ineptias, ut fit, delabitur, quale est τῶν Ἀθήνησι χωρίων κηδεμόνες, *villici* sunt, credo, quos, si fundos in ipsa urbe (χωρία Ἀθήνησι) colebant, satis otii habuisse putem; τὸ δωμάτιον nesciebat significare *cubiculum*, et bellum est quod addidit ἀνδρὸς οὐδ' ἀκαρῆ παρόντος. § 13. Παρίας λίθου leg. Παρίου. § 16. διηγοῦμαι lege διηγῶμαι. § 18. ἐξήειμεν Cod. F. ἔξιμεν superscripto η, ἐξῇμεν genuinum est et § 13 παρῇμεν: in his isti veteres imitabantur: in utrisque scribae grassabantur; paulo post ἐλελόγχει πρότερον scrib. πρότερος et pro ἐλελόγχει debuerat εἰλήχει scribere. § 19. κἂν βραχὺ τῆς ἰδίας πειθοῦς ἐπιφάξῃς multo usitatius et melius est ἐνφάξῃς, ut apud Herodotum suaviter dictum est IX. 3. ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέφακτο ἵμερος, et turpissimo vitio obrutum hoc verbum est apud Aristophanem in *Lysistrata* 551

ἣν περ Ἀφροδίτη — ἵμερον ἡμῶν καταπνεύσῃ
κἆτ' ἐντέξῃ τέτανον τερπνὸν τοῖς ἀνδράσι καὶ ῥοπαλισμούς.

ubi palmaria est Hirschigii emendatio ἐνφάξῃ, quam a Bergkio receptam oportuit: ἔτεξα barbarum est, utrum αξ an εξ scritum sit nota tachygraphica ambiguum facere solet [1]), τ et ε

1) Hinc factum est ut tam saepe ἄξω et ἕξω, παράξω et παρέξω

que locorum permiscentur, ut hoc ipso loco ἐπιτάξοις ex Cod. A affertur. § 20. παρηνόμησε quod Bekkerus retinet barbarum est pro παρενόμησε: idem vitium et alibi tollendum et e Lysia III. 17. τοιαῦτα παρηνόμουν. § 23. ἐπὶ τὸ νέον ἐπτόηται, Plato semper περί τι ἐπτοῆσθαι scribit et περὶ τὸ νέον verius videtur. § 26. ἀπανδρωθέντες sententia postulat ἀπανδρωθέντος. § 36. πειρᾶσαι scribe πειράσαι, Graeculi πειράζειν dicebant pro πειρᾶσθαι ut est in § 26. πεπειρακόσι pro πεπειραμένοις. § 38. ἵνα πῶς μείνωμεν ἄνθρωποι, scribe εἶτα πῶς. § 31. πολυτελεῖς δὲ τῶν αὐχένων ὅρμοι καθεῖνται, supple δ' ἐκ τῶν αὐχένων. § 42. ἑτερόχρωτας ὕπνους *diversi coloris somnos* interpretantur esse: ridicule. Alciphron feret opem I. 3. ἑνὸς τῶν ἐν τῇ Ποικίλῃ διατριβόντων ἀνυποδήτου καὶ ἑνερόχρωτος, unde ἑνερόχρωτας scripserim. § 47. ex Euripide recipe veras lectiones ἀπέψη, εὐπήνους ὑφάς, et πέμψει γὰρ Ἄργος. § 50. παρήκατε melius παρείκατε. § 53. κατὰ τὸν κωμικὸν αὐτὸ ἐπάταξεν. aut ego vehementer fallor aut iocus, quem librarii pessumdederunt, ex Aristophane sumtus est et ex eo restitui potest. Ex *Equitibus* vs. 1130 legerim ἄρας ἐπάταξεν.

In *Imaginibus* 39, 11. τοιαύτας πολλὰς ἰδεῖν ἔνεςιν, corrige ἔςιν. § 12. scribe αὐτῷ τῷ μέτρῳ, φασὶ, καὶ λώιον, δύνασαι γάρ, quae sunt ex Hesiodo

αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώιον, αἴκε δύνῃαι.

In § 16. ὁπόσα συγγραφεῖς ἱςορήκασιν ἢ φιλόσοφοι παρῃνέκασιν. In Codd. est tralaticius error παρηνέγκασι, quod quoniam barbarum esset in Cod. A. παρηνέγκαντο rescriptum est. Vides, nihil aliud quaerunt isti quam vocabulum aliquod Graecum, conveniatne sententiae necne ne cogitant quidem: ἥνεκα et composita saepe in ἤνεγκα, ἐπήνεγκα, παρήνεγκα transire solent, ut in Isocratis *Panathen.* § 207. ἐπῃνεκότι et ἐπῃνεγκότι confusa sunt et § 261. ἐπῄνεκας et ἐπῄνεσας, et multis aliis locis. Hinc

---

tur. Eadem de causa αχ et εχ et αγ et εγ in Codd. vix possunt distingui. Librarii qui non intelligunt quod scribunt in his de more ludunt. In Luciano 4. § 3. pro ἐτάχθη in optimo A est ἐτέχθη. In Isocratis *Archidamo* § 39. ἐὰν ποιήσωμεν τὰ κελευόμενα βεβαίως ἤδη τὴν εἰρήνην ἄξομεν, male Bekker ἕξομεν abiecit, ut ἄξομεν ex *Urbinate* reciperet, nam sententia loci postulat *certam pacem habebimus, certa nobis pax erit.* Contra in Lysia XXVIII. 7. ἡσυχίαν πρὸς τούτους ἕξειν, verum est ἄξειν.

parata est certa medicina PLATONIS loco in libro X. *de Rep.* p. 612. B. *οὐ τοὺς μισθοὺς οὐδὲ τὰς δόξας δικαιοσύνης ἐπηνέγκαμεν, ὥσπερ Ἡσίοδόν τε καὶ Ὅμηρον ὑμεῖς ἔφατε*, quis enim dubitabit mecum *ἐπηνέκαμεν* restituere? Respondent enim haec iis, quae p. 367. D. dicuntur *μισθοὺς δὲ καὶ δόξας πάρες ἄλλοις ἐπαινεῖν*, et mox *τῶν ἄλλων μισθούς τε καὶ δόξας ἐγκωμιαζόντων*, ut res certissima sit. Nusquam autem quod sciam idem error tantum caliginis offudit atque in STOBAEI *Florilegio* XCV. 15. *Ἀρχύτας ἀναγνοὺς τὸν Ἐρατοσθένους Ἑρμῆν τοῦτον ἐπήνεγκε τὸν ϛίχον·*

χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε, τί δ' οὐ χρειώ κεν ἀνεύροι;

καὶ τοῦτο (scrib. *τοῦτον*).

Ὀρθοῦ. καὶ γὰρ μᾶλλον ἐπωδίνουσι μέριμναι.

quis non statim intelligit *ἐπήνεσε* legendum et versus esse ex ERASTOTHENIS *Ἑρμῇ*? In § 21. *ἐκ κηροῦ ἦν πεποιημένα*, melius sine praepositione, ut § 23. *ὅσῳ μὴ ξύλου καὶ κηροῦ πεποίηται.*

In libro sequenti *ὑπὲρ τῶν εἰκόνων* 40 § 8. *μεταγράψαι σε τὰ τοιαῦτα ἐκέλευσεν ἢ αὐτὴ μὲν μαρτύρασθαι τὰς θεάς*, natura rei et dicendi usus postulant *μαρτυρεῖσθαι*. § 11. *ὅπως μηδὲ εἷς ὑπερβάλληται*, corrige *ὑπερβαλεῖται*. § 12. libri *ὅπως μετακοσμήσῃς — καὶ ἀφαιρήσῃς — μηδὲ σφαλῇς* (alii *σφαλείς*) docti homines *μετακοσμήσεις* et *ἀφαιρήσεις* emendarunt, eadem opera *σφαλεῖ* dare debuerant. Paulo post *καὶ αὐτῷ ἐμοὶ τοιοῦτόν τι εἰπεῖν ἔδοξεν. εἰπεῖν* alii eiiciunt, alii in *εἶναι* refingunt: hos DINDORFIUS sequitur, illos BEKKERUS. Legerim: *καὶ αὐτῷ ἐμοὶ τοιοῦτόν τι ἐπῄει* expuncto *ἔδοξεν*. In § 24. libri *τί σοι ἐκεῖνο δοκεῖ*, recte FRITZSCHIUS *ἐκεῖνος*, vitium natum est ex more tachygraphorum, qui *ο* superscribunt ad syllabam *ος* significandam. In *συναγωγῇ λέξεων χρησίμων* (BEKK. *Anecd.* I.) p. 405, 5. legitur *ἀνίδρυτο. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριϛογείτονος. ἀντὶ τοῦ ἀνεξίλαϛο*: turpe est istiusmodi maculas non eluere: *ἀνίδρυτος* legitur apud DEMOSTH. l. l. p. 786, 11. *ἄσπειϛος, ἀνίδρυτος, ἄμικτος, οὐ χάριν, οὐ φιλίαν γιγνώσκων.* Ibid. p. 433, 11. EUPOLIDIS senarius legitur:

τί γάρ ἐς' ἐκεῖνο; ἀποπάτημ' ἀλώπεκος.

vel puer reponat *ἐκεῖνος*. Iterum p. 464, 8. *αὐτοβοᾷς ὅμοιος ὢν τῷδε — σημαίνει αὐτὸς ἑαυτῷ μαρτυρεῖς κτέ.* emenda *αὐτὸς*

βοᾷς, quod iocose Comicus nescio quis effinxit ex proverbio αὐτὸ βοᾷ.

In *Toxaride* 41, 12. οὐδὲ ἐπὶ τοὺς κώμους ἀπῆγεν ἔτι αὐτόν, paulo melius in aliis ἐπῆγεν sed genuinum est ἐπήγετο, non enim aliter quam ἐπάγεσθαι et περιάγεσθαι dicebant de eo, qui amicum aut amicam comitem viae et itineris secum ducit, non ἐπάγειν aut περιάγειν. vide 13, 12. Iovem ad coenam euntem ἐπαγόμενον τοὺς ἄλλους θεούς, et sic saepe apud omnes. In § 16. Κρῆτα νεανίσκον Cod. A. νεανικόν et saepissime alibi -ίσκος et -ικός confunduntur, ut 5, 54. σωφρονικός et σωφρονίσκος, 45, 20. κυνικός et κυνίσκος. Admoneo Xenophontis gratia, in cuius *Hellenicis* III. III. 4. perperam legitur οὗτος δ' ἦν καὶ τὸ εἶδος νεανίσκος καὶ τὴν ψυχὴν εὔρωστος, ubi certa emendatione rescribo νεανικός. Cinadon erat corpore robusto et vasto, ut de eo per vim prehendendo diligentissime Ephori caverint et νεανίσκος ad aetatem refertur (τὴν ἡλικίαν), non ad formam corporis (τὸ εἶδος). Idem vitium in Bekkeri *Anecd.* I. p. 365, 8. ἀκμαῖος: νεανίσκος, σφριγῶν: dubitasne νεανικός reponere? In § 42. εἰ καὶ ἄλλους σοι δέκα δοίη τις καταριθμήσασθαι ἀνωμότους, corrige ἀνωμότῳ, *iniurato tibi*. § 54. ὥστε πάνυ ἐπονοῦντο, usitatum est ἐπόνουν. § 55. ὑποτελέσειν — χειρώσασθαι, corrige ὑποτελεῖν — χειρώσεσθαι. § 60. ὁ δὲ κάμνων ἀπὸ τοῦ τραύματος et post pauca χωλός ἐστιν ἀπὸ τοῦ τραύματος: utrobique emenda ὑπὸ τοῦ τραύματος, ut in § 61. οὐδὲ ἑστάναι ἐδύνατο ὑπὸ τῆς ὀδύνης. Sedet viris doctis perinde esse utrum ἀπό an ὑπό in talibus scribatur, namque ὑπό in multis libris est, in optimo A. in priore loco ἀπὸ τοῦ τραύματος legitur, in altero ὑπὸ τοῦ τραύματος. Nostri est ubique arbitrii ex Graecitatis ratione et usu singulos locos constituere, quum ea sit describentium levitas, sed de ea re mox plura. Quis denique miretur διεξέπεσε solere irrepere pro διεξέπαισε, ubi viderit § 61. pro ἔφθη διεκπαίσας in optimis et antiquissimis esse διεκπέσας, unde sciolus in Cod. A. διεκπετάσας effecit sententiae securus.

Quicumque scripsit *Lucium sive Asinum* aliquanto serius quam Lucianus vixit et Graecitate utitur aliquanto deteriore, multa negligenter et plebeiis erroribus scriptitans, ex quo genere unum specimen nunc attulisse erit satis ex § 4. ἤρετό με τίς μὲν ἔσται ἡ νῦν μοι ὁδὸς καὶ εἰ πάσαις (ὁπόσαις Reitzius)

ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ προσμενῶ. Respondetur: ἄπειμι μὲν ἐς Λάρισαν, ἔοικα δὲ ἐνταῦθα διατρίψειν τριῶν ἢ πέντε ἡμερῶν, quae scatent vitiis, satis credo manifestis. Permulta igitur insunt vitiosa, sed ipsius scriptoris inscitia, a quibus abstinendum ut § 3. ἐκέλευε συνανακλίνεσθαι pro συγκατακλίνεσθαι, et § 6. ὅπως ἔλθῃ καὶ καθευδήσῃ, extrema barbaries est ἐκαθεύδησα, sed sic isti solebant. Insunt tamen compluscula scribarum peccata, quorum pauca attingam, in § 16. ἔγνων σιγῇ προϊέναι καὶ κερδαίνειν τὸ μὴ παίεσθαι. genuinum esse arbitror κερδαίνειν τὸ παίεσθαι, *compendifacere plagas*, sic enim κερδαίνειν nonnumquam Graeci, saepe Graeculi usurpare solent, de quo usu admonens Gellius ad Dionem Chrysost. p. 593 a. scribentem αἰσχρὰ κερδανεῖ θεάματα, affert Philemonis senarium:

πᾶς γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει κακά.

et ex Himerio κερδαίνειν τὰ δεινά. Idem mihi indicavit locum Diogenis Laërtii VII. 14. κερδαίνοντα τὸ γοῦν ἕτερον μέρος τῆς ἐνοχλήσεως. Similiter saepe alios Graeculos vidi scribere. Chariton p. 36. κερδανεῖς γὰρ ὠδῖνας ματαίας καὶ κυοφορίαν ἄχρηστον et p. 101. κερδήσας τὴν πρᾶσιν, τὸ λῃστήριον, τὰ δεσμά. eodem igitur modo κερδαίνειν τὸ παίεσθαι scriptum fuisse arbitror. § 18. παίοντες οὐ πρότερον ἀφῆκαν πρὶν ἤ, corrige ἀνῆκαν. § 30. ἔργον ἦν τῷ ὀνηλάτῃ ἀποκτενεῖν με, imo ἀποκτείνειν. § 34. τὴν κόρην τὴν ὑπὸ τοῖς λῃσταῖς γενομένην, scribendum ἐπί, ut supra ostendimus. § 38. ὀλίγον ἐδέησαν ἀποκτεῖναι, Pelletus et Courierius ὀλίγου correxerunt. »*Male*" iudice Iacobitzio, sed parum idoneo. Bekkerus servat ὀλίγον sed ὀλίγου in ima pagina subiicit cum dubitationis significatione, ut in re incerta et ambigua. Satis tamen certum est ἀποδεῖν semper cum accusativis, δεῖν non aliter quam cum genitivis coniungi, πολλοῦ, πλείστου, μικροῦ, ὀλίγου, ἐλαχίστου, τοσούτου, neque umquam in frequentissimo omnium usu, πολύ, πλεῖστον, μικρόν caet. vel *uno* in loco comparere. *Fere* dicitur ὀλίγου δεῖν vel brevius ὀλίγου, numquam ὀλίγον. Quae si quis certa esse olim novit aut inter legendum quam certa sint experiri voluerit ὀλίγον abiiciet et ὀλίγου unice verum esse fatebitur. Librarii subinde peccarunt in τοσούτῳ et παρὰ μικρὸν ἐδέησα, aliis, sed castigati sunt ex libris melioribus, imprimis ex *Urbinate* Isocratis eximio libro. Laboranti Lysiae obiter opitulandum

qui XXIV. 1. οὐ πολλοῦ δέω χάριν ἔχειν τῷ κατηγόρῳ dixisse putatur, at nemo dixit umquam οὐ πολλοῦ δέω. In Codice unico est πολλοῦ δέω. Graeculus qui Lysiam interpolavit οὐ de suo addidit; quanto rectius ὀλίγου δέω restituisset. Qua forma dicendi constanter omnes in ea re utuntur Athenienses, ab ea Lysiam *semel* descivisse quis credet? In § 49. ὑπέσχετο τῇ πατρίδι θέαν παρέξειν: in vulgus notum est librarios verbis, quibus suapte natura infinitivi futurum subiiciendum est, aoristos solere subiicere sua fraude et interpolatione refictos, in qua re saepe immanis barbarismus homunciones arguit, ut in hoc loco: praestantissimi testes παρέξαι afferunt, unus παράξαι, quod omnes respuunt, at nihilo melius est in Lysia II. 21. ἐλπίζων δουλώσασθαι, XII. 19. ᾤοντο κτήσασθαι. XIII. 6. νομίζοντες καταφήσασθαι, § 15 et 47. οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψαι. § 53. ᾤου διαπράξασθαι, et similia passim. Qui libris aliquid tribuunt cogitent velim Luciani libros aliquanto meliores exstare, quam est ille unus deterrimus Lysiae. § 51. οὐδὲν τρίτου παρακαλέσαντος, recte Dindorf. οὐδέν τι τοῦ. Bekkerus male sanum τρίτου servavit; paulo post ambo retinent δέος μὴ δώσω δίκην pro δῶ et εἵπετο τὸ φεῦγον pro εἵπετο φεύγοντι. § 56. οὐ φθείρῃ ἀπ' ἐμοῦ; ἔφη, nihil significat οὐ φθείρῃ; si quem facessere iuberent aut φθείρου dicebant aut οὐ φθερεῖ, ut apud Aristophanem οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ; *Nub.* 798. *Eqq.* 892. sic οὐκ ἄπει; οὐκ ἐρεῖς; οὐ σιωπήσει; alia sexcenta imperiose aut ab iratis dicta aut ad servulos occurrunt, ad quorum rationem οὐ φθερεῖ emendandum esse Dindorfius quoque vidit, at Bekkerus aut non animadvertit vitium aut *ferri posse* iniuria putavit.

In *Iove confutato* 43, 6. καὶ ὅπως ἀσφαλέστερον ἀποκρίνῃ, recte Bekker ἀποκρινῇ, melius ἀποκρινεῖ dedisset. In uno libro ὅρα δὲ καὶ ὅπως, in quo falsarium tenemus. § 8. φασὶ δουλεύειν ὑμᾶς ὥσπερ παρὰ τῷ Ἀδμήτῳ τὸν Ἀπόλλωνα, in aliis τὸν Ἀπόλλω, ut saepe alibi videbis Ποσειδῶνα et Ποσειδῶ de loco certantes: vide 8, 2, 2. 32, 13, 43. 43, 8. ubi libri variant in ἀπόλλω et ἀπόλλωνα et 8, 19, 1. in ποσειδῶ et ποσειδῶνα. Mihi satis certum est Ἀπόλλωνα et Ποσειδῶνα aut retinenda ubique esse aut revocanda, Ἀπόλλω et Ποσειδῶ nata esse e compendio negligenter lecto. Nempe Ἀπόλλωνος, Ἀπόλλωνι et Ἀπόλλωνα scribuntur una forma ἀπόλλ suprascripto ω, et secundo

λ. caudam trahente, ut in vocabulo decurtato moris est: ipsa sententia aut articulus indicium facit quomodo sit quaeque forma explenda: non facile peccatur in caeteris, in accusativo solemnis error est. Habeo ob oculos scripturas codicis *Florentini*, quo Iamblichi *vita Pythagorae* continetur, qui liber, ut supra diximus, communis est origo et fons apographorum omnium, unde id opus et editum et correctum est. Horret totus liber compendiis et vocabulis truncatis, in quibus bene Graece scientibus nihil est impedimenti, at videntur haud ita multi esse aut fuisse, qui bene Graece sciant. De caeteris compendiis optimi libri et verissimis lectionibus et lacunarum supplementis compluscula supra apposui, caetera alias daturus: nunc unum tantum expromam, quia praeclarum est et praeclari auctoris, Aristoxeni, § 234. ubi primum pro *εἴ τις περιςήσειεν αὐτοὺς εἰς φορὰν* (alii *συμφοράν*) *ἀξιόχρεων* in archetypo est *εἰς φόβον ἀξιόχρεων*. Syllaba *φο* habet superscriptam litterulam *β* perexiguam ea forma, quae *u* refert cum accentu gravi *ον* significante: hinc natus error est. Deinde pro *συνταχθῆναι ἐπὶ τοὺς περὶ Φιντίαν ἐναντίον τέ τινα τῶν κατηγόρων αὐτοῦ εἰπεῖν*, Codex Aristoxeni manum servavit hanc: *συνταχθῆναι ἐπὶ τοὺς περὶ Φιντίαν δρᾶμα τοιόνδε. μεταπεμψάμενος ὁ Διονύσιος ἔφη τὸν Φιντίαν* [1]) *ἐναντίον τέ τινα τῶν κατηγόρων*, quibus verbis historia nobilissima Damonis et Phintiae eam formam induit, ut eam veram esse intelligamus, eaque ipse Aristoxenus § 233. *διακηκοέναι φησὶ Διονυσίου τοῦ Σικελίας τυράννου ὅτε ἐκπεσὼν τῆς μοναρχίας γράμματα ἐν Κορίνθῳ ἐδίδασκεν*, quo meliorem testem nemo requiret. In hoc igitur Codice, ut in aliis paulo antiquioribus, compendium, quod dixi, aliquoties apparet, modo recte lectum *Ἀπόλλωνα*, modo negligenter *Ἀπόλλω*. Perperam § 7. descriptores dederunt *τῇ Παρθενίδι τότε μιγῆναι τὸν Ἀπόλλω* et § 52, 53, 135, 140, recte § 152. *μαντεύεσθαι τὸν Ἀπόλλωνα*, ubique in Codice eadem est scriptura, quae item apparet § 136. *τοῦ ἐν Ὑπερβορέοις ἀπόλλ̄*, in qua peccari non poterat. Attici constanter dicebant *νὴ τὸν Ἀπόλλω*, *νὴ τὸν Ποσειδῶ*, extra iusiurandum fere *Ἀπόλλωνα* et *Ποσειδῶνα*, quas formas Luciano ubique reddendas esse censeo.

1) Haec est proba et genuina forma Graeci nominis, quod alii aliter depravant. In Lysia XXI. 10. in *Φαντίαν* abiit, cui *Φιντίαν* reddendum.

In *Iove Tragoedo* 44, 8. ὀλίγον ὅσον τοῦ χρυσοῦ ἀποςίλβοντες ὡς ἐπικεχρῶσθαι καὶ ἐπηλυγάσθαι μόνον, aliud agens Piersonus ad Moeridem p. 163. commendavit ἐπηλυγάσθαι pro ἐπιλυγάζεσθαι et pro *splendore* offudit *caliginem*. Lege ἐπαυγάζεσθαι. Codex M pro ἐπικεχρῶσθαι affert memorabilem lectionem ἐπικεχράνθαι. Χραίνεσθαι et ἐπιχραίνεσθαι pro *colorari* dicebantur olim, Graeculi quia hunc usum ignorabant solita temeritate aliud quid de suo substituebant. Insignis est emendatio Bergkii in Aristophanis *Ecclesiaz.* 64.

ἐχλιαινόμην ἐςῶσα πρὸς τὸν ἥλιον.

acute eruit veram lectionem e Bekkeri *Anecd.* I. 72, 28. χραίνεσθαι πρὸς ἥλιον: τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐπικαίειν πρὸς ἥλιον, et poëtae reddidit ἐχραινόμην. Similiter verbo ἐπιχραίνειν utebantur. Lucianus 47, 6. τὸ σῶμα πρὸς τὸν ἥλιον ἐς τὸ Αἰθιοπικὸν ἐπιχράναντες, quamobrem ἐπικεχράνθαι potior scriptura videtur. In § 13. κατασίγησον αὐτούς turpe vitium est pro κατασίγασον. § 17. περιμένειν εἴ τι καὶ ἐρεῖ, lege περιμένειν τί καὶ ἐρεῖ. § 21. μόνοι γάρ ἐσμεν, et hic emenda αὐτοὶ γάρ ἐσμεν, vide supra p. 111. § 25. ἐπεί τοί γε εἰ ἐμοὶ ἐπ' ἐξουσίας τὸ πρᾶγμα ἦν εἴασα ἂν, οἴει, τοὺς ἱεροσύλους πρῴην ἀπελθεῖν, ut Graeca oratio sit et Luciano digna, haec ita sunt constituenda: ἐπεὶ εἴ γ' ἐπ' ἐμοὶ τὸ πρᾶγμ' ἦν ἐᾶσαί μ' ἂν οἴει κτέ. § 33. τί οὖν ἔτι χρὴ ποιεῖν λοιπόν, expunge χρή. § 34. ἀλλ' ὅπερ ἡμῖν δυνατώτατον (δυνατόν A et Bekker.) corr. δυνατὸν μόνον, *quod solum possumus.* § 46. πέπλευκας ἤδη ποτέ; καὶ πολλά. sic AD. caeteri πολλάκις, quod verum et genuinum est. In Codd. ea vix discernuntur, namque πολλ suprascripto ά ponitur pro πολλάκις, quamobrem saepe ὀλίγα et ὀλιγάκις, πλεῖςα et πλειςάκις videbis inter se permutari, ut in *Demonacte* 37, 51. ὀλίγα μὲν λαλῶν, πολλάκις δ' ἀκούων, inepte in multis legitur pro πολλά. § 52. ἡμεῖς δὲ τί ποιοῦμεν, corr. ποιῶμεν.

In *Somnio seu Gallo* 45, 2. ἀνθρωπικῶς ἐλάλησεν, revoca ἀνθρωπίνως. § 4. παῦ', ὦγαθέ, λοιδορούμενός μοι. optima lectio debetur soli A. caeteri omnes παύου exhibent. Animadverti hanc esse constantem antiquorum consuetudinem, ut παῦε dicant et παῦσαι, numquam autem forma παύου utantur, quam interdum Graeculi ex suo usu invexerunt, ut h. l. factum esse vides. *In 67, 12, 2.* παύου, ὦ τάλαινα, δακρύουσα vulgata lectio erat.

Cod. A. παῦσαι obtulit, melius etiam F. παῦ', ὦ τάλαινα. In 43, 33. edebatur παύου, ὦ Ἑρμαγόρα βέλτιςε, ἰαμβίζων, optime AC παῦε servarunt. Ex iisdem locis sarciendum est quod 39, 2. legitur παύου, ὦ Λυκῖνε, τεράςιόν τι κάλλος ἀναπλάττων, nil iuvant Codices, at vel invitis παῦε Luciano restituendum. Semel mihi παύου apud antiquiores lectum est, apud Ephippum Athen. VIII. p. 347 b.

ψυχρὸν τουτί. || παύου φυσῶν, Μακεδὼν ἄρχων.

cui reddiderim παῦ' οὖν φυσῶν: error e scriptura ΠΑΤΟΥ natus videtur. Nusquam alibi apud Veteres legi παύου, quo soli Graeculi sequiores abutuntur. In fine alii βεβρώκεις, alii ἐδηδόκεις, hoc veteribus praeplacet et revocandum, illud solum Graeculi servarunt. § 14. ὑπὸ μάλην ἔχων, revoca ὑπὸ μάλης, quod solum Graecum est, cf. § 29. sic saepe ὑπὸ κόλπον irrepsit pro ὑπὸ κόλπου. Peius etiam in Polyaeno erratum V. 19. τοῖς ἐγχειριδίοις, ἃ [κεκρυμμένα] ἐκόμιζον ὑπὸ μάλης, ubi emblema expunge. § 18. τὸν μηρὸν ἐπιδείξαιο, necessarium est ἐπιδείξαις. § 21. ἤν τε εἰσφέρειν δέῃ—ἤν τε ἐπεξιέναι, trita sunt in bello ἐξιέναι et ἔξοδος, ἤν τις ἔξοδος γένηται. Apud Herodotum VI. 56. vitiose editur ἐν τῇσι ἐξοδίῃσι pro τῇσι ἐξόδοισι: composito ἐπεξιέναι non est in tali re locus. § 24. πάντῃ corr. πάνυ τι. § 25. Συρακουσίων: sic Constantinopoli loquebantur et veteres libros corrumpebant. Ubique Συρακόσιος restituendum. § 31. ἐπὶ φροντίδων corr. ὑπὸ φροντίδων.

In *Icaromenippo* 46, 3. που καταπεσών, scribe ποι. § 6. τὸν οὐρανὸν δῆθεν αὐτὸν ἐπιμετροῦντες. Non est rei conveniens compositum ἐπιμετρεῖν, *admetiri*; ἀναμετροῦντες convenit aut διαμετροῦντες, aut simplex μετροῦντες. § 8. ὁπόσῃ τῶν λόγων transpone τῶν λόγων ὁπόσῃ. § 21. πόσα ἐγὼ συνεπίςαμαι αὐτοῖς ἃ πράττουσι, dele ἅ, nam πράττουσι participium est. § 24. τὸ Ὀλύμπιον corr. Ὀλυμπίειον, ut recte § 16 Ἀσκληπιείου repositum est pro Ἀσκληπιοῦ, paulo post emenda πανηγύρεις ἄγουσι pro ἀνάγουσι. § 34. ταῦτά μοι δοκεῖ corrige τάδε μοι δοκεῖ.

In *bis accusato* 47, 8. pro καταπτοῖο scribe κατάπτοιο, et in Aristophanis *Lysistrata* 774. ἀνάπτωνται pro ἀναπτῶνται, in Herodoto IV. 132. ἀνάπτησθε pro ἀναπτῆσθε, et Phontis *Memorab.* III. xi. 5. ἐὰν μυῖα πρόσπτηται pr[illegible]ται. Recte κατάπτωμαι legitur in *Icaromenippo* 46,

τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον τοῦτο ἀπολαβόμενος, infeliciter admodum Bekker. ἀποταμόμενος, quod et Ionicum est et plane ab hoc argumento alienum. Corrige καταλαβόμενος: ἀπό et κατά simillima nota pinguntur et καταλαμβάνομαι τόπον pro καταλαμβάνω vitium est omnibus sequioribus commune et frequens. § 10. τράγον ἔνορχιν scrib. ἐνόρχην. Arist. *Av.* 569. σέρφον ἐνόρχην σφαγιάζειν, ubi olim ἔνορχιν legebatur. § 12. ἀκούετε λεῴς scrib. λεῴ, et κατασησόμεθα pro κατασησώμεθα. § 20. ἤκουον, recte Cod. M. ἀκούω id est *fando audivi* noto usu. § 24. πατάξω τῷ ξύλῳ, rectissime Cod. A. πατάξας τῷ ξύλῳ — —, nam Diogenes sententiam non absolvit sed necopinato fugientem persequitur. § 26. προῄρημαι καὶ βεβούλημαι τὴν κατηγορίαν ἐᾶσαι ποιήσασθαι, supple οὕτω τὴν κατηγορίαν comparato Demosthene p. 226, 12. § 27. ἐμνησεύοντο revoca ἐμνήσευον. cf. § 29. μνησευόντων. § 33. διπλασίονα ἀποισόμενοι τὸν μισθόν, in A est διπλασίονα ποιησόμενοι, quod natum esse apparet ex διπλάσιον ἀποισόμενοι: debuerat scribere οἴσοντες, nam μισθὸν φέρειν bene Graecum est, non ἀποφέρεσθαι. Deinde προσωπεῖον ἐπέθηκε, male pro περιέθηκε: paulo post pro τελευταῖον repone τελευτῶν. § 34. οὐ πάντη, et hic scribe οὐ πάνυ τι.

Qui sequitur liber περὶ παρασίτου, de eo olim quam potui diligentissime egi, nunc unum tantum vitium arguam, quod adhuc nescio quomodo effugit in § 4. αἱ πονηραὶ χύτραι διακρουόμεναι μὴ σαθρὸν ὑποφθέγγωνται, nempe ὑποφθέγγονται scribendum est, ne hic ipse locus *sonet vitium*. Ut apud Euripidem scriptum est in *Phoenissis* vs. 92.

ἐπίσχες ὡς ἂν προὐξερευνήσω σίβον
μή τις πολιτῶν ἐν τρίβῳ φαντάζεται.

sic videbis et apud caeteros omnes et apud Lucianum μή illo sensu indicativum habere, ut 10, 16, 2. ὅρα μὴ τὸ ἐναντίον ἐσί, 52, 29. ὅρα μὴ τοῦτό φησι Τυχιάδης. 33, 83. οἱ δὲ ὑπώπτευον μὴ ἄρα ἐκ τῆς ἄγαν μιμήσεως εἰς τὴν τοῦ πάθους ἀλήθειαν ὑπηνέχθη, et alibi saepius. Ubicumque autem *metuendi* et *cavendi* notio subest coniunctivus est necessarius, itaque imperite Fritzschius 52, 20. corrigebat ὅρα μή σοι μεταμελήσει pro μεταμελήσῃ.

In *Anacharside* 49, 1. ἐγχέλυες scrib. ἐγχέλεις, cf. § 28 et *9, 11, 2.* § 16. προτέρων male pro πρότερον. § 25 .τοὺς καὶ γυμ-

νοὺς ἂν φόβον ἐμποιήσοντας: quem tam saepe docti homines nimium patienter tulerunt soloecismum, ex hoc loco certatim sustulerunt reposito ἐμποιήσαντας. Magistelli Constantinopolitani decepti Codicum vitiis imbiberunt opinionem voculam ἄν cum futuris recte coniungi, quamquam non nesciebant eam rem cum Grammaticorum veterum doctrina pugnare: ὁ μὲν τῶν γραμματικῶν κανὼν οὐκ ἐπιτρέπει, παρὰ τοῖς ἀρχαίοις δὲ οὐκ ὀλίγα παραδείγματα εὑρίσκεται, scribit magistellus in Bekkeri *Anecdotis* περὶ συντάξεως imperite nonnulla scriptitans p. 127. Si quem lubet videre ad quantas ineptias isti magistelli delabi potuerint, quantum inscitiae et socordiae in illis tum fuerit, qui alios Graecam linguam veterem docerent, inspiciat mihi istum περὶ συντάξεως libellum. Vel satis erit inspexisse vv. αἰτιῶμαι, ἀποδίδωμι, αἰτῶ, ἀφικνοῦμαι, ἁμαρτεῖν, ἀποκείρομαι et ἀφικόμην et pudebit, opinor, in posterum tali teste uti. ἀφικνοῦμαι, inquit, *regit genitivum*; nova et inaudita res est et absurda iis quidem, quibus quod fieri non potest numquam esse factum videtur; at exemplo istam doctrinam confirmat. Nempe *apud* Dionem Cassium *libro* XXXIX. [cap. 24] *scriptum est*, inquit, διαλιπὼν δὲ καὶ ἐς ἀναλογισμὸν τῆς τε ἑαυτοῦ ἀρετῆς καὶ τῆς τῶν ἐναντίων κακίας ἀφικνούμενος, quae satis est adscripsisse, et ex uno disce omnia. Et istae quisquiliae aetatem tulerunt nullum alium usum habentes quam ut ostendant quam stulti Grammatici illorum temporum fuerint et quam depravati iam tum Codices Veterum circumferrentur, quibus mendis illi iocunlariter decipiebantur. Quidquid scriptum est, qualecumque est, habet fidem et nihil contra est in usu et ratione Graecitatis apud istos tam firmum et certum, quin convellatur si qua ex quo Codice scriptura affertur legi contraria. Αἰτιῶμαι, teste et auctore Aristarcho Constantinopolitano, regit dativum, namque in *Epistola* Philippi legitur αἰτιώμεθα ἀλλήλοις [Dem. p. 163, 14. ubi recte ἀλλήλους], et sic toto libro videbis eum ex manifesta corruptela insanam doctrinam haurire. De particula ἄν quid sentiat (et quid aequales senserint ex illo cognoscitur) iam praemisimus. »*Multa sunt exempla apud veteres*, inquit, *ubi particula* ἄν adversus Grammaticum canonem *cum futuris coniungitur*" deinde exempla adnumerat: Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην· οὐκοῦν πρὸς πολλοῖς οἷς βλάψειν ἂν ὑμᾶς ὁ νόμος

νεται. Locus is legitur p. 467: habemus superstitem meliorem codicem A, in quo est: οἷς βλάψειν ὑμᾶς ὁ νόμος φαίνεται, in caeteris est οἷς ἂν ὁ νόμος βλάψειν ὑμᾶς φαίνεται; deinde ex Isocrate ἐν τῷ περὶ Ἀντιδόσεως· ἡγούμενος ἐκ τοῦ παραινεῖν τήν τε διάνοιαν τὴν ἐκείνου μάλιστα ἂν ὠφελήσειν καὶ τὸν τρόπον τὸν ἐμαυτοῦ δηλώσειν. In Isocrate recte legitur μάλις' ὠφελήσειν. § 69. p. 342. Participii futuri cum ἄν coniuncti exemplum affert p. 128 ex Isocrate hoc: μετὰ μέλλοντος Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως· οὐχ ὡς οὐχ ἡδέως ἄν τινών μου καταψευσομένων, in Isocrate § 100 sincera et proba lectio est καταψευσαμένων. In eo scriptore, quo non habemus ullum emendatiorem, (ut pauci sunt Codices praestantia et fide cum Isocratis *Urbinate* comparandi) operae pretium est videre, ubi vera et antiqua scriptura perdurarit, ubi obscurata fuerit sed in integrum restituta, denique ubi perierit et in lucem vitamque revocanda sit. Emersit in *Philippo* § 92. φαίνονται κρατήσαντες ἄν. § 109. τὸν ἀξίως ἂν δυνηθέντα διαλεχθῆναι. § 110. τὸν λόγον ἡσθόμην διπλάσιον ἂν γενόμενον. § 135. ἴδοις δ' ἂν καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοὺς ἐπιεικεστάτους [ὑπὲρ] ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἂν τὸ ζῆν ἀντικαταλλαξαμένους (dele ὑπέρ), in *Panathenaico* § 135. τοῖς μὲν ἡδέως ἂν ἀκούσασιν. § 157. κρατήσασαι ῥᾳδίως ἂν αὐτοῦ. Intercidit sed postliminio rediit in *Areopagitico* § 12. πολιτείαν τὴν ὀρθῶς ἂν τοῖς πράγμασι χρησομένην, *Urbinas* χρησαμένην: in *Panathenaico* § 184. ἀποκτεῖναι δ' ἂν τολμήσαντας, idem liber male τολμήσοντας exhibet. In *Antidosi* § 7. εὕρισκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως τοῦτο διαπραξάμενος, idem διαπραξόμενος. Nihil auxilii est in libris in *Archidamo* § 62. ἐπίσαμαι γὰρ πρῶτον μὲν Ἀθηναίους — ὁτιοῦν ἂν ποιήσοντας (pro ποιήσαντας), ἔπειτα τῶν ἄλλων πόλεων ἔστιν ἃς ὁμοίως ἂν — βουλευσομένας (βουλευσαμένας), ἔτι δὲ Διονύσιον καὶ τοὺς ἄλλους δυνάστας προθύμως ἂν ἡμῖν ἐπικουρήσοντας (ἐπικουρήσαντας), et *de Pace* § 81. τὰ μὲν πικρότατα καὶ μάλις' ἂν ὑμᾶς λυπήσοντα παραλείψω, quo loco, si quo alio, sentiri potest quam absonum sit in ea re futurum, et quo iure in Luciano correxerunt ἂν ἐμποιήσαντας eodem olim ἂν λυπήσαντα Isocrati redditum oportuit. In § 34. ἄδηλον ὁπότε τις ἐπιστὰς κοιμώμενον κατασπάσας ἀπὸ τῆς ἀμάξης φονεύσειεν, ridiculum est φονεύσειεν. *Quid scriptum* olim fuerit et quemadmodum sit Graece huius-

modi quid formandum THUCIDIDES aperiet I. 2. ἄδηλον ὃν ὁπότε τις ἐπελθὼν καὶ ἀτειχίςων ἅμα ὄντων ἄλλος ἀφαιρήσεται, scribe illic ἀφέλοιτο et ridebis: itaque et LUCIANO φονεύσει reddamus censeo.

In *Rhetorum Praeceptore* 51, 6. οἱ ἔπαινοι περὶ πᾶσαν αὐτὴν Ἔρωσι μικροῖς ἐοικότες πολλοὶ ἀπανταχόθεν περιπλεκέσθωσαν ἐκπετόμενοι, nemo haec intelligere potest, multo minus quod est in Codd. ABV. περιπλεκέσθωσαν προσπλεκόμενοι, resecto participio legerim περιπετέσθων (περιπετέσθωσαν). in § 20. οὐκ ἔχουσιν ὅπως ἀπιςήσουσιν scribe ἀπιςήσωσιν.

In *Philopseude* 52, 1. τὸ ψεῦδος περὶ πολλοῦ τῆς ἀληθείας τίθενται, sine sensu. BEKKER. πρὸ πολλοῦ quo nil proficimus, intelligerem περὶ πλείονος τῆς ἀληθείας. § 9. γραῶν μῦθοι, melius ὕθλοι. § 24. ἀντιλεγέτωσαν οὖν ἔτι, lege νῦν ἔτι. § 27. θάτερον τοῖν σανδάλοιν οὐ κατακαύσαιμι, corrige σανδαλίοιν — συγκατακαύσαιμι.

In *Baccho* 54, 1. αὐτίκα μάλα συμπατηθησομένου εἰ ἀντιτάξαιτο, requiro ἀντιτάξοιτο. Frequens hoc est in libris vitium, ut in XENOPHONTIS *Hellen.* III. iv. 15. γιγνώσκων ὅτι εἰ μὴ ἱππικὸν ἱκανὸν κτήσαιτο οὐ δυνήσοιτο ςρατεύεσθαι, quod non minus vitiose dictum est quam εἰ μὴ ἱππικὸν ἐκτησάμην (pro κτήσομαι) οὐ δυνήσομαι ςρατεύεσθαι, itaque κτήσοιτο corrigendum. Recte DINDORF. ibid. VI. iv. 6. ἐλογίζοντο ὡς εἰ μὴ μάχοιντο ἀποςήσοιντο αἱ πόλεις, emendavit μαχοῖντο, et sic in ARISTOPHANIS *Avibus* 759 legendum est αἶρε πλῆκτρον εἰ μαχεῖ pro μάχει. Tam proclivis hic error est, ut in ISOCRATIS *Trapezitico* § 9. νομίζων εἰ εἰσπλευσαίμην ἀποθανεῖσθαι scripserint pro εἰσπλευσοίμην, nihil curantes immanem barbarismum, quem tandem *Urbinas* expulit. Ibid. § 24. ἔλεγεν ὡς ὀλίγου χρόνου πειράσαιτο τὰ χρήματ' ἀποδοῦναι, et sententiam loci et Graecitatis usum violat πειράσαιτο pro πειραθείη, optime DOBREE πειράσοιτο. In ANTIPHONTIS oratione *de caede Herodis* § 50. ἠπίςατο ὅτι τότε παύσαιτο ςρεβλούμενος ὁπότε εἴποι τὰ τούτοις δοκοῦντα, constituenda sic est sententia, ut scribatur παύσοιτο — ὁπόταν εἴπῃ. Barbarismus est in STRABONE XV. p. 718 ἀποθανὼν δὲ ἀπαλλάξαιτο τῆς τετρυχωμένης ἀπὸ γήρως σαρκός, nam barbarum est ἀπηλλαξάμην pro ἀπηλλάγην. Emenda ἀπαλλάξοιτο et ὑπὸ γήρως.

In *Muscae Encomio* 57, 3. ἡ κεφαλὴ λεπτόταται τῷ αὐχένι συνέχεται, corrigendum est λεπτοτάτῳ. Quam saepe in comparativis et superlativis adverbia et adiectiva male confundantur supra ostendimus, quibus duo alia exempla ex Iamblichi *vita Pythagorae* adiiciam in § 16. τόν τε πρόσλοιπον εὐφημότατον πλοῦν διεξήνυσαν, imo vero εὐφημότατα et § 19. θεῶν θρησκείαν ἐντελεςάτην ἐκμαθών, corrige ἐντελέςατα. Paulo post τὸ οὐροπύγιον oscitanter a Iacobitzio invectum Bekkerus festinans retinuit pro τοὐρροπύγιον. Caetera Luciani scripta quum satis diligenter in superioribus excusserim, nunc ad aliud quoddam genus observationum palaeographicarum transibo et primum de praepositionum quarumdam siglis et compendiis disseram, quibus inter se temere confusis et permixtis magna vitiorum et mendorum caterva scriptores veteres invasit et etiamnunc obsidet, quae omnia non magno labore unusquisque tollet et sanabit, qui nixus observationibus palaeographicis certis et manifestis, Graecae linguae ingenium et naturam et dicendi usum ac proprietatem sana ratione et acuto iudicio ex locis incorruptis collectam et perspectam audebit vindicare et tueri adversus istorum omnium auctoritatem, qui librarii, correctores, scioli omne genus incredibili inscitia et levitate usi omnibus modis interpolarunt monumenta antiquitatis, quorum ita demum fructuosa erit interpretatio, si *eam*, ut Quinctilianus alicubi praecipit, *emendata lectio praecedet*, neque quidquam humano ingenio et rationi perniciosius reperiri posse arbitror, quam ea interpretari et sibi intelligere videri, quae quia sensu vacua sunt ab sano homine intelligi non possunt, et quia non possunt intelligi non debent explicari. Compendiorum et siglarum usus in codicibus est perantiquus et qui primi εἰς τάχος ἔγραφον, ut opinor, iam coeperunt illo modo operam compendifacere, unde olim nonnulla recepta sunt ab illis, qui εἰς κάλλος γράφειν dicebantur. Vidi Neapoli librum scriptum antequam Christus natus est ex Herculanensi exitio servatum, in quo et alia huiusmodi inerant et compendium praepositionis πρός, cuius vestigia sunt in omnium librorum scripturis. Quis enim est scriptor Graecus, in quo non appareat πράττειν et προςάττειν *confusa* esse aut πρᾶγμα et πρόςαγμα? In Luciano 47, 16. *edebatur olim* ἀνδράποδον εἶχε — μηδὲν αἰσχρὸν ὢν προςάξειεν

οἰόμενον. Iacobitz ex Codd. ATY. imperite recepit πράξειεν, quod bene Bekkerus exturbavit. In Thucydide locus est V. 90. δυνατὰ δὲ οἱ προῦχοντες πράσσουσι καὶ οἱ ἀσθενεῖς ξυγχωροῦσι, quem nemo capiet qui non Burgesii, si bene memini, coniecturam προστάσσουσι probabit: haec autem si ubique confundi videbis, quid aliud causae esse dices quam neglectum compendiolum. Procedente tempore plures semper codices et tandem propemodum omnes a tachygraphis scribi coepti sunt, qui vetera compendia retinebant omnia: θσ, ανοσ, ουνοσ, πηρ, (πρωιοσ, πριοσ, φιλοπρισ), μηρ, υσ, σηρ (σηρια) πνα, ςρος, (ςρωσαι ςρωμα), alia quaedam, pro θεός, ἄνθρωπος, οὐρανός, πατήρ (πατρῷος, πάτριος, φιλόπατρις) μήτηρ, υἱός, σωτήρ (σωτηρία), πνεῦμα, ςαυρός (ςαυρῶσαι, ςαύρωμα). Nullum vidi umquam codicem aut codicis scripturas, ubi non aut haec ipsa apparerent, aut vitia hinc suscepta ut in errore antiqua manus pelluceret. Horum omnium certa est emendatio ut ridiculus sit qui non assentiatur. In Aeliani *V. H.* III. 26. dicitur rex *amans patriae* φιλόπαις, pro φιλόπρις i. e. φιλόπατρις, ubi Gronovius, qui ex Abistaeneto affert simillimum φιλόπαιδος γυναικός pro φιλοπάτριδος, tamen abiicit certissimam emendationem, quia orginem erroris non perspexerat. In Isaei fragmento 3 legitur: ἠβουλόμην μέν, ὦ ἄνδρες δικαςαί, μὴ λίαν οὕτως ἀγνοηθέντα πρὸς χρήματ' ἔχειν αἰσχρῶς ὥςε τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύειν καὶ δίκας τοιαύτας λαγχάνειν. admodum ridiculum vitium est in ἀγνοηθέντα: emenda Ἀγνόθεον, quod scriptum ΑΓΝΟΘΝ abiit in participium: facillimum erat τὸν ἀγνοηθέντα Ἀγνόθεον extrahere ex his latebris indicio Harpocrationis v. ἐπισημαίνεσθαι laudantis Ἰσαῖον ἐν τῇ πρὸς Ἀγνόθεον ἀπολογίᾳ. Eiusdemmodi errorum plena sunt omnia et in Luciano quoque sat magna est copia. Deinde tachygraphi pro qualibet terminatione paulo frequentiore notam quamdam certam assumserunt, formas litterarum complurium breviore ductu copularunt et pro certis denique verbis siglas sive notas certas ponere coeperunt. Praeterea vocales in scribendo omittunt et syllabas vocabulorum ultimas resecant a lectore supplendas, et multis aliis modis scribendi negotium accelerant. In his omnibus ita versabantur, ut quid esset scriptum aut significatum ubique liquido appareret, iis certe qui Graece scirent et hoc agerent, non indoctis scribis

et stupidis et alias res agentibus, quos in quoque libro saepe videre est ridiculum in modum notis tachygraphicis deceptos et compendiorum laqueis irretitos. De illa ingenti copia nunc paucas quasdam praepositiones delibabimus, in quibus male permutandis hallucinantur librarii et faciunt ut certa quae sint incerta videantur. Prima esto praepositio πρός, cuius ea est sigla usitatissima, quam Bastius in aes incidendam curavit in *Comment. Palaeogr.* Tab. II. 2 et 3. Qui siglam non norant sequioris aetatis scribae pro πρός dare solent κατὰ, ἀπὸ, καὶ, ὡς, quorum omnium notae non sunt admodum dissimiles, aut ubi praepositionem subesse intelligunt, quae sit autem praepositio sic notata ignorant, ponunt aliam quamlibet, quae sententiae utcumque accommodari posse videatur, imprimis παρά, ἐπί et saepissime εἰς, aut denique importunam notam plane negligunt et omittunt, unde πρός tam saepe sine vestigio interire solet. Ea fraus potest nonnumquam quamvis doctos et acutos lectores fallere, at saepissime deprehenditur, ubi πρός necessarium est et male desideratur, aut ubi εἰς apparet et πρός requiritur, aut pro πρός contra Graecorum consuetudinem alia quaevis praepositio comparet, aut vocula quaelibet, quae tam importuna est ac πρός est conveniens et aptum. Nonnumquam contrarius error committitur et πρός legitur ubi alia omnia scribi debuisse constet. His igitur omnibus certum emendationis paratum praesidium est, si uti scies et audebis. Inspice primum Codicum scripturas, unde quae diximus confirmentur: 9, 5, 2. ἐς — πρός permutari videbis, 10, 13, 5. ἐπαινῶν πρὸς τὸ κάλλος, alii ἐς τὸ κ., quod verum est nam ἐπαινεῖν εἴς τι et ψέγειν εἴς τι constanter dicebant, numquam πρός τι. 11, 7. πρὸς τὸ πρόσωπον ἀποπτύσας, dicitur εἰς τὸν κόλπον, εἰς τὸ πρόσωπον πτύειν, ἀποπτύειν, itaque εἰς repone; 16, 20. ἐς — πρός — ὡς. 17, 4. πρὸς ἐλευθερίαν ἀφαιρεῖσθαι, non aliter quam εἰς ἐλευθερίαν ius et mos est dicere. ibid. § 9. male abundat in χρῆσθαι πρὸς ὅ τι ἂν ἐθέλωσιν. 18, 11. codd. εἰσιόντες — προσιόντες. 20, 52. in libris est καὶ, πρός et ἐπί. 20, 28. πρὸς ἐμαυτόν — κατ' ἐμαυτόν. 20, 29. εἰς Κόρινθον — πρὸς Κόρινθον. 32, 4. πρός — εἰς. 40, 19. προσβιβάζῃ — ἐμβιβάζῃ et εἰς ἔπαινον — πρὸς ἔπαινον. 41, 12. πρὸς Φιλίαν — εἰς Φιλίαν, et § 35. πρός — εἰς. 42, 23. ἐς τὴν φυγὴν — πρὸς τὴν φυγήν et § 37.

εἰσέλθοιμεν — προσέλθοιμεν. 46, 5. πρός — εἰς. 58, 12. πρὸς ἔρωτα ἐμπεσεῖν, correximus εἰς. 60, 22. προσέμαθες — εἰσέμαθες, quod ne Graecum quidem est. 62, 6. προσήκουσι — καθήκουσι. 68, 24. πρὸς τὸ ὠφέλιμον — τὸ ὠφέλιμον. 74, 4. πρὸς — εἰς. In *Timone* 5, 9. ὀλίγον, alii ἐπ' ὀλίγον, lege πρὸς ὀλίγον. In *Veris Historiis* II. 27, 27, ὡς αὐτούς — πρὸς αὐτούς et § 43. ἐς — πρός confusa esse videbis et praeterea multis aliis locis et in Luciano et in caeterorum omnium libris scriptis. Incredibile dictu est quam saepe errores hinc olim suscepti nobis adhuc corrigendi supersint. Exempla ipse compluscula nunc expromam, ad quorum modum et rationem unusquisque caetera eiusdemmodi corriget, qui modo sentiat quid quoque loco usus dicendi requirat. Thucydides IV. 22. μὴ ἐς τοὺς ξυμμάχους διαβληθῶσιν at dicitur semper διαβάλλειν πρός τινα, itaque πρὸς τούς emendandum. V. 4. ὁ δὲ Φαίαξ οὐκέτι ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἔρχεται, Phaeax *legatus* veniebat, non *hostis*, itaque πρὸς τοὺς ἄλλους recipiendum est, quod in *Vossiano* codice est superscriptum. VIII. 109. πορεύεσθαι διενοεῖτο πρὸς αὐτοὺς, ὅπως μέμψηται — καὶ τὰς διαβολὰς ἀπολογήσηται, emenda ὅπως μέμψεται — καὶ πρὸς τὰς διαβολὰς ἀπολογήσεται. In Xenophontis *Hellen.* III. 1. 16. ἠξίου πρὸς τὰ τείχη δέχεσθαι, at hoc quidem non opus erat petere, recte Dindorf. εἰς τὰ τείχη. Contra III. v. 2. οἱ μὲν δὴ δεξάμενοι τὰ χρήματα εἰς τὰς οἰκείας πόλεις διέβαλλον τοὺς Λακεδαιμονίους, scribe πρὸς τὰς οἰκείας πόλεις. Ibid. I. vii. 4. ἐπιστολὴν, ἣν ἔπεμψαν οἱ στρατηγοὶ εἰς τὴν βουλὴν καὶ εἰς τὸν δῆμον lege πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, una erat et eadem epistola, quam de more Praetores miserant *ad Senatum Populumque*, non *in Senatum et in Populum*. Deinde VII. v. 11. ἐπεὶ δ' ἐγένετο Ἐπαμεινώνδας ἐν τῇ πόλει τῶν Σπαρτιατῶν, quia hoc numquam factum est, lege πρὸς τῇ πόλει. Πρός excidit V. 1. 27. ὑπ' ἀθυμίας καὶ τῶν βραδυτέρων ἡλίσκοντο, supple πρὸς τῶν βραδυτέρων, et V. iv. 36. ὅπως γένοιτο τὸ ξενικὸν αὐτῷ, corrige προσγένοιτο. In Isocratis *Panegyrico* § 11. πρὸς ὑπερβολήν mutandum in εἰς ὑπερβολήν, ut in *Euagora* § 23. πρὸς ὑπερβολήν ex duobus optimis libris in εἰς ὑπερβολήν est correctum. In Oratione *de Pace* § 20. fluctuant libri inter πρὸς εὐπορίαν ἐπιδώσομεν et εἰς εὐπορίαν et ἐπιδιδόναι εἴς τι multo usitatius est. Exciderat in ora-

tione περὶ τοῦ ζεύγους § 38. sed revocavit *Urbinas*. ANTIPHONTI nullus liber opem tulit *de caede Herodis* § 51. τὰ ἐξ ἴσου γενόμενα τοῦ φεύγοντός ἐςι μᾶλλον ἢ τοῦ διώκοντος, significare debent haec verba τὸν φεύγοντα μᾶλλον ὠφελεῖ ἢ τὸν διώκοντα, ipso ANTIPHONTE interprete in iis, quae continuo sequuntur, itaque supplendum est πρὸς τοῦ φεύγοντος. Πρός τινος eo sensu apud omnes legitur: ut vitium eximam producam locum unum XENOPHONTIS *Hellen*. VII. I. 17. σπονδὰς ποιησάμενος πρὸς Θηβαίων μᾶλλον ἢ πρὸς ἑαυτῶν, lege πρὸς ἑαυτοῦ. In ISAEI oratione III. § 62. εἰσαγγελθεὶς εἰς τὸν ἄρχοντα, quis punctum temporis dubitabit πρὸς τὸν ἄρχοντα recipere? In DINARCHO κατὰ Δημοσθένους § 36. vulgatur οἱ πολεμήσαντες τὴν πόλιν pro πρὸς τὴν πόλιν, et ex huiusmodi locis, qui satis multi sunt, collegerunt scilicet πολεμεῖν τινά dici posse! ibid. § 105. τὸν πρῶτον εἰσεληλυθότα πρὸς ὑμᾶς, concepta et solemnia verba sunt in iudiciis Atticis εἰσελθεῖν εἰς τὸ δικαςήριον, εἰσῆλθον εἰς ὑμᾶς, librarii pro εἰς subinde πρὸς et ὡς dederunt sed castigandi sunt. In AESCHINIS *Timarchea* § 165. vulgata lectio διεξῆλθον ὡς ὑμᾶς ex permultis libris in πρὸς ὑμᾶς correcta est, in oratione *de Falsa Legatione* § 22. συνετάξαμεν ἡμᾶς αὐτούς optime REISKIUS πρὸς ἡμᾶς αὐτούς, in *Ctesiphontea* p. 71. 6. ἥκον πρὸς ἡμᾶς μεθ' ὅπλων e codd. receptum est ἐφ' ἡμᾶς et 77, 37. ἐὰν μὲν τοίνυν πρὸς τὴν εὐφημίαν αὐτοῦ τῶν λόγων ἀποβλέπητε, duo codices εἰς τὴν rectissime. Nonnumquam verbum compositum eadem de causa praepositionem amittit; ut apud LUCIANUM 27, 23. permiscentur προσιόντων et ἰόντων et § 28. προσελθών et ἐλθών, sic XENOPHONTI in *Hellen* IV. VIII. 5. καὶ τοὺς μὲν ἰόντας ἁρμοςὰς φίλως ἐδέχοντο, τοὺς δὲ ἀπόντας μετεπέμποντο redde τοὺς μὲν προσιόντας.

Unum scriptorem addam ex sequioribus. In PLUTARCHI *vitis* saepius πρός intercidisse animadverti, ut in *Themistocle* 3, ubi legendum μάλιςα δὲ πρὸς Ἀριςείδην, in *Pompeio* cap. 1. lege ὡς πρὸς τὸν Πομπηΐου πατέρα, in *Pelopida* cap. 9. προςάσσων εὐθὺς ἥκειν αὐτόν, supple πρὸς αὐτόν. Denique in *Pericle* cap. 13. θαυμάζεται τὰ Περικλέους ἔργα πρὸς πολὺν χρόνον ἐν ὀλίγῳ γενόμενα, requiro εἰς πολὺν χρόνον.

Secunda praepositio, quam ostendam formam saepe mutare, ἀπό *est*. Habet siglam sive notam, quam BASTIUS exhibet in

Tab. VI. 2. ἀπὸ βαρυτόνων et V. 18. ubi componit compendia, quibus ἀπό et ὑπό scribuntur. Compendiolum illud, quia forma quodammodo refert litteram ζ, factum est ut scribae dormitantes pro ἀπό scriberent ζ, ut apud Suidam v. ἴσσα in omnibus Codicibus est ἐπὶ τῶν ζλαχόντων pro ἀπολαχόντων. Ridemus homunciones, qui sic errare possunt, sed non levi detrimento idem error Demosthenem affecit, quem videbo an castigare possim. Editur p. 49, 18. τῶν μὲν χρημάτων αὐτοὶ ταμίαι καὶ πορισαὶ γιγνόμενοι, τῶν δὲ πράξεων παρὰ τοῦ ςρατηγοῦ τὸν λόγον ζητοῦντες, pessime corruptae Graecitatis est ζητεῖν ponere pro *petere*, aut *poscere* [1]); quid multa? emenda τὸν λόγον ἀπαιτοῦντες ut p. 308, 23. τῆς ςρατηγίας ἔμ' ἀπαιτεῖς εὐθύνας, et p. 868, 5 ἐγὼ δ' εὐθὺς λόγον ἀπῄτουν, et alibi. Nempe scriptura vetus ζαιτοῦντες pro ἀπαιτοῦντες causam praebuit errandi. Primum igitur ex compendii similitudine ἀπό et ὑπό sexcentis in locis inter se permutantur, quae res non multum damni peperisset, ni homines docti hinc opinionem inanem imbibissent perinde esse in multis utrum ἀπό an ὑπό scribatur. Utriusque enim praepositionis significatio et usus tam certis finibus sunt circumscripta ut numquam altera in alterius ditionem transrepere possit quin malum et fraus deprehendatur. Itaque nemo umquam dubius haerebit, qui utramque recte intelligat, utrum ἀπό an ὑπό sit retinendum an revocandum. Certa est ubique optio neque ulla permutatio per Graecitatis ingenium fieri potest. Scribis nihil horum perspectum est. Ut casus et fortuna fert ἀπό pro ὑπό scribunt aut contra. Passim utraque lectio in libris est: docti nescio quomodo nonnumquam vitium tollunt, saepius video conniventes, quasi nihil sit peccatum. Iam multa exempla supra passim indicavimus, plura ordine enumerabo. 8, 6, 4. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοις δεινὸν ἀπὸ τοῦ πλάσματος pro ὑπό. 8, 9, 2. μαλακῶς ἀπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει, leg. ὑπό. 9, 6, 3. Codd. ἀπ' — ὑπ'. 15, 20. ὑπ' ἀργίας — AB. ἀπ' ἀργίας. 16, 28. κυανός ἐςιν ἀπὸ τῶν ςιγμάτων lege ὑπό. 24, 2. ἀπ' αὐτοῦ leg. ὑπ' αὐτοῦ. 27, 2. Codd. ἀπ' αὐτοῦ — ὑπ' αὐτοῦ. 34, 15. ναῦν ἀπὸ τοῦ ἀνέμου κατουρουμένην, imo vero

1) Non recordatus est huius usus Bernhardy ad Suidam v. Δρύοπες — ἐζήτει αὐτοὺς τροφήν, et infeliciter admodum ἐξῄτει coniecit.

ὑπό. 40, 22. τοῖς ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένοις, alii ἀπ' ἐμοῦ pessime. 41, 60. χωλὸς ἀπὸ τοῦ τραύματος, alii recte ὑπό. 52, 29. ἀπὸ τῆς τύχης, recte Fritzsche ὑπό. 61, 13. ὥσπερ ἀπὸ ἴυγγος ἢ Σειρῆνος ἑλκόμενος, repone ὑπό. ibid. § 19. λίθινοι ἐγίγνοντο ἀπὸ θαύματος, scrib. ὑπὸ θαύματος. 62, 15 et 16. ἀπὸ Σκυθῶν — ἀπὸ Πάρθων bis emenda ὑπό, et § 25. ἀποπνιγεὶς ὑπὸ τοῦ γέλωτος, Cod. F. ἀπό. 67, 9, 3. ἐκλύομαι ὑπὸ τῆς ἀπορίας, Cod. F. ἀπό. 71, 14. ὑπὸ τῶν γραφέων δείκνυται, Cod. D. ἀπό, et sic alibi persaepe videbis scribas in re manifesta caecutientes, quamobrem si quando ἀπό pro ὑπό scriptum videbis, quod frequentissime fieri solet, aut contra (quod rarius est) ὑπό pro ἀπό substitutum, noli existimare bonos scriptores nescio qua de causa pervulgatam dicendi viam deserere, sed scribarum levitatem et oscitantiam castiga. In Herodoto IV. 78. πρὸς τὰ Ἑλληνικὰ μᾶλλον τετραμμένος ἦν ἀπὸ παιδεύσιος τῆς ἐπεπαίδευτο, ἀπό prorsus contrarium significat quam Herodotus dicit, corrige ὑπό. V. 2. τὰ μὲν δὴ ἀπὸ Παιόνων πρότερον γενόμενα pessime pro ὑπό. Idem vitium recurrit VI. 98. τὰ μὲν ἀπὸ τῶν Περσῶν γενόμενα τὰ δὲ ἀπ' αὐτῶν τῶν κορυφαίων, bis emenda ὑπό. Num quis enim existimat bene dici posse ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων λέγεται aut ἀπὸ μὲν τῶν ἐπαινεῖται ἀπὸ δὲ τῶν ψέγεται pro ὑπό? nemo hercle. Cum passivis enim ὑπό iungitur, nonnumquam πρός vel ἐκ vel παρά τινος, numquam ἀπό. Itaque quum ποιῶ τοῦτο habeat passivum τοῦτο γίγνεται ὑπ' ἐμοῦ (non ποιεῖται (et εὖ, κακῶς ποιῶ τὴν πόλιν non aliam habeat passivam formam quam ἡ πόλις ὑπ' ἐμοῦ εὖ, κακῶς πάσχει (numquam ποιεῖται), sequitur ὑπό in his non minus esse certum quam in illis. Pro οἱ σύμμαχοι λέγουσιν in usu est apud omnes notissima periphrasis, quam sexcenta verba admittunt, οἱ σύμμαχοι λόγους ποιοῦνται, cuius passiva forma est λόγοι γίγνονται ὑπὸ τῶν συμμάχων, non ἀπό, qui turpissimus soloecismus est et ubique invitis libris exturbandus. Herodoto VII. 164. redde ὑπὸ δικαιοσύνης, pro ἀπό. Thucydidi I. 17. ἐπράχθη ἀπ' αὐτῶν οὐδέν repone ὑπ' αὐτῶν. III. 36. γνῶμαι ἀφ' ἑκάστων ἐλέγοντο restitue ὑφ' ἑκάστων. III. 82. τὰ ἀπὸ τῶν ἐναντίων λεγόμενα, scribe ὑπό. IV. 76. ἀπό τινων ἀνδρῶν ἐπράσσετο lege ὑπό, et 115. ὑπὸ τῶν ἐναντίων pro ἀπό. Similiter emenda eundem V. 17. προεπανεσείσθη ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων. VI. 28. μηνύεται ἀπὸ

μετοίκων τινῶν. VI. 32. ἐλέχθησαν τοιοίδε λόγοι ἀπό τε ἄλλων κτέ. VI. 61. ἀπ' ἐκείνου ἐδόκει πραχθῆναι. VIII. 14. λεγομένων λόγων ἀπό τε τοῦ Χαλκιδέως καὶ Ἀλκιβιάδου. Id. 48. τῶν ἀπὸ Ἀλκιβιάδου πρασσομένων. Id. 68. ἀπ' ἀνδρῶν πολλῶν καὶ ξυνετῶν πραχθὲν τὸ ἔργον, in quibus locis quicumque senserit quam necessarium sit ὑπό, is eadem opera omnes eiusdemmodi errores confidenter ex caeteris removebit.

Diversa ratio est locorum, qualis est I. 10. ἀπὸ πάσης τῆς Ἑλλάδος πεμπόμενοι, ubi ὑπό depravaret sententiam, non enim dicit πᾶσα ἡ Ἑλλὰς ἔπεμψεν αὐτούς, sed *ex omni Graecia copias esse collectas.* Similiter VIII. 77. ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες qui dicuntur cap. 86. οἱ ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πρεσβευταί, ut nonnumquam dicitur πρεσβευτὴς ἀπό τινος, neque tetigerim IV. 73. οὐδὲν ἀφ' ἑκατέρων ἐπεχειρεῖτο, quia significat ἑκατέρωθεν, ut in πολλοὶ ἀφ' ἑκατέρων ἔπεσον et similibus. Eadem confusio saepe in verbis compositis occurrit v. c. ἀποφθέγγονται in libris est pro ὑποφθέγγονται, et ὑποςάς pro ἀποςάς 27, 46. et aliis locis. Optime Hemsterhusius in 10, 6, 3. pro ἀποσμυγέντες emendavit ὑποσμυγέντες.

Compendiolum ζ, quo ἀπό scribitur, simillimum est alteri cuidam, quo κατά designare tachygraphi solebant, vid. Bastium Tab. XI. 4. ἐν τῷ κατ' Ἀριςοκράτους et VI. 13. τῷ κατὰ παράληψιν σχήματι. hinc ἀπὸ et κατά inter se permutantur, non magno malo, si quis longo usu noverit ubi ἀπό requiratur, ubi κατά sit necessarium, eaque inter se salva Graecitate permutari non posse. Aliquem de saxo dare praecipitem dicitur ῥίπτειν, ὠθεῖν τινά, βάλλειν, ἀφιέναι τινὰ κατὰ πέτρας non ἀπὸ πέτρας. Itaque vitii manifestus est locus Luciani 15, 48. ἄφες αὐτὸν ἐπὶ κεφαλὴν ἀπὸ τῆς πέτρας, et § 49. ἀπὸ τῆς αὐτῆς πέτρας καὶ οὗτος, utrobique κατά emendandum esse, si forte dubitas, demonstrabit tibi § 50. οὐκοῦν καὶ οὗτος κατὰ τῶν πετρῶν. Similiter 30, 6. ἱερόσυλον ἰδὼν ἀπὸ τῆς πέτρας ῥιπτόμενον emenda κατά. Apud Strabonem in Menandri fragmento p. 452 corrige ῥῖψαι πέτρας κατὰ τηλεφανοῦς pro ἀπό, ut in Theognidis noto loco, quo saepe Lucianus utitur, vs. 176.

ῥίπτειν καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων,

et saepe apud alios. Simili modo peccatur in verbis compositis 27, 35. Codd. καταπεμφθείς et ἀποπεμφθείς habent et 54,

32. ἄπειμι et κάτειμι et 5, 10. κατέθηκαν et μεθῆκαν. nec dubitandum quin 72, 2. pro πανηγύριας ἀποδέξαι reliquorum exemplo καταδέξαι scripserit quicumque istius libelli pater est; hinc etiam stabiliri potest quod 14, 24. pro ἀποτοξεύσω reposui κατατοξεύσω.

Sigla, quae κατά significat, nonnumquam a tachygraphis distinguitur duobus punctis ab ea, qua ἀπό scribebatur. Vide eius figuram in Scholiis Luciani a Iacobitzio editis p. 73 et 259. ubi quae legere non potuerunt utcumque delinearunt. Lege p. 73. οὐδὲ τὴν περόνην εἰς κόρακα ἀνατείνων ἀλλὰ κατὰ τὸ ἔμπροσθεν συναγόμενος, et post pauca ὥπερ καὶ νῦν ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ πατρίκιοι κατὰ τοὺς ἐφεσίους χρηματισμοὺς εἰώθασι χρῆσθαι, et p. 259. τὸ μὲν γὰρ ἀσαφέςερον κατας ήσεται τὸν λόγον, παρόσον τοῦ πράγματός ἐςι σημαντικόν, et mox τοῦτο γάρ ἐςιν, ὡς καὶ φθάνομεν παραθέμενοι, et οὕτω γὰρ μετατιθέμενον εὑρίσκεται. Turpe est Codices describere velle, quum ne haec quidem tritissima expedire possis.

Interdum simili de causa ἀπό et ἐκ inter se confunduntur, ut novo exemplo apparet in 10, 19, 1. σὲ τοιγαροῦν, ὦ Δύσπαρι, οὐκ ἀφήσω ἀπὸ τῶν χειρῶν, non *a manibus* sed *e manibus*, ἐκ τῶν χειρῶν, dicendum est, ut 41, 14. οὐκ ἀνῆκεν ἐκ τῶν ὀνύχων, ubi requiro non *remisit*, sed *dimisit* ἀφῆκεν.

De παρά et περί millies confusis non est operae pretium dicere. Qua nota scribantur, quam simili, quam prope eadem, Bastius subiiciet oculis. Affatim est ubique exemplorum in scriptore quolibet, in quovis Codice, et in ipsa praepositione et in verbis compositis, adeo ut ubique sitne παρά an περί scribendum ex usu loquendi colligendum sit et singulorum locorum ratione, non ex librorum fide, quae futilis est in ea re et Punica. Est hoc quoque genus errorum perfacile ad deprehendendum, quoniam παρά et περί nihil habent inter se commune et tam perspicuo quam certo discrimine sunt ubique diremta, modo quis animum suum superstitione liberare possit et plus tribuat iudicio incorrupto sanaeque rationi quam homuncionum commentis ex negligentia et errore natis. Aliud est, opinor, παρακαθῆσθαι τῇ ἐρωμένῃ, aliud περικαθῆσθαι et tamen ea confundi vidimus. Aliud est obambulare παρὰ τὴν θάλασσαν, aliud περὶ τὴν θάλασσαν, scribis, ut vidimus, nihil

subolet. παράπλους et περίπλους, παραπλεῖν et περιπλεῖν satis diversa esse putes, scribae temere permiscent. Insulani quidam 27, 37. commemorantur λῃςεύοντες τοὺς παραπλέοντας, bona pars librorum περιπλέοντας nobis obtrudit. In *Hellenicis* I. vi. 2. ὅτε παρεδίδου ὁ Λύσανδρος τὰς ναῦς ἔλεγε τῷ Καλλικρατίδᾳ ὅτι θαλαττοκράτωρ τε παραδιδοίη καὶ ναυμαχίᾳ νενικηκώς. ὁ δὲ αὐτὸν ἐκέλευσεν ἐξ Ἐφέσου ἐν ἀριςερᾷ Σάμου παραπλεύσαντα, [οὗ ἦσαν αἱ τῶν Ἀθηναίων νῆες] ἐν Μιλήτῳ παραδοῦναι τὰς ναῦς καὶ ὁμολογήσειν θαλαττοκρατεῖν, qui situm locorum non ignorat reponet περιπλεύσαντα, praeterea θαλαττοκρατῶν corrige et expunge verba οὗ ἦσαν αἱ τῶν Ἀθηναίων νῆες, pueris fortasse necessaria, non iis quibus Xenophon haec scribebat. Thucydidi contra eadem de causa redde IV. 25. παραπλεύσαντες pro περιπλεύσαντες et IV. 56. παρέπλευσαν pro περιέπλευσαν. In eodem Xenophontis opere IV. v. 6. Agesilaus καθήμενος ἐπὶ τοῦ περὶ τὴν λίμνην κυκλοτεροῦς οἰκοδομήματος ἐθεώρει πολλὰ τὰ ἐξαγόμενα, ingens oportet fuisse aedificium, si περὶ τὴν λίμνην exstructum fuerit, at tu lege παρὰ τὴν λίμνην, et eodem modo ubicumque παρά necessarium esse intelliges περί refinge et contra. Tertia origo erroris est ubi π suprascripto ε expletur περι, quum nihil amplius quam πε scriba voluerit dare. Insigne exemplum huius rei est in Iamblichi *vita Pythagorae* § 258. προσποιούμενος μὲν ἐξητακέναι τὰ τῶν Πυθαγορείων ἀπόρρητα, περιπλακεὶς δὲ καὶ γεγραφὼς ἐξ ὧν μάλιςα αὐτοὺς ἤμελλε διαβάλλειν, absurdum est, ut vides, περιπλακείς, pro quo Codex *Mediceus* mihi obtulit πεπλακώς, in quo πε scriptum est, ut diximus, et ώς noto compendio. Alia exempla ex aliis ubi commodum erit expromam.

Quemadmodum παρά et περί passim confundi videbis, sic πρό et πρός, ἐκ et εἰς, ὑπό et ὑπέρ, ἐν et σύν, ἐπὶ et περί, δι et ἐξ in nullo non libro scripto editove negligenter permutari animadvertes, saepius correcto errore, saepe corrigendo. In his omnibus ubicumque aliena praepositio genuinam expulit Graecitati vulnus infligitur et in multis graviter et turpiter dicendi usus violatur aut locutionum Graecarum ingenio et naturae vis infertur. Parata igitur ubique medicina est si uti voles et audebis, spreta auctoritate testium, qui neque inter se neque sibimet ipsi satis constant. Quis ferat, ut hoc

utar, in Dionysio Halic. VIII. 18. φθάνει πρὶν ἐπιρραχθῆναι τὰς πύλας ἐκβιασάμενος εἰς τὸ τεῖχος pro εἰσβιασάμενος, aut III. 51. ἐκβεβληκότας εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν pro εἰσβεβληκότας? idem aequissimo animo, credo, feret in Athenaei Eubulo p. 36. c. εἰσπιόντες (κύλικα) pro ἐκπιόντες Porsoni. Ὑπέρ bis in Luciano pro ὑπό irrepsit cum sententiae exitio 17, 40. ὑπὲρ τοῦ μηδὲν χρήσιμον εἰδέναι et 20, 34, ὑπὲρ τοῦ μὴ πεπειρᾶσθαι ἄλλου ἀνδρός, utrumque locum occupavit emendare Bekkerus. Duo praepositionum paria addam quas permutari in libris videbis κατά et μετά, ἐν et ἐπί. Quae sit forma praepositionis κατά, quae minus oculato et incogitanter describenti speciem praepositionis μετά videatur referre Bastius ostendet in *Comment. Palaeogr.* p. 285. Cur ἐν videatur scriptum esse ubi ἐπί scriptum sit vel contra, aperiet tibi idem p. 742. Omnino utilissima sunt quae Bastius de omni hoc genere scripsit et verissima, adeo ut non meminerim me Bastium umquam in palaeographicis videre errantem. Diu et multum in his versatus certa et explorata sibi delibare solet ut errori non detur locus. Nihil in illo desiderarem si tantum ingenio quam arte valeret et sese ex sordibus et nugis Graeculorum aliquando expedire potuisset. Nunc totus in illis quisquiliis ineptissimorum hominum [1]) immersus non potuit erigere animum ad illorum emendationem, quorum causa etiam istos cognoscere non dedignamur: si quando in illis facit correctionis periculum perimbecilla solet parere, in istis solis sollers et felix, quos alto supercilio fastidiremus, nisi ad veterum intelligentiam et κρίσιν egregia subinde praesidia suppeditarent. Si quis critica facultate eximia praeditus et in Antiquorum crisi multum exercitatus Bastii praestantissimas observationes lectissimis exemplis veterum confirmare et ornare volet, is profecto hanc litterarum partem, quae nunc iacet et friget, quia a paucissimis cognoscitur, in clara luce ponet et ardentia multorum excitabit

---

1) Non credo umquam in terris magis nugatorium et futile fuisse hominum genus, quam qui Constantinopoli aut in monasteriis veteres interpretabantur. Fuit qui Herodotum et Thucydidem legens hanc quaestionem serio poneret: διὰ τί Θουκυδίδης ἔχων τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ θ η' (ὀκτώ) συνεγράψατο ἱστορίας, ὁ δὲ Ἡρόδοτος ἔχων ἀπὸ τοῦ η θ' (ἐννέα), quae Bastius tractavit p. 930.

studia, in quibus nunc ea facultas consopita est, aut qui sine duce in tenebris errantes incerta et caeca pariunt et multo labore et aerumnis frustra exantlatis id nimis saepe afferunt ὅπερ ἄρρητον ἄμεινον. Ubi quis aut ex codicum assidua lectione aut ex Bastii observationibus didicerit et oculis suis contemplatus sit, quam sint similes ac prope iidem litterarum ductus, quibus μετά et κατά saeculo XI, XII, XIII et serius etiam a Graecis tachygraphis scriberentur, idque in variarum scripturarum acervis passim apud scriptorem quemlibet viderit confirmari, quomodo quaeso dubitare et haerere poterit, si quando κατά apparebit, ubi non est controversia quin μετά requiratur vel contra? In Luciano 38, 45. fluctuant libri inter καθημέραν et μεθημέραν (nam sic scribae praepositiones solent cum suo nomine in scribendo coniungere, vid. Bastium p. 795), quae non possunt umquam confundi ab eo, qui quod scribat intelligit, nam hoc *interdiu* significat, illud *quotidie;* itaque ubi ita dicitur: *iuvenis postquam strenue per totum diem palaestrae et litteris operam dedit, sub vesperam cibum capit et* ἡδίους ὕπνους καθεύδει τοῖς μεθ' ἡμέραν καμάτοις ἐπηρεμῶν ἐπίφθονον, quid eo facias qui καθημέραν oscitanter supposuerit? Magnus erit Apollo, qui in iisdem verbis capere possit quid sit ἐπίφθονον: namque non esse *invidenda voluptate*, ut Interpreti visum est, non puto serio demonstrandum. ἐπὶ χρόνον vulgata lectio erat, quae ex novis codd. sic reficta est et quantocyus revocanda, ut egregius adolescens *brevem* somnum capere dicatur. Eadem de causa tam saepe κατ' ὀλίγον et μετ' ὀλίγον permiscentur, quamquam facile discerni possit utrum *paulatim* an *mox* sententia postulet, ut in *Timone* 5, 4. κατ' ὀλίγον Κρόνον σε ἀποφαίνουσι παρωσάμενοι τῆς τιμῆς, ubi ἀποφανοῦσιν a Struvio accipiendum et μετ' ὀλίγον scribendum esse apparet. 33, 7. εἴσει γὰρ κατ' ὀλίγον, imo vero *mox scies*, μετ' ὀλίγον, quod vidit Fritzsche. 66, 40. πάντα κατ' ὀλίγον ἀπορρεῖ, imo vero *brevi* post mortem, μετ' ὀλίγον. Eodem modo 25, 51, ὅταν τις ἀκροώμενος οἴηται ὁρᾶν τὰ λεγόμενα καὶ μετὰ τοῦτο ἐπαινῇ, quod Bekkerus praecepit κατὰ τοῦτο et vera est correctio et evidens, neque quisquam dubitabit 10. 2, 1. pro κατάσησον a Schaefero μετάσησον accipere.

Denique ἐν et ἐπί describentium socordia miscuit 9, 6, 2.

πολλὴν ἔχει τὴν διατριβὴν ὑπάγειν τοὺς ἵππους τῇ ζεύγλῃ καὶ τὸ ἅρμα ἐπισκευάζειν, namque ἐπισκευάζειν est *reficere*, requirimus *ornare* ἐνσκευάζειν. Eadem opera in *Hellenicis* VII. II. 18. ἀγοράσαντες δὲ καὶ ἐπισκευασάμενοι ὁπόσα ἐδύναντο ὑποζύγια emenda ἐνσκευασάμενοι, et in *Ecclesiaz.* 1147.

τὸ δεῖπνον αὐτοῖς ἐςὶν ἐσκευασμένον.

pro ἔς' ἐνεσκευασμένον. In *Nigrino* 3, 21. pro γελᾶν ἐν τοῖς γενομένοις optime HEMSTERHUSIUS ἐπὶ τοῖς restituit. 33, 9. codd. ἐν — ἐπί. 37, 14. ἐπὶ τῇ Ποικίλῃ διατρίψω ridiculum est pro ἐν. 45, 17. Codd. ἐν Ἰλίῳ — ἐπ' Ἰλίῳ, ut alibi confunduntur ἐν Δηλίῳ — ἐπὶ Δηλίῳ. 66, 17. βασκαίνειν ἐπὶ ταῖς κοιναῖς εὐτυχίαις, alii meliores ἐν ταῖς. Eadem opera corrige 65, 9. ἐπίπνοια pro ἔμπνοια, et 10, 29, 2. ἐν Τρωσὶ δικαςαῖς pro ἐπί, quia ἐπὶ δικαςοῦ saepe dicitur (inspice omnino 32, 57.) ἐπὶ δικαςῇ numquam. Quis nunc in *Hellenicis* VII. II. 8. οἱ μὲν ἐπὶ τὸ τεῖχος, οἱ δὲ καὶ ἔξωθεν ἔτι ἐπαναβαίνοντας ἐπὶ ταῖς κλίμαξιν ὄντας ἔπαιον, ferat ἐπὶ ταῖς κλίμαξιν pro ἐν ταῖς κλίμαξιν, praeterea rescribe ἔτι ἀναβαίνοντας, nam ΕΠ ex ΕΤΙ natum esse perspicuum est. In HERODOTO V. 53. pro ἐπ' ἡμέρῃ scribe ἐν ἡμέρῃ. THUCYD. IV. 55. τοῦ ἐπὶ τῇ νήσῳ πάθους lege ἐν τῇ νήσῳ. In ISOCRATIS *Plataico*. § 53. φιλοτιμεῖσθαι μὲν ἐπὶ τοῖς τῶν προγόνων ἔργοις, *Urbinas* male ἐν τοῖς, (recte omnes *de Pace* § 41). In eiusdem oratione πρὸς Καλλίμαχον § 9. καθίζων ἐπὶ τοῖς ἐργαςηρίοις scribendum ἐν τοῖς, ut in ARISTOPHANIS *Pluto* vs. 337.

καίτοι λόγος γ' ἦν νὴ τὸν Ἡρακλέα πολύς
ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων,

necessarium est ἐν τοῖσι κουρείοισι, quemadmodum in LYSIA XXX. 30. ἐν τοῖσι δικαςηρίοις, pro ἐπί est rescribendum. Recte in *Hellenicis* VII. I. 45. ὡς τῆς πολιτείας ἐσομένης ἐν τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις DINDORFIUS certam WEISKII correctionem recepit ἐπὶ τοῖς ἴσοις, ut in § 1 et 13. optime servatum est. Finem faciam in loco ridiculum in modum corrupto ubi ἐπί male irrepsit I. VII. 32. εἷς τῶν ςρατηγῶν ἐπὶ καταδύσης νεὼς σωθείς, namque ἐπί cum salute hominis conciliari non potest, qui ἀπὸ καταδύσης νεώς servari potuit, ἐπὶ καταδύσης νεώς necem non potuit effugere.

Habet hoc diligens observatio mendorum, quae librarii fun-

dere solent, ut si memineris quod malum quo remedio sanatum, quod vitium qua origine natum fuerit, parata sit certa medicina, si quando in idem vitium incideris. Insignis saepe est et mirifica errorum constantia et analogia peccandi, quam qui longo usu ex multis exemplis habet perspectam certas saepe emendationes ex depravatis scripturis nullo negotio eliciet et eadem opera infirmiores et meticulosos philologos confirmabit scrupulumque eximet, ne quid contra librorum fidem inconsultius moveatur, namque libris ipsis auctoribus haec emendata esse fatebuntur. Dedi iam passim huius rei specimina, quibus pauca quaedam adiiciam, usus lectionibus codicum Luciani ad eximenda vitia aut plane eadem, aut paene gemella, ex aliorum scriptis, in quibus sola vitiosa lectio supersit, quum in Lucianeis et novicia labes et vetus vera lectio una ad nos pervenerint. In Luciano legitur 2, 1. *βόρβορός τις παρὰ μικρὸν*, pars codicum *βάρβαρός τις*: eadem varietas est in *Vespis* vs. 259. Compone cum his fragmentum Sophoclis apud Pollucem IX. 49.

ϛενὴν δ' ἔδυμεν ψαλίδα κοὐκ ἀβάρβαρον.

et statim intelliges poëtae *ἀβόρβορον* esse reddendum. In *Timone* 5, 52. *οὐ καθαρῶς ἐλεύθερος οὐδ' ἀϛὸς ὤν*, in *Parisino* codice est *αὐτός* pro *ἀϛός*, eaque saepissime confunduntur. In *Oeconomicis*, quae inter libros Aristotelis circumferuntur, cap. IV. pessime vulgatur *μὴ εἶναι πολίτην ὃς ἂν μὴ ἐξ αὐτῶν ἀμφοτέρων ᾖ* pro *ἀϛῶν*. Turpissimum quod in hoc genere vidi apud Stobaeum est in *Eclog. Phys.* I. 38. in fragmento Moschionis vs. 27.

αὕτη δ' ἐπυργώσαντο καὶ περισκεπεῖς
ἔτευξαν οἴκους.

pro *ἄϛη δ' ἐπύργωσάν τε*, quod Valckenaerius emendavit. Quod Badhamus in praefat. ad Eurip. *Iphig. in Taur.* p. 9. corrigebat *μή σοι τύραννος λαμπρὸς ἐξ ἀϛοῦ φανῇ*, pro *ἐξ αὐτοῦ*, praeripuerat Pierson. in *Verisim.* p. 37. Apud Dionysium Halic. X. 1. *τούτων δὲ (τῶν δικαίων, iuris) τὰ μὲν πολλὰ τοῖς ἐπιτρόποις τῶν ἀρχόντων ἀριϛίνδην ἐπιδεικνυμένων ἀκόλουθα ἦν ἐπὶ τὰς ἀρχάς, κομιδῇ δὲ ὀλίγα τινὰ ἐν βίβλοις ἱεραῖς ἦν ἀποκείμενα, ἃ νόμων εἶχε δύναμιν, ὧν οἱ πατρίκιοι τὴν γνῶσιν εἶχον μόνοι διὰ τὰς ἐν αὐτῇ διατριβάς.* optime *Vaticanus ἐν ἄϛει*, praeterea emenda *τοῖς τρόποις* pro *ἐπιτρόποις* et *ἀποδεικνυμένων* pro *ἐπιδεικνυμένων* et expunge emblema *ἐπὶ τὰς ἀρχάς*.

In *Prometheo* 7, 7. in aliis est ὀψόμεθα μικρὸν ὕστερον, in antiquissimo B. εἰσόμεθα, quod receptum est. Affini errore in *Dialogis Mortuorum* 10, 23, 5. πῶς δὲ κἀκείνη προσήσεταί σε; pars Codicum προσόψεται exhibet. Hinc Herodoto subveniri potest graviter laboranti IV. 119. ἢν μέντοι ἐπίῃ καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέρην ἄρξῃ τε ἀδικέων καὶ ἡμεῖς οὐ πεισόμεθα, scriptum olim fuisse puto οὐ ποψόμεθα id est οὐ περιοψόμεθα, et nihil supererit difficultatis.

In *Charone* 12, 9. ἐλασείοντι ἐπὶ Λυδίαν ἔοικεν, optimus A. male ἐλάσοντι dedit, non infrequenti errore, ut in Thucydide VIII. 89. est ἀπαλλάξειν pro ἀπαλλαξείειν, quod perlucet e verbis Scholiastae ἀπαλλακτικῶς ἔχειν. vid. Piers. ad Moeridem p. 14. Illud ipsum verbum Xenophonti reddendum esse censeo in *Anabasi* VII. 1. 4. Ξενοφῶν δὲ εἶπεν αὐτῷ ὅτι ἀπαλλάξοιτο ἤδη ἀπὸ τῆς στρατιᾶς καὶ βούλοιτο ἀποπλεῖν, lege ἀπαλλαξείοι τε ἤδη κτέ.

In *Hermotimo* 20, 76. τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμαστάς τινας, ἡλίκα εὐδαιμονήσουσιν οἱ ἐς τὸ ἀκρότατον ἐλθόντες, verissima est Graevii emendatio ἡλίκα pro ἡνίκα, quod quamquam sensu vacuum est tamen omnes libros obsidet. Eadem labes Demosthenis locum infecit *de F. L.* p. 387, 16. οὐκ ἐδύνασθε κακῶς ἡνίκα ἐβούλεσθε ποιεῖν ἐκεῖνον, ubi ἡλίκα legendum, quod egregius *Parisinus* S frusta obtulit, et vel invitis libris omnibus erat restituendum.

In 25, 28. recte editur ὁρῶν Μαλχίωνα τὸν Σύρον σκάρους παμμεγέθεις ἀξίους ὠνούμενον, bene et Ἀττικιστί posuit Lucianus ἀξίους pro εὐώνους, ut apud Veteres constanter τίμιος et ἄξιος de rerum pretiis opponuntur. Graeculi quid esset ἀξίους non satis capiebant: itaque rodere hanc scripturam et interpolare coeperunt, stolide ut omnia. Eradunt ς ut ἀξίου esset *vili pretio*, eaque est lectio in Codd. G D E, caeteri ἀξίους servarunt. Multo etiam peius in simili re isti mulcarunt locum in libro *de puerorum educatione* in Plutarchi *Moralibus* p. 5 c. *Sunt*, inquit, *qui adulteria et libidinem morte venalem appetant*, φιλοσόφῳ δὲ ὁμιλήσαντες οὗτοι οὐ τοῖς ἴσοις (lege οὐ τοιούτοις ἴσως) πράγμασιν ἑαυτοὺς ἂν καταπειθεῖς παρέσχοντο, καὶ τό γε παράγγελμα τοῦ Διογένους ἔμαθον ἂν ὃς φορτικῶς μὲν τοῖς ῥήμασιν ἀληθῶς δὲ τοῖς πράγμασι παραινεῖ καί

φησιν· Εἴσελθε εἰς πορνεῖόν που, ἵνα μάθῃς ὅτι τῶν ἀναξίων τὰ τίμια οὐδὲν διαφέρει. Vel hic unus locus argumento esse poterat non esse PLUTARCHI hunc librum, a cuius moribus ista sapientia prorsus abhorret, sed extrema pars loci sensu vacua et prorsus absurda est, nisi quis forte capere potest quid sit: »*ut discas nihil res honestas ab indignis differre.* Lepida est WYTTENBACHII annotatio: *videtur praeceptum a quodam auctore discrte traditum ac per εὐθυρρημοσύνην gravitate oratoria involvere voluisse itaque perspicuitati obfuisse.* Sic nihil erit ad animos commovendos minus idoneum quam *oratoria gravitas.* Si interpretationem emendata lectio praecessisset, non fuisset aliud praeceptum ad intelligendum facilius. Emenda: εἴσελθε εἰς πορνεῖον, παῖ, ἵνα μάθῃς ὅτι τῶν ἀξίων τὰ τίμια οὐδὲν διαφέρει: τὰ τίμια sunt *quae magno constant*, quibus τὰ ἄξια opponuntur. Pro που legendum esse παῖ confirmabit DIOGENES LAËRTIUS VII. 88 et 89. ubi ἐπ' οἴκημα παιδίσκης olim putabant significare »*ad ancillae domum*", sed est idem quod DIOGENES uno verbo πορνεῖον appellat.

In *Rhetorum Praeceptore* 51, 12. αὐτοθάϊδα τὴν κωμικὴν μιμησάμενος, librarii concoquere non potuerunt αὐτοθάϊδα, (quod dictum est ut αὐτοβορέας, αὐτοηρακλῆς, alia) itaque plerique dederunt αὐτὸς θάϊδα: ad idem exemplum emendaverim PLATONIS *Menexenum* p. 245 D. αὐτοὶ Ἕλληνες οὐ μιξοβάρβαροι οἰκοῦμεν, ubi olim venuste αὐτοέλληνες scriptum fuisse arbitror.

In *Philopseude* 52, 34. οὐ καθαρῶς ἑλληνίζοντα libri omnes necessariam negationem omittunt, quam primus editor supplevit de suo, probantibus merito caeteris omnibus. Saepius quam credas librarii οὐ neglexerunt addere, ut in ISOCRATIS *Archidamo* § 33. in omnibus libris est διὰ πλεονεξίαν ποιούμεθα τὴν εἰρήνην, necessarium οὐ ποιούμεθα tandem unus *Urbinas* dedit. Similiter in *Antidosi* § 318 et aliis locis: quamobrem si quando οὐ deesse apparebit noli reformidare veterum membranarum auctoritatem, aut librorum omnium consensum revereri, sed quod opus est confidenter restitue. Dabo duo exempla: in PLATONIS *Phaedone* p. 59 C. τί δέ; Ἀρίστιππος καὶ Κλεόμβροτος παρεγένοντο; — οὐ δῆτα. ἐν Αἰγίνῃ γὰρ ἐλέγοντο εἶναι; et sana ratio docet et Graecae linguae ingenium emendandum esse οὐ παρε-

γένοντο; nam qui ita quaerit Echecrates miratur eos non nominari inter eos, qui Socrati morituro adfuissent, et οὐ δῆτα melius respondebitur si οὐ praecesserit. Quam vetus hoc mendum in Platonis Codicibus inoleverit apparet ex Demetrii libello περὶ ἑρμηνείας § 288. Goell., sed vera scriptura antiquius nihil est. In Herodoto VI. 52. τὴν δὲ οὐδὲ αὐτὴν φάναι διαγινώσκειν, εἰδυῖαν μὲν καὶ τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα, βουλομένην δέ, εἴκως ἀμφότεροι γενοίατο βασιλέες, locus ex impedito et inconcinno expeditus erit si suppleveris οὐ βουλομένην δέ, et sic εἴκως more Graecorum positum erit, quod nunc soloece ex βουλομένην videtur suspensum.

Addam unum tantum: in libro *de Calumnia* 59, 2. libri confundunt ἄρχεται et ἔρχεται pervulgato errore, qui tamen subinde lectores et editores impune ludificatur. In Dionysio Halic. I. 85. νῦν ἄρχομαι διηγησόμενος manifesto soloecum est pro ἔρχομαι, quod duo optimi libri suppeditant *Vaticanus* et *Chisianus*, sed sine libris ab unoquoque poterat corrigi. In re tam certa quam nota miror quomodo in Platonis *Ione* doctos homines turpis soloecismus fugerit p. 533 c. καὶ ὁρῶ, ὦ Ἴων, καὶ ἄρχομαί γέ σοι ἀποφαινόμενος ὅ μοι δοκεῖ τοῦτο εἶναι, nihil certius est quam legendum ἔρχομαί γέ σοι ἀποφανούμενος. Quamquam ἔρχομαι erat olim vulgata lectio tamen doctis nil suboluit. φαίνω et φανῶ, φαίνομαι et φανοῦμαι et similia omnia quam frequenter scribae permiscuerint saepe ostendimus, et novo exemplo hanc partem concludemus: ubicumque futurum ὀδυροῦμαι in veterum libris apparebat Graeculi ὀδύρομαι substituere solent, ut ἀγγέλλω pro ἀγγελῶ, ςέλλομαι pro ςελοῦμαι, alia, et in quibus etiam proclivior error est μένω, κρίνω, ἀμύνω caet. pro μενῶ, κρινῶ, ἀμυνῶ. In Luciano 10, 23, 2. μετ' ὀλίγον ὀδυρούμενον optimi libri vitiose ὀδυρόμενον. Peius etiam 13, 15. ad unum omnes servant τοῦ μὲν γελασομένου — τοῦ δὲ ὀδυρομένου, pro ὀδυρουμένου. Quis igitur in Isocrate πρὸς Καλλίμαχον. § 35. οἶμαι δ' αὐτὸν ὀδύρεσθαι τὴν πενίαν — καὶ λέξειν ὡς δεινὰ πείσεται, dubitabit ὀδυρεῖσθαι corrigere, et ubicumque in simile vitium incidet eodem remedio, quod saepissime profuit, de novo uti?

CAPUT X.

Venio nunc ad novum observationum genus, quod pertinet ad expellenda additamenta, interpretamenta et cuiuscumquemodi emblemata, quae correctores et lectores invitis scriptoribus obtrudere solent. Nullus scriptor Graecus aut Romanus non est passim istiusmodi mendis et maculis inquinatus et oppletus, quemadmodum nullus propemodum est liber scriptus, in quo non appareat illa annotandi, supplendi, corrigendi, interpretandi consuetudo, qua Veteres omnes inter legendum utebantur. Ut cuiusque animus lectione commovetur, ita in margine appingit καλῶς, ὡραῖον, φρονίμως, ἀςεῖον, aut aliquid huiusmodi quo lecta probet; nonnumquam et indignabundus obloquitur scriptori et quasi cum eo colloqueretur reponit aliquid vel cum convicio [1]), aut quod legit cum suis temporibus comparat et querelam apponit [2]), denique omnibus modis ut inter legendum animus affectus fuerit, paucis in margine adscribit. Alias toti sunt in interpretatione verborum et sententiarum, vocabulis antiquioribus et obsoletis adscribunt nova et nota, quibus praesens aetas uteretur; si quid obscurius scriptum videtur interpolando expediunt scilicet; si quid est arguta brevitate dictum, de suo supplent aliquid; si qua est ellipsis elegantior ita explere videbis, ut magistris videtur; si quod nomen, si qua res paulo minus nota commemoratur, paratum est interpretamentum. Denique ubi scriptura laborat incredibili audacia et temeritate grassantur et ὅ τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσ-

---

1) Euripides Oresten dicentem facit in cognomine Tragoedia vs. 547.

ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν.

in Codice quodam additur:

ἄνευ δὲ μητρὸς πῶς, κάθαρμ' Εὐριπίδη;

et saepe monachi Julianum et Lucianum conviciis insectantur: non rara sunt ὦ κατάρατε, ὦ κάθαρμα, ὦ ἀλιτήριε, ὦ μιαρέ, ὦ γόης, ὦ μάταιε, ὦ κύον, quibus piae animae in secus sentientes debacchantur. Sic in Scholio, quod Editor legere non potuit sed utcumque ductus litterarum delineavit p. 217, legitur: κύον, πῶς σολοικίζων νῦν οὐκ ἔγνως τὸν κορυφαιότατον προφέρων;

2) Sic monachus in Scholio ad Lucianum p. 94. monachorum suae aetatis et episcoporum mores perstringit. In Ciceronis loco *de Legibus* III. 3, 7. *coelibes esse prohibento*, miseri monachi adscribunt: *optima lex.*

σαν ἔλθῃ confidenter videbis reponentes, addunt, demunt quodlibet et interpolant et vitiant arbitratu suo quidquid iis non satis bene aut commode dictum videtur. Si quid iis absurdum videtur annotant ἀλογία, quod vocabulum in Aristide cum verbo σοφίζεται ita coniunctum est, ut σοφία λογίζεται nasceretur. Vide Canteri *Syntagma de ratione emendandi* p. 49. In Dionysio Halic. I. 14. pro οἰκοφθορηθεῖσαι in nonnullis libris est οἰκοφθοβάρρων ῥηθεῖσαι, unde natae sunt scripturae οἰκοφθόρων βαρυθεῖσαι, οἰκοφθόρων βαρηθεῖσαι et Reiskianum οἰκοφθόρων μαρανθεῖσαι. Has turbas innoxius M. Terentius Varro dedit, qui laudatus in sequenti versu et in margine de more notatus inter οἰκοφθο — et ῥηθεῖσαι incommodam et indecoram sedem occupavit; et magna est talium copia. Malum hoc in libris crescebat in diem, et ut quisque est recentissimus ita mendosissimus esse solet, sed nullus est scriptus liber tam vetus, tam bonus, quin eandem labem olim senserit, quam videmus in sequioribus semper gliscentem. Hoc ipsum autem est certissimum interpolationis indicium, quum libri antiquiores cum recentioribus compositi manifestam fraudem faciunt et additamenta insulsa et puerilia sequiorum temporum omittendo arguunt. Quam multa emblemata Codex Demosthenis *Parisinus* S, quot interpolationes arguit solus? quam multa Isocratis *Urbinas* aut Dionysii Halic. liber *Vaticanus?* At plurimum abest, ut ipsi sint sine vitiis eiusdemmodi: optimus ille est, qui minimis urgetur: hoc habent, ut emblemata indagare et odorari et certis vestigiis deprehendere et deprehensa tollere doceant et animos addant iis, qui ineptias concoquere non possint. Palam faciunt quemadmodum ista additamenta oriantur, qua sede libentius haereant, ut sese insinuent et clanculum irrepant, et magna copia locorum emendatorum acuto et sagaci Critico notas quasdam et indicia tenuissima sed certa monstrat, quibus teneat fraudem et sciolos convincat. Docti homines nimium patienter pleraque ista ferre solent: quod frigidum et insulsum est verbis mitigant, etiam alibi non dissimilia legi contendunt, et omnibus modis in praeclarissimo quoque scriptore elevant et excusant, quae in suis quisque scriptis numquam tulissent, aut inepte repetita aut pueriliter explicata. Ut sunt *cuiusque Graeci* scriptoris Codices antiquitate et fide multum

inter se diversi, ita hoc quoque in genere alia aliorum conditio est: in aliis plurima emblemata sunt, in aliis aliquanto pauciora. In Isocrate post *Urbinatem* pauca supersunt, in Demosthene post *Parisinum* S sat multa, in Aeschine plurima. Herodotus paucis inquinatur, in Xenophonte complura sunt, Thucydidem perquam multa deformant. Plato compluscula habet, Lysias, quamquam depravatissimus ex uno deterrimo Codice depromptus est, perpauca tantum. In Luciano satis magna copia est emblematum, in quibus sunt insulsissima quaedam. Multi multa iam sustulerunt, meliores libri plura damnarunt, novissimus omnium Bekkerus quaedam expulit, ipse in superioribus nonnulla iam indicavi, nunc plura colligam. Praemittam pauca quaedam ex Classicis, deinde quid Luciani Codices boni afferant exemplis compluscullis ostendam, et sic confirmatus caeteras fraudes et fallacias scribarum retegam. Sophoclis fragmentum legitur apud Athen. III. p. 76 c. Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένῃς γάμῳ τροπικῶς τῷ τοῦ δένδρου ὀνόματι τὸν καρπὸν ἐκάλεσεν εἰπών·

πέπων ἐρινὸς * * ἀχρεῖος ὤν
ἐς βρῶσιν ἄλλους ἐξερινάζεις λόγῳ,

in quo loco nihil excidit, sed contra pessime interpolatum est ἀχρεῖος, a nescio quo olim superscriptum ad explicandum quo sensu πέπων ἐρινός dictum esset. Poëta dederat πέπων ἐρινὸς ὤν || Ἐς βρῶσιν ἄλλους ἐξερινάζεις λόγῳ, id est φαῦλος ὢν ἄλλους ἐκφαυλίζεις, ad quam ipsam analogiam verbum ἐξερινάζειν Sophocles finxit. In splendido carmine Euripideo apud Porphyr. *de Abstin.* IV § 19. pro

Φοινικογενοῦς τέκνον Εὐρώπης
καὶ τοῦ μεγάλου Ζηνὸς, ἀνάσσων
Κρήτης ἑκατομπτολιέθρου.

circumfertur apud omnes insulsum emblema et sic editur

Φοινικογενοῦς [παῖ τῆς Τυρίας]
τέκνον Εὐρώπης κτέ.

In *Hellenicis* IV. v. 37. Cliteles Corinthius sic verba facere incipit: ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἴσως ἀντιλέγεται, τίνες ἦσαν οἱ ἄρξαντες ἀδικεῖν, multis saeculis post mortem Xenophontis adscripta sunt verba τίνες ἦσαν οἱ ἄρξαντες ἀδικεῖν. Si dixero inepte abundare nihil agam, et multis molis id

eludi solet, at cogita quid ταῦτα significet, quod digito monstrat quae praecedunt § 36. διέθει θόρυβος (lege θροῦς ut § 35.) ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Clamant alii δικαίως βοηθῆσαι, οἱ δὲ ἀδικεῖν. interea prodit Cliteles et ab hac ipsa dissensione orditur: ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἀντιλέγεται, inquit: ecquis erat in concione docendus, quid esset de quo dissentiretur. Absurdum est, opinor, ita dicere. Sed pertinacius agunt viri docti et multa saepe nobis supervacua videri dictitant, quae tamen dicta et scripta sint certa fide: sed manifesta sermonis vitia fraudem patefaciunt: non ἦσαν sed εἰσίν dictum tum oportuit, non τίνες, sed πότεροι, et ἄρχω ἀδικεῖν quis serio Xenophonti imputabit? Non minus manifesta emblemata sunt I. v. 13. [ἀπελογήθη ὡς], pro quo Atticus ἀπελογήσατο dixisset, I. vi. 15. [ὅπως μὴ ἐκεῖσε φύγῃ], II. iv. 13. [οὗτοι δὴ οἱ τριάκοντα], IV. v. 5. οἱ δ' ἐν τῷ Ἡραίῳ [καταπεφευγότες], VII. i. 31. [οὗ δὴ καὶ ἀπόγονος λέγεται]. In eodem opere emblema natum est, ut saepe fit, ex depravata lectione, qua correcta ultro excidit II. ii. 20. οὐκ ἔφασαν πόλιν ἀνδραποδιεῖν μέγα ἀγαθὸν εἰργασμένην ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις γενομένοις τῇ Ἑλλάδι, emenda μέγα ἀγαθὸν — γενομένην τῇ Ἑλλάδι et εἰργασμένην eo redibit, unde male pedem intulit. Alio loco factum est ut interpolator turpiter erraret et incredibilem errorem Xenophonti affingeret II. ii. 13. οἱ δ' ἐπεὶ ἦσαν ἐν Σελλασίᾳ πλησίον τῆς Λακωνικῆς, viri docti admonent Sellasiam in ipsa Laconica sitam et expungunt πλησίον, at Σελλασία tam notum et nomen et locus est, ut Σελλασία τῆς Λακωνικῆς tam putidum sit et puerile ac si quis Ἐλευσίς vel Μαραθὼν τῆς Ἀττικῆς in simili re dicere voluisset: πλησίον τῆς Λακωνικῆς debetur sciolo, qui illis temporibus *Hellenica* interpolavit, quum nemo sciret ubi terrarum olim Sellasia sita fuisset. Ut locus non uno nomine notus et nobilis etiam notior fiat emendabo locum Polyaeni III. 11. 6. Χαβρίας εἰς Ἑλλάδα τῆς Λακωνικῆς ἐμβαλὼν νυκτὸς τὸν ποταμὸν διαβὰς λείαν πολλὴν λαβὼν τὴν μὲν ὑπὲρ τὸν ποταμὸν εἰς τὴν Φιλίαν ἀπεπέμψατο. ad hunc nuntium Spartani advolant καὶ σπουδῇ δραμόντες διακόσια ϛάδια incomposito agmine fessi ab integris funduntur et fugantur. Pro εἰς Ἑλλάδα Casaubonus festinans εἰς Ἕλος correxit, quod festinans Coraes recepit. *Subridebit qui* haec gnarus locorum releget. Scribe εἰς Σελλα-

σίαν τῆς Λακωνικῆς, quod vivo Polyaeno recte addebatur, et nota Sellasiam ad fluvium (Οἰνοῦντα) sitam ducentis ab Urbe stadiis distare.

Apud Thucydidem, ut diximus, magna est emblematum frequentia, de quo numero nunc duo delibabo. Libro VIII. cap. 37. editur: ξυνθῆκαι Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς βασιλέα Δαρεῖον καὶ τοὺς παῖδας τοῦ (lege τοὺς) βασιλέως καὶ Τισσαφέρνην σπονδὰς εἶναι καὶ φιλίαν κατὰ τάδε: qui hunc locum volet intelligere Ξυνθῆκαι in margine adscribito (ut passim in Thucydidis codicibus δημηγορία, ἐπιστολή, et similia, in margine adscribi solent, si qua concio aut epistola historiae inseritur) et Thucydidi relinquito Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμμάχων κτέ. Alterum est VI. 30. ἐν τῷ παρόντι καιρῷ ὡς ἤδη ἔμελλον μετὰ κινδύνων ἀλλήλους ἀπολιπεῖν μᾶλλον αὐτοὺς ἐσήει τὰ δεινὰ ἢ ὅτε ἐψηφίζοντο πλεῖν, aliena manus adpinxit ἢ ὅτε ἐψηφίζοντο πλεῖν, ut μᾶλλον explicaretur. Non tantum insipidum et inficetum hoc additamentum est, sed etiam rerum fidem et sententiam scriptoris violat, namque si istiusmodi quid ad μᾶλλον adiicitur utroque tempore solliciti fuisse intelligentur, et auctas tantum fuisse curas, quibus iam tum angerentur quum tantam rem susciperent. Contra μᾶλλον elliptice positum id significat, quum expeditionem iuberent sine cura fuisse, nunc quum res agi coepta esset, aliquam sollicitudinem subire animos, non magnam illam quidem sed aliquam tamen, si cum illa veteri confidentia conferretur, qua bellum in comitiis iussissent. Saepe μᾶλλον apud Thucydidem sic ponitur vid. I. 3. μᾶλλον καλεῖσθαι Ἕλληνας, quum antea illud nomen negaverit in usu fuisse, vel VIII. 71. ἐκείνου μᾶλλον ἤδη προσδεχομένου, quod de eo dicitur qui paulo ante οὐδὲν ξυμβατικὸν ἀπεκρίνατο, et sic saepius. Prorsus simile emblema irrepserat in Aeschinis *Ctesiphonteam* § 179. οὔκουν ἄτοπον τὰς μὲν δωρεὰς νῦν πλείους εἶναι τὰ δὲ πράγματα τῆς πολέως τότε μᾶλλον [ἢ νῦν] ἰσχύειν, ubi quatuor optimi libri ἢ νῦν omittunt. At Xenophonti nullus liber opitulatur in *Anabasi* VI. 1. 17. ὡς δὲ τῆς Ἑλλάδος ἐδόκουν ἐγγὺς γίγνεσθαι ἤδη μᾶλλον [ἢ πρόσθεν] εἰσήει αὐτοὺς ὅπως ἂν καὶ ἔχοντές τι οἴκαδε ἀφίκωνται, ubi ἢ πρόσθεν spuria sunt. *Nova* haec cura subibat animos. Multa de genere hoc emblemata et ex aliis et ex Thucydide Dobraeus eiecit, de quo

summo critico tam docto quam sagaci lepidum est audire Poppo-nem (in Praefat. ad *Commentt. in* Thucyd. part. III. p. XI.) serio dicentem: »*Dobraei in notis in Thucydidem coniecturae ut in ceteris eiusdem hominis eruditi adversariis pleraeque et audacissimae et inutilissimae sunt*" atque haec de Criticorum principe dicit Poppo, qui criticus est talis, qualem dicere nolo.

In Isocratis *Panathenaico* § 59. pro ἐντὸς Ἅλυος in omnibus libris praeter unum *Urbinatem* est ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ, quod nemo umquam revocabit. Eiusdem generis emblema est in *Hellenicis* IV. III. 8. πρὶν ἐν [τῷ ὄρει] τῷ Ναρθακίῳ ἐγένοντο. Turpius etiam in Thucydide III. 16. οἱ ἐπὶ τῇ Αἴτνῃ [τῷ ὄρει] οἰκοῦσιν, ὅπερ μέγιςόν ἐςιν ὄρος ἐν τῇ Σικελίᾳ. Saepe quod eleganter et venuste et εὐφήμως erat dictum, isti prorsus corrumpunt id ipsum addentes quod scriptor maluerat significare quam dicere. In Isocratis *Antidosi* § 288. venuste dictum erat τοῖς λυομένοις εἴκοσι καὶ τριάκοντα μνῶν τὰς μελλούσας καὶ τὸν ἄλλον οἶκον συναναιρήσειν, perdiderunt omnia, qui τοῖς λυομένοις τὰς ἑταίρας invexerunt. Similiter in *Panegyrico* § 138. ὅταν τὰ τῶν βαρβάρων καταςῇ καὶ διὰ μιᾶς γένηται γνώμης, ἡμεῖς δὲ πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ νῦν πολεμικῶς ἔχωμεν, periit lepor loci ex quo aliena manus πολεμικῶς inseruit. Aeschines *in Timarchum* § 182. εὐφήμως dixerat: ἀνὴρ εἷς (lege τις) τῶν πολιτῶν εὑρὼν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα τὴν ἡλικίαν οὐ καλῶς διαφυλάξασαν μέχρι γάμου, nescio quis pessime interpolavit, ut hodie legatur θυγατέρα διεφθαρμένην καὶ τὴν ἡλικίαν. Iniuriam insignem scribae Ciceroni fecerunt actione I. *in Verrem*, cap. XI. § 33. *Nunc quoniam pugnare contra me instituisti non tam ex tua natura quam ex istius tempore et causa* [malitiose], *necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere*, non est hoc scriptum ex Ciceronis natura et ingenio, qui omisso maledicto *malitiose* idem dixit, ut se decebat. Dixerat Isocrates in *Antidosi* § 71. παραινῶ τῷ Νικοκλεῖ μὴ ῥᾳθυμεῖν μηδ' ὥσπερ ἱερωσύνην εἰληφότα τὴν βασιλείαν οὕτω τὴν γνώμην ἔχειν, in omnibus Codd. praeter unum optimum ἀμελῶς irrepsit post βασιλείαν. In Luciano plane eadem interpolatio deprehensa olim a me est in *Parasito* 48, 52. ὁ παράσιτος οὕτως ἔχει πρὸς ἀργύριον ὡς οὐκ ἄν τις οὐδὲ πρὸς τὰς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφῖδας (ἀμελῶς) ἔχοι. plures indicabo ubi praemisero locos, quibus

integriores libri opem tulerint, unde unusquisque a falsariis ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensis sibi cavere discat. In *Dial. Mort.* 10, 20, 6. μέτει τὴν σαυτοῦ τέχνην in antiquis Codicibus ΜΕΤΘΙΤΗΝ in ΜΕΓΙCΤΗΝ abierat, itaque nunc in plerisque legitur μεγίςην ἀσκεῖς τὴν σαυτοῦ τέχνην: viden' unde ἀσκεῖς natum sit? 11, 15. τὸν μεταίτην Ἶρον, recte exulat μεταίτην ex optimis, et est vocabulum postremae aetatis. Plane eiusdemmodi emblema est 66, 24. οἱ δὲ νῦν πλούσιοι πρὸς ἐμὲ Ἶροι δηλαδὴ ἅπαντες, Codd. Ἶροι καὶ πτωχοί, alii Ἶροι καὶ προσαῖται, unus A verum servavit. In 16, 22. in Codd. ad ἐτελέσθης γάρ adduntur τὰ ἐλευσίνια δηλονότι et δηλονότι, τὰ ἐλευσίνια, tritum est in istis δηλονότι, quod quia scribitur δη saepe in δή abiit. 10, 10, 6. εἴποτέ σε ἡ πόλις ἀνεκήρυξεν in multis additur εὐεργέτην δηλονότι vel δῆλον ὅτι. 16, 21. τὰ πορθμεῖα ἀπόδοτε. παρὰ πάντων ἤδη ἔχω. δὸς καὶ σὺ τὸν ὀβολόν, in optimis emblema est παρὰ πάντων ἤδη τὸν ὀβολὸν ἔχω. 18, 5. Κλεοπάτρᾳ τῇ πάνυ. Cod. M. βασιλίδι τῇ πάνυ. F. τῇ βασιλίδι πάνυ. Emblemata ex margine recepta mutare locum solent et incerta sede volitare. Affine est 45, 9. τὸ ἄχρι τοῦ λουτροῦ αἰῶνα μέγιςον ἐτιθέμην, ubi alii μέγιςον alii μήκιςον habent, verum est utroque abiecto αἰῶνα ἐτιθέμην. 46, 16. ὅπου γε καὶ ὁρᾶν αὐτὰ ἔργον ἦν in multis est ἔργον δυσχερὲς ἦν. Similiter 73, 12. boni Codices habent additamentum τὰς φιλοσοφίας, quod optime abest a caeteris. In *Nigrino* 3, 10. in omnibus est ἕτοιμός εἰμι, Lucianus more Attico dederat ἕτοιμος, quod ex uno B apparuit. Frequens emblema apparet 19, 12. Ναί, φησί τις, ἀλλὰ νῦν ἑκάςου καιρὸς ἴδιος ὑφ' ἡμῶν ἀποδέδεικται, τάχα ἂν εἴποι τις, multi boni libri omittunt τάχα ἂν εἴποι τις, rectissime, sed qui ista adscripsit in suo Codice legebat: Ναί, ἀλλὰ νῦν idque revocandum expunctis φησί τις. Si quando emblema cum reliqua oratione non satis bene componitur, pergunt errare et per vim accommodant, ut in caeteris vitiis facere solent; χειραγωγῶν 45, 10. ubi in χεῖρας ὀρέγων depravatum est, quod sequebatur τὸν Θεσμόπολιν ἐπερειδόμενον sine ulla religione refinxerunt in αὐτῷ ἐπερειδομένῳ. Sic 17, 15. quum ποιούμενοι irrepsisset, τιθέμενοι in τιθέμενον abiit. Interea sententia disperit, τοῖς δ' οὐδὲν μέλει, quod imprimis illorum causa dolendum est, qui ista omnia aegra et absurda tamen interpretantur. In

Veris Historiis 27, 18. placuit lectori iocus τῶν δὲ ϛωϊκῶν οὐδεὶς παρῆν, ἔτι γὰρ ἐλέγοντο ἀναβαίνειν τὸν τῆς ἀρετῆς ὄρθιον λόφον, itaque adscripsit in Cod. F. ἀϛεῖον, quod feliciter non est receptum. At in Galeni loco, quem affert Bakius *de Posidonio Rhodio* p. 201. aliter evenit: verba sunt συγγνώμη γὰρ ἀνθρώπῳ γε ὄντι καὶ ἁμαρτάνοντι ὡραῖον τι. Multum se cruciat Wyttenbachius p. 283. sed nihil extundit. Galenus dixerat συγγνώμη γὰρ ἀνθρώπῳ γε ὄντι ἁμαρτάνοντί τι, placuit Graeculo dictum et adscripsit ὡραῖον. Verissime Badham ad Eurip. *Helenam* vs. 1059. »ὡραῖον *sexcenties in Codicum marginibus a scribis appictum reperias, ubi aliquid pulchre dictum iudicabant*" nota esse solet litera ω, quam mediam ρ transit.

Transeo nunc ad illos Luciani locos eundem in modum aut etiam peius interpolatos, ubi in Codd. nihil est praesidii, sed sana mens et iudicium rectum et ἡ τῶν καλῶν καὶ τῶν μὴ καλῶν καὶ πρεπόντων διάγνωσις et interior Graecitatis intelligentia Codicum vicem optime explere possunt, si quis scriptorem, quem tamquam digitos suos noverit, ita legerit, ut de Hemsterhusio Ruhnkenius scribit »*difficilis, suspicax, semper verens ne quid sibi fallaciae vel a librario vel ab interpolatore struatur.*" Et sunt quaedam huiusmodi, ut non sit ad fraudem indagandam Hemsterhusio opus vel Bentleio vel Porsono, quale est 15, 51. καίτοι γελοῖός γ' εἰμὶ ἀναγκάζων ἰχθὺν λαλεῖν [ἄφωνοι γὰρ αὐτοί], aut 32, 14. φέρων ἅμα καὶ τὸν ἀρτιγέννητον Ἀσκληπιὸν δὶς τεχθέντα [ὅτε ἄλλοι ἅπαξ τίκτονται ἄνθρωποι], ubi poterant confidenter dicere non *alios* homines, qui male Deo opponuntur, sed homines ad unum omnes non saepius quam semel nasci solere. Incredibilis est Graeculorum istius aetatis stupor. Notum est Scholion ad Thucydidem I. 2. τὴν Ἀττικὴν ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί, ne errarent pueri magister admonet: τῷ γένει δηλονότι, οὐ γὰρ ἦσαν ἀθάνατοι: huiusmodi tamen homunciones Thucydidem interpretabantur. In sequenti libro 33, 36. editur ἑρμηνείαν δὲ νῦν τὴν σαφήνειαν τῶν σχημάτων λέγω, corrige λέγει, pervulgato errore ex λέ γ' vel λ ι' nato. Dicuntur haec *de* Luciano non *ab ipso* et in marginem ablegandа sunt.

In Amoribus 38, 20. κατὰ πετρῶν δὲ, φασὶν, [ἀγόνων] σπεί-

ραντες, ita demum retineri poterit ἀγόνων, si quas alias πέτρας γονίμους esse constabit. Nota sunt proverbia κατὰ λίθων σπείρειν, κατὰ πετρῶν σπείρειν, κατὰ θάλασσαν σπείρειν, αἰγιαλὸν ἀροῦν, quibus quis umquam ἀγόνων, vel ἄγονον, adiiciat praeter Graeculos? 58, 30. legitur τὸ τῆς κυνὸς, ἣ οὔτε αὐτὴ τῶν κριθῶν ἐσθίει οὔτε τῷ ἵππῳ [δυναμένῳ φαγεῖν] ἐπιτρέπει. 69, 13. ἐνίοις δὲ καὶ ἡ δουλεία βαρὺ καὶ [ὥσπερ οὖν ἐςίν] ἀφόρητον ἐφαίνετο, recte ille quidem iudicat quisquis est, sed non ut eius verba Lucianeis misceantur. 70, 38. ἀναμνήσθητι τὸν Ἰξίονα, ὃς [ἀξιωθεὶς] κοινῆς τραπέζης ἀξίωμα ἴσον ἔχων ὑμῖν, ne dubites expungere inspice Euripidis *Oresten* vs. 9. In haec omnia digitum intendisse satis est. Mirifice arridet quod me Hirschicius meus admonuit 10, 13, 4. ubi vapulat Aristoteles, monachum nescio quem aut Graeculum adscripsisse ἐμὲ μόνον ἔασον τὰ Ἀριςοτέλους εἰδέναι, quae verbo nunc satis absurde ab eo dicuntur, qui omnibus opprobriis Aristotelem palam insectatur. Videbis etiam alibi Graeculos Aristotelem et caeteros philosophos ab Luciani iocis et dicteriis vindicantes. Insigne huius rei exemplum est in scholiis p. 91. ubi iratus Graeculus Lucianum castigat Stoicorum spinas et τὸ σύμβαμα καὶ τὸ παρασύμβαμα suaviter ridentem. ἀλλ' ἐπιτριβείης, ὦ κατάρατε, inquit, πάντα γελοίως ὑπὸ τὴν γλῶτταν ςρέφων καὶ τὰ σοφὰ πάντα τοῖς παιγνιώδεσι παραβάλλων, deinde ea addit quae ne Stoicus quidem sine nausea legat. In 4, 8. eiice λάλον ὄρνεον. 5, 4. [ἀκόλουθα] τῆς ῥᾳθυμίας τἀπίχειρα κομίζει. 5. 33, οἵαν με οὖσαν ἀπολείψει [ἀγαθὴν] σύνεργον, et simillima 8, 4, 4. et 66, 13. illic οἷος εἶ σύ [οὕτω καλός], hic οἷον ἂν [ὡς εὐδαίμονα] βίον ἐπεβίωσα: deinde 5 § 56 et 57. μάλιςα (adde μὲν) εἰς τὴν θάλατταν ἐμβαλεῖς αὐτὸν — εἰ δὲ μὴ [τοῦτο βούλει]: 9, 2, 4. auctore Hemsterhusio tandem expellantur [τὸ σώζειν αὐτοὺς καὶ ἀπολλύναι] et 10, 6, 2. [πολλάκις ἐκφέρει]. In 9, 13, 1. καὶ διὰ τοῦτο παρεῖχεν [ἑαυτήν]. Notum est in re amatoria παρέχειν *morigerari*, omisso pronomine, ut 67, 5, 4. πάρεχε γοῦν. Praeterea παρέχειν dicitur qui medico corpus praebet secandum vel urendum vel qualibet medicina curandum, cuius rei egregia exempla e Platone collegit Heusdius in *Specim. Crit. in Platonem* p. 91. nonnumquam τὸ σῶμα additur, ut in *Nubibus* vs. 440.

τουτὶ τό γ' ἐμὸν σῶμ' αὐτοῖσιν
παρέχω τύπτειν, πεινῆν, διψῆν.

ubi emenda *τουτὶ τοὐμὸν σῶμ'*, nisi quis perspicere poterit quid sibi *γε* velit. Constans veterum usus est in talibus verbo *παρέχειν* subiicere activam verbi formam: *παρέχω τέμνειν, παίειν, τύπτειν, πατεῖν*, similia. Graviter igitur erravit Lucianus 18, 1. *πόσοι Μίδαι μετέπεισαν αὐτὸν μονονουχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχοντα παρέχειν ἑαυτὸν ἕλκεσθαι καὶ σύρεσθαι*; sequiores saepius ita peccant, et Lucianus ipse alibi, veteres numquam. In 10, 15, 1. *ἀγεννῆ τινὰ Φρύγα* [*δειλόν*], et mox *τὸν Πηλέως δὲ* [*υἱόν*], et 10, 26, 1. *οὐχ ἡδὺ ἦν* [*ζῶντα*] *ὁρᾶν τὸ φῶς*, 15, 33 *ἤν τινα τῶν μεμυημένων ἰδὼν* [*ἐξαγορεύοντα*] *ταῖν θεαῖν* (scribe *τοῖν θεοῖν*) *τἀπόρρητα* [*καὶ*] *ἐξορχούμενον ἀγανακτήσω*, qui elegantius loquebantur, dicebant *τὰ μυςήρια, τἀπόρρητα ἐξορχεῖσθαι* pro *ἐξαγορεύειν*, ut ipse Lucianus docet 38, 15. *ἐκεῖνο δὲ πάντες ἀκούουσιν ὅτι τοὺς ἐξαγορεύοντας τὰ μυςήρια ἐξορχεῖσθαι λέγουσιν οἱ πολλοί*, quis igitur ista coniungat? 15, 43. *ἀνέρπουσι βομβηδὸν νὴ Δία καὶ βοτρυδὸν* [*ἐσμοῦ δίκην*] *ἵνα* [*καὶ*] *καθ' Ὅμηρον εἴπω*, distingi non possunt *βοτρυδὸν, ἵνα καθ' Ὅμηρον εἴπω*. 16, 22. *τὸ τριβώνιον* [*πρότερον*] *τέως ἄμορφον εἶναί μοι δοκοῦν*, nam *τέως* significat *πρότερον*. 17, 7. *εἶτ' ἔλαβον ἄμφω* [*γηράσαντες*] *ἔξωροι γενόμενοι καὶ οὗτος τοῦ ἐρᾶν κἀκεῖνος τοῦ μεταδιδόναι*, corrupit interpolator dicti venustatem, et § 25. *ὧν μὲν γὰρ* [*ἕνεκα τῶν μαθημάτων*] *ἐπιθυμεῖν φήσας παρείληφέ σε ὀλίγον αὐτῷ μέλει*, nisi illa expungentur non constabit sententia loci. In 18, 2. *σὺ ταῦτα πρός με* [*ὁ Σαβῖνος*] *ἤδη λέγεις* non opus erat Sabinum commonefacere, quis esset. 20, 13. *εὖ γε νὴ τὸν Ἑρμῆν* [*ὦ Ἑρμότιμε*] *αὐτόν, οὗ ἐπώνυμος ὢν τυγχάνεις*, quam inepte interpositum hoc est! praeterea *νὴ τὸν Ἑρμῆν αὐτόν* non possunt dirimi. In 20, 76. *λήθη τις ἔςω αὐτῶν ὥσπερ τῶν πρὸ Εὐκλείδου* [*ἄρχοντος πραχθέντων*], proverbialis haec locutio est, ubi breviloquentia venusta est et ex rei natura sequitur; nihil addiderunt 16, 5. *τί γάρ με δεῖ πράγματα ἔχειν τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἐξετάζουσαν*; In 26, 7. *ἄφθονον ἦν τὸ ῥεῦμα καὶ πολὺ ὥςε ἐνιαχοῦ καὶ ναυσίπορον εἶναι* [*δύνασθαι*], perspicua res est. In 27, 22, *ἐνέςη* [*ὁ ἀγὼν*] *τὰ παρ' αὐτοῖς θανατούσια*, interpolatio manifesta minuit loci leporem. In 29, 28. *πάθος ἁπάντων* [*παθῶν τὸ*] *δυσαλωτότατον*,

non aliter solent. Ibid. § 26. οὕτωσὶ μὲν [ἁπλῶς] ἀκοῦσαι, ut saepe apud Demosthenem et Platonem legitur ὡς οὕτω γ' ἀκοῦσαι, ὥς γε οὕτωσὶ ἀκοῦσαι, οὕτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι, ἀκοῦσαι μὲν γὰρ οὕτωσὶ παγκάλως ἔχει Demosth. p. 355, 28. In Platonis *Philebo* idem vitium est p. 12 c. ἔστι γὰρ ἀκούειν μὲν οὕτως [ἁπλῶς] ἕν τι, male enim editores ἁπλῶς ad ἕν τι retrahunt. In 32, 8. δι' οὓς προεῖπον τυράννους [τὴν ἐλπίδα καὶ τὸν φόβον] quae paucis ante versibus *bis* iam nominata sunt non possunt *tertium* insipide commemorari. Ibid. 47. εὑρὼν γὰρ τὰς Ἐπικούρου κυρίας δόξας τὸ κάλλιστον ὡς οἶσθα τῶν βιβλίων καὶ κεφαλαιώδη περιέχον τῆς τάνδρὸς σοφίας τὰ δόγματα, vitiosa est haec verborum compositio: lege τὰ κεφαλαιώδη et senties τὰ δόγματα spurium esse. Simili modo 41, 34. lege ὁ αὐτός pro αὐτός et apparebit ἀρκεῖσθαι ὀλίγοις δυνάμενος esse insiticia. Lepide erat scriptum 42, 28. ἀεὶ γάρ με μοιχὸν ὑποπτεύοντες εἶναι τῶν αὐτῶν γυναικῶν ἐδίωκον, insulse aliquis inseruit εἶναι [τῶν ἵππων]. In 45, 29. κατέσκληκεν ὅλος [ἐκτετηκὼς] ὑπὸ φροντίδων, recte § 31. ἐκτέτηκεν ὅλος ὑπὸ τῶν λογισμῶν. In 46, 2. Μένιππος ἡμῖν διοπετὴς πάρεστιν [ἐξ οὐρανοῦ]. Διοπετής significat ἐξ οὐρανοῦ: Hesychius διοπετές: ἐξ οὐρανοῦ ἐρχόμενον. § 6. τὸ μεταξὺ τῆς σελήνης καὶ τοῦ ἡλίου [χωρίον] non potuit vocabulum ineptius suppleri quam χωρίον. Dicitur τὸ μεταξύ ut τὸ μέσον in oraculo:

εἰ τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος.

§ 20. πρὸς τοῦτόν με ἀδελφὸν ὄντα [μου] συγκροῦσαι προαιρούμενοι, pronomen in talibus locum non habet. In *Thesmophoriaz.* vs. 74 receptum oportuit

οὐ χρῆν σε κρύπτειν ὄντα κηδεστὴν ἐμέ.

pro ἐμόν a Brunckio emendatum. § 32. οὐ μετρίως ἡμῶν καθάπτονται μήτε ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀνθρώπων λέγοντες [τοὺς θεούς] κτέ. § 33. ἐς νέωτα οὖν [ἀρχομένου ἦρος] κακοὶ κακῶς ἀπολοῦνται, optime interpretatur quicumque adscripsit, sed in margine erat relinquendum. 58, 9. τούτοις ἅπασι προεκπλήξας τὸ θέατρον καὶ θαυμαστῆς ἐλπίδος ἐμπλήσας [τοὺς θεατάς]: τὸ θέατρον significat τοὺς θεατάς, ut sexcenties apud Aristophanem et omnes, quare manifestum interpretamentum expelle. In 63, 10. τοῖς ὡς ἀληθῶς [γνησίοις] πολίταις apparet insiticium esse. In 67, 9, 2. [πολλοὺς μεδίμνους] facile mihi dabitur sciolo deberi. In 70, 4.

ᾠδικώτερον ἄλλου δόξαι [ᾄσαι] ἐν τῷ συμποσίῳ, non dicitur ᾄδω ᾠδικῶς, sed ᾠδικός εἰμι. In 72, 12. ἥδε ἡ γενεὴ [οἱ νῦν ἄνθρωποι] quis ferat ita dicentem? Multo etiam turpius est, quod apud Thucydidem legitur II. 36. οἱ πατέρες ἡμῶν κτησάμενοι πρὸς οἷς ἐδέξαντο ὅσην ἔχομεν ἀρχὴν οὐκ ἀπόνως ἡμῖν τοῖς νῦν προσκατέλιπον. τὰ δὲ πλείω αὐτῆς αὐτοὶ ἡμεῖς οἵδε [οἱ νῦν ἔτι ὄντες] μάλιστα ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ ἐπηυξήσαμεν, ubi verba οἱ νῦν ἔτι ὄντες iis solis sunt utilia, qui non intelligunt haec Periclem vivum dicere ad cives suos, qui nondum essent mortui. Magistellus explicuit pueris ἡμεῖς οἵδε, et ne id quidem satis recte, quia haec verba non significant ἡμεῖς οἱ νῦν ἔτι ὄντες, sed ἡμεῖς οἱ ἐνθάδε παρόντες. Idem prorsus vitium irrepsit in Dionysium Halic. VIII. 26. Οὐολούσκων τε καὶ Αἰκανῶν στρατιὰν ἐπάγῃ, οὓς ἡμεῖς οἵδε [οἱ νῦν ὄντες] ἐν πολλαῖς ἐνικῶμεν μάχαις. In Luciano 10, 15, 3. ὁρᾷς τῶν ἑταίρων ὅσοι περὶ σὲ ἐσμὲν οἵδε; male Codd. quidam ὧδε, probante Iacobitzio, improbantibus reliquis. Apud Lucianum 78, 11. ἀκούειν [εἶναι] καλαί certus dicendi usus infinitivum respuit. Et haec quidem sunt insigniora emblemata, quae in Luciano deprehenderim praeter ea, quae in superioribus passim indicavi. Saepe miratus sum virorum doctorum in istis excusandis pertinaciam. Quasi religio esset ex Codd. qualibus utimur quidquam delere, quos constet inter omnes antiquitus iam mendosissimos fuisse, ita ineptissima quaeque vindices acerrimos nancisci solent, etiam doctos nonnumquam et acute cernentes. In Thucydide V. 83. editur: ἐστράτευσαν ἐς τὸ Ἄργος — ὑπῆρχε δέ τι αὐτοῖς καὶ [ἐκ τοῦ Ἄργους] αὐτόθεν πρασσόμενον, ubi puerile additamentum ἐκ τοῦ Ἄργους quamquam et ex se ipsum arguitur et plane conficitur Scholio αὐτόθεν: ἐκ τοῦ Ἄργους, tamen fautores habet. In Demosthene p. 147, 1. ἂν μὲν ὑμεῖς ὁμοθυμαδὸν [ἐκ μιᾶς γνώμης] Φίλιππον ἀμύνησθε, Lobeck ad Phrynichum p. 754. emblematis patrocinium suscipit. Valckenarium miror ad Herodotum IV. 135. defendentem et tuentem in *Hellen.* VII. iv. 36. ἐν τῇ Τεγέᾳ αὐτοῦ et comparantem αὐτοῦ Ἀθήνησι Theopompi Athen. XII. p. 532 c. τὰ δ' αὐτοῦ κατέλιπεν (scrib. κατέλειπεν) Ἀθήνησι, et Luciani verba 7, 8. τὰς ἀπάτας τὰς τοιαύτας συμποτικὰς οὔσας χρὴ αὐτοῦ ἐν τῷ συμποσίῳ καταλείπειν, quibus multa similia ex Graecis et Romanis scriptoribus

facile est colligere, sed in his adverbium *praecedit* epexegesin saepe non invenustam, numquam plane inutilem, sed nihil est magis inficetum quam si praemiseris ἐκ τοῦ Ἄργους, ἐν τῇ Τεγέᾳ, Ἀθήνησι deinde subiicere αὐτόθεν vel αὐτοῦ. Nonnumquam factum est ut scioli in interpretando errarent, deinde ea praepostera interpretatio cum genuina scriptura coalesceret in unum, quod mihi olim in Platonis *Apologia* observatum est p. 20 c. ubi scripserat philosophus: ὦ Σώκρατες, πόθεν αἱ διαβολαί σοι αὗται γεγόνασιν; οὐ γὰρ δήπου σοῦ γε οὐδὲν τῶν ἄλλων περιττότερον πραγματευομένου ἔπειτα τοσαύτη φήμη τε καὶ λόγος γέγονεν. Sciolus nescio quis adscripsit εἰ μή τι ἔπραττες ἀλλοῖον ἢ οἱ πολλοί. Non sensit Platonem, si hoc dicere voluisset, μηδέν non οὐδέν fuisse scripturum et ἐγένετ' ἄν pro γέγονεν, nunc utraque scriptura monstrose coaluit et defensores habet. Coaluit monstrosius etiam emblema cum antiqua lectione in loco Platonis, quem ex Athenaeo descripsit Suidas v. ἀναλαμβάνειν: ἀναλαβέσθαι δ' οὐκ ἐπιταμένους ἐπιδεξιελευθέρως. Apud Platonem est in *Theaeteto* p. 175 e. ἀναβάλλεσθαι — ἐπιδεξιὰ ἐλευθέρως. Hirschigius primus vidit ἐλευθέρως interpretamentum esse. Omnino permulta sunt in Platone παρεμβεβλημένα, nusquam plura quam in *Apologia*, quae ut nunc sic olim in ludis legebatur adolescentulis, qui in litteris tirocinium facerent et lectionem Platonis ab hoc libro auspicarentur. Indicabo paucis insigniora et sic hanc partem concludam. p. 19 c. ὧν ἐγὼ [οὐδὲν] οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν πέρι ἐπαΐω. p. 20. e. οὗτος ἐμός τε ἑταῖρος ἦν καὶ ὑμῶν τῷ πλήθει [ἑταῖρός τε] καὶ ξυνέφυγε τὴν φυγὴν ταύτην. p. 21. d. ἐγὼ δὲ ὥσπερ [οὖν] οὐκ οἶδα οὐδ' οἴομαι. p. 23 d. ἔχουσι μὲν οὐδὲν εἰπεῖν [ἀλλ' ἀγνοοῦσιν]. p. 25 e. nisi expunges καὶ τῶν πολιτικῶν Plato videbitur nescire quid dicat; ad ea quae sequuntur ὑπὲρ τῶν ῥητόρων adscriptum est τῶν πολιτικῶν, deinde ea verba alieno loco adglutinata sunt. p. 24 c. πειράσομαι [καὶ] ὑμῖν ἐπιδεῖξαι. p. 24 d. ἐμὲ εἰσάγεις τουτοισὶ [καὶ κατηγορεῖς] emenda εἰσάγεις εἰς τουτουσί et interpretamentum expunge. p. 24 e. οὗτοι, ὦ Σώκρατες, [οἱ δικασταί] et scribe οὑτοιΐ. p. 25 a. οἱ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ [οἱ ἐκκλησιασταί] διαφθείρουσι τοὺς νεωτέρους. Et sunt tamen qui hoc Platonem ipsum addidisse serio credant. p. 26 a. εἰ δὲ ἄκων διαφθείρω, τῶν τοιούτων [καὶ ἀκουσίων] ἁμαρτημάτων οὐ δεῦρο

νόμος εἰσάγειν ἐςίν, scripserim τῶν τοιούτων ἕνεκα ἁμαρτημάτων. p. 26 B. εἰπὲ ἔτι σαφέςερον καὶ ἐμοὶ καὶ [τοῖς ἀνδράσι] τουτοισί. p. 28 A. ὃ δὴ πολλοὺς καὶ ἄλλους [καὶ] ἀγαθοὺς ἄνδρας ᾔρηκεν. p. 31 B. καὶ εἰ μέν [τοι] τι ἀπὸ τούτων ἀπέλαυον. p. 31 D. εἰ ἐγὼ [πάλαι] ἐπεχείρησα πράττειν τὰ πολιτικὰ πάλαι ἂν ἀπωλώλη. p. 32 A. ἔτυχεν ἡμῶν ἡ φυλὴ [Ἀντιοχὶς] πρυτανεύουσα. p. 36 B. τί οὖν; τί ἄξιός εἰμι παθεῖν; corrige τί οὖν ἄξιός εἰμι παθεῖν; p. 40 C. μετοίκησις τῇ ψυχῇ [τοῦ τόπου τοῦ] ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον, praeterea scribe μετοίκισις, quia animus in morte non μετοικεῖ ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον, sed μετοικίζεται. In *Phaedone* locus est p. 117 C. ἀλλ' εὔχεσθαί γέ που τοῖς θεοῖς ἔξεςί τε καὶ χρὴ τὴν μετοίκησιν τὴν ἐνθένδε ἐκεῖσε εὐτυχῆ γενέσθαι, qui emblema in *Apologia* arguit et ipse eandem emendationem μετοίκισιν flagitat.

Nunc denique ad illam partem accedimus quamobrem potissimum Lucianum in his Lectionibus tractare instituimus, ut demonstraremus quanto opere a Graecitatis antiquae dicendi sinceritate desciverit, quam multa apud eum negligenter scripta sint et in verborum delectu et in forma et compositione adversus illam veterem loquendi consuetudinem, quam omnes referre satagebant, nemo umquam referre potuit. Ostendam quam saepe antiquum dicendi usum non satis observaverit, quoties aliena et vitiosa ex popularium sermone et aequalium admiscuerit, quam graviter in nonnullis lapsus sit, et, ut ipsius verbis utar (58, 1.) ὅσα πρὸς τὸν ὀρθὸν κανόνα τῷ συγγραφεῖ ἀπηκρίβωται καὶ ὅσα κίβδηλα καὶ νόθα καὶ παρακεκομμένα, ne quis umquam in Attici sermonis proprietate et usu constituendo Luciano teste utatur, nisi ubi cum certis et genuinis testibus consentit et orationem suam πρὸς τὸν ὀρθὸν κανόνα ἀπηκρίβωσεν, a quo si quando recedentem videbimus aut Lucianum aut quicumque aliquanto post Alexandri mortem Graece scripsit sedulo cavebimus ne illorum negligentia et erroribus una omnium praestantissima lingua, qua mortales umquam usi sint, contaminari et pollui videatur.

Non est in animo magnam illam copiam τῆς ἀκυρολογίας, quam in Lucianeis longo usu animadverterim, omnem effundere et notare. In animo est studia aliorum excitare, imprimis si qui generosi animi iuvenes penitus sese in Graeci sermonis

ingenium et indolem insinuare strenuo et indefesso labore volent, iis viam praeire et propositis exemplis quibusdam insignioribus eam rationem iis aperire et patefacere, quam ipsi in singulis persequantur et perficiant, ut comparatis inter sese Atheniensibus et Ionibus, Atticis et Atticistis, antiquis et sequioribus, sanis et aegris, praestantissimo quoque cum deterioribus, omnes omnium temporum scriptores Graecos intelligere discant et sic *interpretari* quae sibi recte intellecta sint, et *emendare* quae temporum et hominum vitio intelligi ab sano homine non possint. Compluscula iam in Alciphrone notavimus, nonnulla in Luciano emendando adspersimus, permulta unusquisque, qui Lucianum diligenter cum Platone, Isocrate, Demosthene, Aristophane comparare et eius dictionem ad illorum exigere instituet, ipse nullo negotio reperiet, quamobrem nonnulla breviter perstringemus, insigniora quaedam uberius persequemur.

Ac primum quidem illam labem dicendi et confusionem indicabimus, qua omnes sequiores laborare videbis, quum Atticis Ionica inepte inserunt et utramque dialectum olim certissimis finibus circumscriptam ridiculum in modum commiscent. Qui eleganter scribendi facultatem ex libris veterum colligebant et alebant, non minore studio et admiratione Herodotum quam Atticos prosequebantur, et melle dulciorem dictionem Herodoteam cum eloquio Attico in sua scripta transfundebant, parum attendentes quam inconcinne et ineleganter illa coirent, quae suapte natura ex fide rerum discreta semper more locoque fuissent. Est ea res huiusmodi, ut satis sit exempla errorum ponere, quibus colorem aliquis quaerere poterit, si volet, at permixta esse quae olim semper separata fuerint nemo infitias ire, ut in re certa, poterit. Sic mihi quidem perinepta solent videri, quae scripta sunt in hunc modum, quale est 47, 1. χρὴ αὐτίκα μάλα παρεφάναι τὸν Ἀπόλλωνα ἢ οἴχεσθαί οἱ τὴν δόξαν τῆς τέχνης, aut § 34. τὴν κωμῳδίαν αὐτῷ παρέζευξα καὶ κατὰ τοῦτο πολλήν οἱ μηχανώμενος τὴν εὔνοιαν, aut 68, 21. εἰ δὲ καὶ πάντως διέγνωφό οἱ ἀπαλλάττεσθαι, et 47, 4. ἥκειν εἰς Ἄρειον πάγον, ἐκεῖ δὲ τὴν μὲν Δίκην ἀποκληροῦν σφίσι τὰ δικαφήρια, et 70, 24. ὀρέγοντάς σφισι τὸ ἔκπωμα et § 14. ἀναγιγνωσκέσθω σφίσι τὸ πινάκιον et similia, pro αὐτῷ et αὐτοῖς more Ionico Homeri et Herodoti posita, quod vitium

frequens est admodum apud sequiores imprimis in Pausania, Appiano, Dione Cassio. Semel hoc vitium in Xenophonte apparet, qui in Asia et Peloponneso usum patriae dialecti non ab omni labe purum servare potuit per tot annos. Legitur in *Hellenicis* I. vii. 5. οὐ γὰρ προὐτέθη σφίσι λόγος pro αὐτοῖς. Eiusdem generis est μετὰ δέ, quod sexcenties apud Herodotum legitur pro ἔπειτα δέ, et Lucianus passim Herodoto sublegit, semel tantum recte 14, 4. μετὰ δὲ, ὦ ξεῖνε, εἴσεαι γῆς τε πέρι καὶ ἠέρος, quia Pythagoram inducit sua dialecto loquentem, non sine vitio tamen, nam ridiculum est quod § 3. praecipit πέντε ὅλων ἐτέων λαλέειν μηδέν, volebat dicere ἐχεμυθέειν, dicentem facit φλυηρέειν μηδέν, nam nihil aliud apud veteres λαλεῖν significat quam φλυαρεῖν et inanem loquacitatem arguit. Iam olim οἱ ἰδιῶται et barbari Graece balbutientes coeperunt λαλεῖν pro λέγειν ursurpare et magistri admonent, vid. Phrynichum Bekkeri *Anecd.* p. 51, 3. Suavissime in Theophrasti *Charactt.* VII. pueruli ad garrulum patrem: παππία, λαλεῖν τι ἡμῖν ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ. Passim perperam μετὰ δέ in Attica oratione ponitur, ut 10, 9, 2. ἔωθεν μὲν ἐπὶ θύρας ἐφοίτων μάλα πολλοί, μετὰ δὲ παντοῖά μοι δῶρα προσήγετο et 14, 9. πρῶτον μὲν τριβώνιον περιβαλῶ, μετὰ δὲ πονεῖν καταναγκάσω et 46, 11. τὸ μὲν πρῶτον ἰλιγγιῶν (leg. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἰλιγγίων) ὑπὸ τοῦ βάθους, μετὰ δὲ ἔφερον καὶ τοῦτο εὐμαρῶς et 13, 8. 52, 8. 34, 8. 46, 24. 47, 54. 49, 1 et alibi. Infeliciter admodum Bekkerus in *Rhetorum praeceptore* 51, 17. μετὰ δέ refinxit in μέτει δέ, idque recepit, sed redemit hunc errorem bona correctione in 71, 20. καὶ πρῶτον μὲν αὐτὸς αὐλῆσαι πονήρως, μετὰ δὲ παραδόντα τοὺς αὐλοὺς ἐκείνῳ δέξασθαι παρ' αὐτοῦ τὸ σκῦτος, optime enim reposuit μετὰ δὲ παραδούς. Eiusdemmodi est κάρτα, quod pessime verbis Atticis inseritur 70, 24. τὸ λάσιον καὶ κάρτα ἐκκεντοῦν, aut 59, 3. κάρτα οὐ φρενήρης, quod quis non rideat? Ionibus proprium est imprimis antiquioribus τιθέναι ponere ubi Attici ποιεῖν dicebant et τίθεσθαι ubi hi ποιεῖσθαι: κοινωνίαν ποιεῖσθαι dicit Atheniensis, ξυνωνίην τίθεσθαι Iones, sic δαῖτα τίθεσθαι, θέσθαι ἀγορήν, θυσίαν, γάμον, et τίθεσθαι παῖδα, υἱόν, θετὸς υἱός, θέσις pro ποιεῖσθαι, ποιητός, ποίησις, et saepissime τιθέναι pro ποιεῖν, ut in notissimo: εἰ δέ μιν αἰχμητὴν ἔθεσαν θεοί, et de

Margite: τὸν δ' οὔτε σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν οὔτ' ἀροτῆρα, et sexcenties apud Homerum et poëtas veteres omnes. At nemo sic in Attica loquebatur ut Lucianus 64, 1. ἄβατον τὴν χώραν τίθησιν aut 20, 50. μακρόβιον ἔθεσαν, aut 9, 14, 2. ὑπόπτερον ἔθηκεν aut 17, 7. τίθησι δούλους ἀντ' ἐλευθέρων, aut 45, 13. περιβλέπτους καὶ ἀοιδίμους ἐν βραχεῖ τίθησιν aut 49, 16. τοῦ ἀςέρος τὸν ἀέρα ξηρὸν καὶ διακαῆ τιθέντος, aut 60, 25. νῦν μὲν Νίνον, νῦν δὲ Μητίοχον, εἶτα μετὰ μικρὸν Ἀχιλλέα τιθεῖσα, et alibi, quae ab Homero et Tragicis sumta reliquae orationi non satis convenienter inserta sunt. Contra his ποιεῖσθαι dixit ubi melius τίθεσθαι posuisset 41, 6. νόμον ἐποιήσαντο et 45, 9. νόμον ποιήσασθαι pro ἔθεντο et θέσθαι, quod omnes in ea re dicebant. Similiter nullo exemplo dixit 4, 1. γραφὴν ἔθετο pro ἐγράψατο. Ex Poëtis arripuit τέθηπα, ut 5, 56. τεθηπότες, 51, 20. τεθήπασι, 17, 42. ὁ δ' ἐραςὴς τεθηπέτω ἀφορῶν ἐς τὸ χρυσίον et alibi, pro καταπέπληγμαι: indidem δέδορκα pro βλέπω ut 20, 20. 46, 6. et 46, 14. ἀντίον δέδορκε pro ἀντιβλέπει. Quam ridiculus fuisset Athenis qui ὄπωπα dixisset pro ἑόρακα, aut τέθηλα pro ἀνθῶ aut ἐλελόγχει pro εἰλήχει, quod Lucianus facit 38, 18, vel ἐπαταγεῖτο pro ἐψόφει 44, 4, vel σκιδνάμενος 3, 37 et διασκίδνασθαι 8, 20, 5 pro διασκεδάννυσθαι, vel ἀμύσσων 50, 16 pro σπαράττων, vel πλαζόμενον 47, 27 et πλαζομένη 6, 1. 69, 10. pro πλανωμένη, vel φαμένου 37, 66 pro εἰπόντος, γεινάμενοι 59, 1 pro γονεῖς, δίκας ἐτισάτην 12. 3 pro δίκην, ἐπεςαλμένον 32, 56 pro προστεταγμένον, ἐπεκορυσσόμην αὐτῷ 32, 57 pro ἐπηλειφόμην, ut dixisset Atticus, vel ὡπλιζόμην ἐπ' αὐτόν, μορφῆς εὖ ἠκούσας 39, 11 pro ἐχούσας, ἀμειβομένου 32, 19 pro ἀποκρινομένου, ἐπιβήσειν 10, 6, 4 pro ἐπιβιβάσειν. Multi alii Graeculi βήσω et ἔβησα ab Homero et Herodoto sumta dicebant pro βιβῶ et ἐβίβασα. Indocte Antiatticista Bekkeri *Anecd.* I. p. 85, 6. βιβάζειν et βαίνειν confundit et addit esse qui doceant ἐκβῆσαι δεῖν λέγειν καὶ καταβῆσαι οὐκ ἐκβιβάσαι καὶ καταβιβάσαι, quod plane contra est. Iterum p. 104, 4. καταβιβάσαι φασὶν οὐ δεῖν λέγειν, ἀλλὰ καταβῆσαι. Recte alius p. 395, 16. ἀνέβησεν: ἀνεβίβασεν. οὕτως Ἡρόδοτος (I. 80. ἄνδρας ἐπὶ καμήλους ἀνέβησε), qui hoc quoque cum multis aliis ab Homero sumsit, quum Iones illorum temporum ἀναβιβάσαι dicerent, quo minus

credo sanum esse locum Xenophontis *de re Equestri* 7, 2. ὑπερβησάτω τὴν κνήμην, sed ὑπερβιβασάτω reponendum. Si quis igitur ἐπιβήσειν dicit pro ἐπιβιβᾶν vel ἐπιβιβάσειν, nonne hoc est, ut festivissime Demonax dixit, ὡς ἐπ' Ἀγαμέμνονος διαλέγεσθαι? Eiusdem generis sunt βιοτῆς 66, 44. pro βίου, βροτός 14, 6 pro θνητός, et φθιτός 8, 26, 2 pro νεκρός, τερπωλήν 46, 16 pro ἡδονήν, τὸ μετάφρενον 67, 4, 2 pro τὸ νῶτον, οὐδόν 73, 42 pro ὁδόν, φρήτρας 52, 24 pro φρατρίας, et Μίθρης 74, 8 pro Μίθρας, ὀδμῇ 24, 2, 37. 66, 75, 16 pro ὀσμῇ, γήθους 38, 9. pro χαρᾶς, εὐτοτμίαν 47, 27 pro εὐτυχίαν, τὸ χρῆμα 46, 13 pro τὸ πρᾶγμα. λέχους 8, 17, 1 pro κλίνης, μήκισαι 1, 17 pro μακρόταται, οἴκτιστον 49, 11 pro οἰκτρότατον, συχνάκις et σπανιάκις et ἐκεῖθι saepius, διαμπάξ 10, 27, 4 et μητρόθεν 27, 11 pro πρὸς μητρός. Eiusdemmodi sunt adverbia νειόθεν 68, 7, πάμπαν 5, 3, ὠκέως 33, 19, λαθρηδά 59, 21, γῆθεν 46, 14, et ἔνερθεν 9, 14, 3. 51, 4, νέρθεν 54, 2: obiter Hesychio redde ἔνερθεν: κάτω pro ἔνερον. Quis umquam Atticorum dixisset ῥύομαι pro ἐλευθερῶ, σώζω, ut 42, 33. ἔτλη 60, 21 pro ἠνέσχετο, μαστίζειν 5, 23. 40, 24 pro μαστιγοῦν, λαφύσσω 5, 17 pro ἐμφοροῦμαι, ὀπυίω 17, 41. 35, 12. 45, 19 pro συγγίγνομαι, ἐριδαίνειν 15, 6 pro ἐρίζειν, ἐμάρμαιρεν 67, 13, 3 pro ἔλαμπεν, δαίνυμαι 44, 6 pro εὐωχοῦμαι, ἀποδειροτομεῖν, 67, 13, 3 pro τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνειν, ἀποδυσπετεῖν 20, 5. 51, 3 pro ἀπαγορεύειν, aut συναραρυῖα 22, 8 pro συνεσηκυῖα, συντεταγμένη? Eodem sunt referenda nomina, qualia sunt ἀκωκή 10, 27, 4 pro ἀκίς, πληθύς 12, 15 pro πλῆθος, ζεύγλη 9, 6, 2 pro ζυγόν, ἱππότης 41, 47 pro ἱππεύς, et ἀλαπαδνόν 10, 25, 2 pro μαλακόν, πινυτός 33, 4. 54, 8 pro συνετός, ἀτάσθαλος 12, 3 pro ὑβριστής, ἀγέρωχος 42, 40 eodem fere sensu *petulans*, *protervus*. Quam risissent veteres Iones si audivissent, quod illic dicitur, ἀγέρωχον ὄνον, quod olim significabat ἀφνειόν, πολυπάμονα, πλούσιον, vel ἔντιμον καὶ μέγα φρονοῦντα: at sequiores, qui non intellexerant locos Homericos, ita recoxerunt ut pro αὐθάδης καὶ ὑβριστής dicerent ἀγέρωχον, et eodem modo multa vocabula antiqua et obsoleta ex affectata eruditiorum dictione in sermonem populi iterum recepta sunt, sed populi effoeti et desipientis.

Sunt contra quaedam vocabula et vocabulorum formae, in

quibus Athenienses semper consuetudinem Ionicam retinuerunt, ut in Πουλυτίων, Θάλεω, Πύθεω, Τήρεω, Ζήνιος, Σκήψιος, Ἀφύτιος, Κρεύσιος, Λάδη, aliis, de quibus alias dicam: nunc unum Luciani causa indicabo, qui ubi debebat ἰάζειν, non meminit. Nomen est πουλύπους, in quo omnes Attici primam producunt, et Dores quoque πωλύποδες dicebant, at Lucianus aequales sequitur et πολύπουν dixit 9, 4, 2. et πολύποδα 14, 10. et alibi.

In verborum formis quam discedat a Veterum usu in paucis quibusdam cognosce, ac primum in πέτομαι. Attici dicunt πέτομαι, πτήσομαι (semel et iterum πετήσομαι), tum ἐπτόμην, πτέσθαι, πτόμενος. Tragici ex Homero assumserunt ἔπτην, πταίην, πτῆναι, πτάς, et ἐπτάμην, πτάσθαι, πτάμενος, quorum nihil in quotidiano sermone in usu fuit extra iocum aut παρῳδίαν. Itaque in Comoedia ἐπτόμην locum habet, ἐπτάμην ubi supra soccum oratio adsurgit. Librariis aliter visum. Formas ex Homero sibi et omnibus notissimas passim invehunt, Critici dubii haerent et utramque formam faciles admittunt. Percurram Aristophanis Comoediam, in qua volant omnes, *Aves*, ubi vs. 55 genuina forma ἀνεπτόμην servata est:

ἀνεπτόμεσθ' ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν ποδοῖν.

sed alio vitio versus laborat: corrige

ἀνεπτόμεθ' ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν.

Perierat vs. 118. ubi in optimis libris est:

καὶ γῆν ἐπέτου καὶ τὴν θάλατταν ἐν κύκλῳ.

Critici restituerunt:

καὶ γῆν ἐπέπτου καὶ θάλατταν ἐν κύκλῳ.

Perierat vs. 788.

ἐκπετόμενος ἂν οὗτος ἠρίζησεν ἐλθὼν οἴκαδε.

sententia et metro iubente emendatum est ἐκπτόμενος: salva abiit vs. 1471. ἐπεπτόμεσθα. Corrupta est in formam notissimam Graeculis vs. 48 ἐπέπτατο, vs. 90 ἀπέπτατο, 278 ἐσέπτατο, 789 et 792 κατέπτατο, 791 et 795 ἀνέπτατο, 1173 εἰσέπτατο, 1206 ἀναπτάμενος, 1613 προσπτάμενος et 1624 καταπτάμενος, quibus locis omnibus reponendae sunt formae in -έπτετο, et -πτόμενος. Dubitas etiam? inspice hunc unum locum vs. 788 sq.

ἐκπτόμενος ἂν οὗτος ἠρίζησεν ἐλθὼν οἴκαδε,
κᾆτ' ἂν ἐμπλησθεὶς ἐφ' ἡμᾶς αὖθις αὖ κατέπτατο.

qui ἐκπτόμενος (quod invitis scribis servatum est) et κατέπτατο bene copulari existimat, nondum satis sensit quam teretes aures habuerint Attici, nec suam aurem ex illorum lectione satis habet exercitam. Vides librarios formam Atticam obliterantes, Homericam a sequioribus recoctam crebro substituentes: itaque noli iis credere et Atticis suum ubique redde. His autem formis antiquis, Ionicis et Atticis, vitiosa τῶν ἰδιωτῶν συνήθεια has addidit: πέταμαι dicebant et ἵπταμαι et ἐπετάσθην (inepte pro ἐπτόμην, quum sit in sana Graecitate ex πετάννυμι natum), et tandem πετῶ quoque et ἐπέτα, ἀπεπέτα, sim. Atticistae igitur has formas omnes inter se permiscent, Homericas, Atticas, ἰδιωτικάς. Scribae grassantur in Atticis potissimum, πέταμαι et ἵπταμαι saepe de suo invehentes, et pro πτόμενος scriptitant πτάμενος aut πτώμενος, ut πετώμενος pro πετόμενος, quamquam πετᾶσθαι ne apud ἰδιώτας quidem in usu fuit, sed eodem errore scribitur quo πριᾶσθαι, κιρνᾶται, sim. Lucianus saepe in his peccavit, saepe bonas formas usurpat κατεπτόμην 46, 10, ἀνεπτόμην 46, 49 (ubi in plerisque est ἀνεπτώμην), καταπτοῖο (κατάπτοιο) 47, 8. καταπτῶμαι (κατάπτωμαι) 46, 13. Reponendum est 66, 44. οὐ μεταςειλάμενος ἀλλ' αὐτὸς ἐπιπετόμενος ἀπέλαυον ἁπάντων, imo vero ἐπιπτόμενος. Futurum est 7, 2. et 65, 7. καταπτήσεται et 70, 35. ἐκπετήσονται. Variant libri 70, 20 in ἐπιπετήσεσθαι et ἐπιπτήσεσθαι: in 17, 42. corrige ἀφανὴς ἀποπετέσθω pro ἀποπτέσθω (ἀποπτάσθω). sed passim utitur formis Ionicis 45, 16. καταπταμένη, 47, 1. καταπτάμενος. 52, 14. ἐξέπτατο — ἀνέπτατο. 68, 39 et 40. ἀναπτάμενος, 66, 46. ἀποπτάμενοι, tum πτῆναι lubenter scribit 8, 5, 2. ἀνέπτης. 8, 19, 1. παρέπτην. 8, 20, 14. κατέπτη. 26, 28. ἐπέπτησαν. 45, 23. διέπτησαν. 50, 3. διαπταίη. 51, 7. ὑπερπτῆναι. 66, 45. ὑπερέπτης. 67, 9, 4. διέπτην. 73, 50. ἀπέπτη. 78, 7. καταπτάντα. Deinde nonnumquam abutitur forma plebeia ἵπταμαι ut 1, 16. ἀφιπτάμενος. 8, 20, 6. συμπαριπτάμην. 16, 2. ἀνίπταται. 38, 6. διιπτάμεθα, quibuscum utilissime compones ea, quibus Lexiphanis insania castigatur 34, 25. τὸ δὲ πάντων καταγελαςότατον ἐκεῖνό ἐςιν, ὅτι ὑπεράττικος εἶναι ἀξιῶν καὶ τὴν φωνὴν εἰς τὸ ἀρχαιότατον ἀπηκριβωμένος τοιαῦτα ἔνια ἐγκαταμιγνύεις τοῖς λόγοις, ἃ μηδὲ παῖς ἄρτι μανθάνων ἀγνοήσειεν ἄν, tum post pauca exempla: καὶ ἄλλα πολὺ τούτων προφανέςερα

οἷον τὸ ἵπτατο καὶ τὸ ἀπαντώμενος καὶ τὸ καθεσθεὶς οὐδὲ μετοικικὰ τῆς Ἀθηναίων φωνῆς. et in iis, quae de Socrate quodam soloecismos urbane arguente scripta sunt 76, 7. ἵπτασθαι δὲ ἐπὶ τοῦ πέτεσθαι πολλῶν λεγόντων· ὅτι μὲν ἀπὸ τῆς πτήσεως τὸ ὄνομα σαφῶς ἴσμεν. Peius etiam est πετασθῆναι, quo Lucianum videbis utentem 51, 6. ὑπερπετασθέντα τὸ ὄρος. In 47, 33. pro πετόμενον pessime in A est ποτώμενον ex Epicis, et 9, 15, 3. plerique libri παραπετώμενοι exhibent pro παραπετόμενοι, et 12, 22. pro περιπετομένας in B est περιπεταμένας et 5, 21. προσπετομένην, in A. προσπεταμένην, et 12, 22, quam formam Lucianus ipse ridet 60, 29, et saepius alibi. In unoquoque scriptore Attico videmus librarios eodem modo omnia perturbare. Antiqui libri et antiqua scribendi vitia saepe nostram rationem confirmant, qua πτῆναι et πτάσθαι Tragicis sunt propria, πτέσθαι omnibus qui popularem sermonem et quotidianum dicendi usum sequuntur, πέτεσθαι omnibus Atticis solum in usu est, et πέταμαι, ἵπταμαι, ἐπετάσθην, (quibus faex Graeciae ἐπέτασα addidit, vid. Lob. ad Phryn. p. 582) ex antiquis omnibus sedulo sunt abstergenda, in sequioribus paulo melioribus non sine certo praesidio retinenda, caeteri loquantur quod lubet.

Eadem negligentia in formarum veterum delectu apud Lucianum cernitur in verbo ἔρχομαι. Veteres, ut supra diligentius ostendimus, dicebant ἔρχομαι, sed ᾖα (brevi post aetate Menandri ᾔειν) non ἠρχόμην, et εἶμι non ἐλεύσομαι, deinde ἦλθον et ἐλήλυθα et in simplici verbo et in compositis omnibus. Praeterea nemo ἔρχου dicebat aut ἀπέρχου, προσέρχου, εἰσέρχου sed constanter omnes ἴθι, ἄπιθι, πρόσιθι, εἴσιθι, et eodem modo ἴοιμι, ἴω, ἰέναι, ἰών, numquam ἐρχόμενος aut ἔρχεσθαι aut quidquam huiusmodi. Itaque ἰέναι, ἐξιέναι, κατιέναι habent pro re nata aut praesentis temporis aut futuri significationem et usum, sicuti et participium ἐξιών, ἀπιών, κατιών, παριών caet. pro quibus Graeculi ἰδιῶται dicebant ἐξερχόμενος et ἐξελευσόμενος et similiter in caeteris ad unum omnibus. Eruditi Atticistae saepissime ita loquebantur, ut apud veteres scriptum legerant, sed quia non nativus iis hic usus erat et maxima pars populi aliter solebat dicere, natura doctrinam vincebat et delabebantur identidem ad vulgarem usum popularium omnium, qui non docte κατὰ τὸν ἀρχαῖον κανόνα, sed ἰδιωτικῶς inter se con-

fabulabantur. Hinc magna oritur confusio: modo Attica in Luciano apparent, modo ἰδιωτικά multa audiuntur. Afferam exempla pauca de multis. Ut saepissime ἔρχομαι occurrit, sic non minus saepe pro ἔρχομαι videbis εἶμι male et negligenter positum, ut 49, 36. πολλοὶ συνίασιν — ἀπίασιν, pro συνέρχονται — ἀπέρχονται, paulo ante § 15. διέξειμι futurum est, ταῦτα ἤδη σοι διέξειμι et post pauca § 38. ἐπελεύσεσθαι apparet, et saepe μετελεύσομαι ut 7, 18. 10, 5, 2. 10, 10, 13. 25, 27. 66, 38 ubi Atticus μέτειμι scripsisset; sic male ἐπεξελεύσεσθαι legitur 44, 16. et passim sic erratum est. Vitiosum est eodem nomine 69, 23 μετελευςέον pro μετιτέον vel μετιτητέον. Imperfectum ᾔειν saepe recurrit, sed 4, 4 pessime εἰς χεῖρας μικροῦ δεῖν ἤρχετο πολλάκις scriptum est. Nescio cur Hemsterhusius 11, 7 pro ἐπανῄει πάλιν rescripserit ἐπανῄειν, quod omnes receperunt. Inconsulto: verba sunt μετὰ δ' οὖν τὴν ἐπῳδὴν τρὶς ἄν μου πρὸς (leg. εἰς) τὸ πρόσωπον ἀποπτύσας ἐπανῄει πάλιν οὐδένα τῶν ἀπαντώντων προσβλέπων. Recipienda tum demum erit prima persona, quum quisquam serio credet ἀποπτύσας in hoc loco »*absolute poni pro* ἀποπτύσαντος *vel* ἐπειδὴ ἀπέπτυσε" ut Hemsterhusius festinans, credo, scripsit. Antiquae formae sunt ᾖα, ᾖεισθα, ᾖει (ᾖειν ante vocalem), tum ᾖμεν, ᾖτε et ᾖσαν. Cum his formis ubique scribae bellum gerunt et ᾖεις reponunt, ᾖειμεν, ᾖειτε et ᾖεσαν. Rara quaedam vestigia et indicia veteris usus apparent, ut in caeteris, sic et in Luciano. Libri in 38, 18 variant in ἐξῄειμεν et ἔξιμεν superscripto η, ut ἐξῇμεν voluisse hominem appareat: παρῇμεν aetatem tulit 26, 7, quamobrem suspecta sunt ἐξῄειμεν 34, 5. ἀπῄειμεν 46, 27. κατῄειμεν 66, 35. in tam frequenti et proclivi interpolatione. Exstat προῄεις 66, 1 pro προῄεισθα antiquiorum: eodem vitio ᾖς pro ᾖσθα legitur 38, 3 et 10, 16, 3 συνῇς: dissentiunt libri 10, 7, 1. in παρῇς et παρῇσθα, recte ᾔδεισθα scriptum est 65, 9. In participio raro peccavit, sed tamen ἐρχόμενον ei excidit 29, 23 et προερχόμενα 8, 20, 5. Antiqua dicendi consuetudo in his tam nota erat ex praeceptis et querelis et criminationibus magistrorum, ut in permultis locis correctores errantem scriptorem castigare soleant et dicendi negligentiam audaci correctione tollere. Est operae pretium *ipsas* Codicum lectiones discrepantes subiicere oculis: 3, 20.

περιίασι πάντες. in B. suprascriptum περινοστοῦσι, περιέρχονται, quae cur adscripta sint vides. § 22. ἀπίασι cum gloss. ἀπέρχονται in Q. 7, 18. μέτειμι omnes, μετελεύσομαι antiquissimus omnium B. 9, 10, 2. αὐτίκα μέτεισι, deteriores εὐθέως μετελεύσεται. 11, 16. περιέρχεται, CLM. περίεισιν. § 18. περιέρχεται, LM. περίεισι. § 22 κατέρχονται, CLM. κατιᾶσι. In 15, 13 πρόσεισιν, optimi προσέρχεται § 48 προσέρχονται, M. πρόσεισι similiter § 49. In 43, 2 διεξέρχονται, plerique Codd. διεξιᾶσι. in 44, 53 ἄπεισιν, ADV. ἀποτρέχει. in 45, 3 ἀνατέλλοντα, AC. ἀνελευσόμενον. § 6 ἐκφοιτῶσιν, A. ἐξιᾶσιν. § 9 ἀπέρχομαι, AG. ἄπειμι. § 29 περίειμι, AVY. περιελεύσομαι, in 47, 1 περιέρχεται, A. περίεισι. § 9 πρόσεισι, ATY. προσέρχεται. § 11 ἀπίασι, A. ἀπέρχονται. § 13 προσίασι, A. ξυνθέουσι. § 16 διέξεισι, AV. διεξέρχεται. in 52, 31 πρόσειμι, unus προσέρχομαι. Quae est haec, inquies, mutandi et interpolandi libido et licentia? Nempe in suo quisque libro quod vult suo arbitratu refingit sive iure sive iniuria, et satis apparet sana et vitiosa iuxta tentari. Eadem interpolandi consuetudo in caeteris Luciani verbis crebro conspicitur. Libri erant in omnium manibus et unusquisque sine ulla religione unumquodque, ut sibi videtur, aut interpretatur aut corrigit, unde ingens copia diversarum lectionum nata est. Exempla haec paulo insigniora cognoscite: 5, 20 μεγαλοψυχία — μεγαλαυχία. 7, 4 ἕωλον — ἐκπρόθεσμον. 8, 14, 1 σκυθρωπός AB, caett. κατηφὴς εἶ. 8, 23, 1 ἰᾷ — θεραπεύεις. 19, 13, 2 ἐλύπησεν — ἠνίασεν. 10, 6, 3 ἀποσμυγέντες — καταγελασθέντες. 10, 10. 4 βλοσυρός — ἀλουργός. 10, 23, 2 πῶμα — ὕδωρ. 10, 27, 2 ἑαυτῷ ἐπεμέμφετο — ἑαυτὸν ᾐτιᾶτο. § 7. Πειραιῶς — Πίσης. § 9 ἀνιᾷ σε — σε λυπεῖ. 11, 1 ἔμπνουν — ζῶντα. § 7 ἀνίσχοντα — ἀνατέλλοντα. § 10 δέους — φόβου, et ἀφικόμεθα — ἤλθομεν. 12, 6 ἐδεόμην — ἐβουλόμην. 13, 12 φιλήσας — σείσας lege κύσας. 15, 20 μέτει — μέτη — μετέρχῃ. § 31 βοῶν — φθεγγόμενος. 16, 27 ἀποσβεσθῆναι — ἀποσβῆναι. 17, 17 κατέπιεν — κατέφαγεν. 25, 15 θύμου ἀποπνέουσαν — θυμοῦ γέμουσαν. 26, 5 ἀνατέλλοντι — ἀνίσχοντι. § 34 δειμάμενοι — ποιησάμενοι. 43, 4 ὀψάρια — ἰχθύδια. § 7 εὐγνωμοσύνῃ — χρηστότητι. 44, 5 καταγελασθείς — αἰσχυνθείς. § 9 πένητα — πτωχόν. § 24 μετερχόμεθα — κολάζομεν. § 27 εὐσεβής — φιλόθεος. § 30. προφάσεις — ἀφορμάς. 45, 1 ἀνίσχειν — ἀνατέλλειν. § 4 ἐδηδό-

κεις — βεβρώκεις. § 8 ἀναπλάττοντα — προάγοντα. § 23 πρόεισιν — ἐπιβουλεύει. 46, 29 ἐμφερεῖς — ἐοικότες. § 30 ὀνειδίζουσι — λοιδοροῦσι. 47, 10 τιμῶσί με — πράττω παρ' αὐτοῖς. § 34 κατεσκευάσατο — εἰργάσατο. 51, 20 τεθήπασι — θαυμάσονται, et alia alibi, quae quidem partim nata sunt ex interpretatione vocabuli antiquioris et exquisitioris, sed pleraque temere permutata sunt a lectoribus et scribis; quo cautius versandum est in iis, quae aliquam reprehensionem habent, ne Luciano imputentur quae alii peccaverint et immerito plectatur ob alienam socordiam. In paucis quibusdam tamen correctores scriptoris vitia sustulerunt, et quod scriptum oportuerat de suo dederunt, ex quo genere nonnulla sunt eorum, quae proposuimus, quibus haec addantur 10, 25, 2 ἐν τῷ ᾄδῃ, correctores ἐν ᾄδου. 13, 8 εἰσιόντων, illi melius εἰσιόντι. 14, 16 ὀμνύω, illi ὄμνυμι. 15, 20 πολυμισῆ μέτει τὴν τέχνην, corrector μετέρχῃ. 43, 17 διαβιώσας, iidem διαβιούς emendarunt. 45, 30 et 32 ἀνέῳγε, correxere ἀνέῳκται. quae vitia ipsius esse nec movenda esse de aliis iam ostendimus, de caeteris mox ostendemus. Ipsius autem vitia sic deprehenduntur si compertum est et ab aliis aequalibus sic saepe peccari solere, et est quaedam peccandi perseverantia, ut saepius in eadem re impingat. Quale est quod constanter erravit in διδάσκομαι et διδάσκω confundendis. Luciano perinde est utrum διδάσκω scribat an διδάσκομαι, quasi nihil quidquam interesset et usus veterum non certa fide constaret de qua re dixerunt Hemsterh. ad *Plutum* p. 4. Valckenaer. ad Ammon. p. 70. Ruhnken. ad Tim. p. 83. διδάσκει, παιδεύει ὁ διδάσκαλος, ὁ πατὴρ διὰ τοῦ διδασκάλου διδάσκεται sive παιδεύεται, ita tamen ut subinde διδάσκειν pro διδάσκεσθαι ponatur, quoniam *quod quis per alium facit, id ipse fecisse videtur*, et communi usu *fecisse dicitur*, non contra, et absurdum est διδάσκεσθαι dicere de eo, qui quem ipse docet, pro διδάσκειν. Duo tantum sunt apud scriptores Atticos loci, qui hanc legem violant, alter Platonis est *de Rep.* IV. p. 421. e. τοὺς υἱεῖς ἢ οὓς ἂν διδάσκῃ χείρους δημιουργοὺς διδάξεται, emenda διδάξει, quod in διδάξῃ depravatum in multis libris pro διδάσκῃ irrepsit, alter Aristophanis est in *Nubibus* vs. 783.

ὑθλεῖς. ἄπερρ', οὐκ ἂν διδαξαίμην σ' ἔτι.

quem restituit Elmsley ad *Medeam* vs. 290. οὐκ ἂν διδάξαιμ'

ἄν σ' ἔτι, quae evidens est emendatio in usu tam frequenti quam certo, a quo nemo sine auditorum risu discedere poterat. Nihil horum Lucianus moratur sed suo arbitratu διδάσκω et διδάσκομαι temere confundit, ut magister saepe διδάσκεσθαι dicatur. Itaque perinde est utrum 1, 2. δίδασκε an διδάσκου scribamus, quamquam διδάσκου apud Veteres ridiculum fuisset. Exempla passim occurrunt: Rhetorica novo discipulo pollicetur 1, 10: τά τε θεῖα τά τ' ἀνθρώπινα οὐκ εἰς μακράν σε διδάξομαι, et 14, 3. τί με διδάξεις; — διδάξομαι μὲν οὐδὲν ἀναμνήσω δέ. Cf. 45, 26. 49. §§ 17, 18, 19, 20, 21, 24. 50, 17. 51, 11. 70, 12. ἐγώ, ἢ δ' ὅς, διδάξομαί σε. κᾆτα ἀρξάμενος ἐδίδασκεν, et alibi.

Aliud vitium Luciano solemne est, τέθειμαι pro κεῖμαι positum. Athenienses, et antea Iones omnes, pro τέθειμαι constanter κεῖμαι dicebant. τιθέναι νόμον et ὁ νόμος κεῖται, περιτιθέναι στέφανον τῇ κεφαλῇ et ὁ στέφανος τῇ κεφαλῇ περίκειται, προτιθέναι νεκρόν et ὁ νεκρὸς πρόκειται, sic ὁ παῖς ἔκκειται, ὁ σῖτος ἀπόκειται, ἀνάκειται τὰ ἀναθήματα, τὸ σύνθημα σύγκειται, εὖ διακεῖσθαι et εὖ διατιθέναι, et in caeteris omnibus, quod quis non sexcenties inter legendum vidit? Nonnumquam ὑπό additur, ut in Isaeo Orat. III. 32. εἴ τις ᾔδει τοῦθ' ὑπὸ τοῦ πατρὸς κείμενον, *nomen a patre impositum.* Herodotus III. 40. τρόπῳ τῷ ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ ἀκέο. praeterea hoc unum affirmo et urgeo, hanc legem perpetuam esse et numquam a quoquam violari, nisi a Graeculis: τέθειμαι passive nemo dicit, nonnumquam transitivo sensu in forma media compositorum legitur, ut apud Demosth. p. 912. οὐκ ἔφασκεν οὔτε τὰ χρήματα ἐντεθεῖσθαι τοῦτον οὔτε τὸ χρυσίον ἀπειληφέναι, et sic Lucianus recte dedit I, 9. ἐν τῷ σώματι τὴν ἅπασαν ἐλπίδα τοῦ βίου τεθειμένος. Praeterquam in talibus igitur τεθεῖσθαι Atticis non est in usu. Itaque vehementer fallitur Dindorfius in Demosthene p. 40, 1. εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινὸς πράγματος προὐτίθετο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν, scribendum putans προὐτέθειτο, ut et p. 1418, 1. nam prope barbarum hoc est. Seriores ita peccabant, illi numquam. Non animadvertit hoc Lucianus quum scriberet 3, 24. πῶς γὰρ οἴει τὴν ψυχὴν διατεθεῖσθαί μοι, aut 32, 22. ἀκόπου τι ὄνομα ἐκ λίπους αἰγείου συντεθειμένου, aut 39, 10. διατέθειμαι aut 16, 5. μετὰ τῶν ἐκτεθειμένων, et eodem modo vidi et

alios errantes, nam erat haec ἡ συνήθεια, quae vivo Menandro cum multis aliis vitiis nata est. Menander Stob. *Floril.* CXIII. 14.

τῷ μὲν τὸ σῶμα διατεθειμένῳ κακῶς
χρεία 'ς' ἰατροῦ, τῷ δὲ τὴν ψυχὴν φίλου.

paulatim ad omnes pervenit et, quod peius est, hanc quoque labem Veteribus affricant: in Isocratis *Archidamo* § 39. pro τοὺς πολεμικῶς διακειμένους sunt qui διατεθειμένους scribant. In Xenophontis *Hierone* IX, 11. nemo credat sanum esse posse εἰ δὲ φοβεῖ, μὴ ἐν πολλοῖς ἄθλων προτεθειμένων πολλαὶ δαπάναι γίγνωνται, sed emendet ἐπὶ πολλοῖς ἄθλων προτιθεμένων. Neque in Aristophanis fragmento apud Pollucem IX. 36.

ἄμφοδον ἐχρῆν αὐτῷ τεθεῖσθαι τοὔνομα

dubita emendare τίθεσθαι.

Non satis perspexit Lucianus consuetudinem Atticam in iis, quale est 23, 3. ὅ τι περ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης, aut 45, 24. τὸ κεφάλαιον ὅ τι περ ἐστὶ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, aut 52, 6. ὅ τι περ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ ἐξ ἑκάστης προαιρέσεως, aut 71, 10. ὅ τι περ τὸ κεφάλαιον ἐξ ἑκάστης αἱρέσεως. Similiter 49, 16. ὅ τι περ τὸ πυρωδέστατόν ἐστιν, et 66, 22. ἐξ ἁπάσης ἡλικίας ὅ τι περ τὸ ἀνθηρότατον, in his omnibus male τό addidit et αὐτό. Attici dicebant ὅ τι περ κεφάλαιον, ὅ τι περ ὄφελος, ὅ τι περ ἄνθος, ὅ τι περ δυνατώτατον sim. Nemo umquam his verbis facetius usus est quam Eupolis, qui ἐν Δήμοις principes olim in rep. viros in scenam producens nescio quem ad eum, qui Periclem enormi capite insignem adduxisset, dicentem facit:

ὅ τι περ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες.

apud Plut. in *Pericle* cap. 3. Certa haec est forma ὅ τι περ, non ὅ τι aut ὅπερ. Recte Fritzsche in 17, 39. reposuit ὅ τι περ ἦν νοσιμώτατον pro ὅπερ ἦν, et Thucydides IV. 133. non scripsit ὅ τι ἦν αὐτῶν ἄνθος ἀπωλώλει sed ὅ τι περ ἦν, ut Dionis Cassii imitatio docet, quam indicavit Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 171. In *Timonis* loco, quem illustrat 5, 55. μεμψίμοιρος ἀεὶ ὡς τὸν πλακοῦντα ὅλον ἢ τὸν σῦν μόνος τῶν ἄλλων λάβοι, ὅ τι περ λιχνείας καὶ ἀπληστίας ὄφελος, μέθυσος καὶ πάροινος, vir magnus Luciani ipsius vitio non intellexit quid esset ὅ τι περ λιχνείας καὶ ἀπληστίας ὄφελος putavitque esse »*earum rerum, quae gulae helluonationique inserviunt delicatissimum.*" Significatur

his verbis ipse Thrasycles helluonum omnium gulosissimus. Volebat dicere Lucianus ὁ πάντων λιχνότατος καὶ ἀπληστότατος et se mirifice speravit esse locutum, quum hoc sic dixisset, ut est in *Lexiphane* 34, 14. ὅ τι περ ὄφελός ἐσμεν τῆς ἀττικίσεως [ἄκρον], ubi ἄκρον glossema est, et recte apud Aristophanem *Ran.* 424.

κἀστὶν τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας.

namque sic ipse homo unus an plures *flos delibatus populi* dicitur esse. Sed absurdum est ὅ τι περ ὄφελος cum vitiorum nominibus coniungere et suaviter risisset civis Atticus quilibet, qui λιχνείας καὶ ἀπλησίας ὄφελος audivisset dicentem. Tam periculosa res est nimis eleganter et exquisite dicere velle: nisi cavebis, ineptus eris, θρὶξ ἀνὰ μέσσον.

Percurram nunc ordine Luciani libros et ut quodque vitium dicendi occurret, quod quidem utiliter animadverti et notari possit, paucis arguam. In 1, 11. ἀποβλεπόμενος occurrit pro περιβλεπόμενος. Quo sensu Euripides dixit περιβλέπεσθαι τίμιον. — κενὸν μὲν οὖν, et περίβλεπτος dicebant veteres, eodem Lucianus male ἀποβλέπεσθαι dicit, ut 3, 13. ζηλωτὸς εἶναι καὶ ἀποβλέπεσθαι, et alibi. In 3, 2. οὔτε κοινωνεῖς τῶν ὁμοίων λόγων, frequens hoc in Luciano vitium est, qui nescio quomodo κοινωνεῖν, quod μετέχειν significat et κοινωνίαν ἔχειν, pro μεταδιδόναι dicere solet, confundens κοινωνεῖν et κοινοῦν vel ἀνακοινοῦσθαι. vide 52, 34. ἔλαθον ἕταιρος αὐτῷ καὶ συνήθης γενόμενος ὥςε πάντων ἐκοινώνει μοι τῶν ἀπορρήτων, aut 70, 90. ἀλογώτατόν ἐςι τοὺς μὲν ἡμῶν ὑπερπλουτεῖν καὶ τρυφᾶν οὐ κοινωνοῦντας ὧν ἔχουσι τοῖς πενεςέροις, quae si quis Veterum legere potuisset, contrarium quam quod dicitur significare ridens animadvertisset: similiter 70, 33. τίς γὰρ ἂν φθονήσειε τῷ κοινωνοῦντι [καὶ διδόντι] τῶν ἰδίων; ubi sciolus legentem adiuvare voluit, sed μεταδιδόντι debebat ponere, et 32, 46. οὔτε ςέγη τις ἐδέχετο οὔτε πυρὸς ἢ ὕδατος ἐκοινώνει. In § 15. ἀκούων διεφθορότων ᾀσμάτων quid esset nemo Atticorum intelligere potuisset, quibus διέφθορα significat διέφθαρκα, ut apud Aristophanem ἐν Ταγηνιςαῖς fragm. III.

τὸν ἄνδρα τοῦτον βιβλίον διέφθορεν
ἢ Πρόδικος ἢ τῶν ἀδολεσχῶν εἷς γέ τις.

et sic constanter omnes Veteres, testibus multis dicendi magi-

stris, vid. Lobeck. ad Phrynichum p. 160. Sequiores tamen omnes διέφθορα dicebant pro διέφθαρμαι, frustra admonentibus doctoribus, ut apud Lucianum ipsum 76, 3. σὺ δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν παιδείας διέφθορας, ὥςε μηδ' αὐτὸ τοῦτο σολοικίζοντας κατανοῆσαι, [οὐ γὰρ πρόσεςιν αὐτῷ τὸ τίνα], ubi bono magistro, qui adscripsit οὐ γὰρ πρόσεςιν αὐτῷ τὸ τίνα, gratias agimus, sed eius annotationem discipulis quam nobis utiliorem expungemus. Quidquid magistri reclamarunt διέφθορα pro διέφθαρμαι postea omnium usu tritum est. Didymus qui *de corrupto dicendi usu* scripsit et librum inscripsit περὶ παρεφθορυίας λέξεως in ipso titulo operis τὴν ἀρχαίαν διάλεκτον παρέφθορεν et in unica observatione, quae mihi ex illo libro innotuit, vehementer fallitur, apud Athenaeum IX. p. 368 b. Lucianus igitur cum omnibus errans ἄσματα διεφθορότα dixit pro *lasciva*, *impudica*, *spurca*.

In *Timone* 5, 4. οὔτε θύοντος ἔτι σοι τινὸς οὔτε ςεφανοῦντος, debebat οὐδενός scribere pro τινός, sed passim in talibus peccat, vid. § 15. 14, 14. Ibid. πηνίκα male pro πότε. Apud Veteres πηνίκα fere semper dicitur quum quis rogat, *quae pars diei sit* vel, ut postea solebant, *quota hora sit*, ut in *Critone* p. 43 a. πηνίκα μάλιςα; — ὄρθρος βαθύς. ubicumque πηνίκα et ὁπηνίκα et τηνικάδε occurrunt videbis hanc rationem constare. Sequiores inepte πηνίκα dicebant pro πότε, *quota hora?* pro *quo tempore?* quos ridet vir acutus apud Lucianum 76, 5. qui rogatus πηνίκα ἕξεισι repondit: quis tibi dixit me *hodie* id facturum? Iterum peccat Lucianus 45, 6. πηνίκα διηγήσει; ponens pro *quando narrabis?* Qui hoc tenebit facile emendabit Xenophontis *Anabasin* III. v. 18. ἐπὶ τούτοις ἐθύσαντο ὅπως ὁπηνίκα καὶ δοκοίη τῆς ὥρας τὴν πορείαν ποιοῖντο, lege ὁπηνίκα δοκοίη expuncto τῆς ὥρας, quod natum est ex annotatione ἐπὶ τῆς ὥρας ad ὁπηνίκα olim adscripta. In Aeschinis *Timarchea* § 9. διαρρήδην ἀποδείκνυσι πρῶτον μὲν ἣν ὥραν προσήκει ἰέναι εἰς τὸ διδασκαλεῖον καὶ ὁπηνίκα ἀπιέναι, usus verborum ἣν ὥραν ab aetate Aeschinis abhorret et ἥν pro τίνα positum vel ποςήν arguit Graeculum. Emenda πρῶτον μὲν ὁπηνίκα προσήκει κτέ. interpretatio veram scripturam expulit. Addam his nonnulla propter Lobeckium ad Phrynichum p. 50 et ut ea controversia *dirimatur*. Phrynichus docet: πηνίκα μὴ εἴπῃς ἀντὶ τοῦ

πότε· ἔςι γὰρ ὥρας δηλωτικόν· οἷον εἰπόντος τινὸς πηνίκα ἀποδημήσεις; ἐὰν εἴπῃς μετὰ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας οὐκ ὀρθῶς ἐρεῖς. ἐὰν δὲ εἴπῃς ἕωθεν ἢ περὶ μεσημβρίαν ὀρθῶς ἐρεῖς. quae vera sunt quidem sed non omnem usum adverbii πηνίκα complectuntur. Qui quem rogat πηνίκα --; de eo tempore rogat, quod definitum et constitutum et certum est, ut si quis ex astronomo quaerat: πηνίκα ἐκλείψει ὁ ἥλιος; id quaerit quo *certo* tempore sol defecturus sit. Qui respondet ad haec μετὰ δύ' ἢ τρεῖς ἡμέρας nihil dicit. Eodem modo dicitur πηνίκα ἐςὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ; et πηνίκα ἐςὶ τῆς ἡμέρας; quae ita rogantur ut ipsa pars anni et diei accurate definienda sit, si recte respondere velis. Contra πότε ita dicitur, ut id tempus incertum esse intelligatur et fortasse numquam futurum, ut si pater ad dissolutum filium dicit: *quando ad meliorem frugem redibis?* dicendum est πότε σωφρονήσεις; si πηνίκα dixisset ridiculus fuisset. Recte igitur quaeritur: πηνίκα οἱ γάμοι; quia constituta est nuptiis dies, male πηνίκα πολεμητέον; quia id tempus non est definitum. Recte Polyaenus πηνίκα δοκεῖτε ἁλῶναι τὴν πόλιν; nam tempus ipsum accurate sciri poterat urbe recens capta. Itaque peccavit iterum Lucianus 56, 4. ἀλλ' οἵ γε κύκνοι πηνίκα ὑμῖν ᾄδουσιν; in § 2. πότε δὲ (lege δή) ἐπὶ τὰς ἀγείρους ἀφιξόμεθα; potuerat dicere πηνίκα, nam sicubi illae arbores ad Padum fuissent, poterat definiri tempus ipsum, quo illuc essent perventuri. Ut plurimum autem πηνίκα dici coepit de parte *praesentis diei*, et quum horae numerari solerent, πηνίκα erat ὥρας δηλωτικόν, ut Phrynichus scribit. Aelius Herodianus post Moeridem p. 438. τὸ ἡνίκα καὶ τὸ πηνίκα ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῆς ἡμέρας μᾶλλον, τὸ δὲ πότε ἐπὶ χρόνου. ἔςι δὲ καὶ τὸ πηνίκα ἐπὶ χυπεῖ παρὰ τῷ Δημοσθένει. monstrum χυπεῖ natum est ex χ̆ π̆ i. e. χρόνου παρὰ (τῷ Δημοσθένει). Locus Demosthenis legitur p. 329, 23. ἐν τίσιν οὖν σὺ καὶ πηνίκα λαμπρός; ἡνίκ' ἂν εἰπεῖν τι κατὰ τούτων δέῃ. non poterat odiosius dicere quam sic adversarium consulto sibi ad dicendum *certa tempora constituta habere*. Sed redeo illuc unde digressus sum. § 12. πατρῷον φίλον, Attici πατρικόν. § 18. ἄμφω, illi ἀμφότεροι. In 8, 2, 1. οὐδέν ἐςιν ὃ μὴ πεποίηκάς με, veteres οὐδὲν ὅ τι οὐ. Perpetua negligentia Lucianus μή, μηδείς, μηδέποτε caett. ponere solet ubi οὐ, οὐδείς, οὐδέποτε erant ponenda, ut

20, 9. ἐπεὶ τὸν μισθὸν μὴ ἀπεδίδου et § 21. ἐπεὶ μὴ σὺ ἐθέλεις εἰπεῖν et 26, 4. γράφω περὶ ὧν μήτε εἶδον μήτε παρ' ἄλλων ἐπυθόμην. et 37, 1. ἔμελλεν ἄρα μηδὲ ὁ καθ' ἡμᾶς βίος ἄμοιρος ἔσεσθαι ἀνδρῶν λόγου ἀξίων et 46, 21. μέμνησο τοίνυν προσθεῖναι ὅτι μὴ δυνατόν ἐςί μοι κατὰ χώραν μένειν, et saepe aliis locis: quae turpissima vitia sunt. In 10, 4, 2. ἐοίκασιν et alibi, Attici εἴξασι, sic οἶδας pro οἶσθα scribit 9, 15, 1. In 10, 5, 2. ἀποδυσάμενος pro ἀποδύς. Δύσασθαι et composita antiquis barbara sunt, sequiores errant omnes. 10, 6, 3. ἐπιχαίνετε, Attici χάσκω dicunt non χαίνω. 10, 7, 1. τεθνήξεσθαι, ut ἐςήξεσθαι novicia sunt: antiqua τεθνήξειν et ἐςήξειν. 10, 12, 4. ἀγαπᾶν ἄρχειν, illi ἄρχων et 10, 13, 2. οὐ γὰρ ἔφθασα ἐπισκῆψαι, veteres omnes ἐπισκήψας. Numquam Attici errant, sed saepissime Atticistae. In 23, 2. οὐκ ἔφθη ποιῆσαι Luciani error est, qui cum omnibus sequioribus ita loquebatur. Aristophanis non est in *Equitibus* 934.

σπεύδων ὅπως τῶν τευθίδων
ἐμπλήμενος φθαίης ἔτ' εἰς
ἐκκλησίαν ἐλθεῖν.

nam ipse ἐλθών scripsit, nisi mavis credere constanter omnes et ipsum Comicum in ea re ἐλθών dicere solitum, nunc semel ἐλθεῖν maluisse. Etiam in *Nubibus* 1384 restitue οὐκ ἔφθης φράσας pro φράσαι. 10, 20, 2. κατὰ κόρρης ut saepe aliis locis: Attici ἐπὶ κόρρης. 10, 29, 2. ἀντεποιήθη, debebat ἀντεποιήσατο. 12, 5. ἄκραν ἐπιλαβόμενοι, veteres ἄκρας. 14, 18. ἐκκαθᾶραι et alibi σημᾶναι, ψᾶλαι, veteres ἐκάθηρα, ἐσήμηνα, ἔψηλα. 15, 8. διδόντας λόγον καὶ δεχομένους ἐν τῷ μέρει, Attici καὶ λαμβάνοντας. § 9. δωροδοκήσας perperam pro δεκάσας. § 17. ἀεί τινας ἀποφυγὰς εὑρισκομένοις, Attici ἐξευρίσκουσιν. § 19. ἐλάττων γένοιτο, Attici ἔλαττον ἔχοι. § 23. δύ' ὀβολῶν, illi semper δυοῖν ὀβολοῖν et δύ' ὀβολώ. § 24. οὐ τἀμὰ ἐνδεήσει, Attici οὐ τοὐμόν. 16, 8. τὸν χρυσὸν ὅλον pro πάντα. § 9. ὦ γελοῖε, male pro ὦ καταγέλαςε, idem vitium recurrit 37, 25. § 14. τὴν ἐπὶ τὸν ᾅδην φέρουσαν ὁδόν pro εἰς ᾅδου. 17, 11. καταδικάσας σεαυτοῦ πολλὴν τὴν ἀπόγνωσιν, Attici καταγνούς omisso τήν. 18, 11. τῶν μισθοφορούντων, Attici μισθὸν φερόντων. 20, 4. ἐπὶ τὸ ἄκρον ἔσεσθαι pro ἐπὶ τοῦ ἄκρου. § 10. καταβιώσωσι, Attici βιῶναι, sequiores βιῶσαι: illi βιούς, hi βιώσας. § 68. ἐοικὼς ἔσῃ, Athe-

nienses ut ex ἑςηκέναι ἑςήξειν sic ex εἰκέναι futurum εἴξειν formabant, ut in *Nubibus* vs. 1001:

τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις καί σε καλοῦσι βλιτομάμμαν.

id est, ut Graeculi loquebantur, ἐοικὼς ἔσῃ. non aliunde εἴσομαι formatum est quam ex εἰδέναι, ut κεκράξομαι ex κεκραγέναι. § 86. μεταμφιάσομαι, veteres μεταμφιοῦμαι et in fine περιςήσομαι ex inepta τῶν ἰδιωτῶν συνηθείᾳ dictum est pro *evitabo*, quod ridiculum vitium scite castigatur 76, 5 ἄλλου δὲ εἰπόντος· περιέςην αὐτὸν ὥςε λαθεῖν, θαυμαςὸν, ἔφη, εἰ εἷς ὢν περιέςης τὸν ἕνα, ex quo exemplo satis apparet illam antiquae linguae sanitatem prorsus periisse. 22, 10 σὺν οὐδενὶ κόσμῳ, veteres οὐδένα κόσμον. § 12 δεικνύειν, δεικνύω, ὀμνύω et sim. sequiora sunt et sub Menandri aetatem propullularunt. Nota sunt haec Menandri:

Γλυκέρα, τί κλάεις; ὀμνύω σοι τὸν Δία,

et in fragmento, quod equidem τοῦ Κόλακος esse suspicor, apud Plutarchum Tom. II. p. 574. c.

πῶς τὸ τραῦμα τοῦτ' ἔχεις;
μεσαγκύλῳ. πῶς πρὸς θεῶν; ἐπὶ κλίμακα
πρὸς τεῖχος ἀναβαίνων. ἐγὼ μὲν δεικνύω
ἐσπουδακώς, οἱ δὲ πάλιν ἐπεμυκτήρισαν.

narrat haec ipse κόλαξ, ὁ Στρουθίας, cuius verba ἐγὼ μὲν δεικνύω ἐσπουδακώς non sunt ab Interprete intellecta, qui vertit: *prompte simul ostendo vulnus:* dicit δείκνυμι ὅτι ἐσπούδακα, *serium vultum ostendo* quasi his omnibus habeam fidem, quod adulatoris est et dictum est ut δείξω ἔτι ζῶν notissimo usu. Ex antiquioribus ista omnia removenda sunt invecta a seris nepotibus. Caeterum debuerat scribere: εἴη μόνον ἄξια τοῦ θεάτρου ἐπιδείκνυσθαι, male interpres *digna theatro*, etiam hic τὸ θέατρον ponitur pro οἱ θεαταί. In 23, 2 paucis verbis interiectis ἐπαινέσονται et ἐπαινέσουσι posuit. In eo usu futuri medii identidem longius a veteribus discedunt. Iam mature coeperunt ἐπαινέσω dicere et ἐγκωμιάσω et ἀγνοήσω et ἀπολαύσω et alia, tandem eo ventum est, ut γελάσω et ἀκούσω diceretur. Videbimus in extrema parte hominem, qui διαβαδιῶν pro διαβαδιούμενος potuit scribere. Alieno vitio inquinatus est Lucianus 66 26, ἄδηλον ὁπόσον χρόνον βιώσεις, ubi βιώσει emendandum. In 24, 2 ἔςι δὲ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ Διπύλου ἐν ἀριςερᾷ εἰς

Ἀκαδήμειαν ἀπιόντων, duplex in ἀπιόντων vitium est scribarum alterum, alterum Luciani, qui ἀνιόντων dederat, quum ἀνιόντι deberet et saepe chorda oberrat eadem. Veteres genitivum ponunt, ubi temporis spatium significant *dum quid fiat*, dativus indicat situm locorum. Quis credat in Thucydide I, 12 ubi legitur Ἐπίδαμνός ἐςι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον, ab sano homine scribi potuisse ἐσπλέοντος? Quemadmodum enim dicitur περιπλώοντες τὴν Λιβύην τὸν ἥλιον ἔσχον ἐς τὰ δεξιά (Herod. IV. 42), et apud Cratinum ἐν Ὀδυσσεῦσι fragm. III.

ἐπ' ἀριςέρ' ἀεὶ τὴν ἄρκτον ἔχων λάμπουσαν ἕως ἂν ἐφεύρῃς.

et passim alibi, sic dicendum est ὁ ἥλιός ἐςιν ἐν δεξιᾷ τοῖς τὴν Λιβύην περιπλέουσιν, quemadmodum sexcenties apud veteres passim in ea re dativi leguntur. Sequiores soli peccant: nonnumquam Pausanias erravit et alii. Saepius Lucianus, 13, 8 εἰσιόντων δὲ πρῶτα μὲν οἰκοῦσιν αἱ Ὧραι. 52, 18 τοὺς μὲν ἐπὶ τὰ δεξιὰ εἰσιόντων ἄφες. 68, 35 ςάδιοι εἴκοσιν ἀπὸ τῆς Ὀλυμπίας κατὰ τὸν ἱππόδρομον ἀπιόντων πρὸς ἕω, et 71, 8 ἐν δεξιᾷ μὲν εἰσιόντων αἱ γυναῖκες τὸν κλιντῆρα ἐπέλαβον, et 73, 1 κατὰ τὴν ςοὰν τὴν ἐντεῦθεν ἐξιόντων ἐν ἀριςερᾷ. quae omnia perinde vitiosa sunt. 25, 13 οὓς μισεῖσθαι καλῶς εἶχεν, sic sequiores, ut Romani solent, veteres μισεῖν dixissent. § 16. qui πείρην scribebat Ionice, non erat admodum Ionicae dialecti gnarus. Istiusmodi Graeculis debentur formae μίη, οὐδεμίην, μοίρη sim. in Codd. nostris. Idem vitium est 66, 7 μακέλλην ἔχων, quod tamen sumtum est ex Homerico χερσὶ μάκελλαν ἔχων. § 36 ἀπροσδεῆ, sic alibi ὑγιῆ, εὐφυῆ pro ἀπροσδεᾶ, ὑγιᾶ, εὐφυᾶ. 26, 32 περισκοπήσασθαι, veteres περισκέψασθαι. § 34 ἐναυπηγησάμην, quia solus erat et suis ipse manibus scapham compegerat ἐναυπήγησα dictum oportuit. 28, 12 διηγορευμένον ἐν τοῖς νόμοις, Attici διειρημένον, ut supra ostendimus. Passim in his Lucianus labitur. 29, 25 δεσπότας κεχειροτονηκότες pro ῥηθέντας: inepte singuli dicuntur χειροτονεῖν τινά. § 27 εὐηλίῳ καὶ εὐηνέμῳ, Attici εὐείλῳ pro εὐηλίῳ dixissent. 32, 19 προλέγει πᾶσιν ὡς μαντεύσεται ὁ θεὸς εἰς ῥητήν τινα ἡμέραν, inepte ut nihil supra dicitur ipse Deus μαντεύεσθαι, pro *oracula edere*, nam vates μαντεύονται, Dii χρῆν et θεσπίζειν dicuntur: itaque ὁ μὲν Ἀπόλλων χρῇ, ἡ δὲ Πυθία μαντεύεται.

Ridet hoc dicendi vitium qui scripsit *Pseudosophistam* 76, 9. In 34, 23 μὴ αἰδεσθεὶς μεταμανθάνων pessime pro αἰσχυνθείς, et saepius haec confudit ut 35, 2. ἐφ' ὧν ἄν τις ᾐδέσθη παρὰ μέλος τι φθεγξάμενος. 35, 10 κρησφύγετον εὑρόμενος, male pro εὑρών. 40, 13 ὁ μὲν μέγιστος, ὁ δὲ πάνυ τῇ ἡλικίᾳ χαμαίζηλος et mox εἰ μέλλουσιν ὁμήλικες φαίνεσθαι, Graeculorum est ἡλικίαν dicere pro *statura*, et ὁμήλικες pro *eiusdem staturae*. Graecis nihil aliud est quam *aetas* et *aequales*. Graeculi hoc arripuerunt ex locis, qualis est Aristophanis *Ran.* 55 σμικρὸς ἡλίκος Μόλων, nam hinc ἡλικία formatum est, non ex ἥλιξ. ubi ἡλικία inolevit ὁμήλικες secutum est, etiam peius vitium. § 19 μεγαλωστί Graeculi dictitant pro μεγαλείως, μεγαλοπρεπῶς ex Homerico: κεῖτο μέγας μεγαλωστί. § 28 σὺ μὲν ἀνεύθυνος αὐτοῦ, male pro ἀνυπεύθυνος, res enim sunt ἀνεύθυνοι, at homines si cuius rei tenentur εὐθύνας δοῦναι aut μὴ δοῦναι appellantur ὑπεύθυνοι et ἀνυπεύθυνοι. 41, 3. τιμῆς ἀξία παρὰ πάντων, veteres τιμῆς ἀξία πᾶσιν, ut θανάτου ἄξιος τῇ πόλει. § 7 οἴχονται μόνους ἀπολιπόντες, Veteres οἴχονται ἐγκαταλιπόντες. § 9. πλεονεκτοῦμεν, veteres πλεονάζομεν. § 12. φίλος ἐκ παίδων ἦν, illi ἐκ παιδὸς, ἐκ νέου. — τελευταῖον δέ, illi τελευτῶν δέ. § 17. παρὰ τὸν ἁρμοστὴν, ὃς ἥρμοζε τὴν Ἀσίαν *ad Proconsulem, qui Asiam obtinebat, ad Asiae Praesidem:* ἁρμοστής a Spartanis sumtum nomen est, quorum *praefecti* in sociorum urbibus vel dediticiis ἁρμοσταί dicebantur, quia *reip. constituendae* et rebus componendis creati et missi videbantur. Sic saepius *Praesidem Achaïae* appellant, et verbum ἁρμόζειν ea nova significatione mactarunt qui venustius scribunt, caeteri ἀνθύπατον vocant. Sic § 22 Praefectus Aegypti ἁρμοστής dicitur. § 22. οὐδεὶς οὐ γελῶν ἀπηλλάττετο, veteres οὐδεὶς ὅστις οὐ. § 25 λαβόμενος αὐτὸν τῆς δεξιᾶς, veteres αὐτοῦ et § 39 τὰς ἁμάξας κατελαμβάνοντο, quod frequens omnium sequiorum vitium est pro κατελάμβανον. § 51. συγγενὴς μητρόθεν, veteres omnes πρὸς μητρός, sequiores saepe ἀπὸ μητρός. 42, 3, συνανακλίνεσθαι, Veteres συγκατακλίνεσθαι, et mox ἔοικα δ' ἐνταῦθα διατρίψειν: pro ἔοικα veteres δοκῶ μοι dicebant et τριῶν ἡμερῶν pessime pro τρεῖς ἡμέρας positum. § 6 ἔνθεν ἐλών saepe dicunt sequiores imitati Homerum, *Odyss.* Θ. 500.

ἔνθεν ἑλὼν ὡς οἱ μὲν ἐϋσσέλμων ἀπὸ νηῶν
βάντες ἐπέπλειον.

multa dabit Dorvill. ad Charitonis locum 11, 12. ὁ δὲ Θήρων ἔνθεν ἑλών. Tamen turbant indocti scribae et interpolant: plerique h. l. ἔνθεν ἀρξάμενος exhibent; in Diogene Laërtio I. 102. in omnibus est ἔνθεν ὁ Ἀνάχαρσις ἐλθὼν ἔφη, ubi ἑλών reposui. § 33. ἀποσιτῆσαι, veteres ἀποκαρτερῆσαι. § 48. κατηχεῖν sordidum et plebeium pro διδάσκειν. Κατηχεῖν et κατήχησις primi Stoici dixerunt. Diog. Laërt. VII. 89. διαφρέφεσθαι δὲ τὸ λογικὸν ζῷον (φασὶν οἱ Στωικοί) ποτὲ μὲν διὰ τὰς τῶν ἔξωθεν πραγμάτων πιθανότητας, ποτὲ δὲ διὰ τὴν κατήχησιν τῶν συνόντων, quod Stoico supercilio dictum est: *quia eorum aures personant pravis opinionibus suorum.* Eodem modo Lucianus hoc verbo utitur 44, 39. οἱ ποιηταὶ μέτροις τε κατᾴδουσι καὶ μύθοις κατηχοῦσιν. Hinc emanavit in vulgus verbum pro *crebris sermonibus aliquid inculcare*, deinde pro *viva voce docere*, denique κατηχεῖν prorsus idem est atque διδάσκειν, ut multa vocabula abiecta et sordida τοῖς ἰδιώταις praeplacebant, ut λαλεῖν pro λέγειν. Sic ἐρεύγω (*eructare* olim) *pronunciare* apud istos significat, quod cum pluribus aliis Lobeck. ad Phryn. p. 63 attulit. 44, 3. ἐπὶ ξυροῦ ἕστηκεν, veteres ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς. § 26. ὡς ξυνήσουσιν, veteres solum ὅπως cum futuro coniungunt, Lucianus saepe ὡς. § 49. πρῴρας ἐπιμελητής, veteres uno verbo πρῳρεύς. 45, 10 οὐ προσεποιεῖτο ἀκηκοέναι veteres οὐκ ἐδόκει. Graviter impegit in § 19 in verbis: ὁπόσα ἂν ἀποσκώψῃς εἰς ἐμὲ καὶ εἰς ἐκείνους ἀποσκώψας ἔσῃ. ut vitaret κακοφωνίαν incidit in soloecismum. Namque aoristi ea natura est ut cum futuro ἔσομαι neque cogitatione neque verbis coniungi possit: quod plane praeteriit et sine vestigio ex rerum natura sublatum est non potest, credo, dici ad futuri temporis usum perduraturum esse. Perfecti futurum est, quia absolutam rem perdurare et exstare significat, aoristi non est. Et ex ipsis quidem perfectis futurorum formae producuntur, ut κτήσομαι ex κτῶμαι sic κεκτήσομαι producitur ex κέκτημαι, et μεμνήσομαι, εἰρήσομαι, βεβλήσομαι, τετμήσομαι, κεκλήσομαι, alia sexcenta sequuntur analogiam pueris notam. Cur igitur tam protrita et puerilia attingis? inquies. Primum ut convellam pro virili parte usum absurdi nominis, quod magistelli insulsi iis formis imposuerunt

et quemadmodum τὸ μὴ καλῶς λέγειν οὐ μόνον εἰς αὐτὸ τοῦτο πλημμελὲς ἀλλὰ καὶ κακόν τι ἐμποιεῖ ταῖς ψυχαῖς (ut rectissime Socrates moriturus dicit in *Phaedone* p. 115. E.) sic ex absurdo hoc nomine absurda notio in puerorum animis nascitur, quam adulti plerique retinuerunt. Magistellis hoc tempus appellatur μετ' ὀλίγον μέλλων, quod verterunt *Paulo post futurum*, eoque nomine puerorum aures personant, estque haec vitiosa κατήχησις τῶν διδασκόντων. Apertus error est, in quem satis est intendisse digitum et ex quo uno intelligi potest quam praeclari magistri Graecitatis fuerint, unde haec omnia accepimus. In perfectis quibusdam activae formae eadem analogia conspicitur: ἕςηκα et τέθνηκα producuntur in ἑςήξω et τεθνήξω, (apud sequiores ἑςήξομαι et τεθνήξομαι, quibus formis *numquam* veteres usi sunt). Similiter apud Homerum perfectum ἄνωγα, ἄνωχθι, habet futurum ἀνώξω ex se natum, et apud Atticos κέκραγα κεκράξομαι et κέκλαγγα κεκλάγξομαι. Non aliunde natum est εἴξω, *similis ero*, quam ex ἔοικα (εἰκέναι, εἴξασιν), et εἴσομαι quam ex οἶδα (εἰδέναι): ex eadem forma producitur εἰδήσω. In caeteris omnibus periphrasi utendum: sic γεγάμηκα, *uxorem habeo*, futurum habet γεγαμηκὼς ἔσομαι, sed ἔγημα, *duxi uxorem* (quae nunc mortua est), *habui uxorem*, futuri temporis notionem non admittit. Itaque εἰρηκὼς ἔσομαι dicitur, εἰπὼν ἔσομαι absurdum est. Apud Lucianum legitur 7, 14 ἔσομαι πεπονθώς, 10, 22, 1 ἔσῃ πεπλευκώς 10, 23, 3 ἔσῃ ἀνεληλυθώς, 12, 12 et 22 ἔσῃ ἀνατεθεικώς. 41, 10 νενικηκὼς ἔςαι, 49, 17 ἔσῃ ὠφεληκώς, 70, 5 ἔσῃ ἀποδεδωκώς, 70, 23 ἔσῃ πεποιηκώς, 78, 21 ἔσῃ πεπονηκώς, et eodem modo omnes Graeci saepissime loquuntur, etiam in passivis, quia non multa verba habent ex perfecto passivo productam futuri formam. Sic legitur 34, 25 βεβουλευμένος ἔσῃ et 12, 22 ἔσῃ πεποιημένος: καί μοι δείξας αὐτὸ ἐντελῆ ἔσῃ τὴν περιήγησιν πεποιημένος, ubi soloeca lectio est codicis M. ποιησάμενος. Peccavit Lucianus ipse 20, 68 in ἐοικὼς ἔσῃ pro εἴξεις, ut diximus, et in εἰδὼς ἔσῃ in 60, 13, ut ibi dicemus. Subinde iam notavimus Atticistas abuti perfectorum futuris, ubi praesentium futuris esset utendum, ut in δεδήσομαι pro δεθήσομαι, δεδικάσονται pro δικασθήσονται, aliis multis. Tragicis hoc ius est facere, qui μεμνήσομαι pro μνησθήσομαι dicebant: Eurip. *Medea* 929 (quam-

quam in populari sermone hoc significat *commemorabo*, illud *meminero*), κεκλήσομαι pro κληθήσομαι, βεβλήσομαι pro βληθήσομαι. In Diogene Laërtio IX. 60 pro

βληθήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί.

optimi codices mihi dederunt βεβλήσεται, ut recte legitur in Euripidis *Oreste* vs. 265. Omnino in his formis nescio quomodo Grammatici negligentius versati sunt. Buttmannus, quem nemo adhuc quod sciam in hoc genere superavit, ubi de hoc futuro agit in *Gramm. Gr. Ampliss.* § 99 haec exempla apponit: πεπαιδεύσομαι, πεποιήσομαι, πεπείσομαι, τετύψομαι, τετράψομαι et δεδικάσομαι, quorum nullum usquam in Graecorum scriptis occurrit praeter δεδικάσομαι, quod Luciani vitio natum est, ut diximus, et nullum est perfectum in -ασμαι, -εσμαι, -ισμαι, -οσμαι, -υσμαι, unde futurum producatur. Dicam de his ipse alio loco et unde digressus sum redeo: ἀποσκώψας ἔσῃ dixit Lucianus, quia ἔσκωφα et ἀπέσκωφα non erant in usu διὰ τὸ τραχὺ καὶ κακόφωνον, quod dum vitat incidit in soloecismum, cuius defensionem noli suscipere ob locum Xenophontis in *Anabasi* VII. vi. 36 ἄνδρα κατακανόντες ἔσεσθε, ubi meliores libri servant κατακεκανότες, quod receptum a plerisque est. At mihi forma κέκανα penultima brevi (ut in κατέκανον) a Graeca analogia prorsus abhorrere videtur, contra ἑλληνικωτάτη forma est, quae in miseris λέξεων veterum reliquiis vix emergit, κέκονα, quae apud Hesychium quidem periit in v. κέκοκεν: quod ἔγνωκεν ἢ πεφόνευκεν olim significasse dicit, confundens κεκόηκεν et κέκονεν, sed evasit in Etymol. M. p. 500, 55. Κέκονα: παρὰ Σοφοκλεῖ, ex qua stirpe progerminarunt κόναι (scribe κοναί): φόνοι, et ἀνδροκόνοι: ἀνδροφόνοι in gaza Hesychiana: itaque Xenophonti, qui saepissime Ionicum κατακαίνω usurpat pro ἀποκτείνω Atticorum, κατακεκονότες reddiderim. Ex κατακέκονα natum est κατακονή, quo Euripides usus est in *Hippolyto* vs. 816

κατακονὰ μὲν οὖν ἀβίοτος βίου,

et receptum εἰς τὴν τραγικὴν λέξιν, unde Hesychius expromsit κατακόνα (scrib. κατακονά): διαφθορά.

In § eadem apud Lucianum sequitur ὅτε σε Περικλῆς ὤπυιεν pro συνῄει σοι inepte dictum, sic γαμεῖν τινα Graeculi dicebant *pro* συγγίγνεσθαι, quod vitium apud Lucianum aliquoties

occurrit, ut 26, 22 γαμεῖται et γαμεῖ ubi codex A. συνουσιᾶται et συνουσιᾷ exhibet, quod etiam multo peius est, et 42, 32 τὴν δὲ γυναῖκα εἰς τὴν ὁδὸν ἀνατρέψας γαμεῖν ἐβούλετο, quod non εὐφήμως dictum est sed spurce et plebeio more pro βινεῖν. 46, 20 ϛασιάσαι pro διαβαλεῖν transitive dictum est, pessime; et saepius Graeculi ϛασιάζειν dixere pro ϛάσιν ἐμποιεῖν. 47, 5 ἐπιγελῶσαν apud veteres est *arridentem*, προσγελῶσαν, apud sequiores ἐπιγελᾶν est καταγελᾶν, ἐπεγγελᾶν, negligenter. § 13 male iudices dicuntur κρίνειν pro δικάζειν in ἐννέα κρινάτωσαν. § 16 ἐμοὶ ῥευσάτω, veteres ῥυῆναι dicunt et ῥυήσεσθαι, isti ῥεῦσαι et ῥεύσεσθαι. § 17 ἀνένηψα transitive dictum est contra antiquorum usum, quibus ἀνανήφειν est *ad meliorem frugem redire* et ἀνένηψε *frugi factus est*. § 33 ἀποισόμενοι τὸν μισθόν, veteres οἴσοντες. § 34 ἐς τὸν ἀνθρώπινον τρόπον, saepe sic Lucianus, ut 6, 1 ἐς ὄρνιθος τρόπον, 22, 4 ἐς τὸν πωλικὸν τρόπον, 47, 27 ἐς τὸν Ἀσσύριον τρόπον, veteres praepositionem omittunt. 49, 9 τὰ ἆθλα διαθεῖναι, veteres θεῖναι. § 11 ζημίας ἐπάγουσιν, veteres ἐπιτιθέασιν et θάνατος ἐπίκειται ἡ ζημία et sim. 51, 1 ἀνύειν, Attici ἀνύτειν. § 2 μηδὲν ὄντες, illi τὸ μηδέν. § 5 παρακινεῖν posuit pro *defectionem moliri*, significat idem quod παραπαίειν, παραφρονεῖν, *insanire*. § 16 σκορακιεῖ plebeium verbum est et novicium, Attici ἐς κόρακας ἀπιέναι κελεύειν, vide Lysiam XIII. 81. In 52, 15 γελοῖα ποιεῖς ἀπιϛῶν ἅπασιν, debuerat καταγέλαϛα ποιεῖς scribere, ut ὦ καταγέλαϛε 37, 25 et alibi pro ὦ γελοῖε, quod quisque facile scire poterat ex frequenti usu veterum, et quis non meminit se in Platonis *Symposio* Aristophanem audisse dicentem p. 189. B. φοβοῦμαι οὔτι μὴ γελοῖα εἴπω ἀλλὰ μὴ καταγέλαϛα. In *Lysistrata* vs. 907.

ὦ καταγέλας', ἐναντίον τοῦ παιδίου;

si ὦ γελοῖε dixisset, nihil dixisset. Lucianus tamen saepissime utrumque male confundit, quia aequales omnes promiscue utebantur. Mordax Catonis dictum in Ciceronem: *quam ridiculum habemus Consulem!* videbatur significare ὡς γελοῖον ἔχομεν ὕπατον, at volebat dicere ὡς καταγέλαϛον ὕπατον ἔχομεν. Plutarchus, qui illo modo vertit, visus est aequalibus τὸ ἀμφίβολον servasse. § 32. τὸ γοῦν τοῦ λόγου ἐκεῖνο ἄνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρὸς πέφηνας, Atticus ἀναπέφηνας dixisset, nam si quid spem et opinionem fefellit non φανῆναι dicitur id quod non exspe-

claras sed ἀναφανῆναι, in quo verbo patefacti erroris vel fraudis notio subest, ut in Platonis *Sympos.* p. 185 a. ἀναφανέντος τοῦ ἐρασοῦ πένητος, et iocose in *Rep.* I. p. 334 a. κλέπτης ἄρα τις ὁ δίκαιος ἀναπέφανται, et saepe apud Oratores. § 39. ἐπὶ πολλῷ ἐπριάμην, sequiores pro πολλοῦ. In 54, 3. τοὺς ἐλέφαντας ἐπισάξαντες καὶ τοὺς πύργους ἀναθέμενοι ἐπ' αὐτούς, male pro ἀναθέντες. In *Equitibus* vs. 1056.

καί κε γυνὴ φέροι ἄχθος ἐπεί κεν ἀνὴρ ἀναθείη.

repone coniunctivum ἀναθείῃ. In § 59, 2. ἀπέφηνε τὴν Τύρου ἀπόστασιν ἐκ τῆς Ἀπελλοῦ συμβουλῆς γεγονέναι, negligenter pro γεγονυῖαν, sic et 60, 11. θᾶττον ἂν τὸν Ἐρεχθέα καὶ τὸν Κέκροπα ξένους ἀποφήναις εἶναι pro ὄντας, et aliis locis. § 21. τὰς χεῖρας ὀρέγουσαι καὶ τὰς θύρας ἀναπετῶσαι, turpe vitium. Graecum est ἀναπετάννυμι τὴν θύραν, et ἀναπετῶ apud Veteres futurum est. Suidas ἀναπετῶ: ἀναπετάσω. Μένανδρος·

ἄλλοις ἀναπετῶ
τουτὶ προσελθὼν κοὐκ ἀνέξομ' οὐκέτι.

καὶ ἐν Συνερώσῃ καὶ ἑτέραις. Isti praesentis quae forma sit nesciunt, futurum pro praesenti scribunt: ἀναπεταννύειν dixit § 30. paulo post λαθρηδά dixit σεμνῶς πάνυ pro λάθρᾳ. § 22. ὑπὸ τούτων ἁπάντων συμμαχούμενοι, inepte pro τούτους ἅπαντας συμμάχους, συναγωνιστὰς, ἔχοντες. § 13. εἰδὼς ἔσῃ, idem vitium atque ἐοικὼς ἔσῃ pro εἴσει et εἴξεις. altera forma erat εἰδήσω omnibus in usu, quae foede corrupta est in Iamblichi *Vita Pythag.* § 48. σπουδάζειν δὲ καὶ τοῦτο ὅπως αὐτοί τε μονας ἐκείνας εἰδήσωσιν αἵ τε γυναῖκες μὴ νοθεύσωσι τὸ γένος, pro εἰδήσουσιν et νοθεύσουσι. § 19. οὐκ ἐπιβαίνεις perperam pro ἐπιδημεῖς. Est operae pretium videre in §§ 24 et 29 quam vitiose multi tum loquerentur, etiam ii qui πεπαιδευμένοι essent et eleganter dicendi laudem apud vulgus captarent. Turpissima sunt χειροβλημᾶσθαι (corrige tamen χειροβλιμᾶσθαι, nam ex βλιμάζειν τῇ χειρὶ id monstrum natum est), ἀπέκτεινε θάτερον vel ἄτερον τῶν πενήτων, τριῶν μηνοῖν, ἐκχύνειν, at non multo meliora iam notavimus apud ipsum, qui haec acerbe et iure reprehendit. Lexiphane dignum est 16, 1. ἄλογον καταλιπὼν τὸν οἶκον, de eo qui ἐν τῷ οἴκῳ λόγους οὐκ ἐποιήσατο: paulo ante pro νήξασθαι ἡδύν dictum oportuit ἐννήξασθαι. In 66, 9. πρὸς ἀντίους τοὺς ἐτησίας, ἀντίος Ionum est et Xenophontis,

qui permulta Ionica admiscere suis solet, (non vetera poëtica, ut multi existimant), Attici ἐναντίος semper dicebant. § 27. ἀνακαλεῖς τὴν ὑπόσχεσιν, Veteres ἀνατίθεσαι. § 36. ἐπειδὰν σημάνῃ ὁ σαλπιγκτής, Veteres σημήνῃ omisso ὁ σαλπιγκτής. In 67, 4, 4. κεκερᾶσθαι vitiosa et barbara forma est. Attica sunt κέκραμαι et ἐκράθην, Ionica vetera κέκρημαι et ἐκρήθην, minus vetera κεκέρασμαι et ἐκεράσθην, quae Xenophon usurpat ab Ionibus aequalibus sumta, ut et ἐδυνάσθην, quod apud eum perpetuum est pro ἐδυνήθην: hinc Lucianus aut κεκρᾶσθαι dixisse potest aut κεκεράσθαι, sed quod ex utroque perperam conflatum est κεκερᾶσθαι dicere non potuit. 67, 6, 4. ἐνδειξάσας σε σῷ δακτύλῳ, Veteres δειξάσας: ἐνδείκνυμι et ἔνδειξις in iure Attico trita sunt vocabula, sed tam notus hic usus est omnibus, ut Lucianum δειξάσας scripsisse suspicer, multis post seculis importunam praepositionem male adhaesisse. 67, 7, 3. καταλείψασαν pro καταλιποῦσαν tam turpe dicendi vitium est, ut ea scriptura sana esse non possit. Multo serius nati sunt, qui λεῖψαι, ἁμαρτῆσαι et similia portenta invexerunt. Antiatticista Bekkeri, qui p. 106, 24. λείψας ἀντὶ τοῦ λιπών, Ἀριςοφάνης Ἀνδρομέδᾳ attulit, tam parum iudicio valet et vitiosis libris tam saepe stulte deceptus est, ut eius fide stari non possit. Ecquis est, qui ei credat ἐωνηκώς dixisse Lysiam pro ἐωνημένος p. 95, 23, aut ἐγρηγόρησεν Xenophontem p. 96, 25 [1]), aut ἠκροᾶσο Antiphanem p. 98, 28, pro ἠκροῶ. ἠκρόασο credo dixerat, id est ἠκηκόεις. Quid erraverit p. 112, 29. in πέπλυνται (editur πέπαυνται) supra demonstravimus. Qui sic dormitare potest et in tam apertis et manifestis caecutire, quis eum in tali re, in immani barbarismo, fidem merere putabit? λείψας igitur tam sanum est et genuinum, atque Aristophanis *Andromeda*, quae nulla umquam fuit, itaque Ἀντιφάνης reponitur, cuius *Andromeda* hoc unico testimonio nititur. Seros poëtastros ita peccare non miramur, ut auctorem τῶν χρυσῶν ἐπῶν vs. 70.

ἣν δ' ἀπολείψας σῶμ' εἰς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς.

---

1) Xenophon in *Anabasi* IV. vi. 22. ἐγρηγόρεσαν scripsit, quod Porsonus optime restituit, pro forma barbara ἐγρηγόρησαν a Graeculis invecta et imperito grammatico nostro probata, namque pro ἐγρηγόρησεν: Ξενοφῶν τετάρτῳ Ἀναβάσεως legendum esse ἐγρηγόρησαν manifestum est.

aut Pseudo-Phocylidem vs. 72.

μὴ μιμοῦ κακότητα, Δίκῃ δ' ἀπόλειψον ἄμυναν,

quia nihil est tam vitiosum aut ineptum, quod isti non dixerint, ut alias demonstrabo. Quam crebro λεῖψαι et καταλεῖψαι et ἀπολεῖψαι caett. dixerint semibarbari Graeculi Lobeck. ad Phryn. p. 713 sqq. docuit, ex quo simul intelliges quam saepe eadem labe veteres infecerint.

In 67, 8, 2. εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἑταιρήσασα, Veteres ὅλα ἔτη et mox pro διὰ μακροῦ illi διὰ χρόνου. 67, 9, 5. διασκεδάσομεν, Attici διασκεδῶμεν, at saepe Lucianus ἐλάσω, ἀναβιβάσομαι et sim. usurpat. 67, 15, 2. Οἰνοέα, Attici Οἰνοᾶ, ut Λευκονοᾶ [1]), Στειριᾶ, Μηλιᾶ, Εὐβοᾶ, Κιτιᾶ, alia permulta, quae numquam fere intentata Graeculi relinquunt. Sanam formam et analogia Attica praestat et antiquae corruptelae et poëtarum loci et Grammaticorum auctoritas. Apollonius Dyscolus *de Pron.* p. 126 Bekk. Ἀττικοὶ Εὐβοᾶς φασίν, at non in Codd. nostris. Εὐβοέας Thucydides habet IV. 92. et alibi, et Xenophon caeterique. Pauca nunc ex Aeschine addam. in *Timarchea* § 114. Φιλωτάδην τὸν Κυδαθηναιέα, Cod. f. κυδαθηναια, b. κυδαθηνέα, verum est Κυδαθηναιᾶ. *de F. L.* § 67. Ἐρχιέα lege Ἐρχιᾶ et § 93. Παιανιᾶ et § 116. Ἐρετριᾶ, Codex e ἐρετρία. et § 155. Κηφισιᾶ. ubi Codd. Κηφισέα. in *Ctesiph.* § 100 lege Ἐρετριῶν, Cod. *n.* ἐρετρίων. § 195. scribe Στειριᾶ, similiaque omnia similiter sunt corrigenda.

In 68, 44. ὁ ἰατρὸς μετακληθεὶς ὡς ἐπισκοπήσειεν αὐτόν, in his verbis bis peccatur contra linguae veteris usum. Μετακαλεῖν veteribus est *revocare*, non *arcessere*, quod μεταπέμπεσθαι aut καλεῖν illi dicebant, deinde nemo olim dicebat ἐπισκοπήσω vel ἐπεσκόπησα. Postulat usus ut ἐπισκοποῦμαι dicatur et ἐπεσκοπούμην, nonnumquam et ἐπισκοπῶ, ἐπεσκόπουν νοσοῦντα vel ἀσθενοῦντα, sed ἐπισκέψομαι et ἐπεσκεψάμην, spretis formis ἐπισκοπήσω et ἐπισκοπήσομαι, ἐπεσκόπησα et ἐπεσκοπησάμην. Exempla passim sunt obvia et proprie haec dicuntur de eo, *qui aegrotantem visit* sive medicus sive amicus est ad curan-

---

1) Nomen τοῦ δήμου est Λευκόνοιον, non Λευκονόη, (ut Dindorf. suspicatur ad Harpocr. v. Λευκονοεύς) quod apparebit e Steph. Byz. v. Ἀβρότονον, si pro Λευκωνιεύς (Codd. Λευκωνοεύς) emendabis Λευκονοεύς.

dum aut consolandum. Uno exemplo utar, quia corruptus locus est et hinc emendatio confirmari potest. Legitur apud Demosth. p. 114, 24. τοῖς ταλαιπώροις Ὠρείταις τουτοισὶ ἐπισκεψομένους ἔφη τοὺς ϛρατιώτας πεπομφέναι κατ' εὔνοιαν. πυνθάνεσθαι γὰρ αὐτοὺς ὡς νοσοῦσι [καὶ ϛασιάζουσιν ἐν αὐτοῖς]. Codex S omittit ἐν αὐτοῖς sed non est satis: periit mordacis dicti aculeus, addito importuno emblemate καὶ στασιάζουσι. Νοσεῖν de civitate dictum idem esse quod ϛασιάζειν nemo nescit. Sed haec erat Philippi εἰρωνεία, ut in νοσεῖν luderet ac se misisse diceret τοὺς ἐπισκεψομένους, qui aegrotos inviserent et curarent. Est operae pretium duos alios Demosthenis locos comparare p. 22, 7. Θετταλοῖς ϛασιάζουσι καὶ τεταραγμένοις ἐβοήθησε. Codd. AYO. νοσοῦσι καὶ ϛασιάζουσι καὶ τεταραγμένοις, et p. 124, 1. ἐπειδὰν δὲ πρὸς νοσοῦντας ἐν αὐτοῖς προσπέσῃ, Codd. A. et S νοσοῦντας ἐν αὐτοῖς καὶ τεταραγμένους προσπέσῃ, ubi interpolatorum manus agnoscitur, ut tot aliis locis, ubi tamen nemini quidquam subolet. p. 23, 28. magnus orator dixerat αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι τὰ τοιαῦτ' ὀνείδη. in Cod. B. annotatio est in marg. συγκρύψαι ἀντὶ τοῦ συσκιάσαι. In caeteris omnibus legitur δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη, praeterquam in S et F, ubi tamen secunda manus συσκιάσαι adscripsit; hoc igitur emblema ἐπ' αὐτοφώρῳ tenemus. Num minus manifesta haec videntur: 20, 28. μικρὸν πταῖσμα ἅπαντ' ἀνεχαίτισε [καὶ διέλυσε], verbum acre et vehemens et splendida metaphora tamquam nube obscuratur a languido et insipido verbo διέλυσε. Non legisse in suo libro Harpocrationem satis apparet apud ipsum in v. ἀνεχαίτισεν [1]). Multo etiam peius Oratoris verba interpolata sunt p. 21, 20. ἅπας μὲν λόγος ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν, μάλιϛα δ' ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως· ὅσῳ γὰρ ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιϛοῦσι πάντες αὐτῷ, pessime et soloece composita sunt ὅσῳ ἑτοιμότατα — το-

1) In talibus multum est in Harpocratione praesidii, qui numquam scripsisset Πρυτανεύοντα — ἀντὶ τοῦ διοικοῦντα, si in suo Demosthene legisset p. 58, 18 κατιδὼν τὰ παρ' ὑμῶν [διοικοῦντα] Φιλίππῳ [καὶ] πρυτανεύοντα, nam hunc ipsum locum indicat: neque Πολιτεία: ἰδίως εἰώθασι τῷ ὀνόματι χρῆσθαι οἱ ῥήτορες ἐπὶ τῆς δημοκρατίας, si legisset p. 100, 13. ἐχθρὸν τῆς πολιτείας [καὶ τῆς δημοκρατίας], quae falsarius descripsit p. 135, 12.

σούτῳ μᾶλλον. Quid cesso veram lectionem patefacere? Lege μάλιστα δ' ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως, ὅσῳπερ ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι, expuncto emblemate [τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιστοῦσι πάντες αὐτῷ]. Vera lectio casu servata est. Qui Demostheni falsas orationes supposuerunt, quas Ptolemaeo vel Attalo grandi pretio pro genuinis venderent, ex laciniis antiquarum orationum conflabant novas, idque tam manifestum est, ut mirer quemadmodum id veteres Criticos fugere potuerit, Callimachum, Didymum, Caecilium, Dionysium, alios, qui omnia pro Demosthenicis sedulo lectitarunt, quae hodie neminem fallunt. Falsarius, qui orationem πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν Φιλίππου illo modo contexuit, in extrema oratione p. 158, 16. nostro loco usus est: ἅπας μέν ἐστι λόγος μάταιος πράξεων ἄμοιρος γενόμενος, τοσούτῳ δὲ μάλιστα ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως, ὅσῳ δοκοῦμεν αὐτῷ προχειρότατα χρῆσθαι τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, qui veram lectionem, ut vides, servavit. Non contineo me, quin unum locum addam pulcherrimum et nobilissimum, sed turpi vitio eiusdem generis maculatum p. 37, 22. ἴσως ἂν τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε [1]), ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε. καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ, nemo nostrum, qui haec cum admiratione legimus, tam inconcinna et impedita verborum compositione esset usus, atque haec est: ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικεν, ubi τοῖς sine controversia ad διδομένοις refertur, sed cum ἀσθενοῦσιν ita coniunctum est, ut divelli non possit, etiam propterea quod τοῖς ἀσθενοῦσι tam necessarium est atque τῶν ἰατρῶν. Quid multa? emenda ἃ τοῖς παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικεν, et relinque ἀσθενοῦσι vel τοῖς ἀσθενοῦσιν illis, quibus isto additamento opus esse visum est aut videtur; et Lucianus quidem, qui memoriter nobi-

---

1) Melius ἀπαλλαγεῖτε. Apud Hesychium editur καταλογισθιείη. Ἀττικώγηρον.

ἀλλὰ σὲ αἰδεσθεῖεν οἱ θεοί.

recte emendant καταλογισθεῖεν, quod non est ἀττικώγηρον sed Ἀττικώτερον. Menandri fragmentum est:

οὐχ ὅθεν ἀπωλόμεσθα σωθείημεν ἄν.

quod adiuvabis duplici nomine si scripseris:

οὐχ ὅθεν ἀπωλόμεσθα καὶ σωθεῖμεν ἄν;

lem locum laudans 17, 5. ἐπεὶ δὲ, ὡς ὁ καλός που ῥήτωρ ἔφη, τοῖς τῶν νοσούντων σιτίοις ἐοικότα λαμβάνουσι dedit, τῶν νοσούντων ex sententia dicti assumsit, non ex Oratoris verbis descripsit.

In 70, 35 ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου, Attici articulum omittunt, tum τελέσματος Doricum vocabulum est pro δαπάνης, ἀναλώματος.

In *Demosthenis Encomio* 71, 1 legitur ineptissima forma διαβαδιῶν pro περιπατήσων. Βαδιῶ extrema est barbaries, sed est iste libellus ex recentissimis Constantinopoli scriptus. § 33 τοῖς ἀπολογισμοῖς ἐγγέγραπται pro λογισμοῖς positum est. § 37. ἐκτήσατο αὐτοῖς ἀκούειν Εὔβοιαν, Μέγαρα, vitiose pro ὑπηκόους ἐποίησεν Εὐβοᾶς vel κατεςρέψατο vel lenius προσηγάγετο [1]), vel simile quid. § 50 μετὰ χεῖρα τὸ πιςὸν τῆς ἐλευθερίας ἔχειν, veteres μετὰ χεῖρας sed alio sensu: in tali re dicebant πρόχειρον ἔχειν. In *Philopatri* non iuvat (ut Luciani verbis utar 79, 23) τὴν κόπρον ἐκκαθῆραι τὴν Αὐγείου, aut in *Charidemo*, aut in carminibus semibarbaris et epigrammatis, ne quis mihi occinat epigramma 15.

εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικόν; ἴσχεο τέχνης.
οὐ δύνασαι δνοφερὴν νύκτα καθηλιάσαι.

Frustra didicimus, ut hoc uno defungar, quid inter λούειν et νίζειν intersit, λέλουμαι et νένιμμαι, si quid nobis cum istis erit commercii, quos omnia inepte miscere et corrumpere videmus. Unam observationem mihi reservavi ut finem aliquando facerem, quae huiusmodi est, ut non in alia re magis appareat quam sit consuetudo sermonis in formarum delectu morosa et fastidiosa, ut alia aliunde adsciscat et componat, alia repudiet et abiiciat, quibus commode poterat uti, at noluit, atque eadem sic constet sibi, ut quam legem sibi ipsa scripserit, eam constantissime servet, ut ineptus sit qui analogiam quam usum sequi maluerit et nova fingere quam uti paratis. Centena sunt in Graeco sermone, ubi usus ab analogia diversus abit, plurima

---

1) Impeditum et absurdum Diodori Siculi locum XV. 36., in quo hoc verbum legitur, felici emendatione sanavit vir doct. van Oordt. Editur: Τιμόθεος πλεύσας εἰς τὴν Κεφαλληνίαν τάς τε ναῦς τῇ πόλει προσηγάγετο καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν ὁμοίως ἔπεισεν ἀποκλῖναι πρὸς Ἀθηναίους. Rem acu tetigit corrigens: τάς τ' ἐν αὐτῇ πόλεις προσηγάγετο.

sunt pueris nota, at sunt alia non minus certa, quae Atticistas quidem omnes fugerunt et Grammaticos omnium temporum, e quorum numero est usus verbi unius omnium notissimi τύπτω, in quo cognoscendo et ediscendo innumerabilis discipulorum multitudo inde ab antiquis temporibus tirocinium fecit, nam qui olim περὶ κλίσεως ὀνομάτων καὶ ῥημάτων scriptitabant omnes in barytonis hoc exemplo utebantur et discipulos exercebant. Olim nata sunt monstra et portenta formarum τυπῶ, ἔτυπον, ἐτυπόμην, τέτυπα, ἐτετύπειν, τυπτέτων, τυπτόμεθον, alia, quae in magistellorum cerebris nata sunt, in Graecorum libris nusquam leguntur; at leguntur et explicantur apud Theodosium in Bekkeri *Anecd.* II. p. 1008 sqq. et alios multos. Et de istis quidem dicere nihil attinet: dicam de formis verbi τύπτειν, quibus vetus lingua uteretur, aliisque usu omnium cum hoc verbo coniunctis, ut ἦα, εἶμι, ἦλθον cum ἔρχομαι: ἐρῶ, εἶπον, εἴρηκα cum ἀπαγορεύω, προσαγορεύω, caeterisque compositis, aliaque quae sequiores Graeculi non animadverterunt. Τύπτω duplicem habet significandi potestatem, quae sic optime apparebit si observaveris id quod dicam: verbum hoc in populari sermone nomen ex se natum non habet, sed quemadmodum verbo ἰέναι et compositis respondet nomen ὁδός (ut ὁδὸν ἰέναι eodem modo dicatur atque νόσον νοσεῖν), sic verbo τύπτειν et τύπτεσθαι respondet nomen πληγή. Τύπτω igitur significat aut πληγὴν δίδωμι aut πληγὰς δίδωμι (vel ἐμβάλλω vel ἐντείνω vel ἐντρίβω, quae omnia apud omnes in usu sunt). Hoc est *caedere*, *verberare*, v. c. puerum nequam vel indocilem manu aut fuste, illud *ferire*, *vulnus infligere*, gladio, pugione vel quocumque telo cominus, ut πληγή et τραῦμα sit plane idem. Itaque laborat locus Platonis *de Legibus* IX. p. 877. B. εἰ ἐτελεύτησεν ἐκ τῆς πληγῆς τοῦ τραύματος, ubi τοῦ τραύματος expungendum est. Utroque sensu τύπτω et τύπτομαι saepissime leguntur apud scriptores omnes cuiuslibet aetatis et patriae: τύπτω saepe est πληγὴν δίδωμι, at longe frequentius πληγὰς ἐμβάλλω: contra τύπτομαι fere semper est πληγὰς λαμβάνω, *vapulo*. Promiscue dicuntur τύπτω, παίω, πληγὰς ἐμβάλλω, et τύπτομαι, παίομαι, πληγὰς λαμβάνω, quae omnes sunt ἰσοδύναμα et variandae orationis causa alternant et inter se permutantur.

In futuro diversae formae sunt: τύπτω (πληγὰς ἐμβάλλω, *caedo*) habet futurum τυπτήσω, contra τύπτω (πληγὴν δίδωμι, *ferio*) futurum habet πατάξω. Ubi aoristo opus est pro *cecidi* dicunt πληγὰς ἐνέβαλον, ἐνέτεινα, ἐνέτριψα, rarissime ἐπάταξα: nonnumquam ἔπαισα occurrit in grandiore dicendi genere aut apud Xenophontem, qui in his quoque Ionicam consuetudinem imprudens sequitur: at numquam quisquam dixit ἐτύπτησα, quod in nullo veteri et probato scriptore legitur, sed crebro occurrit apud semibarbaros Graeculos extremae aetatis. Pro *ferii*, *plagam intuli*, *vulnus inflixi* (πληγὴν ἐνέβαλον), dicitur ἐπάταξα, interdum ἔπαισα sed non in quotidiani sermonis usu: poëtarum est ita dicere, ut in: Παῖσον, εἰ σθένεις, διπλῆν, et eorum, qui splendidiora vocabula venantur. Perfectum in utraque significatione est πέπληγα, quod non ita frequenter legitur et usitatius est πληγὰς δεδωκέναι pro *cecidisse*, *verberibus contudisse;* habet tamen certam auctoritatem Aristophanis in *Avibus* 1350.

ὃς ἂν πεπλήγῃ τὸν πατέρα νεοττὸς ὤν.

et Xenophontis in *Anab.* VI. 1. 5 ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον παίει ὡς πᾶσιν ἐδόκει πεπληγέναι τὸν ἄνδρα, quod non est (ut multi existimant) pro πεπλῆχθαι positum: τὸν ἄνδρα obiectum est: καὶ, ὡς πᾶσιν ἐδόκει, τὸν ἄνδρα ἐπεπλήγει.

In passivis τύπτομαι et παίομαι omnium usu teruntur. Perfectum pro *vapulasse* non est in usu: dicebant omnes πληγὰς εἰληφέναι et eodem modo πληγὰς ἔλαβον, pro quibus sequiores Graeculi τετύπτημαι dicebant et ἐτυπτήθην, quibus formis veteres omnes abstinent. Sicubi futuro opus est πληγὰς λήψομαι usitatissimum est, apud Aristophanem τυπτήσομαι semel apparet. Τύπτομαι (*ferior*, *vulneror*) habet perfectum πέπληγμαι, nonnumquam πληγὴν εἴληφα et πληγὴν ἔχω. Perfecto πέπληγμαι futurum est ex se natum πεπλήξομαι. Aoristi perpetua forma est ἐπλήγην et futuri πληγήσομαι.

Hae igitur sunt solae formae, quibus veteres et probati scriptores utuntur:

τύπτω, παίω, πληγὰς ἐμβάλλω, ἐντείνω, ἐντρίβω, δίδωμι.
τυπτήσω.
πληγὰς ἐνέβαλον (ἔπαισα).
πληγὰς δέδωκα, πέπληγα.

et τύπτω, παίω, πληγὴν δίδωμι.
πατάξω, (παίσω).
ἐπάταξα (ἔπαισα).
πέπληγα.

deinde τύπτομαι, παίομαι, πληγὰς λαμβάνω.
τυπτήσομαι, πληγὰς λήψομαι.
πληγὰς ἔλαβον.
πληγὰς εἴληφα.

et τύπτομαι, πληγὴν λαμβάνω.
πέπληγμαι.
πεπλήξομαι.
ἐπλήγην.
πληγήσομαι.

Athenienses non utuntur aliis formis quam his. Nemo umquam proferet unum locum, ubi legatur τύψω, ἔτυψα, τέτυφα, τέτυμμαι, ἐτύφθην, ἐτύπην, τυφθήσομαι, τετύψομαι, vel ἐτύπτησα, τετύπτηκα, τετύπτημαι, ἐτυπτήθην. Nemo vidit umquam apud Atticos: πατάσσω, πεπάταγμαι, ἐπατάχθην, παταχθήσομαι, vel πέπαικα, πέπαισμαι, ἐπαίσθην, παισθήσομαι. Nemo apud eosdem vidit aut videbit: πλήσσω an πλήττω, πλήξω, ἔπληξα aut πέπληχα aut πλήσσομαι, ἐπληξάμην. Pro his omnibus omnes semper et ubique utuntur iis formis solis, quas diximus.

Apud Homerum, Herodotum et omnes, qui Ionice scripserunt, in usu sunt formae: τύψω, ἔτυψα, τέτυμμαι, ἐτύπην, ἐτυψάμην et πλήσσω, πλήξω, ἔπληξα, ἐπληξάμην. Πατάσσω Ionibus est πάλλομαι, *palpito:* at composito utuntur ἐκπατάσσω pro ἐκπλήττω, unde ἐξεπάταξα, ἐκπεπάταγμαι et ἐξεπατάχθην apud poëtas occurrunt pro ἐξέπληξα, ἐκπέπληγμαι, ἐξετινάχθην.

Tragici, quemadmodum in omnibus solent, utuntur formis Ionicis et Atticis inter se permixtis, quibus addiderunt ἐπαίσθην pro ἐπλήγην. Aeschylus *Sept.* 961.

παισθεὶς ἔπαισας. — σὺ δ' ἔθανες κατακτανών.

quae lingua populari Attica erant dicenda in hunc modum: πληγεὶς ἐπάταξας. σὺ δέ γ' ἀπέθανες ἀποκτείνας. Singulare est in *Lysistrata* 459. οὐ παιήσετε, et in *Nubibus* 1125. παιή-

σομεν, quod σεμνῶς dicitur, formatum ut κλαήσω, καθιζήσομαι, δοκήσω (pro δόξω), βαλλήσω, similia [1]).

Hunc igitur constantem et perpetuum Antiquitatis usum seriores, quia numquam animadverterant, retinere et imitari non potuerunt, et analogiam pro usu secuti multas ipsi formas finxerunt de suo Veteribus omnibus prorsus ignotas et inauditas. Ridetur Graeculus, qui ex ὀπυίω suo Marte formavit ὠπύθην, et est sane hoc perineptum, sed non multo meliora sunt, quae Lucianus cum aequalibus usurpat, aut Ionica Atticis male admixta ponens, aut nova ex veteribus contra usum formata. Πατάσσω vetus verbum Ionicum est, quod nihil aliud significat quam *palpito*, κραδίη ςέρνοισι πατάσσει, θυμὸς ἐνὶ ςήθεσσι πάτασσεν et alia apud Homerum. Ineptissime igitur scripsit Aristides, cuius locum Dindorf. ad Stephani *Thesaurum* attulit: παῖοι καὶ ἄγχοι καὶ πατάττοι τοὺς αὐτούς, quam formam ipse ex ἐπάταξα elicuit, idque eo infelicius, quod Attica forma induit vocabulum, quod numquam in sermonem Atticum receptum est. Ridiculum est dicere ἄνατται, Λίβυτται, Φοίνιτται, βασίλιτται, χαρίεττα, πτεροῦττα, aut ἀνάττω, πτήττω, alia, quibus populus non utebatur, at Θρᾶττα optime habet et μελιτοῦττα, quia toti populo erant in ore. Eadem forma Luciano uti placuit 51, 19. καὶ ὁ μηρὸς παταςσέσθω, quum Iones dicerent τύπτεσθαι, κόπτεσθαι, πλήσσεσθαι, πλήξασθαι τὼ μηρώ, Athenienses παίεσθαι, παίσασθαι. *Cyropaed.* VII. III. 6. ὁ Κῦρος ἐπαίσατο ἄρα τὸν μηρόν: analogia deceptus putavit πατάσσεσθαι sibi dicere licere. Similiter 33, 10. non dubitavit dicere παίσαντες καὶ παισθέντες ἐν τῷ μέρει, quum deberet πατάξαντες καὶ πληγέντες. Bis peccavit in 49, 3. et § 40. παταχθέντος εἰς τὴν γνάθον, sive παταχθεὶς τὴν γνάθον, et § 40. κατὰ κόρρης παταχθῆναι, nemo umquam sic locutus est pro πληγείς, πληγῆναι, vel πληγὴν λαβών, λαβεῖν: dicit ἐπατάχθην ut alibi κατέαγμαι et κατεάχθην (pro κατέαγα et κατεάγην) analogiam secutus spreta aut ignorata consuetudine. Etiam in κατὰ κόρρης errat, quod saepe et lubenter ponit pro ἐπὶ κόρρης, ut semper

---

1) Hinc apud Hesychium restitue παιητέον: πληκτέον, ut est in unico Codice. Male homines docti παικτέον receperunt, quod significat *ludendum est*, apud recentiores, qui παῖξαι pro παῖσαι dicebant.

dicebant Attici. Plato in *Gorg.* p. 486. Calliclem dicentem facit: τὸν δὲ τοιοῦτον ἕξεσιν ἐπὶ κόρρης τύπτοντα μὴ δοῦναι δίκην, cui bis ἀνταποδίδωσι Socrates p. 508 D. εἰμὶ δὲ ἐπὶ τῷ βουλομένῳ ἐάν τε τύπτειν βούληται, τὸ νεανικὸν δὴ τοῦτο τοῦ σοῦ λόγου, ἐπὶ κόρρης, et p. 527 A. χασμήσει καὶ ἰλιγγιάσεις οὐδὲν ἧττον ἢ ἐγὼ ἐνθάδε σὺ ἐκεῖ καί σε ἴσως τυπτήσει τις [καὶ] ἐπὶ κόρρης [ἀτίμως] καὶ πάντως προπηλακιεῖ, ubi καί libri nonnulli omittunt, ἀτίμως omittet qui Platonem et Atticos in succum et sanguinem verterit. Sic et in *Midiana* saepius ut p. 562, 9. Ταυρέαν ἐπάταξε χορηγοῦντα ἐπὶ κόρρης, et in nobili loco p. 537. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὧν ὁ παθὼν ἔνια οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιθ' ἑτέρῳ, τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης. Hos locos eruditi omnes tenebant memoriter, itaque Lucianus interdum recte ἐπὶ κόρρης scribit, ut 4, 9. παίσαντι ἐπὶ κόρρης, saepius peccat ut 45, 29. 71, 33 et alibi. Ex aoristo παταχθῆναι natum futurum est παταχθήσομαι, perperam pro πληγήσομαι positum 69, 14. ἡ ἐλευθερία δὲ πρόχειρος ἄκοντος τοῦ δεσπότου κἂν εἰ βούλοιτο ἀπάγειν παταχθησομένου τῷ ξύλῳ. Praeterea Ionicum est quod scribit 42, 10. ἡ δ' ἐπὶ κόρρης πλήξασά με pro πατάξασα, et § 14. ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τυψαμένη τὸ πρόσωπον pro παισαμένη vel κοψαμένη, et 59, 14. μύωπι διὰ τοῦ ὠτὸς τυπεὶς pro πληγείς. Eiusdemmodi vitia passim apud sequiores deprehendes, qui saepissime πλήξω et ἔπληξα, et ipsum πλήσσω usurpant et ἐτύπησα, τετύπημαι, ἐτυπτήθην et ἐτύφθην, et aliis, quorum apud Veteres non est vola nec vestigium. Plutarchus in *Nicia* c. 27. ὁ Δημοσθένης ἔπληξε μὲν ἑαυτὸν οὐ μὴν ἀπέθανεν. In *Catone minore* c. 70. ὑπὸ τῆς πληγῆς, ἣν ἔπληξε τὸν οἰκέτην. In *Galba* c. 26. τυφθεὶς τὰς ἰγνύας ἔπεσεν, et sic omnes solent. Diog. Laërt. VI. 33. πληγὰς ἔλαβε tum τὰ ὀνόματα τῶν πληξάντων. § 62. πρόσεχε μὴ τὸν πατέρα πλήξῃς et § 66. πλήξας τῇ βακτηρίᾳ εἶπε· φύλαξαι. Sed plane nihili et barbara forma est, quam Straboni V. p. 248. obtrudunt φησὶ τὸν λόφον τιναγέντα ὑπὸ σεισμῶν ἀναβαλεῖν πῦρ, Codex optimus παγέντα, corrige πληγέντα.

De veterum usu, quia certa res est et frequens, unusquisque inter legendum exiguo labore experiri poterit sintne vera et

perpetua quae posuimus: τύπτειν utroque sensu legitur apud omnes et τυπτήσω frequens est. ARISTOPHANES in *Pluto* 21.

οὐ γάρ με τυπτήσεις ςέφανον ἔχοντά γε.

unde PHOTIUS annotat: τυπτήσεις: οὕτω λέγουσι τὸ μέλλον. Ἀριςοφάνης. sed omnes ita loquebantur. Audivimus iam PLATONEM dicentem καί σε ἴσως τυπτήσει. In *Nubibus* opponuntur vss. 1443 et 1448.

τὴν μητέρ' ὥσπερ καὶ σὲ τυπτήσω.

et τὴν μητέρ' ὡς τύπτειν χρεών. In PLATONIS *Hippia maiore* p. 292 B. componuntur καὶ αὐτὸς οἴομαι δικαίως ἂν τύπτεσθαι. — ἦ καὶ σύ με ἄκριτον τυπτήσεις; et mox οἴει ἂν ἀδίκως πληγὰς λαβεῖν; et in *Midiana* p. 580. νομίζεις ἡμᾶς μὲν ἀνέξεσθαί σου, αὐτὸς δὲ τυπτήσειν; et p. 585. πεπίςευκε τῇ πολιτείᾳ μηδένα αὐτὸν ἕλξειν μηδ' ὑβριεῖν μηδὲ τυπτήσειν. In quibus locis, ut in aliis similibus, nulla est optio: solum τυπτήσω recte habet, παίσω et πατάξω aliud quid significant. Itaque negligenter MOERIS τυπτήσειν Ἀττικῶς, παίσειν Ἑλληνικῶς, quia ista non dialecto, non aetate, sed sensu differunt. Aoristus ἐτύπτησα, ut diximus, nusquam legitur apud veteres et probatos scriptores: Graeculi usurpant quemadmodum et τετύπτηκα ex τυπτήσω formatum. Exempla LOBECK. ad PHRYNICH. p. 764. pauca quaedam annotavit, qui credebat praesens τυπτέω alicubi reperiri posse. Copia est apud istos scriptores, qui indigni lectu sunt, ut apud poëtastrum, de quo supra diximus, in fabula 21.

τιμῶντά σε γὰρ οὐδὲν ὠφέλησάς με
τυπτήσαντα δὲ πολλοῖς καλοῖς ἠμείψω.

In ARISTOPHANIS *Nubibus* vs. 1391.

καὶ πρῶτ' ἐρήσομαί σε τουτί· παῖδά μ' ὄντ' ἔτυπτες;

neque numerosus versus est et verba non satis expedita: legendum censeo:

καὶ πρῶτ' ἐρήσομαί σε τοῦτ', οὐ παῖδά μ' ὄντ' ἔτυπτες;

in optimis libris *Ravenate* et *Veneto* est παῖδά μ' ὄντ' ἐτύπτησας. En praeclaros testes antiquitatis! bonum factum, quod in poëta nemini imponere potuerunt. Ut ἐτύπτησα barbarum est, sic ἔπαισα satis est frequens, crebrius tamen in Ionibus et Tragicis et XENOPHONTE apparet, quam in sermone populari. Haud facile enim reperias apud eos, qui lingua populi utuntur, locum Xenophonteo similem *Anab.* V. VIII. 12. τοῦτον δὲ ἀνέκραγον

πάντες ὡς ὀλίγας παίσειεν, aut in *Cyrop.* I. III. 17. ubi praecedit ἐπὶ μιᾷ ποτὲ δίκῃ πληγὰς ἔλαβον, et enarrata causa, ἐν δὲ τούτῳ (lege ἐπὶ δὲ τούτῳ) με ἔπαισεν ὁ διδάσκαλος [1]), unde LUCIANUS παίσω et ἔπαισα interdum dixit, ut 4, 9. 33, 10. 49, 38. 71, 33. Usitatissimum autem erat dicere πληγὰς ἐνέβαλον, ἐνέτεινα, ἐνέτριψα, ut LUCIANUS 16, 12. πληγάς μοι ἐνέτεινας, 58, 25. πληγὰς ἐνέτριψα, et 1, 14. πληγὰς οὐκ ὀλίγας μοι χθὲς ἐνετρίψατο.

Ubi τύπτειν *ferire cominus* significat perpetuus usus est aoristi ἐπάταξα, et in forma passiva ἐπλήγην, quae formae saepe componuntur, ut cognatio appareat, ut in LYSIA IV. 15. πότερον πρότερον [πρότερος] ἐπλήγην ἢ ἐπάταξα ἐκείνῃ μᾶλλον [ἂν expunge] ᾔδει, quemadmodum in orat. I. §§ 25 et 27 respondent sibi inter sese πατάξας καταβάλλω et πληγεὶς κατέπεσεν. Sic XIII. 87. ἐάν τις ξύλῳ ἢ μαχαίρᾳ πατάξας καταβάλῃ, et § 71. ὁ Θρασύβουλος τύπτει τὸν Φρύνιχον καὶ καταβάλλει πατάξας. DEMOSTH. p. 572. μεθύων ἐπάταξέ τινα. ἐδόκει ὕβρει καὶ οὐκ οἴνῳ τύπτειν. p. 1264. τῷ πατάξαντι τύπτειν παρεκελεύσατο. DEMOSTH. p. 526. τὸν θεσμοθέτην ὃς ἔναγχος ἐπλήγη, et mox ὁ τὸν θεσμοθέτην πατάξας. THUCYD. VIII. 92. ὁ Φρύνιχος πληγεὶς ἀπέθανε παραχρῆμα καὶ ὁ πατάξας διέφυγεν. Componuntur eodem modo ὁ πατάξας et ὁ τύπτων apud ANTIPHONTEM p. 127. et apud PLATONEM *de Legibus* IX. p. 879 D. τοῦ τύπτειν δὲ εἰργέσθω ἵνα πόρρω γίγνηται τοῦ τὸν ἐπιχώριον τολμῆσαί ποτε πατάξαι. et sic constanter Veteres et qui aetate sunt proximi omnes loquuntur. ARISTOTELES *Rhet.* I. 15. εἰ ἰσχυρὸς ἀσθενῆ πατάξαι ἢ πληγῆναι προκαλέσαιτο. In talibus ἔπαισα populus non dicebat, at poëtae lubenter ita loquebantur: πάταξον μὲν ἄκουσον δέ THEMISTOCLES dixit, SOPHOCLIS Electra παῖσον, εἰ σθένεις, διπλῆν: hinc παίσας et πληγείς in tragoedia opponuntur, ut πατάξας et πληγείς in sermone quotidiano. Perfecti πέπληγα exempla attulimus, πληγὰς δεδωκέναι καὶ εἰληφέναι satis tritum est, ut apud DEMOSTH. p. 1261. πολλάκις περὶ ἑταίρας καὶ εἰλη-

---

1) Saepissime XENOPHON παίω, παίσω et ἔπαισα scribit, ubi Attici πατάξω et ἐπάταξα scripsissent. Sed in *Anabasi* IV. II. 3. λίθοι παίοντες πρὸς τὰς πέτρας διεσφενδονῶντο, optime SCHNEIDER πταίοντες emendavit. cf. BASTIUM *Comment. Palaeogr.* p. 748.

φέναι καὶ δεδωκέναι πληγάς, idem ANTIPHANES dixit apud ATHEN. XIII. p. 555. cuius locum non gravabor describere, ut vitium eximam. Ἀντιφάνης ὁ κωμῳδιοποιὸς ὡς ἀνεγίγνωσκέ τινα τῷ βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ τῶν ἑαυτοῦ κωμῳδιῶν ὁ δὲ δῆλος ἦν οὐ πάνυ τι ἀποδεχόμενος, δεῖ γάρ, ἔφησεν, ὦ βασιλεῦ, τὸν ταῦτ' ἀποδεχόμενον ἀπὸ συμβολῶν τε πολλάκις δεδειπνηκέναι καὶ περὶ ἑταίρας πλεονάκις καὶ εἰληφέναι καὶ δεδωκέναι πληγάς, at dixerat τὸν ταῦτ' ἀποδεξόμενον. In passivis τύπτομαι et παίομαι crebro occurrunt, ut in *Nubibus* vs. 494.

φέρ' ἴδω, τί δρᾷς, ἤν τίς σε τύπτῃ; — τύπτομαι.

et passim apud omnes. Futurum est πληγήσομαι pro πληγὴν λήψομαι frequentissimum, ut in nobili loco DEMOSTHENIS *de Corona* p. 314, 24. λαγὼ βίον ἕξῃς δεδιὼς καὶ τρέμων καὶ ἀεὶ πληγήσεσθαι προσδοκῶν. Pro πληγὰς λήψομαι apud Atticos semel occurrit τυπτήσομαι, in *Nubibus* 1379.

ἀλλ' αὖθις αὖ τυπτήσομαι.

ubi olim τυπήσομαι scribebatur, ab iis profectum, qui pueri ita didicerant sed nesciebant ἐτύπην Ionicum et poëticum esse, τυπήσομαι nusquam locorum ne apud illos quidem exstare: at frequens admodum est λήψομαι πληγάς. Perfectum pro πληγὴν εἴληφα est πέπληγμαι, omnibus pariter in usu, veteribus, recentioribus. Occurrit etiam πληγὴν ἔχω, quod prorsus idem est. Antiatticista BEKKERI *Anecd.* I. p. 111, 27. πληγὴν ἔχων: ἀντὶ τοῦ τετρωμένος, Ἀναξανδρίδης, quod optime dictum est, ut τραῦμα ἔχων, ὑπώπια ἔχειν, ἔλαττον ἔχειν, quae idem significant atque τετρωμένος, ὑπωπιάσθαι, ἠλλαττῶσθαι. Forma τετύπτημαι et hinc natum ἐτυπτήθην apud sequiores satis frequenter occurrunt, apud Veteres et probatos scriptores nusquam mihi lecta sunt. Affert MINUCIANUS quidem p. 105, 5. e *Midiana* τετυπτῆσθαι ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας μέσης, sed non magis ea verba apud DEMOSTHENEM reperies quam quod ex eadem oratione APSINES affert p. 6, 8. BAKII: ὁ γὰρ Πολύζηλος, φησὶν, ἐν συνδείπνῳ, ἐγὼ δ' ἐν ἱερομηνίᾳ ἢ κατὰ τόπον ὡς ἐνταῦθα· ὁ μὲν γὰρ ἐν οἰκίᾳ, φησὶν, ἐπλήγη (Cod. A omnium optimus ἐτυπτήθη) ἐγὼ δ' ἐν ἱερῷ. Memoriter illi Oratorum locos afferre solent et in his non verborum sed rerum et sententiarum rationem habere. Saepiuscule autem τετύπτημαι et ἐτυπτήθην apud sequiores leguntur, et defungar uno exemplo, quia LUCIANI est 37, 16.

Ὀλυμπιονίκης ἐπάταξεν αὐτὸν καὶ οἱ παρόντες ἠγανάκτουν ὡς αὐτὸς ἕκαστος τετυπτημένος. Adiectivo tamen hinc formato Attici utebantur. Demosthenes p. 1271, 5. οὐ τυπτητέοι οὐδὲ ὑβριστέοι δήπου ἐσμέν. Schaeferus ad Stephanum τετυπτῆσθαι ex Demosthene affert p. 1255, quod in Libanii argumento legitur. Ex perfecto de more futurum producitur, estque πεπλήξομαι in usu, ut in loco Platonis venustissime scripto *Thaet.* p. 180 A. ἄν τινά τι ἔρῃ, ὥσπερ ἐκ φαρέτρας ῥηματίσκια αἰνιγματώδη ἀνασπῶντες ἀποτοξεύουσι, κἂν τούτου ζητῇς λόγον λαβεῖν τί εἴρηκεν, ἑτέρῳ πεπλήξει καινῶς μετωνομασμένῳ, περανεῖς δὲ οὐδέποτε οὐδὲν πρὸς οὐδένα αὐτῶν. et in Aristophanis *Equitibus* vs. 271.

ἀλλ' ἐὰν ταύτῃ γε νικᾷ ταυτῃὶ πεπλήξεται.

Medium τύπτομαι apud Atticos non est in usu, neque quidquam inde natum; ἐπαίσατο apud Xenophontem est, ut supra ostendimus, sed semel occurrit, neque ex πατάξαι quidquam nascitur, neque formis πλήξομαι aut ἐπληξάμην utuntur. In Attica dicebant κόπτομαι pro *plango*, sed hoc quoque rarum est, neque me κόψομαι aut ἐκοψάμην memini legere.

Cognito Atticorum usu expeditum est de Ionibus dicere. In Ionia his formis utebantur: τύπτω, τύψω, ἔτυψα, τύπτομαι, τέτυμμαι, ἐτύπην, τύπτομαι, *plango*, τύψομαι, ἐτυψάμην. Praeterea πλήξω et ἔπληξα dicebant et ἐπληξάμην: πατάξω et ἐπάταξα non dicebant, et πατάσσω, uti diximus, illis est *palpito* idem quod πάλλομαι: παίω, παίσω et ἔπαισα apud antiquissimos Iones non occurrunt: πληγῆναι, πληγήσεσθαι, πέπληγμαι omnibus Graecis cuiuslibet aetatis et patriae communia sunt: πέπληγα in antiqua Iade significat πληγὴν δέδωκα, aut πληγάς, ut apud Atticos.

Tragici utebantur sermone ex vetere Ionica et Attica dialecto ita mixto, ut ex utraque suo arbitratu delibarent quod Deorum et heroum μεγαλορρημοσύνην maxime decere iudicarent. Homerica pleraque omnia lubenter usurpant et ex Atticis ea quae non essent toti plebi in ore. Itaque ἀποθνήσκειν non dicebant, sed θνήσκειν et κατθνήσκειν, κατθανοῦμαι, κατθανεῖν, non ἀποκτείνειν sed κατακτείνειν, non ἀπέκτεινα sed κατέκτανον, ἔκτα κατέκτα: evitabant περιορᾶν, περιιδεῖν et quidquid esset κατημαξευμένον. Itaque πατάξω et ἐπάταξα vitabant, παίσω et

ἔπαισα dicebant, et πλήξω, ἔπληξα, et τύψας et τετυμμένος (Aeschyl. *Eumen.* 509. ξυμφορᾷ τετυμμένος) et saepe ἐτύπην: πληγῆναι et πληγείς et πέπληγμαι apud eos crebra sunt, sed addunt παισθείς. Euripides ἔτυπον dixisse videtur in *Ione* vs. 767, ubi tres sunt dochmii:

διανταῖος ἔτυπεν ὀδύνα με πνευμόνων τῶνδ' ἔσω.

quod dictum est et formatum ad similitudinem talium, quale est in Sophoclis *Antigone* vs. 1308.

ἀνέπταν φόβῳ. τί μ' οὐκ ἀνταίαν
ἔπαισεν τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει.

Sed male deseruit usum loquendi ut fallacem analogiam incaute sequeretur; ἔπαισα ἀνταίαν et ἀνταίαν ἐτύπην bene habent, ἔτυπον nihil est et eam formam analogia pariter et usus respuunt. Peccavit igitur, ut Aeschylum vidimus in κίεις peccantem, et saepissime videre est poëtastros Alexandrinos peccare, qui antiquam linguam vatum Ionicorum laboriose referre satagebant, sed in ea re identidem impingunt, ut Callimachus *in Dianam* vs. 61 ἀμβολαδὶς τετύποντες pessime et nullo auctore scripsit pro τύπτοντες. Apud Homerum τύπτειν et βάλλειν ita inter se opponuntur, ut hoc sit *eminus*, illud *cominus ferire;* nota sunt apud eum τύψας ἠὲ βαλών, βλήμενος ἠὲ τυπείς, ἢ δουρὶ τυπεὶς ἢ βλήμενος ἰῷ, simil., vide Lehrsium *de Aristarchi studiis Homericis* p. 62. Apud Herodotum ἔτυψε legitur III. 64, Καμβύσεα ἔτυψε ἡ ἀληθηίη τῶν λόγων, et post pauca ὥς οἱ καιρίη ἔδοξε τετύφθαι, in quo loco manifestum vitium inest, quod quo melius appareat et certiore emendatione tollatur res repetenda est paulo altius. Graecum est τύπτω τινὰ πληγήν et πληγάς, ut νόσον νοσῶ, φεύγω φυγήν, namque, ut supra verbo diximus, non est nomen e τύπτω natum, quod verbo respondeat, sed aliunde assumtum, ut ὁδός et composita verbo ἰέναι et compositis respondent in ἰέναι ὁδόν, ἔξοδον ἐξιέναι, πολλὰς περιόδους περιελθεῖν, neque quid sit μέθοδος intelligi plane potest, nisi scias ad amussim nomen id verbo μετιέναι respondere. Itaque Graece dicendum est, ut Antiphon dixit p. 127, 13 τὸν ἄνδρα ὁμολογῶν τύπτειν τὰς πληγὰς ἐξ ὧν ἀπέθανεν, et Aristophanes in *Pace* vs. 644.

οἱ δὲ τὰς πληγὰς ὁρῶντες, ἃς ἐτύπτεθ', οἱ ξένοι,

nam sic verissime Hirschig. emendavit pro ἐτύπτονθ', et in *Ranis* vs. 636.

οὐ γὰρ σὺ τύπτει τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί.

et saepius τύπτειν, παίειν, μαστιγοῦν, δέρειν, ξαίνειν, τύπτεσθαι πληγὰς πολλὰς, ὀλίγας, πεντήκοντα, et similia. Plato *de Legibus* VIII. p. 845. a. *si servus*, inquit, *ex alieno fundo uvas aut ficus furatus fuerit* κατὰ βᾶγα βοτρύων καὶ σῦκον συκῆς ἰσαρίθμους τούτοις πληγὰς μαστιγούσθω, et saepe alibi. In ea re tritissimum Graecis est πληγήν aut πληγάς in dicendo omittere et optime Graece dicitur τύπτεσθαι πολλάς, ut in *Nubibus* 972.

ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλάς,

in quo loco Thomas Magister, qui discipulos suos docere solet id quod ipse non didicit, indocte πολλάς cum ἐπετρίβετο coniungebat p. 359: ἐπιτρίβεται πολλάς λέγε, μὴ πολλὰς πληγὰς δέχεται. Meliora docebunt Lambertus Bos et Schaefer. *Ellipses Graecas* illustrantes p. 385 sqq. ubi copia est exemplorum in acervum coniectorum cuiuslibet aetatis et pretii, et sana cum aegris et vitiosis copulantur. Optima sunt ex *Anabasi* V. viii. 12. ἀνέκραγον πάντες ὡς ὀλίγας παίσειεν, et ex Parthenio cap. 24. ὁ δὲ παῖς παίει καιρίαν τὸν Ἱππαρῖνον, et Aeschyli *Agamemnone* 1359 τρίτην ἐπενδίδωμι, et ex sequioribus παίει με καὶ ἐπάγει δευτέραν et τρωθεὶς εἰς ἀμφότερα τὰ γόνατα καὶ τρίτην λαβών, quibus adde Demosthenem *de F. L.* p. 403, 4. ξαίνει κατὰ τοῦ νώτου πολλάς, et Antiphanem Athen. VI. p. 225 c.

ἦσαν δὲ πληγαὶ, καιρίαν δ' εἰληφέναι
δόξας καταπίπτει καὶ λιποψυχεῖν δοκῶν
ἔκειτο μετὰ τῶν ἰχθύων.

quae praemittenda esse putavi, ut emendarentur loci, in quibus ea loquendi consuetudo a sciolis interpolata esse mihi videtur. Meropen apud Plutarchum Tom. II. p. 998. e. non credo exclamasse:

Ὁσιωτέραν δὴ τήνδ' ἐγὼ δίδωμι σοὶ
πληγήν.

(ut neque Electra: παῖσον, εἰ σθένεις, διπλῆν πληγήν), sed πληγήν ab aliquo lectore adscriptum. Similiter Plato *de Legibus XI. p. 914. b.* non videtur mihi scripsisse πολλὰς πληγὰς μαστι-

γούσθω, sed πολλὰς μαστιγούσθω, ut recte scriptum est p. 854. D. μαστιγωθεὶς ὁπόσας ἂν δόξῃ τοῖς δικαστῆς, et p. 879. E. ἐὰν ἄρα ἀδίκως δοκῇ ὁ ξένος τὸν ἐπιχώριον τύπτειν, τῇ μάστιγι τὸν ξένον ὅσας ἂν αὐτὸς πατάξῃ τοσαύτας δόντες τῆς θρασυξενίας παυόντων. Iam autem, ut ad Herodoti locum redeam, quis est, qui in quolibet horum pro accusativo putet dativum bene Graece poni posse? aut in Platonis *Gorgia* p. 527. D. pro πατάξαι τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν salva Graecitate dativos posse scribi? Quam certum est Graece dici

νόσον νοσοῦμεν τὴν ἐναντίαν Σάκᾳ,

et apud Aeschylum

ἔα με τήνδε τὴν νόσον νοσεῖν,

tam certum est dici oportere τύπτω, παίω πληγήν, καιρίαν, sim., non πληγῇ: et quemadmodum apud Aeschylum sine vitio legitur in *Agamemnone* vs. 1343.

οἴμοι πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔσω.

sic Herodotus ipse olim scripsit ὥς οἱ καιρίην ἔδοξε τετύφθαι, non καιρίῃ: estque hic usus tam firmus et stabilis, ut ne Aelianus quidem, Atticorum imitator ἀπειρόκαλος, potuerit scribere *de Nat. Anim.* X. 21. Ἀπολλωνοπολῖται Τεντυριτῶν μοῖραι (leg. μοῖρα) σαγηνεύουσι μὲν τοὺς κροκοδείλους — μαστιγοῦσί τε πολλαῖς καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ξαίνουσι κνυζομένους (leg. κνυζωμένους) καὶ δακρύοντας, sed Platonem et Demosthenem secutus dederat μαστιγοῦσί τε πολλὰς καὶ τὰς ἐξ ἀνθρώπων ξαίνουσι, non immemor Aeschinis in *Timarchea* § 59 τὸν Πιττάλακον ἐμαστίγουν τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγάς.

Quoniam veteres ita dicebant πληγὰς λαβεῖν, ut esset pro τυπτηθῆναι, et sic similia omnia passivorum loco erant, sequitur ut sit dicendum πληγὰς λαβεῖν ὑπό τινος, et vitiosum sit dicere παρά τινος πληγὰς λαβεῖν, quae perpetua ratio est in verbis intransitivis, quae passivorum vicem obinent, ut ἀποθνήσκειν ὑπό τινος, ἐκπίπτειν ὑπὸ τοῦ δήμου, κακῶς ἀκούειν ὑπὸ τῶν πολιτῶν, κατιέναι ὑπὸ τῶν ἑταίρων, ἐξανιστῆναι ὑπὸ τῶν πολεμίων, alia. Eodem modo recte dicitur αἰτίαν ἔχειν et λαβεῖν ὑπό τινος, τραύματα λαβεῖν et ἔχειν ὑπό τινος, ἔλαττον ἔχειν ὑπό τινος, ὑπώπια, πληγὴν λαβεῖν ὑπό τινος, et omnino κακὸν λαβεῖν ὑπό τινος: sed παρά τινος λαβεῖν ἀγαθόν τι, πράττειν τι παρά τινος ἀγαθόν. Poëtis pro ὑπό ius est vel ἐκ ponere vel

πρός: παρά τινος in talibus reprehensionen habet, sed ἀπό τινος prorsus est a Graecitatis ingenio alienum. Praemittam locos incorruptos ut aegris deinde opem feram. Rectissime Xenophon *Memorab.* III. iv. I. τραύματα ὑπὸ τῶν πολεμίων τοσαῦτα ἔχων, et Lysias XXXII, 1. ἔλαττον ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἔχοντες. Thucydides V. 50. Λίχας ὑπὸ τῶν ῥαβδούχων πληγὰς ἔλαβεν. Xenophon *de rep. Laced.* VI. 2. ἢν δέ τις παῖς ποτὲ πληγὰς λαβὼν ὑπ' ἄλλου κατείπῃ πρὸς τὸν πατέρα αἰσχρόν ἐςι μὴ οὐκ ἄλλας [πληγὰς] ἐμβάλλειν τῷ υἱεῖ. Expungendum esse alterum πληγάς apparebit comparanti *Instituta Laconica*, quae Plutarchi nomine feruntur, p. 237 D. et indidem Xenophonti redde in seqq. πιςεύουσιν ἀλλήλοις pro ἀλλήλους. Iterum recte Xenophon ibid. IX. 5. πληγὰς ὑπὸ τῶν ἀμεινόνων ληπτέον. Demosthenes p. 1261, 2. ἐξ ὧν ὑπὸ τούτων ἔλαβον πληγῶν, et alii veteres. Sequiores interdum hoc imitantur, ut Plutarchus in *Demosthene* cap. 11. ἀνθρώπου διεξιόντος ὡς ὑπό του λάβοι πληγάς, et eodem iure in *Lycurgo* dixit cap. 18. δῆγμα λαμβάνων ὑπὸ τοῦ εἴρενος εἰς τὸν ἀντίχειρα pro δακνόμενος. Manifestum nunc erit vitium Platonis *Apologia* p. 25 E. ἐάν τινα μοχθηρὸν ποιήσω τῶν ξυνόντων κινδυνεύω κακὸν λαβεῖν ἀπ' αὐτοῦ, et nihil certius est quam ὑπ' αὐτοῦ ab ipso fuisse scriptum: quamquam hoc mendum non Codicibus sed Editoribus imputandum est: optimi enim libri ὑπ' αὐτοῦ servant et indocte ἀπ' αὐτοῦ ex deterioribus est receptum. Lucianus autem, cuius causa haec collegimus, in ea re saepissime peccavit et quamquam in scribendo diligenter rationem habere solet, (ut ipse dixit 22, 2) ὀνομάτων πρὸς τὸν ἀρχαῖον κανόνα συγκειμένων, tamen passim in talibus antiquiorum vestigia imprudens deserit. Insigniora haec sunt 1, 2 παρὰ τῶν διδασκάλων πληγὰς ἐλάμβανον, 5, 22 παρ' ἐμοῦ πληγὴν λαμβάνων (λαβών). 10, 22, 3. πληγὰς παρὰ τοῦ Αἰακοῦ προσλάβω. 44, 52 πληγὰς παρ' ἐμοῦ λαβών. 70, 16 πληγὰς παρὰ τοῦ πλουσίου λαμβανέτω, et eadem negligentia 15, 6 εὖ πεπονθὼς παρ' ὑμῶν. 46, 20 πολλὰ καὶ δεινὰ παρὰ τῶν φιλοσόφων ἀκούουσα. 70, 1 κεκαλλιέρηται παρ' ἡμῶν. 16, 17 ἐκαλεῖτο παρὰ τῶν νόμων, (alii libri κατὰ τὸν νόμον.) 46, 21 παρ' αὐτῶν γεωμετρουμένη (alii πρός), et 15, 25 ἐπαινεῖσθαι πρὸς τῶν θεατῶν (alii παρά), et 8, 26, 1 ἔχει ἐπὶ τοῦ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, ἃ ἔλαβε παρὰ τῶν

ἀνταγωνιςῶν. Nihil apud veteres reperias quo haec tuearis: alia est ratio Isocratis in *Antid.* § 9 τῶν παρ' ἐμοῦ πρότερον ἐκδεδομένων, et apud Demosth. τοῖς παρὰ τῶν ἰατρῶν διδομένοις σιτίοις, et sim., et unus tantum locus mihi inter legendum occurrit, qui cum his componi possit in Xenophontis *Oeconomico* IX. 11 μή τι κακὸν λάβῃ παρ' ἡμῶν, quod tanto opere abhorret ab Attica sanitate, ut suspicer olim ὑφ' ἡμῶν fuisse scriptum et interpolatum a correctore indocto, ut ἀπ' αὐτοῦ in loco Platonico, ad eam normam quam novicii scriptores sequebantur, ut Strabo X. p. 482 δείσας μὴ αἰτίαν αὐτὸς ἔχοι παρὰ τῶν ἐχθρῶν, ubi Atheniensis ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν dixisset. Absolvam hanc partem in emendando pulcherrimo loco Hyperidis apud Stobaeum *Floril.* 124, 36. εἰ δ' ἔςιν αἴσθησις ἐν ᾅδου καὶ ἐπιμέλεια παρὰ τοῦ δαιμονίου, ὥσπερ ὑπολαμβάνομεν, εἴη τοὺς ταῖς τιμαῖς τῶν θεῶν καταλυομέναις βοηθήσαντας πλείςης κηδεμονίας ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν, corruptum est εἴη. Emenda εἰκός et audies ipsum Oratorem.

Satis nunc quidem de Luciani oratione et stilo dixisse videor, ut appareat, in veteris linguae ratione constituenda, usuque definiendo et proprietate dicendi observanda, eius auctoritate et fide stari non posse, et in eius scriptis omnibus vitiosam aequalium συνήθειαν cultissimo veterum sermoni nimis saepe misceri. Facile est haec multis partibus augere, nam quo quis diligentius Lucianum cum Atticis assidua lectione componere volet, eo plura identidem ab illo negligenter scribi animadvertet et ὑποσυγχεῖσθαι, in quibus οἱ παλαιοί ipsam naturam rerum et verborum proxime secuti et clare cernentes, ubi istis lux erat dubia, et suopte ingenio sentientes, quae isti laborioso artificio didicerant, immunes sunt erroris et vitii. Quidquid apud Veteres Atticos scriptum est, modo absint describentium et correctorum errores et fraudes, sanum est et rectum et ad cognoscendam linguae vere Graecae consuetudinem et vitae publicae privataeque usum utilis materia est, unde et ipsi recte cogitare et apte dicere in diem melius discamus recte interpretandi usu, cuius non tantum (ut scribendi recte) *sapere* est et principium et fons, sed etiam fructus et praemium. Est enim πολλῶν λόγων τελευταῖον ἐπιγέννημα non ἡ τῶν λόγων κρίσις solum, ut Longinus dicebat, sed etiam ἡ τῶν καλῶν καὶ τῶν μὴ τοιούτων

διάγνωσις et denique τὸ εὖ φρονεῖν, qua re nihil est in homine divinius. Ut quisque autem aetate distat plurimum ab illis scriptoribus, quos Antiquitas praestantissimos tulit, ita maxime ea cogitandi et dicendi sanitas et serenitas et veritas obscurantur et deficiunt, donec ad illa tempora perveneris, quum omnes pariter desipere videantur et ingenia tam insulsa sint et futilia, ac lingua et sermo putida sunt et inepta. Hanc igitur labem lenta contagione certum exitium afferentem in Luciano volui ostendere tantum; quicumque in eo hunc morbum inesse intellexit, indicia mali quot volet notabit: ego nunc quidem defungar hac opera, postquam paucis demonstravero, quam incaute Luciani testimonio hi quoque utantur, qui ex eius scriptis cognosci posse existimare videntur, aut resp. Atheniensium quemadmodum constituta fuerit, aut legum et iuris aut iudiciorum quae fuerit ratio et usus, denique qui mores veterum fuerint, quae vitia publice privatimque. Nihil horum satis tuto ex Luciano colligi potest, coniectis in unum et mirifice confusis rebus omnibus veteribus, novis et novissimis. Ne docti quidem antiquarii, vivo Luciano, hanc partem doctrinae vel mediocri laude tuebantur. Affluentes praestantissimis praesidiis, quum Historicos omnes, Oratores, Comicos, Aristotelem et Theophrastum, et quidquid olim doctissimi Peripatetici et antiquarii scripsissent, haberent ad manum, de Antiquitatibus Atticis tam levia et futilia tam ieiune et negligenter scriptitarunt, ut nisi Antiquitatis reliquias (tam exiguas et inopes prae illorum copia) melius et sanius interpretari et excutere valeremus, Antiquitatis Atticae studium ludicra res foret. Lucianus et caeteri Rhetores et Sophistae minus etiam quam isti inter legendum id agebant ut antiquum rerum statum et nomina et verba legitima et concepta animadverterent ad imitandum. Magna igitur cum libertate mutabant et confundebant quae olim in Attica certa et discreta fuissent, et si quid non commode recordarentur substituebant quodlibet nomen aut ab aequalium usu sumtum aut temere fictum. At quoniam vel sic illa scripta auditoribus satis placebant, non videbatur opus bene scire, in quibus tuto errare licebat, et nullus error turpis habebatur. Quam suaviter rideret Lucianus, si quos ex suis scriptis Atticas Antiquitates colligere *et explicare* sciret! Apud veteres suum cuique rei in iure

nomen est verbaque pleraque omnia legitima et concepta sunt et stabilem quoque sedem in re certa habent. Ut apud Romanos qui cadebat formula nihil agebat, sic apud Athenienses qui verbis solemnibus non utitur nihil dixisse videtur. Iudex qui fert sententiam dicitur τὴν ψῆφον φέρειν vel θέσθαι, et universi iudices (consilium) ψηφίζεσθαι. Reus φεύγειν dicitur, accusator διώκειν, ambo οἱ ἀγωνιζόμενοι, ὧν ὁ μὲν διώκων κρίνει, ὁ δὲ φεύγων κρίνεται. Κατηγορεῖν est *in reum dicere*, et τὰ κατηγορημένα sunt *crimina*, quae accusator dicendo explicuit: itaque Attice dicitur κατηγορεῖταί τι τινός, non κατηγορεῖταί τις: in comitiis qui suffragium ferunt ψηφίζεσθαι dicuntur, qui mittit in suffragium de aliqua re dicitur τοῦτο ἐπιψηφίζειν, qui populum in suffragium mittit διδόναι τὴν ψῆφον: cives qui in comitiis sunt appellantur οἱ ἐκκλησιάζοντες. Apud Lucianum iudex dicitur ψηφοφορεῖν 15, 24 οἱ λοιποὶ ψηφοφορείτωσαν μεθ' ὑμῶν et 35, 2 δικαςαὶ ψηφοφοροῦντες ἦσαν οἱ ἄριςοι τῶν ἐν τῇ πόλει et 47, 18 μὴ μέλλετε, ψηφοφορήσατε, ἀνάςητε, καὶ ἄλλοις χρὴ δικάζειν, recte § 20 ψηφίσασθε ἤδη τὰ εὔορκα ex Demosthene p. 605, 20 τὰ εὔορκα ἔσεσθε ἐψηφισμένοι, at male § 21 εἴρηκα. ὑμεῖς δ' ἐπὶ τούτοις ψηφοφορήσατε, et § 22 ἡσυχίαν ἄγετε. ψηφοφορήσουσι γάρ. Eiusdemmodi vitia ibidem sunt § 12 ἀποθέμενοι γραφήν pro ἀπενεγκόντες. § 13 ἐννέα κρινάτωσαν pro δικαζόντων. § 14 αὗται δὲ (αἱ γραφαὶ) ἐς ὕςερον δεδικάσονται, Graecum est ἐκδικάζειν δίκην, itaque ἐκδικασθήσονται scriptum oportuit. § 33 διπλάσιον ἀποισόμενοι τὸν μισθὸν ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς δίκαις, veteres τὸν μισθὸν φέρειν dicunt, non φέρεσθαι, et in § 35 δέκα ὅλαις κρατεῖς sine exemplo dictum est et nihil significat, ut corruptum esse suspicer. Recte § 18 πάσαις κρατεῖ et ὅλοι pro πάντες abiectissimae aetatis est, ut *toti* pro *omnes* Latinitatis est decrepitae et delirantis. Ψηφοφορεῖν pro ψηφίζεσθαι eadem negligentia positum est 5, 56. ὁ πλοῦτος ὁ ἐμὸς, ὃν οὐκ ἐκκλησιαςὴς ψηφοφορήσας ἀφελέσθαι δύναιτ' ἄν. Ne ἐκκλησιαςής quidem satis sanum est: qui cives comitiis intersunt οἱ ἐκκλησιάζοντες Attice appellantur, ut qui pompam ducunt οἱ πομπεύοντες non πομπευταί, quod legitur 11, 16 ἡ Τύχη ποικίλα τοῖς πομπευταῖς τὰ σχήματα προσάπτουσα: et ἐκκλησιαςής quidem aliquam habet commendationem a philosophorum usu. Plato et Aristoteles nonnumquam eo

nomine utuntur et unus, quod sciam, Comicus mediae comoediae post amissam libertatem et sublatum ius comitiorum ANTIPHANES ATHEN. VI. p. 247. F.

ταχὺ γὰρ γίγνεται || κἀκκλησιαςὴς οἰκόσιτος,

in lingua populi apud antiquae comoediae poëtas et Oratores in usu non est, sed πομπευταί nemo umquam dixit. Itaque corrector aliquis πομπεύουσι rescripsit, quod ex paucis quibusdam libris receptum est. Inscite admodum civis Atheniensis oblitus patrii moris dicit 5, 44. εἰσηγήσατο τὸν νόμον Τίμων Ἐχεκρατίδου Κολλυτεὺς, ἐπεψήφισε τῇ ἐκκλησίᾳ Τίμων ὁ αὐτός, ubi quid sibi velit ἐπεψήφισε τῇ ἐκκλησίᾳ suspicari magis quam scire et intelligere possumus. Idem Τίμων Ἐχεκρατίδου Κολλυτεύς narrat § 49. ἐπειδὴ πρῴην ἔλαχε τῇ Ἐρεχθηίδι φυλῇ διανέμειν τὸ θεωρικὸν κἀγὼ προσῆλθον αἰτῶν τὸ γιγνόμενον οὐκ ἔφη γνωρίζειν πολίτην ὄντα με, at bonus Timon quae esset sua tribus nesciebat, namque Κολλυτὸς δῆμός ἐςι τῆς Αἰγηίδος, teste HARPOCRATIONE et aliis. Habet is error aliquid veniae, at prorsus inepte et temere a LUCIANO ficta sunt quae leguntur in ipso psephismate § 51. ἐπὶ τούτοις ἅπασι δεδόχθω τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ καὶ τῇ Ἡλιαίᾳ κατὰ φυλὰς καὶ τοῖς δήμοις ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πᾶσιν, in quae conveniunt ipsius LUCIANI verba 5, 1. ἅπαντα ταῦτα λῆρος ἀναπέφηνεν ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομάτων. Eiusdemmodi est § 51. εἶπε τὴν γνώμην Δημέας ὁ ῥήτωρ συγγενὴς αὐτοῦ ἀγχιςεὺς καὶ μαθητὴς ὤν, ubi συγγενής praepostere additum est, nam noto discrimine ἀγχιςεῖς καὶ συγγενεῖς διαφέρουσιν, AMMONIO teste et multis aliis. Scripta haec sunt in extremo psephismate, ut eum qui haec finxerit numquam psephisma vidisse et legisse putares. Non multo melius ψήφισμα finxit 11, 20, ubi indocte addit τούτου ἀναγνωσθέντος τοῦ ψηφίσματος ἐπεψήφισαν μὲν αἱ ἀρχαὶ, ἐπεχειροτόνησε δὲ τὸ πλῆθος: verbo ἐπιχειροτονεῖν subiecit de suo notionem, quam voluit. Praeterea pro δοῦναι ψῆφον, ut Veteres dicere solebant, LUCIANUS et sequiores dictitant ψῆφον ἀναδοῦναι, vide 31, 9. quemadmodum saepe ἀναδοῦναι ponunt pro ὀρέγειν, v. c. σκύφον 71, 14. ut ψῆφον ἀναδιδόναι rectius *diribitores* dicerentur. In iudiciorum verbis propriis et legitimis nimis saepe peccavit, ut in 49, 19. ἀποδίδοται λόγος ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων καὶ λέγουσιν ἐν τῷ μέρει ὁ μὲν διώκων ὁ δὲ φεύγων. dicuntur haec a

Solone περὶ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς, ubi olim alter erat ὁ κρίνων, alter ὁ κρινόμενος, ambo οἱ ἀγωνιζόμενοι dicebantur. Eodem errore in 59, 8. ὁ Σόλων καὶ ὁ Δράκων ἔνορκον ποιησάμενοι τοῖς δικαςαῖς τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι καὶ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην τοῖς κρινομένοις ἀπονέμειν, risissent haec Athenienses, nam τοῖς κρινομένοις significat *reis*. Non ita Demosthenes, quem sequitur, p. 226, 7. τὸν ὅρκον, ἐν ᾧ γέγραπται τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροάσασθαι, τοῦτο δ' ἐςὶν οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδὲν οὐδὲ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀμφοτέροις ἀποδοῦναι, ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ τάξει ὡς βεβούληται τῶν ἀγωνιζομένων ἕκαςος οὕτως ἐᾶσαι χρήσασθαι. Praeterea quum vellet dicere *iudicem pecunia corrumpere* 15, 9. duplici vitio scripsit: τίνα δὲ καὶ δικαςὴν ἐθέλεις γενέσθαι, ὅντινα μὴ σὺ δωροδοκήσας ἄδικα πείσεις ψηφίσασθαι; non potuit infelicius verbum ponere quam δωροδοκήσας. In illa rep., ubi pleraque omnia erant venalia, non est verbum frequentius quam δωροδοκεῖν, δωροδόκοι, δωροδοκία, sed δωροδοκεῖν dicitur qui *corrumpitur*, non qui *corrumpit*. Itaque qui δωροδοκεῖν scribit pro χρήμασι διαφθείρειν pessime scribit; deinde verbum est Atticis in ea re proprium et perpetuum; qui *iudicem* corrumpit δεκάζειν dicitur, deinde et qui *populum*. Grammaticus Bekkeri *Anecd.* I. p. 256, 3. δεκάζειν τὸ διαφθείρειν τοὺς δικαςὰς ἢ ἐκκλησίας τοῖς χρήμασι καὶ δώροις, ubi corrige ἐκκλησιαςὰς χρήμασι, deinde de qualibet largitione dicitur, ut testes δεδεκασμένοι apud Lucianum 17, 12. Postea verbum δεκάζειν plane periit et indocti scribae saepiuscule pro δεκάζειν stolide δικάζειν scripserunt et συνδικάζειν pro συνδεκάζειν, vide Intt. ad Aeschinis *Timarcheam* p. 12. In eius locum subrepit δωροδοκεῖν et οἱ ἰδιῶται primum, deinde scriptores non multo meliores istis, et tandem omnes dicebant δωροδοκεῖν τινά pro διαφθείρειν τινὰ χρήμασι, cuius rei complura exempla Dindorf. ad Stephanum attulit. Duplex hinc damnum veterum monumentis inferri coeptum est. Quia pervulgatum erat δωροδοκεῖν τινά dicere pro *corrumpere*, si quando apud Athenienses occurrebat pro *corrumpi* animadversione erat opus, unde hae scripturae ortae sunt: apud Demosthenem p. 240, 27. αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν τῶν μὲν ἐν τῷ πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν δωροδοκούντων [καὶ διαφθειρομένων ἐπὶ χρήμασιν] et p. 344, 17. οἱ δωροδοκοῦντες [καὶ χρήματα λαμβάνοντες] παρὰ Φιλίππου et

apud Dinarchum κατὰ Δημοσθένους. § 47. ἐδωροδόκει μὲν [χρήματα λαμβάνων] παρὰ Φιλίππου. Ecquis serio credit haec ab ipso Oratore addita? etiam ἐπὶ χρήμασιν est abiectae Graecitatis pro χρήμασιν ut ἐπὶ πολλῷ ὠνεῖσθαι pro πολλοῦ et sim. Sed opus erat istiusmodi interpretamento iis, quibus δωροδοκεῖν significabat ἐπὶ χρήμασι διαφθείρειν vel χρήματα διδόναι. Sequiores Grammatici opinantur τὸ δωροδοκεῖν utramque vim habere apud Veteres, ut sit vel λαμβάνειν vel διδόναι χρήματα. Non esset operae pretium Graece discere si ita Graeci fuissent locuti: sed haec quoque sunt aegrorum et indoctorum insomnia. Nititur mirifica haec doctrina uno loco Demosthenis eoque corrupto p. 122, 24. ἐκόλαζον δ' οὕτω καὶ ἐτιμωροῦντο οὓς δωροδοκοῦντας αἴσθοιντο ὥςε καὶ ςηλίτας ποιεῖν, ubi δωροδοκοῦντας manifesto significat τοὺς διαφθείροντας, sed adscriptum esse a Graeculo quo tempore δωροδοκεῖν hanc vim habebat, nunc constat ex optimo Codice S, qui istud quoque emblema sustulit unus. Ad haec quis aegre feret si dicendi magistros et λέξεων consarcinatores contemnere me dixero, quos istas ineptias magna cum gravitate videam docentes et absurdissima quaeque ultro appetentes aut de suo fingentes? Audi nunc eorum ψευδομαρτυρίας. Hesychius δωροδοκεῖ: δίδωσι δῶρα et δωροδοκία: τὸ λαβεῖν ἢ δοῦναι δῶρα. Ammonius δωροδοκία: ἥ τε δόσις τῶν δώρων καὶ ἡ λῆψις. Grammaticus Bekkeri *Anecd.* p. 242, 33. δωροδόκος: καὶ ὁ διδοὺς καὶ ὁ λαμβάνων, quae totidem verbis leguntur apud Etymologum Magnum. Timaeus δωροδόκοι: καὶ οἱ διδόντες δῶρα καὶ οἱ λαμβάνοντες. Schol. Arist. ad *Eqq.* vs. 66. δωροδοκεῖ: δῶρα λαμβάνει. τίθεται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τοῦ διδόντος, et vs. 834. δωροδοκεῖν: οὐ μόνον τὸ δῶρα διδόναι ἀλλὰ καὶ λαμβάνειν. Isti omnes nituntur uno loco Demosthenis, quem diserte laudat Scholiasta Platonis ad *Alcib.* II. p. 142 A., et sic haec malesana doctrina numquam convelli potuisset, nisi unus liber caeteris omnibus melior inexspectatam opem tulisset: quo cautius caetera tractanda sunt quae suopte ingenio absurda sunt sed Antiquitatis caeca veneratione foventur, quia *doctos* Grammaticos auctores habent scilicet et testes.

Manifesta tenetur alia fraus scribarum et sciolorum sua vitia veteribus affricantium in loco Dionysii Halic., quem Dindorf. indicavit IV. 55. ubi πολλοὶ δὲ καὶ χρήμασι δωροδοκηθέντες ede-

batur, quum egregius Codex *Vaticanus* δεκασθέντες attulit. Alius in eodem verbo error satis turpis a viris doctis nondum animadversus est. Credunt Graece dici posse δωροδοκοῦμαι pro δωροδοκῶ, quod et per se spectatum absurdum est et nititur uno loco depravato et facile emendando Demosthenis p. 446, 20. ὅτι γὰρ ταῦθ' ἁπλῶς δεδωροδόκηνται καὶ τιμὴν ἔχουσιν ἅπαντα τούτων οὗτοι πολλαχόθεν δῆλον. at δωροδοκεῖσθαι optime Graece dicitur id, quod quis δεδωροδοκηκώς adversus remp., fecerit, et τὰ δωροδοκηθέντα sunt τὰ ὑπὸ τῶν δωροδοκούντων κατὰ τῆς πόλεως πραχθέντα. Quemadmodum in nobili Demosthenis loco est p. 34, 24. προπέποται τῆς αὐτίκα ἡδονῆς καὶ χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα, eodem modo dicebant τὰ τῆς πόλεως δωροδοκεῖται et saepius καταδωροδοκεῖν pro δωροδοκοῦντα ἀπολλύναι, ut καθηδυπαθεῖν et multa alia, vid. Lysiam XXVII. 3. sed quid plura? Aeschines Demostheni amice opem feret et efficiet ne scribarum calumnia circumveniatur. Aeschinis verba in *Ctesiphontea* p. 85, 25. § 221. τὰ γὰρ περὶ τοὺς Ἀμφισσέας ἠσεβημένα σοι καὶ τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν δωροδοκηθέντα neminem dubitare sinent, quin Demosthenis haec sit manus: ὅτι γὰρ ταῦθ' ἁπλῶς δεδωροδόκηται κτέ. quae scriptura in nonnullis libris est sed librorum praesidio non indiget; itaque δωροδοκοῦμαι ex δεδωροδόκηται tam absurde natum est ac si quis ex τὰ ἠσεβημένα σοι, τὰ ἐμοὶ βεβιωμένα vellet ἀσεβοῦμαι pro ἀσεβῶ repetere vel pro βιῶ aut ζῶ βιοῦμαι, nunc ad Lucianum redeundi tempus est. Magna rerum Atticarum inscitia conspicitur in 67, 12, 1. ubi Attica meretrix ad amatorem ita dicit: οἶσθ' ὅσους ἐρασὰς παρεπεμψάμην, Ἠθοκλέα (Νεοκλέα) τὸν πρυτανεύοντα νῦν καὶ Πασίωνα τὸν ναύκληρον, quasi esset aliquid τὸ πρυτανεύειν. Erat hoc magnificum in insula Rhodo et sicubi alibi summus magistratus ὁ Πρύτανις erat et dicebatur: Athenis nemo erat tam tenuis et inops, quin id ei sortito obtingere posset, ut Socrati obtigit. Praeterea non dicuntur olim singuli πρυτανεύειν sed ἡ φυλή. Socrates in Platonis *Apologia* p. 32 B. ἐβούλευσα καὶ ἔτυχεν ἡμῶν ἡ φυλὴ [Ἀντιοχίς] πρυτανεύουσα, ubi inepte irrepsit Ἀντιοχίς: quae fuisset illa tribus nihil ad rem et sciebant omnes et ἡ Ἀντιοχίς requirebatur. Melius in *Gorgia* p. 473 E. πέρυσι βουλεύειν λαχὼν, ἐπειδὴ ἡ φυλὴ ἐπρυτάνευε καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν γέλωτα παρεῖχον.

Eiusdem fere generis error aut negligentia inest, ut suspicor, in 67, 2, 2. πρώην ἐδικάσατο (τῷ πατρὶ) περὶ συμβολαίου ναυτικοῦ, ταλάντου, οἶμαι. ὀφείλων γὰρ τῷ πατρὶ οὐκ ἤθελεν ἐκτίνειν, ὁ δὲ παρὰ τοὺς ναυτοδίκας ἀπήγαγεν αὐτόν, καὶ μόλις ἐξέτισεν αὐτὸ οὐδ' ὅλον, namque aut de suo appellavit ναυτοδίκας, qui περὶ ναυτικῶν συμβολαίων iudicarent, aut diversa confudit, non enim fuisse in ea re τῶν ναυτοδικῶν mentionem faciendam, quasi illi in tali re περὶ συμβολαίου ναυτικοῦ inter cives iudicarent Schneider ad Xenophontis librum περὶ προσόδων III. 3. mihi quidem persuadet. Apud Harpocrationem v. Ναυτοδίκαι e Crateri psephismatis haec afferuntur: ἐὰν δέ τις ἐξ ἀμφοῖν ξένοιν γεγονὼς φρατριάζῃ [1]) διώκειν εἶναι τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων οἷς δίκαι εἰσὶ, λαγχάνειν δὲ τῇ ἕνῃ καὶ νέᾳ πρὸς τοὺς ναυτοδίκας, in his οἷς δίκαι εἰσί corruptum esse omnes vident sed dum sanare conantur augent morbum: δι natum est ex ἐξ deinde caetera temere ficta: lege τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων οἷς ἔξεσι, λαγχάνειν δέ κτέ. Scribae, qui οἷς δίκαι εἰσί dederunt, absurdum hoc esse neque sentiunt, neque magnopere curant, si modo vocabula Graeca sunt, ut in *Ctesiphontea* Aeschinis § 182. ἐν τοῖς δήμοις ὅτ' ἦσαν αἱ διαψηφίσεις duo boni libri exhibent ὁ τῆς ἀναιδείας ψηφίσεις: ex ΟΤΗCΑΝΑΙΔΙΑΨΗΦΙCΕΙC. Postquam incogitanter scriba ὁ τῆς dedit quod supererat ἀναιδιαψηφισεις temere in ἀναιδείας ψηφίσεις refinxit. I nunc et his in re dubia fidem habe. Ut Graeculi φρατρίζειν dicebant pro φρατριάζειν, sic φράτορες appellantur ab istis, quos Veteres φράτερας dixerant. Luculenter Stephanus Byz. l. l. ἐλέγετο δὲ φράτηρ καὶ φράτωρ, ἀλλὰ τὸ μὲν φράτηρ ἀρχαῖον μετὰ τῆς αὐτοῦ κλίσεως, θάτερον δὲ νεώτερον. Lucianus peccat cum caeteris 5, 43. φυλέται δὲ καὶ φράτορες καὶ δημόται, et 17, 24. ἡ δὲ ἐλευθερία καὶ τὸ εὐγενὲς αὐτοῖς φυλέταις καὶ φράτορσι φροῦδα. Hinc factum est ut φράτερες in veterum scriptis tantum non ubique in φράτορες depravati sint, quod vitium ex nonnullis scriptoribus elui coeptum est, ut nuper e Demosthene Dindorf. ubique sustulit vide p. 1305, 19, 1306, 1,

---

1) Sic lege pro φρατρίζῃ, nam quem afferunt testem Stephanum Byz. v. φρατρία contrarium docet quam putant: φρατρίζειν τὸ εἰς αὐτὴν τὴν φρατρίαν συνιέναι, καὶ μετὰ τοῦ ι φρατριάζειν, ὅπερ σύνηθες τοῖς Ἀττικοῖς.

1311, 4, 1312, 12, 1313, 20, *εἰσήχθην εἰς τοὺς φράτερας* (*φράτορας* libri omnes), et alibi. Male servatum est apud ARISTOPHANEM in *Avibus* 1669.

ἤδη σ' ὁ πατὴρ εἰσήγαγ' εἰς τοὺς φράτορας;

et 765. *φανοῦνται φράτορες*, et in *Equitt.* 255. *φράτορες τριωβόλου*, et in *Ranis* 418. *οὐκ ἔφυσε φράτορας*, quae omnia sunt *νεωτερικά* et refingenda ad Atticorum usum apud Atticos omnes.

LUCIANUS interdum Atticis verbis et rebus indecore peregrina et alienissima admiscet: ex quo genere est quod scribit 18, 2. *καὶ δὴ παραλαβὼν τὴν ῥήτραν σὺ ταῦτα πρός με ἤδη λέγεις*, et 41, 35. *καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη καταβὰς ἀπὸ τοῦ λόγου σοὶ τὴν ῥήτραν παραδίδωμι*, quae ab nescio quo scriptore Dorico sumsit, nam solis Doribus *ῥήτρα* eo sensu ius erat dicere et soli adeo vocabulo *ῥήτρα* utebantur. Athenienses *λόγον* dicebant et *λόγον ἀποδιδόναι*: praeterea *καταβὰς ἀπὸ τοῦ λόγου* non tantum ineleganter et inepte dictum est, sed prorsus absurdum est. Attici dicebant *καταβῆναι ἀπὸ τοῦ βήματος*, aut simplicius etiam *καταβαίνω*, potestque hoc per iocum dici pro *καταπαύω τὸν λόγον* vel *παύομαι λέγων*: *ἀπὸ τοῦ λόγου καταβαίνω* nihil est. Emendandum esse arbitror *καταβὰς ἀπὸ τοῦ λογείου*, ut seriores pro *βήματος* saepius dixerunt, imprimis pro *tribunali* Magistratuum Romanorum. Sic etiam alibi aliena quaedam et Romana et novicia in antiquitatis adumbratione apponit, ex quo genere est quod scribit 47, 4 *προθῶμεν αὐτοῖς ἀγορὰν δικῶν ἢ εἰς νέωτα παραγγείλωμεν*; et § 12 *ἀκούετε λεώ. ἀγορὰν δικῶν ἀγαθῇ τύχῃ κατασησόμεθα τήμερον*. Sumsit hoc a magistratibus Romanorum, qui quum in provinciis *conventus agerent* vel *fora* a Graecis *ἀγορὰν δικῶν ἄγειν* dicebantur. Peridoneum huius rei exemplum est apud ARISTIDEM I. p. 339. Dicitur *ὁ Σεβῆρος ὁ τῆς Ἀσίας ἡγεμὼν* (p. 338, 4) *ἐκ τῶν ἄνωθεν χωρίων κατιέναι δικῶν ἀγορὰν ἄξων*, et post pauca p. 346. *ἀγορὰ δ' ἦν δικῶν*, et alibi. Nonnumquam LUCIANUS rodit Romanos et Romana vitia, sed tecte et cautissime et in palliata fabula gentem togatam obscure perstringit. Semel tantum quid sentiret aperte dixit in *Nigrino* 3. imprimis § 30 *μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ παρ' ὅλον τὸν βίον προΐενται τὴν ἐν ταῖς διαθήκαις*, sed passim in fictis tyrannorum personis et nominibus terrarum dominos castigat vel ridet. Sed non hoc

nunc agimus et ubi pauca de Prytanibus Atheniensium a Luciano negligentius dicta addidero finem dicendi faciam. Non sumsit ab Attico scriptore aut comico, quod scribit 67, 15, 2, ubi miles apud scortum turbas dederat, mensam everterat, bonum rusticum pugnis contuderat et conquiruntur amici *οἳ παραδώσουσι τοῖς πρυτανεῦσι* (lege *πρυτάνεσι*) *τὸν Μεγαρέα*. Non est enim huc trahendum, quod est apud Aristophanem *Thesmoph.* 654.

ἐγὼ δὲ ταῦτα τοῖς πρυτάνεσιν ἀγγελῶ,

cuius loci non est eadem ratio. Denique in 11, 19 *διατρίβοντος γάρ μου παρ' αὐτοῖς προὔθεσαν οἱ πρυτάνεις ἐκκλησίαν περὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων*, hoc quoque negligenter posuit *οἱ πρυτάνεις προὔθεσαν ἐκκλησίαν*, quum apud veteres legisset *προγράφειν ἐκκλησίαν*, sed *προτιθέναι λόγον*, *γνώμην*, *γνώμας*, *διαγνώμην*, *προτιθέναι τῷ βουλομένῳ γνώμην ἀποφήνασθαι* vel *λέγειν*, sim. vide Hemsterhusium ad h. l., Schoemann. *de Comitt. Athen.* p. 104. Prytanes quum comitia indicerent proponebant edictum, quod *πρόγραμμα* dicitur, et *προγράφειν* tritum est de omnibus, quibus est ius edicendi. Aristophanes concepta verba *τῶν στρατηγῶν παρῳδεῖ* in *Avibus* 450.

σκοπεῖν δ' ὅ τι ἂν προγράφωμεν ἐν τοῖς πινακίοις,

quae ipsa *πινάκια* et erant et dicebantur *τὰ προγράμματα* (*edicta*). Aeschines *de F. L.* § 60 *δεδόχθαι προγράψαι τοὺς πρυτάνεις ἐκκλησίας δύο κατὰ τοὺς νόμους*, et § 61 *κελεύει τοὺς πρυτάνεις προγράψαι δύο ἐκκλησίας κτέ.* Deinde ubi populus in comitia convenit dicuntur *οἱ πρυτάνεις προτιθέναι λόγον* aut *γνώμας* aut sim., non *proposita tabella* (id est *edicto*), ut Hemsterhusius suspicatur, sed *ὑπὸ κήρυκος*, *per praeconem*, cuius in ea re notissimum *κήρυγμα* est: *τίς ἀγορεύειν βούλεται*; Praeclare Demosthenes p. 285, 6 *ἠρώτα μὲν ὁ κήρυξ· τίς ἀγορεύειν βούλεται; παρῄει δ' οὐδείς — καλούσης τῆς πατρίδος τῇ κοινῇ φωνῇ τὸν ἐροῦνθ' ὑπὲρ σωτηρίας· ἣν γὰρ ὁ κήρυξ κατὰ τοὺς νόμους φωνὴν ἀφίησι, ταύτην κοινὴν τῆς πατρίδος δίκαιόν ἐστιν ἡγεῖσθαι.* Haec ipsa causa est, cur dicatur in ea re ipsa resp. *λόγον προτιθέναι*, ut apud Demosth. p. 317, 6 *ἀεὶ δ' ἐν κοινῷ τὸ συμφέρον ἡ πόλις προὐτίθει σκοπεῖν*, et Xenophontem *Memor.* IV. II. 3. *τῆς πόλεως λόγον περί τινος προτιθείσης*, *quum proprie oi πρυτάνεις* dicantur aut *λόγον* aut *γνώμας προ-*

θεῖναι et sic tandem dicatur εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινὸς πράγματος προὐτίθετο λέγειν, de quo loco supra diximus, in quo προὐτίθετο necessarium est (non προὔκειτο), quia nunc demum voce praeconis Prytanes λόγον προὐτίθεσαν. In simili re, in concilio Ducum, Herodotus VIII. 59 eadem locutione usus est, quae leve vitium concepit, πρὶν ἢ τὸν Εὐρυβιάδεα προθεῖναι τὸν λόγον τῶν εἵνεκα συνήγαγε τοὺς στρατηγούς, emenda προθεῖναι λόγον. In his igitur quum προτιθέναι certam sedem habeat et natura sermonis Graeci et omnium usu stabilem et perpetuam, incredibile dictu est in Aristophanis *Ecclesiaz.* vs. 397 ad hunc diem aequis animis tolerari potuisse scripturam:

ἔδοξε τοῖς πρυτάνεσι περὶ σωτηρίας
γνώμας καθεῖναι τῆς πόλεως,

namque καθεῖναι tam absurdum est ut nihil supra, προθεῖναι quod unusquisque, si lacuna fuisset, certa emendatione reposuisset, etiam insuper confirmatur versu 401.

καὶ ταῦτα περὶ σωτηρίας προκειμένου.

Illud ipsum est apud Thucyd. VI. 14. καὶ σύ, ὦ Πρύτανι, γνώμας προτίθει αὖθις Ἀθηναίοις. Videtur semel dixisse Aeschines contra dicendi usum λόγους προτιθέναι pro λόγον, sed locus, qui pessime corruptus est, facile potest in integrum restitui. Legitur in oratione *de F. L.* § 66. Demosthenes Aeschinem bis verba ad populum fecisse contenderat, Aeschines se semel tantum dicere potuisse demonstrat: ποιεῖ δέ μου τὴν δημηγορίαν ὁ μὲν κατήγορος διαιρετήν (malim διττήν), τὸ δὲ ψήφισμα καὶ τἀληθὲς μίαν· λόγων γὰρ μὴ προτεθέντων εἰς τὴν ὑστέραν ἐκκλησίαν, τῶν δὲ προέδρων κωλυόντων οὐκ ἐνῆν εἰπεῖν. Idem modo recte dixerat § 65. λαβὲ τὸ ψήφισμα, ἐν ᾧ φαίνεται γεγραφὼς τῇ μὲν προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν συμβουλεύειν τὸν βουλόμενον, τῇ δ' ὑστεραίᾳ (ὑστέρᾳ) τοὺς προέδρους ἐπιψηφίζειν τὰς γνώμας, λόγον δὲ μὴ προτιθέναι. In illo loco tenuissimum indicium insignem corruptelam patefacit, quo si quis sollerter utetur certis vestigiis fraudem tenebit. In duobus Codicibus est τῶν προέδρων pro τῶν δὲ προέδρων, rectissime, nam vera lectio haec est: λόγον γὰρ μὴ προτιθέντων εἰς τὴν ὑστέραν ἐκκλησίαν τῶν προέδρων οὐκ ἐνῆν εἰπεῖν, postquam λόγον — προτιθέντων casu depravata sunt in λόγον — προτεθέντων scioli locum suo more reficere et sarcire coeperunt. In istorum correctione duo

alia insunt vitia: namque una atque eadem causa est cur dicere in concione non potuerit, sed verba λόγων μὴ προτεθέντων, τῶν δὲ προέδρων κωλυόντων duplicem causam indicare videntur. Praeterea τῶν προέδρων κωλυόντων ita demum bene dictum esset si quis coepisset dicere sed a proedris *prohibitus* fuisset, nam aliud est κωλύειν, aliud οὐκ ἐᾶν. Sed in re perspicua non opus est multis verbis. Eo facilius etiam mihi assentietur, qui noverit et assidua lectione ipse observaverit. quam sit Aeschines emblematis omne genus interpolatus et quam festinanter et ἀκρίτως Bekkerus in hac quoque parte deteriores libros in constituenda Aeschinis oratione secutus fuerit, spretis multo melioribus. Quam sit hoc verum nunc in uno loco ostendam, postea de industria Aeschinem pertractans permultis exemplis confirmabo. Legitur in *Ctesiphontea* § 156. μὴ πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, ἱκετεύω ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τρόπαιον ἵστατε ἀφ' ὑμῶν αὐτῶν ἐν τῇ τοῦ Διονύσου ὀρχήστρᾳ, μηδ' αἱρεῖτε παρανοίας τὸν δῆμον τῶν (lege τὸν) Ἀθηναίων, μηδ' ὑπομιμνήσκετε τῶν ἀνιάτων καὶ ἀνηκέστων κακῶν τοὺς ταλαιπώρους Θηβαίους, οὓς φυγόντας διὰ τοῦτον ὑποδέδεχθε τῇ πόλει, ὧν ἱερὰ καὶ τέκνα καὶ τάφους ἀπώλεσεν ἡ Δημοσθένους δωροδοκία. In his primum quator optimi Codices *ehkl* pro πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν dederunt πρὸς τοῦ Διὸς καὶ θεῶν, unde emergit vera lectio πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, tam frequens in Attica atque ὦ Ζεῦ καὶ θεοί: deinde ἱκετεύω ὑμᾶς in Codd. incerta sede vagantur, alii enim post τῶν ἄλλων θεῶν ea verba interponunt, iidem quatuor optimi post ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, quo indicio emblemata facillime arguuntur. In vehementi animi commotione πρὸς Διὸς καὶ θεῶν et sim. cum imperativis solis coniunguntnr. Magistelli pueros docebant ἱκετεύω, ἀντιβολῶ, δέομαι aut simile quid in talibus omissa esse videri: ex quorum annotatiunculis Veterum scripta interpolantur, ut apud Isaeum II. § 47. μὴ περιίδητε, πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων [δέομαι ὑμῶν], προπηλακισθέντα αὐτὸν ὑπὸ τούτων, ubi qui non sentit δέομαι ὑμῶν insiticia esse, is poterit credere nullum usquam in Codicibus emblema esse et nimis fastidiosos esse et morosos, qui se talia ferre posse negent. Deinde in Aeschinis verbis μὴ τρόπαιον ἵστατε, iidem Codices μή omnes omittunt: itaque haec *est Oratoris* manus: μὴ, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθη-

ναῖοι, τρόπαιον ἵςατε ἀφ' ὑμῶν αὐτῶν ἐν τῇ τοῦ Διονύσου ὀρχήςρᾳ. Adscripsi et reliquam loci partem, ut triplex mendum eximam: vitiosa abundantia est in *τῶν ἀνιάτων καὶ ἀνηκέςων κακῶν*: utrumque *natura* idem significat, *usu* ita discrepant, ut *morbi ἀνίατοι*, *calamitates ἀνήκεςοι* esse dicantur, quamobrem *ἀνιάτων καί* expunxerim, tum pro *οὓς φυγόντας ὑποδέδεχθε* correxerim *φεύγοντας*, *exlorres patria;* denique pro absurda lectione *ὧν ἱερὰ καὶ τέκνα καὶ τάφους ἀπώλεσεν* emendaverim *ὧν ἱερὰ καὶ τεμένη καὶ τάφους*, quod commendatione non eget.

Reliqua in aliud tempus reservabo, nunc manum de tabula: iam tempus est *περὶ τούτων γνώμας προθεῖναι τῷ βουλομένῳ φιλαθηναίων οἷς ἔξεςιν.*

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Observationes Palaeographicae hoc habent, ut quo plura legas, eo maior succrescat in diem exemplorum copia, quibus quod observaveris stabiliatur et confirmetur, quae res tam iucunda est quam utilis, quia hinc maxime nascitur in animis humanis *τὸ ἀδαμαντίνως πεπεῖσθαι*, quo qui caret nihil magnopere in quacumque disciplina aut sibi proderit aut aliis. Bona pars eorum, quae scripsimus, huiusmodi est, ut ea unusquisque, qui discere velit, possit inter legendum novis identidem exemplis et testimoniis munire, et ex emendationibus nostris novas elicere et eruere ex illis locis, ubi idem vitium latet eodem modo natum et eadem certa medicina sanandum. Quam sit hoc verum ipse quotidie experior. Si quid datur otii ad legendos et relegendos scriptores Graecos, et excutiendas codicum lectiones, et inspiciendas Principum Criticorum animadversiones, nova semper affluit materies aut novarum observationum, aut exemplorum ad veteres ornandas. Non satis est, si quid perpolire velis, et, ut ille dicebat, *οὐκ εἶναι τῶν ἐμούντων ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων*, Horatio parere optime monenti et nonum premere in annum quod edere pares, nam dies diem docet, et etiam si verum est et certum quod scripseris, tamen numquam fere his argumentis demonstrari et exemplis muniri potest, quae non aliquando debeant corrigi et suppleri. In re Critica et Palaeographica, sicubi alibi, futile est omnia exhaurire velle. Quia haec doctissimis quoque legenda et diiudicanda scribuntur, resecanda sunt omnia, quae eruditi homines aut omnes aut plerique dudum nota et perspecta habent, et in exemplis quoque diligenter modus est adhibendus, ut acuti et ingeniosi iuvenes ipsi alia, nonnumquam et meliora et insigniora, reperire *possint et propterea* non illubenter conquirant. Sunt tamen

quaedam huiusmodi, ut me ipsum iuvet ea corollarii instar hic appendere. Quod primum omnium ostendimus, quam saepe ΘΕΙΟC et OCIOC scribarum oscitantia fuerint inter se permutata, nunc iterum novis exemplis ornare placet, ut simul ostendamus θεόν, θεῖον, ὅσον et ὅθεν plane eadem de causa inepte confusa fuisse. Thucydidis locus est III. 82, ubi de collegiis et sodaliciis malo publico institutis ita scribit: οὐ γὰρ μετὰ τῶν κειμένων νόμων ὠφελείας αἱ τοιαῦται ξύνοδοι, ἀλλὰ παρὰ τοὺς καθεςῶτας πλεονεξίᾳ καὶ τὰς ἐς σφᾶς αὐτοὺς πίςεις οὐ τῷ θείῳ νόμῳ μᾶλλον ἐκρατύνοντο ἢ τῷ κοινῇ τι παρανομῆσαι, quae quam vera sint facillimum est ad intelligendum, quia veluti in haec nostra tempora scripta sunt, γιγνόμενα καὶ ἀεὶ ἐσόμενα ἕως ἂν ἡ αὐτὴ φύσις ἀνθρώπων ᾖ, ut vir praeclarus et magnus historicus paulo ante dixit. At nemo tamen in re tam nota intelligere potest, quid sit τῷ θείῳ νόμῳ τὰς πίςεις κρατύνεσθαι. Dionysius Halicarn. p. 995 hunc locum ex Thucydide describens salutem attulit. Legitur apud eum οὐ τῷ θείῳ καὶ νομίμῳ, unde Dobraeus in *Advers.* I. p. 58 Thucydidis manum reperit: οὐ τῷ ὁσίῳ καὶ νομίμῳ. Quam vera haec sententia est tam evidens est emendatio. *Ius et fas* dicuntur Graece τὸ ὅσιον καὶ δίκαιον, aut τὸ ὅσιον καὶ νόμιμον. Saepissime coniunguntur ὅσιος καὶ δίκαιος et ὅσιος καὶ νόμιμος, quibus opponuntur ἀνόσιος καὶ ἄδικος et ἀνόσιος καὶ παράνομος. Plato in *Phaedone* p. 108. A. ἀπὸ τῶν ὁσίων τε καὶ νομίμων τῶν ἐνθάδε τεκμαιρόμενος λέγω, (ubi multi libri θυσιῶν pro ὁσίων pervulgato errore [1]), et *de Legibus* IX. p. 861. D. οὐ γὰρ ἂν νόμιμον οὐδ' ὅσιον ἂν εἴη, et magna est exemplorum frequentia praesertim apud Platonem et Oratores. Eodem modo Aristophanes in *Thesmoph.* vs. 676 et 684 opponit ὅσια καὶ νόμιμα et τά παράνομα τά τ' ἀνόσια, ut Dobraei certa sit et manifesta emendatio τῷ ὁσίῳ καὶ νομίμῳ. Non minus est certa et evidens Wyttenbachii correctio in Eunapii fragmento p. 486, 14 Boisson. ἦν καὶ ἡγεμὼν τῆς μὲν θεοφιλοῦς καὶ θείας μερίδος Φράβιθος,

---

1) In Isocratis *Areopagitico* § 66. τὴν δημοκρατίαν οὕτω κοσμήσασαν τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ ταῖς θυσίαις in omnibus libris absurde legebatur. Codex *Urbinas* et Harpocration v. ὅσιον servarunt veram scripturam καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις.

ubi verissime ὁσίας μερίδος emendavit in *Addendis* p. LVII. Erant enim duae factiones οἱ μὲν τὰ χείρω προθέμενοι, οἱ δὲ τὰ εὐσεβέςερα, ut paulo ante legitur, eratque haec ὁσία μερίς, non θεία. Minus feliciter res Wyttenbachio cessit in simili scripturae vitio apud Timoclem Athenaei XIII. p. 570. f., ubi in unico codice et apographis haec leguntur:

θεὸν τὸ μεταξὺ μετὰ κορίσκης ἢ μετὰ
χαμαιτύπης τὴν νύκτα κοιμᾶσθαι.

Wyttenbachius ad Plut. *Moral.* p. 5. B. »*Legendum*, inquit, θεῖον μεταξύ. Divinum intervallum *i. e. infinitum quantum distat cum puellula an cum scorto cubare noctu*," ab istis rebus τὸ θεῖον procul abesto. Optime Iacobsius ex ΘΕΟΝ eruit ΟΣΟΝ. ὅσον τὸ μεταξύ! In Dionysio Halic. I. 13. καὶ τὸ γένος ὅσον ἦν τὸ τῶν Οἰνώτρων ἀποδείξωμεν, non hoc erat demonstraturus, sed unde illa gens in Italiam venerit. Rectissime Dobraeus ex ΟΣΟΝ restituit ΟΘΕΝ. τὸ γένος ὅθεν ἦν. Vitium alit Aristophanes in *Equitibus* vs. 146.

προσέρχεται || ὥσπερ κατὰ θεῖον εἰς ἀγοράν.

nam κατὰ θεῖον nihil est: τὸ θεῖον pro ὁ θεός dicebant omnes, et κατὰ τὸ θεῖον Graece dici potuisset, sed nemo ita loquebatur. Graeca sunt κατὰ δαίμονα, κατὰ θεόν, κατὰ θεόν τινα, quae significant τοῦ θεοῦ οὕτως ἄγοντος, ut in *Avibus* vs. 544 σὺ δέ μοὶ κατὰ δαίμονα — ἥκεις σωτήρ, et prorsus eodem modo, quo Plato dixit *de Legibus* III. p. 682. E. νῦν ἐπὶ τὰ αὐτὰ πάλιν ἀφίγμεθα ὥσπερ κατὰ θεόν, Aristophanes dixerat:

προσέρχεται || ὥσπερ κατὰ θεὸν εἰς ἀγοράν.

Quod pag. 52 Plutarcho reddidimus ἀκύμονα καὶ μακάριον βίον pro ἀμύμονα, vide quam utiliter adhiberi possit ad locum eiusdem in libro *de Exsilio* T. II. p. 602. E. Τιβέριος Καῖσαρ ἐν Καπρέαις ἑπτὰ ἔτη διητήθη — ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν αἱ τῆς ἡγεμονίας φροντίδες ἐπιχεόμεναι καὶ προσφερόμεναι πανταχόθεν οὐ καθαρὸν παρεῖχον οὐδ' ἀμύμονα τὴν νησιῶτιν ἡσυχίαν. Elegantissime Plutarchus scripserat ἀκύμονα, quo felicius vocabulum in eo argumento reperiri nullum potest. Quod saepissime ευ et α diximus stolide confundi, exemplum habet eadem pagina: Διογένης ὁ Κύων πρὸς τὸν εἰπόντα· Σινωπεῖς σου φυγὴν ἐκ Πόντου κατέγνωσαν. ἐγὼ δὲ, εἶπεν, ἐκείνων ἐν Πόντῳ μονήν,

ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν Εὐξείνου πόντου.

Sententia dicti et metrum certam emendationem subiicere potuissent, cuius fideiussor EURIPIDES erit in *Iphig. in Tauris* vs. 250.

ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν Ἀξένου πόρου.

Quod ostendimus ubi ἵνα et ὅπως indicativum postulent, facit ad emendandum quod statim sequitur: Στρατόνικος τὸν ἐν Σερίφῳ ξένον ἠρώτησεν ἐφ' ὅτῳ τῶν ἀδικημάτων φυγὴ τέτακται παρ' αὐτοῖς ἐπιτίμιον, ἀκούσας δὲ ὅτι τοὺς ῥαδιουργοῦντας φυγαδεύουσι· Τί οὖν, εἶπεν, οὐκ ἐρραδιούργησας, ὅπως ἐκ τῆς ξενοχωρίας ταύτης μεταστῇς; certum est corrigendum esse μετέστης. Idem remedium THEOPHRASTO adhibendum apud PORPHYRIUM *de Abstin.* IV. 20. εἴθε τὴν μυθευομένην ἄλιμον καὶ ἄδιψον εὔπορον ἦν κεκτῆσθαι ἵν' ἄν τις τὸ διαρρέον τοῦ σώματος ἐπισχὼν δι' ὀλίγου πρὸς τοῖς ἀρίστοις ἦν, scripsit philosophus ἵνα τις. In BABRII fabula 58. corrigo vs. 10. ἵνα βλέπων ἔτυπτεν pro ὡς ἂν βλέπων et vs. 12. ἵν' ἔβλεπέν τις τὸν πέλας pro ὡς ἂν βλέποιτο τὸν πέλας. Quod apud PLUTARCHUM sequitur emendandum est ex iis, quae pag. 285 ostendimus: φησὶν ὁ κωμικὸς ἐν Σερίφῳ τὰ σῦκα ταῖς σφενδόναις τρυγᾶσθαι καὶ πάντ' ἔχειν ὅσων δεῖ τὴν νῆσον, aliquanto facetius dixerat scurra Atticus πάντ' ἔχειν ὅσων οὐ δεῖ. Quemadmodum ἀκύμων in ἀμύμων depravatur sic interdum contrario errore peccatur. Apud ANAXANDRIDEM ATHENAEI VII. p. 295 E.

ὁ πρῶτος εὑρὼν πολυτελὲς τμητὸν μέγα
γλαύκου πρόσωπον τοῦ τ' ἀκύμονος δέμας
θύννου τά τ' ἄλλα βρώματ' ἐξ ὑγρᾶς ἁλὸς
Νηρεὺς κατοικεῖ τόνδε πάντα τὸν τόπον.

ANAXANDRIDES, ut assolet, tragicam et magnificam orationem per risum iocumque transfert in res ludicras. Θύννος quum quidvis potius esse possit quam ἀκύμων et ἀκύμων δέμας prorsus nihili sit, facile mihi dabitur δέμας ἀμύμων a festivo poëta Ὁμηρικῶς dictum et ridicule huc translatum.

Quod p. 65 ALCIPHRONI reddebam: ἀλλ' οὐκ ἦν Λακεδαίμων τάδε ἀλλ' Ἀθῆναι, (quod comparari potest cum versu TELECLIDIS:

τῶν δυνατῶν τι κέλευε, τάδ' οὐ παρὰ Κενταύροισι,

nam sic scribendum arbitror apud SUIDAM v. τάδ' οὐ παρὰ Κενταύροισι,) non dubito quin STRABONI quoque sit restituendum

libro XIII. p. 594. καυχωμένου δὲ (τοῦ Φιμβρία) ὅτι ἦν Ἀγαμέμνων πόλιν δεκάτῳ ἔτει μόλις εἷλε τὸν χιλιόναυν ϛόλον ἔχων καὶ τὴν σύμπασαν Ἑλλάδα συϛρατεύουσαν ταύτην αὐτὸς ἐν δέκα ἡμέραις (sic leg.) χειρώσαιτο, εἶπέ τις τῶν Ἰλιέων· οὐ γὰρ ἦν Ἕκτωρ ὁ ὑπερμαχῶν τῆς πόλεως. Strabo lubenter commemorare solet, si quid acute et scite a quoquam dictum inaudiverit, sed est hoc dictum tam insipidum et inficetum, ut neque Straboni potuerit placere, neque nunc cuiquam placeat. At potest erui bonum dictum memoria dignum ex Euripidis *Andromache* vs. 168. iocose sumtum. Nemo in Graecia paulo eruditior non habebat in promptu hos versus:

δεῖ σ' ἀντὶ τῶν πρὶν ὀλβίων φρονημάτων
πτῆξαι ταπεινὴν προσπεσεῖν τ' ἐμὸν γόνυ, — —
γνῶναί θ' ἵν' εἶ γῆς. οὐ γάρ ἐσθ' Ἕκτωρ τάδε.

Itaque scite et lepide iocatus est is, qui iactabundo Fimbriae occinuit: οὐ γὰρ ἦν Ἕκτωρ τάδε. Supervenit sciolus, qui perdidit omnia.

Ad pag. 70. Forma, quales sunt δοκοῦντε, ἀκολουθοῦντε, παθόντε, πληγέντε, restituenda est Cleaeneto in Stobaei *Floril.* XCIX. 2.

λύπη γὰρ ὀργή τ' εἰς ἕνα ψυχῆς τόπον
ἐλθόντα μανία τοῖς ἔχουσι γίγνεται.

censu cassa haec sunt. Emenda:

ἐλθόντε μανίαν τοῖς ἔχουσι τίκτετον.

simillima sunt Cratini apud Plut. in *Pericle* c. 3. Στάσις καὶ Κρόνος ἀλλήλοισι μιγέντε μέγιϛον τίκτετον τύραννον, ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλοῦσιν.

Eiusdem farinae atque τραπητέον, quod pag. 80 notavimus, est quod apud Strabonem legitur XIII. p. 623. ὑπελθετέον in verbis τοῦ δὴ κήρυκος οὕτω φθεγγομένου· ὑπὸ τὰς ϛοὰς ὑπέλθετε ἐκπεσεῖν λόγον ὡς Κυμαίων οὐκ αἰσθανομένων ὡς ἐν τοῖς ὄμβροις ὑπὸ τὰς ϛοὰς ὑπελθετέον, ἂν μὴ σημήνῃ τις αὐτοῖς διὰ κηρύγματος. Simplicissimum est corrigere ὑπελθεῖν δέοι.

Ad pag. 81. Locus Platonis legitur *de Legibus* XII. p. 947 λ. ἱερέας μὲν πάντας — ἀρχιερέα δὲ ἕνα κατ' ἐνιαυτόν, alii ἀρχιερέων: verum est ἀρχιέρεων.

Ad p. 84. Photius λοῦσθαι λέγουσιν οὐχὶ λούεσθαι καὶ λούμενος οὐχὶ λουόμενος. Ἀριϛοφάνης. Passim videbis in

hoc verbo formas antiquas et probas a scribis tentari. Saepissime apud ARISTIDEM qui ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις ad fastidium usque commemorat quam saepe laverit, formae deteriores λουόμενος, λούεσθαι, ἐλουόμην, et λελοῦσθαι, λελουμένος a librariis invectae sunt, vide DINDORF. ad p. 274, 18. Negligenter BABRIUS fab. 71, 8.

πρόσωπα δ' αὐτῶν ἐξέλουε καὶ κνήμας.

namque νίζειν hoc veteres dicebant, et ἐξέλου debuerat dicere.

Ad pag. 86. Νίφειν scribendum esse, non νείφειν confirmabit PHOTIUS Νίψαι (scrib. Νῖψαι): μακρὰ ἡ πρώτη συλλαβὴ ὁπότε ἐπὶ νιφετοῦ τάττεται καὶ ἔνιψεν καὶ ἐνίφθη ἡ γῆ. Εἴλλειν et εἶλαι et composita saepe apud HESYCHIUM leguntur, cui redde εἰσίλλειν: εἰσάγειν, εἰσελαύνειν pro εἰσηλεῖν, et ἐξίλλειν: ἐκβαλεῖν pro ἐξειλεῖν, et κατίλλειν pro κατειλεῖν, et συνιλλόμενα: συςρεφόμενα pro συνειλόμενα, et συνίλας: συνειλήσας pro συνείλας. Vera forma conspicitur nunc in pulchro EURIPIDIS senario de Sphinge:

οὐρὰν ὑπίλασ' ὑπὸ λεοντόπουν βάσιν,

ubi in libris est ὑπήλλασα et ὑπήλασ', verum vidit VALCKENARIUS in *Diatr.* p. 193. ARISTOPHANI in *Ranis* vs. 1066 pro ῥακίοις περιειλλόμενος redde περιιλάμενος ex PHOTII annotatione: περιειλάμενος: περιειλησάμενος, quod ex illo loco sumtum est, ut centena ex ARISTOPHANE vocabula in PHOTII Lexico sine poëtae nomine explicantur ex antiquis Scholiis, quae nescio unde PHOTIUS nactus est multo meliora nostris. In EURIPIDIS *Helena* vs. 452.

ἃ μὴ προσείλει χεῖρα μηδ' ὤθει βίᾳ,

legendum arbitror μὴ πρόσιλλε χεῖρα. Vide PHRYNICHUM in BEKKERI *Anecd.* I. p. 19, 14.

Ad pag. 91 addo exemplum ex PLUTARCHO, quia locus dignissimus lectu est, ex libro *de Sollertia Animalium* p. 965 A. Κλεομένης ὁ βασιλεὺς παρὰ πότον εὐδοκιμοῦντος ἀκροάματος ἐρωτηθεὶς εἰ μὴ φαίνεται σπουδαῖον ἐκέλευσεν ἐκείνους σκοπεῖν, αὐτὸν γὰρ ἐν Πελοποννήσῳ τὸν νοῦν ἔχειν. Emenda αὐτὸς γάρ.

Ad p. 111. Μόνος eodem modo male irrepsit in PLATONIS libr. X. *de Rep.* p. 604. A. πότερον μᾶλλον αὐτὸν οἴει τῇ λύπῃ μαχεῖσθαί τε καὶ ἀντιτενεῖν ὅταν ὁρᾶται ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἢ ὅταν ἐν ἐρημίᾳ [μόνος] αὐτὸς καθ' αὑτὸν γίγνηται; ubi alii μόνος αὐτός, alii αὐτὸς μόνος exhibent, quo novo indicio fraus patet.

Ad pag. 122. In Hesychio v. Σκότιος laudatur Μαρσύας ἐν τῇ Ἰάδι pro ἐν τῇι πρώτηι, quod scriptum erat ἐν τῇιᾱ. Multi errores huius generis in Polyaeno commissi sunt, ut I, 45, 2 ἄνδρας pro ἄνδρας διακοσίους (ἄνδρας σ') et 4, 5, 1 ἀπὸ ταλάντων pro ἀπὸ τριακοσίων ταλάντων (ἀπὸ τ' ταλάντων). Imprimis ridiculum vitium latet in 5, 23 δεξάμενος — σαλπιγκτὰς τρεῖς καὶ σκαφὰς ἢ μονοξύλους, ubi Coraës ἢ expunxit. Ego τρεῖς expuncto legerim σκαφὰς ὀκτὼ μονοξύλους. Apud eundem legebatur 2, 1, 11 δυοῖν ἡμέραιν ὁδὸν ἀνύσας pro ἐν ἁ ἀνύσας, ἐν μιᾷ ἀνύσας, quod Valcken. correxit ad Herod. IX. 15.

Ad p. 125. Verbum ἐπιχεῖν reddendum est Eunapio p. 24 Boiss. προθεμένης αὐτῆς τὴν κύλικα τῷ Αἰγυπτίῳ καὶ τὸν ἠρτυμένον οἶνον καταχεομένης — πρὶν τὸ θερμὸν ὕδωρ ἐπιβαλεῖν κτέ. Corrige καταχεαμένης et ἐπιχεῖν. Futurum ἐπιχέω legitur in Aristophanis *Pace* vs. 166.

οὐ κατορύξεις || κἀπιφορήσεις τῆς γῆς πολλήν,
κἀπιφυτεύσεις ἕρπυλλον ἄνω || καὶ μύρον ἐπιχεῖς;

Futurum ἐγχέω est apud Demosthenem p. 407, 16. οὐ γὰρ ἐγὼ κρίνομαι τήμερον οὐδ' ἐγχεῖ μετὰ ταῦθ' ὕδωρ οὐδεὶς ἐμοί. Futuro παραχέω utitur Plato Comicus apud Athen. XV. p. 665 B.

νίπτρον παραχέων ἔρχομαι: κἀγὼ δὲ παρακορήσων.

Futurum διαχέω reddendum Dionysio Halic. VI. 62. ἡ τῶν φυγάδων ἰσχὺς οὐ πολὺν ἀνθέξει χρόνον — ἀναρχία τε αὐτοῖς ὡς εἰκὸς, καὶ ϛάσις ἐκ τῆς ἀναρχίας ἐμπεσοῦσα ταχὺ διαχέει καὶ διαλύει τὰ βουλεύματα. Quid futurum sit Appius Claudius demonstrat, non quid fiat: corrige διαχεῖ καὶ διαλύσει. Forma διαχέει invecta est a Graeculis, qui πλέειν, πνέειν, δέειν et similia de suo dare solent, ut apud Dionysium ipsum XI. 51 συγχέειν et ἐκχέεις vitiose leguntur. Futurum χέω etiam apud seriores occurrit. Hesychius καταχρίσω (lege κατακαχρύσω): συγχέω, ταράξω. Qui χύω et χύνω barbare pro χέω dicere coeperunt, iidem χεῶ et χεοῦμεν scriptitant.

Ad p. 128. Non melioris notae est forma κατασκεδάζειν apud Photium in v. pro κατασκεδαννύναι, quam imperite ex κατεσκεδάσατο finxerunt. Plutarchus *de virtute Alexandri* p. 340. E. negligenter μεταμφιέζουσι scripsit, et μετημφίαζε *de Pythiae oraculis* p. 406. E. Nihili forma est δαίω et δαίομαι, quam Lexicographi afferunt, pro δαίνυμι et δαί-

νυμαι, cuius unicum exemplum est apud Matronem Athen. IV. p. 136. B.

τὸ δέ γ' ἀμβροσίη μοι ἔδοξεν
εἶν', ἣν δαίονται μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες,

at tu corrige δαίνυνται. Illud enim significat διαμερίζονται, *partiuntur*. Corrupta Hesychii glossa est καταδέδασαι: καταβέβρωται, καταμεμέρισαι. Confundit enim κατεδήδεσαι et καταδέδασαι. Κατεδήδεσμαι et κατηδέσθην respondent apud veteres formis activis κατεδήδοκα et κατέφαγον: sequiores καταβέβρωμαι et κατεβρώθην dicebant et καταβέβρωκα, et formas antiquas corrumpebant. Θριπήδεσος iidem stolide in θριπηδέσατος depravare solent, quia unde formatum esset nesciebant. Reddidimus Luciano κατεδεσθῆναι — καταφαγών pro καταδασθῆναι — καταφαγών pag. 80.

Quem errorem notavimus p. 135 in καὶ διάγχητε pro καὶ ἄγχητε prorsus idem deprehenditur in libro Strabonis IX. p. 415 in verbis βασιλικὴν δὲ πειθὼ λέγομεν ὅταν εὐεργεσίαις φέρωσι καὶ διάγωσιν ἐφ' ἃ βούλονται. Rectissime Kramer. vidit pannum hunc esse Straboni assutum ex nescio quo sophista, at iste, quisquis est, dederat φέρωσι καὶ ἄγωσιν, ut paulo ante ἄγοντες ἐφ' ἃ βούλονται, et in notissimo φέρειν καὶ ἄγειν frigide et pueriliter lusit.

Ad pag. 137. Foedius etiam quam in πριᾶσθαι et ἐπριᾶτο (et κιρνᾶσθαι, πτᾶσθαι, κιχρᾶσθαι) scribae peccarunt in libro Plutarchi *non posse suaviter vivi secundum Epicurum* p. 1099 c. Ἀλέξανδρος Φιλόξενον γράψαντα περὶ παίδων εἰ πριεῖται μικρὸν ἐδέησε τῆς ἐπιτροπῆς ἀποσῆναι. Emenda εἰ πρίηται et μικροῦ et ἀποσῆσαι. Non assequebantur homunciones, quid sibi vellet coniunctivus in εἰ πρίηται. Eodem modo in re eadem grassati sunt apud Herodotum, cui redde V. 43. οἴχετο χρησόμενος εἰ αἱρέῃ ἐπ' ἣν στέλλεται χώρην pro εἰ αἱρέει et V. 67. ἐχρησηριάζετο εἰ ἐκβάλοι τὸν Ἄδρηστον accipe a Dobraeo εἰ ἐκβάλῃ, qui et V. 124. pro ἐβουλεύετο — εἴτε ἐς Σαρδὼ ἄγοι εἴτε ἐς Μύρκινον optime restituit ἄγῃ. Recte legitur I. 75. ἐς τὰ χρηστήρια ἔπεμπε εἰ στρατεύηται. Recepit Dindorf Dobraei. emendationem V. 82. ἐπειρώτεον κότερα χαλκοῦ ποιέωνται ἢ λίθου, ubi libri omnes ποιέονται servant, et VI. 35. ἐπειρησόμενος τὸ χρηστήριον εἰ ποιέῃ, ubi Codd. ποιοῖ et ποιείῃ exhibent, et VI. 135.

ἔπεμπον δὲ ἐπειρησομένους εἰ καταχρήσονται τὴν ὑποζάκορον τῶν θεῶν, ubi optimus Codex *Archias* καταχρήσωνται servavit solus.

Ad p. 138. Verbum ὑποψωνεῖν, quod PHRYNICHUS optime interpretatur, ab eo sumtum est ex ARISTOPHANIS *Acharnensibus* vs. 842.

οὐδ' ἄλλος ἀνθρώπων ὑποψωνῶν σε πημανεῖ τι.

cuius verbi duas interpretationes Scholiastae proferunt, alteram vanam et falsam, alteram veram et certam, sed minus perspicue et diserte scriptam, quam apud PHRYNICHUM est. Apud PHRYNICHUM quoque, ut apud PHOTIUM, permulta leguntur ex antiquis in ARISTOPHANEM Scholiis expromta multis partibus meliora iis, quae nunc circumferuntur.

Ad pag. 141. Quemadmodum ΛΙ et Ν confunduntur, sic interdum pro Ν in Codd. ΛΙ scriptum est. PSEUDO-ARISTOTELES περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων cap. xcv de antro Sibyllae Cumanae scribens addit: τοῦτον δὲ τὸν τόπον λέγεται κυριεύεσθαι ὑπὸ Λευκαδίων, unde mirifica de Leucadiorum colonia olim illuc deducta docti homines commenti sunt. In ΛΕΥΚΑΔΙΩΝ latebat ΛΕΥΚΑΝΩΝ (Λευκανῶν), quos nemo partem agri Cumani aliquando occupasse mirabitur.

Ad pag. 151. Manifesto errore χλαμύς et χλανίς confusa sunt apud PLUTARCHUM *de Genio Socratis* p. 583 F. σοὶ δὲ, ὦ πάτερ, Μιλησίαν χλαμύδα, τῇ δὲ μητρὶ παραλουργὸν ὠνησόμεθα χιτώνιον, et *de Alexandri virtute* p. 330 C. Ἀρίστιππον θαυμάζουσι τὸν Σωκρατικὸν, ὅτι καὶ τρίβωνι λιτῷ καὶ Μιλησίᾳ χλαμύδι χρώμενος δι' ἀμφοτέρων ἐτήρει τὸ εὔσχημον. Utrobique cultus elegantior et mollior significatur, itaque χλανίδα et χλανίδι emendandum est.

Ad pag. 153. Adverbium ἑκοντί vitiose legitur in lepido SOPHOCLIS dicto, quum senex admodum in iudicium adductus esset, apud ARISTOTELEM in *Rhetoricis* III. 15. Σοφοκλῆς ἔφη τρέμειν, οὐχ ὡς ὁ διαβάλλων ἔφη, ἵνα δοκῇ γέρων ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης. οὐ γὰρ ἑκοντὶ εἶναι αὐτῷ ἔτη ὀγδοήκοντα, SOPHOCLES, si quis alius, Ἀττικιστὶ loqui solitus, dixerat ἑκόντι.

Ad pag. 163. Ut apud XENOPHONTEM σκεύη pro σκευήν irrepsit, eodem modo, aut etiam peius laborat locus POLYAENI 5, 8, 2. Λεπτίνης τὴν ἰδίαν στολὴν ἀποθέμενος καὶ λαβὼν αὐτοῦ σκεύη

καὶ Φορτίον ξύλων ἀράμενος ἐπέβη τῆς νεώς, Coraes τὰ αὐτοῦ σκεύη infeliciter admodum, nam vera lectio est λαβὼν ναύτου σκευήν.

Ad pag. 194. Quam incogitanter librarii confuderint λι, λυ et μ luculentis exemplis ostendit Valcken. ad *Adoniazusas* p. 226, ubi videbis ἄμπον scriptum esse pro ἄλυπον, δειλία pro δεῖμα, ἀρτυλία pro ἄρτυμα et ἠρτυλιμένος pro ἠρτυμμένος (ἠρτυμένος). Κάμψαι et καλύψαι confusa vide in Porsoni *Adversariis* pag. 64, ubi quod vir summus emendavit ἐπικαλύψας ἐπιπλόῳ (pro ἐπικάμψας) diserte in *Marciano* Codice scriptum est. Eodem errore apud Strabonem IX. p. 391. libri exhibent ἐφ' ἧς παρεπέμπομεν pro ἀφ' ἥσπερ ἀπελίπομεν. Similiter N et ΛΙ permixta esse vide in Schaeferi *Meletem. Crit.* pag. 95. Quid eo homine facias qui pro ἐν ᾄδου potuit ἐλιάδου scribere? Plura dabit Bastius *Comment. Palaeogr.* pag. 723 sq.

Ad pag. 201. Saepe εἴλημαι et composita in εἴλημμαι depravata sunt. Duo exempla ex Polluce subiungam. Editur IV. 154. μίτρᾳ ποικίλῃ τὴν κεφαλὴν κατείληπται manifesto errore pro κατείληται, et § 191. ἔξωθεν δὲ τυλώδει σαρκὶ κατειλημμένον pro κατειλημένον.

Multa sunt vocabula, in quibus librarii solemni errore consonantem duplicare solent, ut in μέλλει pro μέλει, κνίσσα, τιθασσός, διαθρυλλεῖν, Κηφισσός, Ἐρινυνύς, aliis. Numquam id vitium, quod sciam, plus caliginis offudit, quam in loco Dionysii Halic. III. 41. δευτέρῳ δ' ὕστερον ἔτει πάλιν τῶν Οὐηιεντανῶν καταλυσάντων ἃς ἐποιήσαντο πρὸς αὐτὸν ἀνοχὰς καὶ τὰς ἄλλας ἀξιούντων ἀπολαβεῖν πόλεις, ὧν ἐπὶ Ῥωμύλου βασιλέως καθ' ὁμολογίας ἀπέστησαν ἑτέραν τίθεται πρὸς αὐτοὺς μάχην περὶ ταῖς Ἁλαῖς (Vaticanus πρὸς τὰς ἄλλας) — καὶ τὰς ἄλλας πόλεις ἐξ ἐκείνου κατεῖχεν ἀναμφιλόγως. Male duplicatum λ omnia perdidit. De *salinis* ad Tiberim bellum hoc gestum est. Veientes *salinas* recipere (τοὺς ἅλας) volebant, non *reliquas urbes*, quae nullae erant. Emenda τοὺς ἅλας ἀξιούντων ἀπολαβεῖν, ὧν ἐπὶ Ῥωμύλου — ἀπέστησαν, tum περὶ τοὺς ἅλας et καὶ τοὺς ἅλας ἐξ ἐκείνου κατεῖχεν. Confirmabit haec Plutarchus in *Romulo* c. 25 de eadem re scribens τῶν παρὰ τὸν ποταμὸν ἐκστάντες ἁλοπηγίων, sed optimus fideiussor est ipse Dionysius II. 55. δίκας ὁ Ῥωμύλος αὐτοῖς (*Veientibus*) ἐπιτί-

θησι — τῶν ἁλῶν ἀποςῆναι τῶν παρὰ ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ ποταμοῦ, ubi iterum Codex *Vaticanus* τῶν ἄλλων.

Ad pag. 215. Corrige obiter in eadem re Pollucem I. 49. ὕδατι τὴν ἄσην ἐκκαθήραντες, ubi Codex A. τὸν ῥύπον pro τὴν ἄσην, quod ἄσιν scriptum oportuit.

Ad pag. 216. Legenda ad haec est festivissima narratiuncula, quam Strabo amans talium lepide perscripsit XIV. p. 658. κιθαρῳδοῦ ἐπιδεικνυμένου (ἐν Ἰασῷ) τέως μὲν ἀκροᾶσθαι πάντας, ὡς δ' ὁ κώδων ὁ κατὰ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἐψόφησε καταλιπόντας ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸ ὄψον πλὴν ἑνὸς δυσκώφου. τὸν οὖν κιθαρῳδὸν προσιόντα εἰπεῖν ὅτι· ὦ ἄνθρωπε, πολλήν σοι χάριν οἶδα τῆς πρός με τιμῆς καὶ φιλομουσίας. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἅμα τῷ κώδωνος ἀκοῦσαι ἀπιόντες οἴχονται. ὁ δέ, τί λέγεις; ἔφη. ἤδη γὰρ ὁ κώδων ἐψόφηκεν; εἰπόντος δέ, εὖ σοι εἴη, ἔφη καὶ ἀναςὰς ἀπῆλθε καὶ αὐτός, ubi supple καταλιπόντας (πάντας) ἀπελθεῖν et ἅμα τῷ τοῦ κώδωνος ἀκοῦσαι.

Ad pag. 239. Nomen Μικύλος occurrit et in iocosis versibus Cratetis apud Plutarchum *de vitando aere alieno* p. 830 c. sed alio modo depravatum. Editur:

καὶ μὴν Μίκκυλον εἰσεῖδον
τῶν ἐρίων ξαίνοντα γυναῖκά τε συγξαίνουσαν
τὸν λιμὸν φεύγοντας ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.

ubi scribendum et supplendum arbitror in hunc modum:

καὶ μὴν Μικύλον εἰσεῖδον (κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα).

ex notissimo Homerico versu:

καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον κτέ.

Ad pag. 247. Ut κάπτω solet multis modis depravari, sic affine verbum λάπτω saepe a librariis est obscuratum et in alia omnia refictum. In Platonis Comici fragmento apud Athenaeum X. p. 424 a.

κυάθους ὅσους ἐκλέπτεθ' ἑκάςοτε.

male Bergk. ἐκλεπτέτην rescripsit, ego ἐκλάπτεθ' ἑκάςοτε verum esse arbitror, ut in *Acharn.* 1329. ἄμυςιν ἐξέλαψα. Perfectum λέλαφα exstat in Aristophanis fragmento apud Athen. XI. p. 584 a.

τὸ δ' αἷμα λέλαφας τοὐμὸν, ὦναξ δέσποτα,

unde corrige stupidum errorem in Photii Lexico commissum λέμφας: πέπωκας pro ΛΕΛΑΦΑϹ.

Forma est λαπῆναι, unde λαπήσομαι et ἐκλαπήσομαι, in qua

olim magistri et scioli turbarunt, derivata a λέπω, ἐκλέπω, ut ϛαλῆναι, δαρῆναι. Pro λέπω sequiores λεπίζω dicebant et ἐκλεπίζειν ὡά pro ἐκλέπειν. Reddidi olim Hippocrati ἐκλαπήσεται ex Erotiano pro manifesto interpretamento ἐκλεπισθήσεται, et Hesychio λαπῆναι: λεπισθῆναι pro λαπισθῆναι. Erotianus v. ἐκλαπήσεται Aristophanis loco utitur, quem adhuc pessime corruptum circumferri video: φήμαις οὖν ἐγὼ βροτῶν ἅπαντας ἐκλαπῆναι, certum est φήμαις οὖν natum esse ex φήμ'ὄῦν id est φήμ' οὖν non φήμ" οὖν id est φήμαις οὖν. Vitii igitur sedes est in secunda dipodia et

φήμ' οὖν ἐγὼ 'κ τούτου βροτοὺς ἅπαντας ἐκλαπῆναι,

videtur a poëta scriptum.

Ad pag. 254. Plusquamperfectum pro aoristo evidenti emendatione reponi potest apud Eunapium p. 48. ὁ δὲ ἤδη μὲν εἰς μακρόν τι γῆρας ἀφίκετο καὶ τὸ σῶμα ἔκαμνεν. Quis non sentit ἀφῖκτο requiri? Foedissimum vitium in Plutarchi *Pelopida* cap. 30 Sintenis quamquam admonitus tamen non sustulit: οὐ γὰρ ἠρέμα διῆκτο τῆς Ἀσίας ἡ δόξα, quis non statim corrigat διῖκτο, quod Schaefer. praecepit?

Ad pag. 256. In Strabonis loco VI. p. 276. οὐκ ἐᾷ θαυμάζειν τοὺς ὁρῶντας ἄλλως γέ πως τὰ τοιάδε Kramerus male sprevit certissimam Corais emendationem ἀμωσγέπως.

Ad pag. 256. Felix Meinekii emendatio p. 256 κατάγλωττα pro κατὰ γλῶτταν certam salutem affert loco Dionysii Halic. περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων p. 162 Sylb. Demosthenes, inquit, Θουκυδίδου ζηλωτὴς ἐγένετο παρ' ἐκείνου λαβὼν — τὴν ἐξεγείρουσαν τὰ πάθη δεινότητα, τὸ δὲ κατὰ γλῶσσαν τῆς λέξεως καὶ ξένον καὶ ποιητικὸν παρέλιπε. Quis non statim videt τὸ δὲ κατάγλωσσον emendandum esse?

Ad pag. 258. Quod παρείκατε pro παρῆκατε correximus, idem plane vitium apud Stobaeum est in Zaleuci legibus *Floril.* 44, 21. οἷς ἐφῆκασιν οἱ νόμοι μετέχειν τῆς πολιτείας, Codex A ἐφίκασιν: utrumque barbarum est, emenda ἐφείκασιν.

Ad pag. 264. παῦε et παύου Graeculorum socordia permutata sunt in Babrii loco 27, 6.

ἡ δὲ Φρῦνος ἠρώτα
φυσῶσ' ἑαυτὴν, εἰ τοιοῦτον ἦν ὄγκῳ
τὸ ζῷον. Οἱ δὲ μητρί· παῦε μὴ πρίου.

Ex Vaticano Codice edidit Furia in *Fab. Aesop.* p. 154. *οἱ δὲ παύου μὴ ποιοῦ μῆτερ*, unde malim apud Babrium legere:

τὸ ζῷον. Οἱ δὲ παῦε μὴ πρίου, μῆτερ.

ut saepe duos spondeos in extremo choliambo ponere solet, et *εἰ τοσοῦτον ἦν ὄγκῳ* pro *τοιοῦτον*.

Ad pag. 266. *Καταλαμβάνομαι* pro *καταλαμβάνω*, quod apud sequiores omnes saepe legitur, apud veteres barbarum est. Itaque vitium alit Herodotus V. 55 *τὰ δὲ ἄλλοι οὐ κατελάβοντο τούτων μνήμην ποιήσομαι*, expunctis duabus litterulis male repetitis lege *κατέλαβον*.

Ad pag. 273. Locus Thucydidis VIII. 109 *ὅπως μέμψηται καὶ τὰς διαβολὰς ἀπολογήσεται* secundis curis mihi retractatus meliorem correctionem admittit hanc: *καὶ τὰς διαβολὰς ἀπολύσεται*, quod verbum in hac re certam sedem habet et (quod rem conficit) cum *ἀπολογεῖσθαι* saepius confusum est. *Purgare crimina*, *diluere* proprie *ἀπολύεσθαι τὰς αἰτίας*, *τὰς διαβολάς* dicitur, aut simpliciter *ἀπολύεσθαι*, si non apud iudices res agitur. Thucyd. V. 75 *καὶ τὴν αἰτίαν ἀπελύσαντο* et, quod plane idem est, VIII. 87. *βουλόμενος ἀπολύεσθαι πρὸς αὐτοὺς τὰς διαβολάς*. Demosthenes *de Rhodiorum libertate* p. 191, 10 *συμβήσεται γὰρ ὑμῖν τὰς παρὰ τῶν διαβαλλόντων τὴν πόλιν ἡμῶν βλασφημίας ἔργῳ ἀπολύσασθαι*. Dionysius Halic. II. 69 *τοῖς ἔργοις ἀπολύσεται τὰς διαβολάς*. VI. 59 *ἀνάγκην ὁρῶ κἀμοὶ ἀπολύσασθαι τὰς κατ' ἐμαυτοῦ διαβολάς*, et in fine capitis *τὰς ἐμαυτοῦ διαβολὰς ἀπολύομαι*. Graeculi hunc usum non retinuerunt; itaque Suidas v. *ἀπολυόμενος* Polybii locum, in quo est *ἀπολυόμενος τὰς διαβολάς*, ita interpretatur, ut dicat esse pro *ὑπεραπολογούμενος*. Hinc factum est, ut in Veterum scriptis *ἀπολογεῖσθαι* pro *ἀπολύεσθαι* male irreperet, ut apud Herodotum VIII. 59. *ὁ δὲ ἀπολυόμενος ἔφη*, in uno Codice est *ἀπολογούμενος*, sic igitur Thucydidi reddendum est *ὅπως μέμψεται καὶ τὰς διαβολὰς ἀπολύσεται*.

Ad pag. 274. Ex hoc dicendi genere *εἰσῆλθον εἰς ὑμᾶς* emendandus est et explicandus locus apud Aristotelem in *Rhetoricis* III. 9. *ὃ εἰς Πειθόλαόν τις εἶπε καὶ Λυκόφρονα ἐν τῷ δικαστηρίῳ· Οὗτοι δ' ὑμᾶς οἶκοι μὲν ὄντες ἐπώλουν, ἐλθόντες δ' ὡς ἡμᾶς ἐώνηνται*, emenda *εἰσελθόντες δ' εἰς ὑμᾶς*, odiosissime dicuntur et rempublicam pretio vendidisse, et *in iudi-*

cium adducti, postquam rei facti sunt, iudices pecunia corrupisse.

Ad pag. 278. Sigla praepositionis κατά et male lecta et omissa est in eximio loco incerti sed doctissimi Grammatici et Antiquarii in Lexico Rhetorico, quod Photio subiectum est p. 667 Porsoni, qui in voce Εἰσαγγελία praemissa sententia Caecilii (nam legendum est αὕτη μὲν οὖν ἡ Καικιλίου δόξα pro Κικίνου et in praecedentibus καινῶν pro κοινῶν) et Theophrasti haec addidit: συνομολογεῖ δὲ τοῖς ὑπὸ Θεοφράστου εἴτε Θεμιστοκλέα εἰσαγγέλ ἢ εἰσήγγειλε Κρατερὸς Λεσβώτης Ἀλκμαίωνος Ἀγραυλῆθεν, quae sic sunt emendanda: ἡ κατὰ Θεμιστοκλέους εἰσαγγελία, ἣν εἰσήγγειλε κατὰ Κρατερὸν Λεωβώτης Ἀλκμαίωνος Ἀγρυλῆθεν, quae sumta sunt ex Crateri ψηφίσμασιν, de quibus diligenter scripsit Meinekius in *Epimetro* I ad Stephanum Byzantinum p. 417, quem hic locus fefellit. Est autem permagni preti hoc Crateri fragmentum. Ostendit enim unde Plutarchus sua sumserit in *Themistocle* cap. 23. ὁ δὲ γραψάμενος αὐτὸν προδοσίας Λεωβότης ἦν Ἀλκμαίωνος Ἀγραύληθεν, qui permulta alia ex Cratero sumsisse mihi videtur. Corrige autem Λεωβώτης — Ἀγρυλῆθεν, nam haec est sincera nominis forma Λεωβώτης apud Iones et Atticos, Λαβώτας apud Dores, ut γεωμέτρης, γαμέτρας, Λεωκήδης et Λακήδας, Λεώκριτος et Λάκριτος, Λεωχάρης et Λαχάρης, Λεωσθένης et Λασθένης et alia. Quem regem Spartanorum Herodotus Λεωβώτην appellat VII, 204, eum sui cives Λαβώταν dicebant. Puerilis est observatiuncula Pausaniae III. 2. 3 Ἡρόδοτος Λεωβώτην οἱ (male pro αὐτῷ) τίθεται τὸ ὄνομα καὶ οὐ Λαβώταν. Sic falluntur multi, qui Ἑστιαῖον appellant Ionice Ἰστιαῖον. Vitiose in *Hellenicis* I. II. 18 σὺν τῷ ἁρμοστῇ Λαβώτῃ editur pro Λαβώτᾳ. Nomina propria hominum et locorum servare solent apud Athenienses dialectum nativam. Apud Thucydidem VIII. 55 recte legitur Ξενοφαντίδα, IV. 119 pro Ἐρυξιδαΐδα lege Ἐρυξιλαΐδα, VIII. 6 pro Μελαγκρίδου corrige e *Vossiano* codice Μελαγκρίδα, VIII. 62 corrige Δερκυλίδα pro Δερκυλίδου et VIII. 5. Σθενελαΐδα pro Σθενελαΐδου et V, 50 Ἀρκεσίλα pro Ἀρκεσιλάου. In libro IV. 56 pro Ἀφροδισία Stephanus Byzant. in libris reperit Ἀφροδιτία, et pro Μεθώνη IV. 45 restituendum

esse Μεθάνα ex STRABONE apparebit VIII. p. 374, ubi emenda Μεθάνα pro Μέθανα, et eadem opera apud PAUSANIAM III. 1. 10 et III. 21, 2 Πελλάνα et Πελλάναν pro Πέλλανα et Πέλλαναν.

Ad pag. 280. Addam tres locos STRABONIS, ubi ἐκ et εἰς scribarum socordia confusa sunt. Lib. VII. p. 301 graviter queritur de moribus aetatis suae corruptis luxuria et avaritia, ὁ καθ' ἡμᾶς βίος, inquit, εἰς πάντας σχεδόν τι διατέτακε τὴν πρὸς τὸ χεῖρον μεταβολήν, τρυφὴν καὶ ἡδονὰς καὶ κακοτεχνίας εἰς πλεονεξίας μυρίας πρὸς ταῦτ' ἐπάγων, ubi CORAËS pro εἰς reponebat καί, at tu lege ἐκ πλεονεξίας, et idem redde PLATONI *de Legibus* III. p. 677. B. ἀπείρους τῶν ἐν τοῖς ἄςεσι πρὸς ἀλλήλους μηχανῶν ἔκ τε πλεονεξίας καὶ φιλονεικίας, ubi editur εἴς τε. Sine vitio legitur in *Convivio* 188 B. ἐκ πλεονεξίας καὶ ἀκοσμίας. Secundus STRABONIS locus est VIII. p. 387. ἐκ δὲ τῶν Ῥυπῶν ἦν ὁ Μύσκελλος ὁ Κρότωνος οἰκιςής. Ῥύπες civium nomen est, ut Δελφοί, quamobrem scribe εἷς δὲ τῶν Ῥυπῶν. Hinc facile est videre libro XI. p. 513 pro εἷς ἐκ τῶν ἀποδράντων expungendam esse praepositionem ex dittographia natam.

Ad pag. 283. Ἀςός et αὐτός eodem modo confusa sunt apud ipsum ARISTOTELEM in *Politicis* III. 3. δι' ἔνδειαν τῶν γνησίων πολιτῶν ποιοῦνται πολίτας τοὺς νόθους, εὐποροῦντες δ' ὄχλου κατὰ μικρὸν παραιροῦνται τοὺς ἐκ δούλου πρῶτον καὶ δούλης, εἶτα τοὺς ἀπὸ γυναικῶν, τέλος δὲ μόνον τοὺς ἐξ ἀμφοῖν αὐτῶν πολίτας ποιοῦσιν, emenda παραιτοῦνται pro παραιροῦνται et ἐξ ἀμφοῖν ἀςῶν.

Ad pag. 287. Non minus ridiculum emblema pertinaciter haeret in EURIPIDIS *Andromache* vs. 240 sqq.

ΕΡΜ. οὐκ αὖ σιωπῇ Κύπριδος ἀλγήσεις πέρι;
ΑΝΔΡ. τί δ'; οὐ γυναιξὶ ταῦτα πρῶτα πανταχοῦ;
ΕΡΜ. ναί.
καλῶς γε χρωμέναισιν· εἰ δὲ μή, οὐ καλά.

Locus vel sic satis scurrilis est et a Tragoedia alienus, ut non petulans aliquis Graeculis interstrepat et de suo Ναί interponat. In Comici fragmento apud PLUTARCHUM in *Consolatione ad Apollonium* p. 106. A.

τί οὖν πλέον ποιοῦμεν; οὐδέν. ἡ λύπη δ' ἔχει
ὥσπερ τὰ δένδρα τοῦτο καρπὸν, τὰ δάκρυα.

Respondit lector aliquis οὐδέν, quod quamquam inepte abundat et versum iugulat, tamen nemo ausus est eliminare. Difficile est sine risu legere in Stobaei *Florileg.* IV. 47 oratorem haec dicentem: τοῦτο γὰρ αὐτῶν καὶ μόνον τῇ προαιρέσει πρόσεςιν ἀγαθόν [ὅπερ ἐςὶ μέγιςον τῶν κακῶν] ὅτι περὶ ὧν πράττουσι κακῶς καὶ παρρησιάζονται, importunus monachus, ut vides, suam sententiam interponit, quod saepius in utroque Stobaei opere factum est. Admirabundus aliquis adscripsit ad pulcherrimum locum Teletis V. 67 pag. 162, ubi morituri Socratis constantia laudatur: ὅρα σχολὴν καὶ παιδείαν. ἡμεῖς δὲ κἂν ἄλλον ἴδωμεν πεφρίκαμεν, et post pauca ταχύ γ' ἂν καὶ ἡμῶν τις ἂν κοιμηθείη, et in fine ὅρα παιδείαν. Apud Dionysium Halic. II. 13 scriba Constantinopoli adscripsit ὃ καὶ οἱ νῦν κατέςησαν, quae verba pessime Dionysii orationem mediam dirimunt. Non minus perspicuum est VIII. 49 ab aliquo sciolo esse adscriptum [ἱκανὸν παράδειγμα καὶ οἰκεῖον], quod mirifice locum turbat. In Plutarchi *vitis* magna emblematum copia legentes ludificatur. Nonnulla expromere iuvat: in *Theseo* cap. 18 κατέβαινεν ἕκτῃ μηνὸς [ἐπὶ θάλασσαν] ἱςαμένου Μουνυχιῶνος, potuitne ineptius quam illic inseri? cap. 35. ἐζήτει τοὺς ἀγροὺς ἀπολαβεῖν, ut apud Demosthenem ostendimus ἐζήτει natum est ex ζήτει id est ἀπῄτει et expungendum est ἀπολαβεῖν. In *Lycurgo* cap. 2. γενομένων δὲ ὁρκίων [ὁμολογιῶν] et cap. 3. τοὺς δὲ τῶν ὀρφανῶν [βασιλέων] ἐπιτρόπους Λακεδαιμόνιοι Προδίκως ὠνόμαζον. In *Solone* cap. 28. ἐφ' ὅσον ἐξικνεῖτο [καὶ δυνατὸς ἦν] τῇ φωνῇ φθεγξάμενος. In *Themistocle* cap. 6. καὶ τοῦτον [καὶ παῖδας αὐτοῦ] καὶ γένος. Si dubitas confirmabit te Demosthenes p. 122. Ibid. cap. 12 ἀπὸ τοῦ κατασρώματος [ἄνωθεν τῆς νεὼς] διαλέγεσθαι et cap. 14 ἐν [τραγῳδίᾳ] Πέρσαις. In *Pericle* cap. 13 male editur in Cratini fragmento:

ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὅδε προσέρχεται
Περικλέης τῷδεῖον ἐπὶ τοῦ κρανίου
ἔχων ἐπειδὴ τοὔσρακον παροίχεται.

male Meineke ὁδί et ὁ Περικλέης metri fulcra addidit. Lege:

ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὅδε
προσέρχεται τῷδεῖον ἐπὶ τοῦ κρανίου
ἔχων κτέ.

Insulsum erat iocoso nomini addere verum nomen. Apud Pollucem II. 42 Bekker festinans edidit ἐχινοκέφαλον δὲ Κρατῖνος τὸν Περικλέα εἶπε pro σχινοκέφαλον. Eadem ratione Περικλῆς inepte additum est in Platonis *Protagora* p. 320 A. ὁ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ [Περικλῆς]. Moriturus Pericles dixisse fertur cap. 38 οὐδεὶς δι' ἐμὲ τῶν ὄντων Ἀθηναίων μέλαν ἱμάτιον περιεβάλετο, absurdum est participium ὄντων, quasi vero quis περὶ τῶν οὐκ ὄντων hoc dictum esse putare posset. In ΟΝΤΩΝ latet ΠΟΛΙΤΩΝ, emenda τῶν πολιτῶν et Ἀθηναίων expunge. In *Alcibiade* cap. 6 dele ἀναπείθοντες, quia ὡς cum accusativis coniunctum, ut h. l. ὡς ἀμαυρώσοντα τοὺς ἄλλους, et per se optimum est, et cum ἀναπείθειν componi non potest. In cap. 22. legitur τὴν μὲν οὖν εἰσαγγελίαν οὕτως ἔχουσαν ἀναγράφουσι· Θεσσαλὸς Κίμωνος Λακιάδης Ἀλκιβιάδην Κλεινίου Σκαμβωνίδην εἰσήγγειλεν ἀδικεῖν περὶ τὼ θεὼ [τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην] κτέ. Ecquis dubitat, quin haec Plutarchus descripserit ἐκ τῶν Κρατεροῦ ψηφισμάτων? Itaque satis certum videbitur τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην male esse assuta. Nemo erat docendus, quid esset περὶ τὼ θεὼ ἀδικεῖν, τὰ τοῖν θεοῖν μυστήρια, νὴ τὼ θεώ, et sim. In reliqua parte antiquissimi ψηφίσματος obiter haec corrige: δεικνύντα, οἷανπερ ὁ ἱεροφάντης ἔχων δείκνυσι τὰ ἱερά, tum Πουλυτίωνα, Θεόδωρον Φηγαιᾶ et Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων. Vulgatae lectiones sunt δεικνύοντα, omittitur ὁ, δεικνύει, Πολυτίωνα, Φηγεέα et κηρύκων. In cap. 34 ἐν ταῖς μάλιστα τῶν ἀποφράδων τὴν ἡμέραν ταύτην ἄπρακτον Ἀθηναῖοι νομίζουσιν, Graece dicendum est ἐν ταῖς μάλιστα ἀποφράδα, quod si restitueris ἄπρακτον ultro excidet. In *Paulo Aemilio* cap. 12 Plutarchus scripserat ἀπὸ ποιμνίων ζῆν adscripsit nescio quis νέμοντες. In *Aristide* cap. 1. ἐδόκει τις εἶναι [περισσός]. At quis nescit Graece dici solere δοκεῖ τις εἶναι, δοκεῖν τινὰ εἶναι, quemadmodum omnes loquebantur, et vel Theocriti Cyclops XI. 79.

δηλονότ' ἐν τᾷ γᾷ κήγών τις φαίνομαι ἤμεν.

In *Catone maiore* cap. 8 φύσει τοῦτο τὸ ζῷον [ὁ βασιλεύς] σαρκοφάγον ἐστί. Bonum dictum, ut fit, emblema corrumpit. In

cap. 12. Cato ridet Postumium Albinum male Graece scriptitantem et veniam deprecantem: ἐπέσκωψεν εἰπὼν δοτέον εἶναι τὴν συγγνώμην εἰ τῶν Ἀμφικτυόνων ψηφισαμένων [ἀναγκασθεὶς] ὑπέμεινε τὸ ἔργον. Salse dictum adiecto emblemate fit insulsius. In *Agesilao* cap. 2 μήτε πλαστὰν μήτε μιμηλὰν [εἰκόνα], cap. 6 ἀκούσαντες οἱ Βοιωτάρχαι πρὸς ὀργὴν [κινηθέντες] ἔπεμψαν ὑπηρέτας. Indoctus Graeculus adscripsit κινηθέντες. Quis non saepissime in tali re πρὸς ὀργήν legit? In cap. 32 Agesilaus quum primum Epaminondam vidit πολὺν χρόνον ἐμβλέψας αὐτῷ [οὐδὲν ἢ] τοσοῦτον μόνον εἶπεν· ὦ τοῦ μεγαλοπράγμονος ἀνθρώπου! Non est minus notum τοσοῦτον μόνον quam πρὸς ὀργήν. In *Catone minore* cap. 28 Μουρήνας ὁ τὴν δίκην φυγὼν ὑπ' αὐτοῦ [καὶ κατηγορηθείς] Est hoc additamentum satis, ut opinor, manifestum. In cap. 45 ad verba ἑξακισχιλίων ὁπλιτῶν δύναμιν adscripsit sciolus τέλος, sic isti *legionem* appellabant. In *Cleomene* cap. 7 ad duo urbium nomina adscriptum est τὰς πόλεις. In *Cicerone* cap. 40 ludimagistri ingenio dignum est καὶ ἀνεστάθησαν additum verbis ὁ Καῖσαρ ἐκέλευσεν ἀνασταθῆναι. In *Demetrio* cap. 24 monachus aliquis ad verba ὅτε Χρυσίδι καὶ Λαμίᾳ καὶ Δημοῖ καὶ Ἀντικύρᾳ συνακολασταίνοι de suo addidit ταῖς πόρναις ἐκείναις. In *Antonio* cap. 23 φιλέλληνα ἀκούων ἔχαιρεν ἔτι δὲ μᾶλλον φιλαθήναιος [προσαγορευόμενος], at ἀκούων significat προσαγορευόμενος. In cap. 54 Κλεοπάτρα ἐξιοῦσα στολὴν [ἑτέραν] ἱερὰν ἐλάμβανε καὶ νέα Ἴσις ἐχρημάτιζε, dittographia peperit ἑτέραν. In *Lysandro* cap. 30 ἱστορεῖ Θεόπομπος ᾧ μᾶλλον ἐπαινοῦντι πιστεύσειεν ἄν τις ἢ ψέγοντι, venuste et clementer dictum est. Corrumpit omnia sciolus, qui annotat ψέγειν γὰρ ἥδιον ἢ ἐπαινεῖν, quod falsum est et Plutarcho indignum. In *Sertorio* cap. 2. τραφεὶς δὲ κοσμίως ὑπὸ μητρὶ χήρᾳ ὑπερφυῶς δοκεῖ φιλομήτωρ γενέσθαι. Ecquis ex his non intelligit Sertorium amisisse patrem? Scioli tamen post χήρᾳ inseruerunt πατρὸς ὀρφανός. In *Pyrrho* cap. 12. graviter Plutarchus: οἷς γὰρ οὐ πέλαγος, οὐκ ὄρος, οὐκ ἀοίκητος ἐρημία πέρας ἐστὶ πλεονεξίας οὐδ' οἱ διαιροῦντες Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν τέρμονες ὁρίζουσι τὰς ἐπιθυμίας, πῶς ἂν ἁπτόμενοι καὶ ψαύοντες ἀλλήλων ἀτρεμοῖεν ἐν τοῖς παροῦσιν οὐκ ἀδικοῦντες; addidit aliquis οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, quae verba cum praecedentibus non satis bene coniunguntur. In *Mario* cap. 7. ἥδιστον δὲ [Ῥωμαίῳ] θέαμα στρα-

τιώτῃ ςρατηγὸς ἐσθίων ἐν ὄψει κοινὸν ἄρτον ἢ — ἔργου συνεφαπτόμενος. Cuilibet militi iucundissimum id spectaculum est, opinor, et in solis Romanis id laudare, quod omnibus commune est, Romanis scriptoribus proprium est, ut Graecis sua unice placent. Ipsa verborum collocatio aperit fraudem. Qui Ῥωμαίῳ θέαμα ςρατιώτῃ aut *Romano spectaculum militi* in hac sententia bene collocata esse putat, ei Graecia et Italia neque mater est neque noverca. In *Lysandro* cap. 5. ὁ Ἀλκιβιάδης ὑπὸ τῶν ἐν Σάμῳ [ςρατιωτῶν] ἀτιμαζόμενος ἀπέπλευσεν εἰς Χερρόνησον. Non milites soli sed omnes Alcibiadem tum oderant οἱ ἐν Σάμῳ. Saepissime autem dicebant οἱ ἐν Σάμῳ, ut οἱ ἐν ἄςει, οἱ ἐκ Πειραιῶς, οἱ ἐξ ἄςεος, quod Lysiae causa addo, apud quem turpissimum emblema sententiam loci pessumdedit XXV. 33. ἡγούμενοι νῦν μὲν διὰ τοὺς ἐκ Πειραιῶς κινδύνους αὐτοῖς ἐξεῖναι ποιεῖν ὅ τι ἂν βούλωνται, ἐὰν δ' ὕςερον δι' ἑτέρους σωτηρία γένηται κτέ. Corrige διὰ τοὺς ἐκ Πειραιῶς expuncto κινδύνους, quod ex ipsa oppositione necessario requiritur, et οἱ ἐκ Πειραιῶς κίνδυνοι verba sunt sensu vacua. Addam unum a Solano deprehensum in vita *Crassi*, quia tam insigne et manifestum est additamentum, ut sit καὶ τυφλῷ δῆλον. In capite 3 narrat de Alexandro quodam philosopho peripatetico, qui Crasso amico usus in summa rerum omnium penuria vixit. Adscripsit Graeculus: φεῦ τῆς ὑπομονῆς, οὐδὲ τὴν πενίαν ὁ τλήμων ἀδιάφορον ἡγούμενος! quae ante Solanum pro Plutarcheis legebantur!

Ad pag. 294. Illud ipsum compendium, quo ὡραῖον scribi solet, male irrepsisse suspicor in verba Strabonis III. p. 147, qui postquam locum Posidonii attulit opima Hispaniae metalla sic laudantis: παρ' ἐκείνοις ὡς ἀληθῶς τὸν ὑποχθόνιον τόπον οὐχ ὁ Ἅιδης, ἀλλ' ὁ Πλούτων κατοικεῖ, addit τοιαῦτα μὲν οὖν ἐν ὡραίῳ σχήματι εἴρηκε περὶ τούτων. Pro ὡραίῳ in libris est οὐρανῷ: alii ὡραίῳ, alii ῥητορικῷ subsituerunt. Strabo dixerat ἐν σχήματι, ut solent dicere, nescio quis admiratus Posidonii lepidum dictum appinxit ὡραῖον, compendium male lectum οὐρανῷ peperit, et sunt qui multum tribuant illis homuncionibus, qui ἐν οὐρανῷ σχήματι serio scribere potuerunt.

Ad pag. 311. Quamquam τὸ ὄνομα ὑπὸ τοῦ πατρὸς κεῖται optime dicitur, non est tamen ea re abutendum ut tuearis locum, qualis est Plutarchi *de Genio Socratis* pag. 583 c.

Λύσις δὲ καὶ κεῖται καλῶς ὑφ' ὑμῶν, quod nihili est. Veram lectionem patefacit locus p. 585 F. ἐπὶ ξένης ὁ Λύσις κεκήδευται, et post pauca ὁσίως ὑπὸ τῶν φίλων κεκηδεῦσθαι, unde apparet emendandum esse Λύσις δὲ καὶ κεκήδευται καλῶς ὑφ' ὑμῶν.

Ad pag. 327. Quam turpe apud Demosthenem emblema deprehenditur in verbis ἅπαντ' ἀνεχαίτισε [καὶ διέλυσε], tam manifesta est fraus plane eadem apud Isocratem in *Areopagitico* § 12. οὐδένα χρόνον τὰς εὐτυχίας κατασχεῖν ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ ταχέως διεσκαριφησάμεθα [καὶ διελύσαμεν] αὐτάς. Est in *Lexico Rhetorico* in *Anecd.* Bekkeri p. 239, 20. διεσκαριφησάμεθα: ἀντὶ τοῦ διελύσαμεν: adscriptum olim fuit in margine aut inter versus διελύσαμεν, deinde cum copula, ut fere fit, Oratori adglutinatum. Nihil est Poëtis in metro praesidii adversus eiusdemmodi corruptelas. Aristophanes in *Lysistrata* scripsisse creditur vs. 973.

εἶθ' αὐτὴν ὥσπερ τοὺς θωμοὺς || μεγάλῳ τυφῷ καὶ πρηστῆρι
ξυστρέψας καὶ ξυγγογγυλίσας || οἴχοιο φέρων.

et in *Thesmophor.* vs. 61.

συγγογγυλίσας καὶ συστρέψας,

in quibus locis duo foedissima vitia nimium diu Criticos fefellerunt. Non est, non potest esse proba et Attica forma γογγυλίζω, ut neque στρογγυλίζω: ut ποικίλος et ποικίλλω, κωτίλος et κωτίλλω, ναυτίλος et ναυτίλλομαι, στωμύλος et στωμύλλομαι, ὀγκύλος et ὀγκύλλομαι, sic eadem analogia est inter γογγύλος et γογγύλλω, στρογγύλος et στρογγύλλω. Itaque συγγογγύλλω habet antiquae Graecitatis sanitatem, γογγυλίζω et γογγυλέω sunt labentis aetatis formas breves veterum ineleganter producentis, ut λεπίζειν pro λέπειν, de qua re saepius diximus. Quae formae autem in desuetudinem abierunt et deterioribus cesserunt, ubicumque in veterum scriptis apparebant, in magno versabantur periculo, quod in his ipsis de novo demonstrabo. Apud Nicomachum Athen. II. p. 58 A.

οὐσίδιον γὰρ καταλιπόντος τοῦ πατρός
οὕτω συνεστρογγύλικα κἀξεκόκκισα
ἐν μησὶν ὀλίγοις ὥσπερ ᾠόν τις ῥοφῶν.

Quis repugnabit, si legendum esse contendero συνεστρόγγυλα? Aoristo opus esse vident omnes: inter συνεστρογγύλισα et συνε-

ςρόγγυλα haerebat incertus MEINEKIUS. Dabit mihi *συςρογγυλίζειν*, *γογγυλίζειν*, *ὀγκυλοῦν*, *ἐξογκυλοῦν* serius demum esse nata. Praeterea dedi *καταλιπόντος τοῦ πατρός* pro *καταλιπόντος μοι τοῦ πατρός*. Docti homines *τοῦ* expunxerunt, at numquam in talibus *πατήρ* pro *ὁ πατήρ* mihi lectum, si quis de *suo* patre loquitur. Levius peccatum est in fragmento ALEXIDIS apud ATHEN. IV. p. 165. E.

Ἐπιχαρίδης ὁ μικρὸς ἐν πένθ' ἡμέραις
σφαῖραν ἐποίησε τὴν πατρῴαν οὐσίαν
οὕτω συνεςρόγγυλλεν ἰταμῶς καὶ ταχύ.

quod DINDORF ex apographis recepit, ego in archetypo reperi *συνεςρόγγυλεν*. *Γογγύλλει* dixerat ARISTOPHANES in *Thesmoph.* vs. 56.

καὶ κηροχυτεῖ καὶ γογγύλλει,

scribae nil curantes numeros anapaesticos pessime omnes *γογγυλίζει* dederunt, quod BUTTMANNUS et PORSONUS correxerunt. Eadem opera corrigi poterant duo loci, quos praemisimus, ubi *ξυγγογγύλας* et *συγγογγύλας* verum et genuinum est, sed male adhaesit utrobique otiosum interpretamentum. Apud HESYCHIUM editur *γογγυλεῖν*: *συςρεφεῖν*, pro *γογγύλλειν*: *συςρέφειν*, hinc ad *συγγογγύλας* adhaesit *συςρέψας* et cum *καί* receptum est. Emenda: *μεγάλῳ τυφῷ ξυγγογγύλας* expunctis *καὶ πρηςῆρι ξυςρέψας καί* et in altero loco

συγγογγύλας || *τουτὶ τὸ πέος χοανεῦσαι.*

Addam nonnullos locos praeclarissimi scriptoris, LYSIAE, cuius oratio non multis, ut supra diximus, emblematis inquinata est, et tam limpida et venusta est, ut inepta alienae manus additamenta facilius etiam apud eum, quam apud multos alios deprehendantur. Adeo nihil quod ineptum est et vitiose abundat aut friget aut languet nitidum hoc et elegans scribendi genus ferre potest. In oratione I. § 26. *ὁ τῆς πόλεως νόμος, ὃν σὺ [παραβαίνων] περὶ ἐλάττονος τῶν ἡδονῶν ἐποιήσω*, quis non sentit quam male *παραβαίνων* abundet? et § 49. *οἱ νόμοι κελεύουσιν ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ ὅ τι ἂν [οὖν] βούληται χρῆσθαι*, nullus est particulae locus. In orat. III. § 10 *ἔδοξέ μοι κράτιςον εἶναι ἀποδημῆσαι [ἐκ τῆς πόλεως]. λαβὼν δὴ τὸ μειράκιον — ᾠχόμην ἐκ τῆς πόλεως.* Quis nostrum ita scripsisset? aut quod legitur VI. 7. *τοὺς μὲν ἐχθροὺς μηδὲν ποιεῖν κακὸν, τοὺς δὲ*

φίλους ὅ τι ἂν δύνηται [κακόν], aut XII. 99. οὐ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι βούλομαι λέγειν, τὰ πραχθέντα ὑπὸ τούτων οὐ δυνάμενος [εἰπεῖν], aut XVII. 1. δέδοικα μὴ καὶ περὶ ὧν ἀναγκαῖόν μοί ἐςι [λέγειν] ἀδύνατος ὦ τὰ δέοντα εἰπεῖν. In orat. XII. § 22. ἥκουσιν ἀπολογησόμενοι [καὶ λέγουσιν] ὡς οὐδὲν κακὸν εἰργασμένοι εἰσίν. putidum emblema. ἀπολογοῦμαι significare ἐν τῇ ἀπολογίᾳ λέγω vel ἀπολογούμενος λέγω quis nescit? ibid. § 29. παρὰ τοῦ [ποτὲ] καὶ λήψεσθε δίκην; non coniunguntur ποτέ et καί, alterutro utuntur. Vitiose abundat articulus XII. 53. περὶ [τῶν] διαλλαγῶν οἱ λόγοι ἐγίγνοντο, et XIII. 5. λόγοι περὶ [τῆς] εἰρήνης ἐγίγνοντο. In orat. XIII. 62. οἱ ςρατηγήσαντες ὑμῖν πολλάκις μείζω τὴν πόλιν τοῖς διαδεχομένοις [ςρατηγοῖς] παρεδίδοσαν. Significat τοῖς διαδεχομένοις, *successoribus suis*, inepte igitur ςρατηγοῖς abundant. Ibid. § 90. οὐδένα γὰρ ὅρκον οἱ ἐν Πειραιεῖ [ἢ] τοῖς ἐν ἄςει ὤμοσαν, vocula ἢ corrumpit sententiam. In orat. XVI. 2. εἴ τις πρός με τυγχάνει ἀηδῶς [ἢ κακῶς] διακείμενος urbanitatem Atticam scioli obscurarunt. Quod polite dixerat Lysias XVIII. ἐν τοιούτῳ καιρῷ, ἐν ᾧ οἱ πλεῖςοι τῶν ἀνθρώπων καὶ μεταβάλλονται πρὸς τὰ παρόντα καὶ ταῖς τύχαις εἴκουσι misere depravavit qui adscripsit [δυςυχοῦντος τοῦ δήμου]. Frigidum interpretamentum irrepsit XX. 14. ἀλλ' αὐτὸν ἠνάγκαζον ἐπιβολὰς ἐπιβάλλοντες [καὶ ζημιοῦντες]. In paucis manifestum emblema tenetur XXI. 19. διὰ τέλους [τὸν ἅπαντα χρόνον], et XXII. 2. ὡς ἀκρίτους αὐτοὺς χρὴ τοῖς ἕνδεκα παραδοῦναι [θανάτῳ ζημιῶσαι]. *Iudices* dicuntur θανάτῳ ζημιῶσαι, non *Undecimviri*. In orat. XXVI. 9. [περὶ] τῶν ἐν ὀλιγαρχίᾳ ἀρξάντων ἕνεκα, quis credit περί servari posse? In orat. XXVIII. 17. ἅμα τοῖς φίλοις ἀποδοῦναι χάριν καὶ παρὰ τῶν ἀδικούντων [τὴν] δίκην λαβεῖν, tam vitiosum est τὴν δίκην, ac si quis in praecedentibus ἀποδοῦναι τὴν χάριν vellet scribere. In orat. XXIX. 1. πολλοὶ γὰρ ἦσαν οἱ ἀπειλοῦντες [καὶ οἱ φάσκοντες] Φιλοκράτους κατηγορήσειν. Si haec ipse Lysias scripsisset, alterum articulum omisisset: eiusdem generis emblema est ac supra καὶ λέγουσιν. Ibid. § 11. δεινὸν ἂν εἴη εἰ — ἄθλα λάβοι τὴν ὑπ' ἐκείνου καταλειφθεῖσαν οὐσίαν [ἀντὶ] τῆς αὐτοῦ πονηρίας, molestam praepositionem vicinae syllabae pepererunt. In orat. XXXI. 27. εἴ τι ἦν ἀδίκημα τὸ μὴ παραγενέσθαι ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ νόμος ἂν ἔκειτο περὶ αὐτοῦ διαρρήδην. Scribe

εἰ ἦν ἀδίκημα, natum est TI ut saepe ex H. Affine est vitium in fragmento 34. εἰ μὲν δίκαιον ἔλεγεν ἢ μέτριον pro ἔλεγέ τι ἢ μέτριον. Similiter in *Hellenicis* VI. IV. 5. pro εἴπερ οὖν ἢ σαυτοῦ κήδει ἢ τῆς πατρίδος ἐπιθυμεῖς ἀκτέον ἐπὶ τοὺς ἄνδρας, emenda εἴπερ οὖν τι σαυτοῦ κήδει.

Tria exempla addam ex fragmentis. In fragm. 2 Bekker. οἰόμενος τοῦτον [Αἰσχίνην] Σωκράτους γεγονέναι μαθητὴν καὶ περὶ δικαιοσύνης καὶ ἀρετῆς πολλοὺς καὶ σεμνοὺς λέγοντα λόγους οὐκ ἄν ποτε ἐπιχειρῆσαι κτέ. Expungendum esse Αἰσχίνην apparebit praecedentia relegenti: praeterea corrige γεγονότα pro γεγονέναι. In extremo hoc fragmento scribit de vetula decrepita: ἧς ῥᾷον τοὺς ὀδόντας ἀριθμῆσαι ἢ τῆς χειρὸς τοὺς δακτύλους, quasi non essent haec satis facilia ad intelligendum adscripsit nescio quis [ὅσῳ ἐλάττους ἦσαν], quod certatim docti homines expunxerunt. Eodem iure in fragmento 4 in verbis οὐ τιμῆς τεταγμένης πωλοῦσιν ἀλλ' ὡς ἂν δύναιντο πλεισηριάσαντες [πλείσου ἀπέδοντο], apparet expungenda esse ultima. In fragmento 46 περὶ τῆς φιλίας τῆς ἐμῆς καὶ [τῆς] Φερενίκου, additus articulus indicat duas esse res, quarum uterque suam habet, omissus unam atque eandem esse duobus communem. Idem vitium est in *Cyropaed.* VII. V. 52 εὖ ἤδη ἐδόκουν εἰδέναι ὅτι πολλὴ ἔσοιτο ἀφθονία τῆς ἐμῆς καὶ [τῆς] σῆς συνουσίας. et in *Hellenicis* III. I. 26. τὰ Μανίας καὶ [τὰ] Φαρναβάζου. Recte Diogenes apud Diog. Laërt. VI. 36 τὴν σὴν καὶ ἐμὴν φιλίαν ἡμιωβολίου τυρίον διαλέλυκεν, et passim apud omnes. Non possum disertissimi viri fragmenta deponere ex manibus priusquam tria turpissima vitia indicavero, quae in tali scriptore odiosissima sunt. In fragm. 33 οὐδὲ εἴ τις εἰσποίητος πάθος οὐδεὶς ἀποσερεῖ τὴν μητέρα αὐτοῦ τῶν χρημάτων, emenda εἴ τι ὁ εἰσποίητος πάθοι, *si quid filio adoptivo acciderit*, notissimo usu. In pulcherrimo fragmento 45 editur: Ἄρχιππος γὰρ οὗτοσὶ ἀπεδύσατο μὲν εἰς τὴν αὐτὴν παλαίσραν οὗπερ καὶ Τῖσις. Foeda barbaries ἀπεδύσατο a nullius oratione magis quam a Lysiaca abhorret. Bonum factum, quod sententia dicti imperfectum requirit ἀπεδύετο, et post pauca τὸ μὲν πρῶτον συνδειπνεῖν ἐκέλευεν, ἐπειδὴ δ' οὐκ ἠθέλησεν ἐδεήθη ἥκειν αὐτὸν ἐπὶ κῶμον λέγων ὅτι μεθ' αὐτοῦ καὶ τῶν οἰκετῶν πιέτω. Non solebant cum *servulis suis* potare, opinor, itaque corrige μετὰ

τῶν οἰκείων et pro πιέτω, quod nihili est, restitue πίεται. Contrarium errorem obiter exime ex lepidissimis versiculis Ionis apud Athen. X. p. 463. c.

ὅντινα δ' εὐειδὴς μίμνει θήλεια πάρευνος
κεῖνος τῶν ἄλλων ἀδρότερον πίεται.

ubi et sententia et metrum (nam πίομαι primam producit) emendare iubent ἀδρότερον πιέτω.

Eadem medicina adhibenda est loco Xenophontis, unde egregie confirmabitur quod de usu verbi κερδαίνειν diximus pro *compendifacere*. Legitur in *Apologia Socratis* § 9. αἱρήσομαι τελευτᾶν μᾶλλον ἢ ἀνελευθέρως τὸ ζῆν ἔτι προσαιτῶν κερδᾶναι τὸν πολὺ χείρω βίον ἀντὶ θανάτου. Librarii duplex mendum invexerunt. Non erit opus multis ostendere corruptae scripturae absurditatem, si veram indicavero. Legendum τελευτῶν pro τελευτᾶν, ut inter se opponantur τελευτῶν et τὸ ζῆν ἔτι προσαιτῶν et ἀντὶ θανάτου expungendum, quo facto apparebit κερδᾶναι τὸν πολὺ χείρω βίον esse *compendifacere* malam aetatem. Sunt in hoc suavissimo Xenophontis scripto, quod rectissime viri docti *Memorabilium* ultimum caput fuisse arbitrantur, et alia emblemata, insunt et multo plura quam in *Memorabilibus*, quae emendatissima sunt, scribarum vitia et errores. Quid vetat per hanc occasionem nonnullos patefacere? In § 3 pro καὶ ὅ τι ἀπολογήσῃ, corrige ὅ τι καὶ ἀπολογήσει. In § 7. ὅταν — ὑγιὲς τὸ σῶμα ἔχων — ἀπομαραίνηται, πῶς οὐκ ἀνάγκη τοῦτον ποθεινὸν εἶναι; supple ἀπομαραίνηταί τις. In § 11. θαυμάζω Μελήτου ὅτῳ ποτὲ γνοὺς λέγει ὡς κτέ. supple ὅτῳ ποτὲ γνοὺς τεκμηρίῳ λέγει. In § 12. βροντὰς δὲ ἀμφιλέξει τις μὴ φωνεῖν, mutato accentu corrige τίς. In § 14. φθονοῦντες εἰ καὶ παρὰ θεῶν μειζόνων ἢ αὐτοὶ τυγχάνοι pro εἰ καί emenda εἴ τις. Emblema est in § 15. ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ δικασταὶ ἔτι μᾶλλον ἐθορύβουν [εἰκότως]. Lectoris est additamentum *nec mirum*, quod Xenophon ipse non tam frigide istic addidisset. In § 16. δικαιότερον δὲ τίνα ἂν εἰκότως νομίσαιτε τοῦ πρὸς τὰ παρόντα συνηρμοσμένου, ὡς τῶν ἀλλοτρίων μηδενὸς προσδεῖσθαι, excidit post τοῦ compendium οὗ, quod significat οὕτω et supplendum τοῦ οὕτω πρὸς τὰ παρόντα συνηρμοσμένου ὡς. Perpetuo errore confunduntur inter se οὐ, οὗ et οὕτω (οὗ in Codd.). Exempla sunt in quavis maiore farragine discrepan-

tium scripturarum, vide ad Lucianum 20, 9. Hinc Menandro subveniendum apud Plut. *de fraterno amore* p. 479 D.

οὐκ ἐκ ποτῶν καὶ τῆς καθ' ἡμέραν τρυφῆς
ζητοῦμεν, ᾧ πιςεύσομεν τὰ τοῦ βίου,
πάτερ; οὐ περιττὸν οἴετ' ἐξευρηκέναι
ἀγαθὸν ἕκαςος ἂν ἔχῃ φίλου σκιάν.

nihil certius quam emendandum: *οὐ περιττὸν — σκιάν*; In § 17. *ἐκείνου δὲ τί φήσομεν αἴτιον εἶναι τοῦ πάντας εἰδέναι ὅτι ἐγὼ ἥκιςα ἔχοιμι χρήματα ἀντιδιδόναι, ὅμως πολλοὺς ἐπιθυμεῖν ἐμοί τι δωρεῖσθαι*; Nusquam te ex hoc loco expedies donec rescripseris *πάντων εἰδότων quamquam sciunt omnes.* In § 20. *τοῦτο γὰρ ἴσασιν ἐμοὶ μεμεληκός*, corrige *τούτου.* In § 22. *μήτε περὶ θεοὺς ἀσεβῆσαι μήτε περὶ ἀνθρώπους ἄδικος φανῆναι*, rectissime Hirschig *ἀσεβής.* In § 24. *ἐμοὶ δὲ τί προσήκει νῦν μεῖον φρονεῖν ἢ πρὶν κατακριθῆναι μηδὲν ἐλεγχθέντι* [*ὡς πεποίηκά τι*] *ὧν ἐγράψατό με.* Ecquis est, qui *ὡς πεποίηκά τι* servari posse putat et *ἠλέγχθην ὡς πεποίηκά τι* bene Graece dictum esse? In § 25. *ἐφάνη ὑμῖν* [*τοῦ*] *θανάτου ἔργον ἄξιον ἐμοὶ εἰργασμένον.* Graece dicitur *εἰργάσθαι πληγῶν, δεσμῶν, φυγῆς, θανάτου ἄξια* et *πληγῶν, δεσμῶν, φυγῆς, θανάτου ἄξιος* et *θάνατος κεῖται* (*ἐπίκειται*) *ἡ ζημία*, et *θάνατος αὐτοῦ κατεγνώσθη*: nihil horum articulum admittit et in maxima exemplorum copia nusquam in his et similibus articulus apparet. Itaque eadem opera corrige in § 27. *τί τοῦτο; εἰπεῖν αὐτὸν, ἢ ἄρτι δακρύετε; οὐ γὰρ πάλαι ἴςε ὅτι ἐξ ὅτουπερ ἐγενόμην κατεψηφισμένος ἦν μου ὑπὸ τῆς φύσεως* [*ὁ*] *θάνατος*; praeterea in hoc loco expunge *ἢ* in *ἢ ἄρτι δακρύετε, nunc primum fletis?* ut *ἄρτι μανθάνω* et sim. Deinde requirit sententia loci et oppositionis ratio: *nonne dudum sciebatis*, quamobrem pro *οὐ πάλαι ἴςε* revocanda est vetus Attica forma *ᾔςε.* Athenienses olim ut *ἴσμεν, ἴςε* et *ἴσασιν*, ita *ᾖσμεν, ᾖςε* et *ᾖσαν* solebant dicere et *συνῆσμεν, συνῆςε* et *συνῆσαν.* Has formas scribae radicitus ex Veterum scriptis extirparunt, ut *nullus* supersit locus, ubi nostri Codices has sinceras scripturas intactas servant. In Poëtarum locis fraus deprehensa est et Grammaticorum testimonia veras lectiones servantium rem conficiunt. Proponam exempla quaedam a Piersono ad Moerid. p. 174 emendata. In Euripidis *Hecuba* vs. 1119 nunc recte legitur:

εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν || πύργους πεσόντας ᾖσμεν.

Codices omnes ἴσμεν. In Rheso vs. 855.

οὐδ' ἀφιγμένον || τὸ πάμπαν ᾖσαν.

Codices ᾖσαν et ἴσαν. In *Cyclope* vs. 250.

οὐκ ᾖσαν ὄντα θεόν με καὶ θεῶν ἄπο;

vetus lectio est ᾖσαν aut ἴσαν. Affertur ab antiquo Grammatico ibid. Σοφοκλῆς Κόλχοις·

ὑμεῖς μὲν οὐκ ἄρ' ᾖσε τὸν Προμηθέα.

In Aeschyli *Agamemnone* vs. 1098.

ἢ μὴν κλέος σου μαντικὸν πεπυσμένοι
ᾖσμεν, προφήτας δ' οὔτινας ματεύομεν.

Porsonus ᾖσμεν dedit pro scriptura librorum ἥμεν vel ἢ μήν, nescio quam recte, nam ἴσμεν praetulerim. Haec igitur apud Tragicos exempla emerserunt. Comicos iisdem formis usos satis constat, quamquam reiiciendus est testis, quem veteres Grammatici producunt, quia corruptum esse mihi videor demonstrare posse. Producitur enim Aristophanes in *Avibus* vs. 19.

τὼ δ' οὐκ ἄρ' ᾖσην οὐδὲν ἄλλο πλὴν δάκνειν,

ubi vetus est scripturae discrepantia, nam alii ἴσην legebant, quod plane barbarum est. Neutra lectio mihi sana esse videtur, quia οἶδα δάκνειν apud Aristophanem quidem dictum ut οἶδα λέγειν concoquere non possum. Veram lectionem, si quid iudico, hi loci comparati aperient. *Lysistrata* vs. 139.

οὐδὲν γάρ ἐσμεν πλὴν Ποσειδῶν καὶ σκάφη,

et in *Ranis* vs. 226.

ἀλλ' ἐξόλοισθ' αὐτῷ κοάξ.
οὐδὲν γάρ ἐς' ἄλλ' ἢ κοάξ.

respondent Ranae: εἰκότως γ', ὦ πολλὰ πράττων, ubi annotant Veteres: εἰκότως οὐδὲν ἄλλο ἐσμὲν ἢ κοάξ, αὐτὸ γὰρ τοῦτο πράττομεν. Non est ovum ovo similius quam hic locus illi est, quamobrem emendandum censeo;

τὼ δ' οὐκ ἄρ' ἤσην οὐδὲν ἄλλο πλὴν δάκνειν.

id est οὐδὲν ἄλλο ἔπραττον ἢ ἔδακνον μόνον. Nemo reformidet antiqui Critici auctoritatem aut vetustissimorum librorum fidem contemni queratur. Non fuit umquam liber tam emendatus, ut in eo HCTHN et HICTHN confundi non potuerint, neque tam sollers et acutus Grammaticus, qui in huiusmodi errorem non potuerit implicari. Palmaria emendatione ᾖσμεν Aristo-

PHANI restitutum est in fragmento apud ATHEN. XII. p. 551, B, ubi in *Marciano* codice est:

> *εἰλόμεθα κοινῇ γενομένης ἐκκλησίας*
> *οὐσημαίνοντας αἰδοφοίτας καὶ θαμὰ*
> *ἐκεῖσε φιλοχωροῦντας.*

plaudentibus omnibus emendavit TYRWHITTUS (ad TOUPII *Emend.* IV. p. 424) *οὓς ᾔσμεν ὄντας*, ex quo loco satis apparet has formas, de quibus dicimus, in popularem sermonem receptas esse et omnium usu tritas. Itaque Oratores quoque iisdem utebantur, cuius rei nunc unum tantum indicium et exemplum superest, quum olim permulta fuisse satis certum sit. Legitur apud HARPOCRATIONEM v. *Ἧσμεν* (*ᾔσμεν*): *ἀντὶ τοῦ ᾔδειμεν. Ἀντιφῶν πρὸς τὴν Καλλίου ἔνδειξιν ἀπολογίᾳ »ἡμεῖς μὲν οὖν οὔτε ναυτικὸν ᾔσμεν ὁπόσου δέοι.''* In antiquis libris est et olim fuit *ᾔεμεν*, quem turpem errorem PHOTIUS non animadvertit, qui *ᾔεμεν* bona fide hinc in suum Lexicon transferens medium inter *Ἠετιωνεία* et *Ἠεροφοῖτις* inseruit. HARPOCRATION ipse nunc quidem errore vacat, cuius eum aliquando insimulavi, namque ipsa series *ἠρία*, *ἤεμεν*, *ᾐτημένην* arguit scribarum socordiam, quam DINDORF recte castigavit. Praeter hunc unum locum nunc quidem *ᾔσμεν*, *ᾔσε*, *ᾔσαν* nusquam apud Oratores comparent, sed olim hic illic scripta fuerunt, nunc in corruptis scripturis latent. Indicabo pauca quaedam, ut recte XENOPHONTI *πάλαι ᾔσε* reddi posse intelligatur. Apud DINARCHUM *κατ' Ἀριστογείτονος* II. § 15 *Δημάδῃ μὲν καὶ Δημοσθένει οὐδεμίαν ᾤεσθε δεῖν συγγνώμην ἔχειν ὅτι δῶρα καθ' ὑμῶν ἐξηλέγχθησαν λαμβάνοντες, ἀλλ' ἐτιμωρήσασθε, καὶ δικαίως, οἷς εἰ μὴ πάντα ἀλλὰ πολλά γε σύνισε χρήσιμα πολιτευομένοις.* Perfectum *σύνισε* tam male positum est ac si paulo ante *οἴεσθε* pro *ᾤεσθε* legeretur. Sententia est: *quamquam in multis bene de rep. meritos* sciebatis *tamen condemnastis.* Repone igitur *συνῆσε*. Apud AESCHINEM in *Timarchea* § 116 *περὶ μὲν οὖν τοὺς πολίτας καὶ τοὺς οἰκείους οἷος γεγένηται καὶ τὴν πατρῴαν οὐσίαν ὡς αἰσχρῶς ἀνήλωκε, καὶ τὴν ὕβριν τὴν εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὡς ὑπερεόρακε σύνισε μὲν καὶ πρὶν ἐμὲ λέγειν ἱκανῶς δ' ὑμᾶς ὑπομιμνήσκει καὶ ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος.* Poterat Orator ita dicere, quum ad hanc partem orationis transiret et ad haec crimina demonstranda accederet, *quamquam nota haec vobis sunt.*

Nunc postquam haec omnia diligenter explicuit dictum oportuit: *et nota haec erant vobis et satis de iis nunc me dixisse arbitror.* Itaque necessario corrigendum συνῆςε μὲν καὶ πρὶν ἐμὲ λέγειν, tum pro ὑπομιμνήσκει emendandum ὑπομέμνηκεν, nam tam absurdum est ὑπομιμνήσκει ac si quis in tali re ἱκανῶς λέγω pro εἴρηκα dicere voluisset. Vehementer mihi suspectum verbum est in *Ctesiphontea* § 82 χωρία ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα ᾔδειμεν πρότερον, nam ᾔδεμεν utique scriptum oportuit, itaque ᾔσμεν, ut apud ANTIPHONTEM, genuinum esse credo. In eadem oratione § 175 εἰ μὲν γὰρ ἠρνεῖτο μὴ δειλὸς εἶναι ἢ ὑμεῖς μὴ συνᾔδειτε αὐτῷ διατριβὴν ὁ λόγος ἄν μοι παρέσχεν id ipsum reponendum censeo, quod in *Timarchea* paene integrum evasit συνῆςε, nam συνᾔδετε fortasse dicere potuit, συνᾔδειτε non potuit, vide ELMSLEIUM ad *Acharnenses* vs. 323, qui affert ex EURIPIDIS *Bacchis* vs. 1343.

ὄψ' ἐμάθεθ' ἡμᾶς, ὅτε δ' ἐχρῆν οὐκ ᾔδετε,

quam scripturam confirmat testimonio *Antiatticistae* (in BEKK. *Anecd.* p. 91, 14) ᾔδεται: Εὐριπίδης Βάκχαις, nam ᾔδετε verum esse. Hic ipse locus demonstrat quam rara fuerint iam olim huius formae exempla, ut Atticistae contenderent Atticos semper dixisse ᾔσμεν, ᾔςε et ᾔσαν, quibus adversarius unum tantum locum ex Tragoedia opponere potuit. Etiam alibi hae formae perierunt, ut in EURIPIDIS *Heraclidis* vs. 658.

οὐκ ἴσμεν ἡμεῖς ταῦτα,

recte HERMANNUS ᾔσμεν reposuit, et sunt etiam alia, sed haec sufficere nunc videntur ad demonstrandum recte apud XENOPHONTEM πάλαι ᾔςε rescribi posse et debere, namque tam necessarium esse imperfectum *sciebatis*, atque in *Oeconomico* XIX. 17. πάλαι σοι ἔλεγον, et saepe alibi: πάλαι λέγω, πάλαι ἐρωτῶ, et sim. dicuntur ab eo, qui morae impatiens postulat ut aliquando audiatur aut ut sibi tandem respondeatur, ut in *Pluto* 261.

οὔκουν πάλαι δήπου λέγω, σὺ δ' αὐτὸς οὐκ ἀκούεις.

In § 28 Apollodorus ad Socratem ita dicit: ἀλλὰ τοῦτ' ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, χαλεπώτατα φέρω ὅτι ὁρῶ σε ἀδίκως ἀποθνήσκοντα. Cui ille: σὺ δὲ, ὦ φίλτατε Ἀπολλόδωρε, μᾶλλον ἂν ἐβούλου με ὁρᾶν δικαίως [ἢ ἀδίκως] ἀποθνήσκοντα; potestne quidquam esse languidius et ab hac urbana oratione alienius quam ἢ ἀδίκως sic additum? In § 29 Ἄνυτον παριόντα ἰδὼν εἶπεν

ἀλλ' ὁ μὲν ἀνὴρ ὅδε κυδρὸς ὡς μέγα τι καὶ καλὸν διαπεπραγμένος. Κυδρός ab Atticorum usu abhorret: potuit hoc Xenophon in Ionia audivisse et imprudens, ut multa alia, admiscuisse Atticis, ut in libro *de re equestri* X. 16. κυδρῷ τῷ σχήματι γαυριώμενος, at Socratem ita loquentem fecisse non arbitror. Stobaeus in *Floril.* VII. 75 legit γε κυδρός, equidem γαυρός antiquam lectionem suspicor fuisse. In § 31 ὁ νεανίσκος οὔτε τῇ [ἑαυτοῦ] πόλει οὔτε τοῖς φίλοις οὔτε αὑτῷ ἄξιος οὐδενὸς ἐγένετο, inepte et contra omnium usum abundat ἑαυτοῦ. In § 32 ἐπαγόμενος corrigendum est in ἐπαγαγόμενος, in § 33 lege ἔγνω κρεῖσσον ὄν pro εἶναι, denique in § 34. ἐγὼ μὲν δὴ οὔτε μὴ μεμνῆσθαι δύναμαι αὐτοῦ οὔτε μεμνημένος μὴ οὐκ ἐπαινεῖν, quis admonitus dubitabit μὴ οὐ μεμνῆσθαι recipere?

Faciam finem in loco Demosthenis de *F. L.* § 314. p. 429, 22. οὐ τοίνυν τὰ πάλαι ἄν τις ἔχοι μόνον εἰπεῖν — ἀλλ' ἐφ' ὑμῶν τουτωνὶ τῶν ἔτι ζώντων ἀνθρώπων πολλοὶ δίκην δεδώκασιν, in quo duo insunt vitia. Pro πάλαι, quod duo optimi libri servant, caeteri omnes παλαιά exhibent. Verum est ΤΑΠΑΛΑΙΑΝΤΙC sed scribendum erat: τά παλαί' ἄν τις, nam dicitur οἱ πάλαι sed τὰ πάλαι γενόμενα aut τὰ παλαιά. Deinde quis est qui non statim intelligat in ὑμεῖς οὑτοιῒ [οἱ ἔτι ζῶντες ἄνθρωποι] absurdum additamentum teneri? nam neque ὑμεῖς solum tam insulsam epexegesin admisisset et multo magis ὑμεῖς οὑτοιῒ vel ὑμεῖς οἵδε respuit emblema οἱ ἔτι ζῶντες ἄνθρωποι.

Ad pag. 330. πληγὰς ἐπιβάλλειν quod est apud Xenophontem *de Rep. Lacedaem.* II. 8. τί δῆτα εἴπερ τὸ κλέπτειν ἀγαθὸν ἐνόμιζε πολλὰς πληγὰς ἐπέβαλε τῷ ἁλισκομένῳ, non est cum πληγὰς ἐμβάλλειν confundendum, et nauci non est scriptura ἐνέβαλε, quae est in uno codice Stobaei. Dictum est ut ἐπιβάλλειν ζημίαν de latore legis poenam hanc constituente.

Ad pag. 345. Quae in Atheniensium Antiquitatibus est Luciani ἀκυρολογία et negligentia, eadem apparet apud sequiores omnes, qui historiam Atheniensium aut res Atticas describunt aut commemorant. Saepe id in Plutarcho miratus sum, qui quamquam diu et multum in illis rebus versatus est et diligenter Atticos scriptores trivit, et ipsa Antiquitatis monumenta et in his Crateri ψηφίσματα sedulo adhibuit, tamen antiquam dicendi consuetudinem et concepta verba et constantem usum loquendi

Atticorum saepe deserit, ut ea vel ignorare videatur vel certe nihil curare. In vita *Periclis* cap. 3. scribit: Περικλῆς γὰρ ἦν τῶν μὲν φυλῶν Ἀκαμαντίδης, τῶν δὲ δήμων Χολαργεύς, quo modo nemo umquam veterum est locutus. Forma Attica apparet in *Aristide* cap. 1. Ἀριςείδης ὁ Λυσιμάχου φυλῆς μὲν ἦν Ἀντιοχίδος, τῶν δὲ δήμων Ἀλωπεκῆθεν, ubi vulgata lectio erat τὸν δὲ δῆμον tralaticio errore, quem numquam commiserunt veteres, at saepe iis Graeculi affricant. Quam magna copia locorum est ubi ita scribitur, ut in Platonis *Euthyphrone* pag. 2. B. ἔςι δὲ τὸν δῆμον Πιτθεύς, in hoc loco et similibus omnibus corrigendum esse τῶν δήμων et ratio docet et boni libri saepissime confirmant. Recte nunc editur in *Themistocle* cap. 1. Νεοκλέους Φρεαρρίου τῶν δήμων, nisi quod Athenienses τῶν δήμων fere praeponere solent. Vide Dindorfium ad haec verba Demosthenis p. 1003, 15. εἰπέ μοι, Βοιωτέ, πόθεν νῦν Ἀκαμαντίδος φυλῆς γέγονας καὶ τῶν δήμων Θορίκιος; ubi omnes codices τὸν δῆμον de more exhibent, unus S, ut solet, veram lectionem servat solus. Quam negligenter scripsit Plutarchus in *Aristide* cap. 3. μέλλοντος δὲ τοῦ προέδρου τὸν δῆμον ἐπερωτᾶν — ἀπέςη τοῦ ψηφίσματος, pro τοῦ ἐπιςάτου et ἐπιψηφίζειν. In cap. 4 pessime legitur κρίνων ἰδιώταις δυσί pro κρίνων δίαιταν δυσί, sed κρίνειν δίαιταν non sumsit ab Atheniensibus. In cap. 24 dicitur Aristides τὴν ἀπογραφὴν τῶν χρημάτων ποιήσασθαι, at veteres in ea re omnes τάξαι dicebant, ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν Ἀριςείδης. vid. Aeschin. *de F. L.* § 23. *in Ctesiph.* § 258. Ἀπογραφὴν ποιεῖσθαι est *censum agere* et de Romanis dici solet. Τάττειν τοὺς φόρους reddendum est Plutarcho in *Aristide* cap. 26, ubi ὅτε τοὺς φόρους ἔταττε legendum pro ἔπραττε, quae verba ex Cratero descripsit, et in cap. 27. μηδ' ἐντάφια καταλιπόντι, quia hoc absurdum est haud scio an Plutarchus scripserit μηδὲ ταφῆναι, quae nota est in ea re locutio, ut in *Pluto* vs. 556.

εἰ φεισάμενος καὶ μοχθήσας καταλείψει μηδὲ ταφῆναι.

et in *Ecclesiaz.* vs. 591.

τὸν μὲν πλουτεῖν — τῷ δ' εἶναι μηδὲ ταφῆναι.

In vita *Solonis* cap. 18 pro τῶν νόμων κυριεύσοντας male Sintenis κυριεύοντας dedit, recipere debebat κυρίους ὄντας, ut nescio quis rectissime correxit, et post pauca emenda παντὶ λαχεῖν δίκην

ἀπάντων dicebant. In cap. 24. ἐτέλουν ἀποφοράν vitiose dictum est. Servi dominis ἀποφοράν recte dicuntur pendere, socii φόρους ἔφερον. In *Lysandro* cap. 15. ἕκτῃ ἐπὶ δεκάτῃ Μουνυχιῶνος μηνός, probum est ἐπὶ δέκα. In *Cimone* cap. 4. Ἰσοδίκην κατὰ νόμους αὐτῷ συμβιώσασαν contra usum veterum dixit, quibus νόμῳ, ἡ νόμῳ γαμετή mos est dicere et συνοικεῖν pro συμβιοῦν. In cap. 17 legitur ἡ βουλὴ τῶν πεντακοσίων — ἀπηγόρευσε, sexcenties tamen Plutarchus apud veteres legerat ἡ βουλὴ οἱ πεντακόσιοι, neque umquam aliter loquebantur, et ἀπεῖπε, numquam ἀπηγόρευσε. In cap. 18. Ionicum est ἐκέλευσεν ἀπιέναι τοὺς θεοπρόπους et οἱ θεοπρόποι κατέβαινον ἐπὶ θάλασσαν. Quos Iones θεοπρόπους appellant eos certus et constans Atticorum usus appellabat θεωρούς. Haud scio an ipsius Plutarchi errore legatur in cap. 19. τοὺς Περσῶν φορολόγους ἐν μέσαις ταῖς συμμάχοις καὶ φίλαις πόλεσιν ἀπολιπόντες, namque Atticum est αἱ συμμαχίδες πόλεις, non αἱ σύμμαχοι, at non dubito quin φίλαις scribarum vitio scribatur pro φιλίαις. Opponuntur inter se πολέμιος et φίλιος non φίλος, et διὰ πολεμίας — διὰ φιλίας non φίλης, quamobrem semper φιλία γῆ, χώρα dicitur quae sociorum et amicorum est, quorum urbes φίλαι πόλεις appellantur. Scribae φίλαι et φίλιαι non raro confundunt, ut apud Lysiam XII. 38 πόλεις πολεμίας οὔσας φίλας ἐποίησαν in omnibus est, at certum est φιλίας requiri. Ex caeteris vitis duo tantum exempla apponam: in *Phocione* cap. 27. scripsit φιλίαν ἔσεσθαι καὶ συμμαχίαν πολιτευομένοις τὴν πάτριον ἀπὸ τιμήματος πολιτείαν, ubi ἀπὸ τιμήματος dictum est ut *ex censu* apud Romanos. Graeci omnes olim constanter dicebant ἡ ἀπὸ τιμημάτων πολιτεία, non τιμήματος. Copia est exemplorum vel apud Aristotelem et Platonem. Optimum est in libro VIII. *de Rep.* pag. 550. c. τὴν ἀπὸ τιμημάτων πολιτείαν, ἐν ᾗ οἱ μὲν πλούσιοι ἄρχουσι, πένησι δ' οὐ μέτεσιν ἀρχῆς, quorum Plutarchus fuit immemor. Alterum est in vita *Demosthenis* cap. 16. ὅτε πρεσβεύων δέκατος ἧκεν εἰς Μακεδονίαν. Civis Atheniensis quilibet dixisset δέκατος αὐτός, Plutarchus addidisse potest, ut alibi nonnumquam addidit, at potuit etiam auctoritatem Atticorum negligenter deserere, quod nunc satis mihi videor demonstrasse.

Ad pag. 351. Si cui λόγος ἀπεδόθη dicitur λόγου τυχεῖν, in

ἔδωκε pro λαβεῖν, quod sententiam absurdam facit, tum lege ἐξῆν τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι expunctis τῷ [δυναμένῳ καὶ] βουλομένῳ, et in cap. 20 lege ὑπὸ τῶν ἀγχιστέων τοῦ ἀνδρός pro ὑπὸ τῶν ἔγγιστα. Fallitur Plutarchus cap. 24. σύκων ἐξαγωγὴ τὸ παλαιὸν ἀπείρητο καὶ τὸ φαίνειν ἐνδεικνύμενον τοὺς ἐξάγοντας ἐκλήθη συκοφαντεῖν, namque ἐνδεικνύναι dicebant, non ἐνδείκνυσθαι. In cap. 25 vitiosum est κατεγράφησαν οἱ νόμοι εἰς ξυλίνους ἄξονας pro ἀνεγράφησαν, quod verbum repone in *Pericle* cap. 13. δημιουργὸς ἐν τῇ στήλῃ ἀναγέγραπται pro εἶναι γέγραπται. In *Themistocle* cap. 10. κρατήσας τῇ γνώμῃ dixit pro νικήσας τὴν γνώμην et cap. 16. γνώμην ἐποιεῖτο pro εἰσηγεῖτο, ut recte legitur in *Pericle* cap. 13. εἰσηγουμένου γνώμην Περικλέους, ubi paulo ante scribendum Μεταγένης ὁ Ξυπεταιών pro ὁ Ξυπέτιος. Ibid. cap. 28. χρήματα ἐν χρόνῳ ῥητῷ ταξάμενοι κατοίσειν male scribitur pro ἀποτίσειν. Neque Pericles, ut legitur cap. 34. κληρουχίας ἀνέγραφεν sed ἔγραφεν. Ipse Plutarchus erravit in cap. 37. συνεχώρησαν ἀπογράψασθαι τὸν νόθον εἰς τοὺς φράτορας, quum Athenienses constanter dicerent εἰσάγειν εἰς τοὺς φράτερας, et pro ἀπογράψασθαι utique ἐγγράψαι esset dicendum. Non est Plutarcho imputandum dicendi vitium in *Alcibiade* cap. 3. ἄσωστον αὐτῷ τὸν βίον ἔσεσθαι, sed corrigendum ἀβίωτον αὐτῷ, nam neque Graecum est ἄσωστος et ἄσωτος, quod Graecum est, nihil aliud significat quam eum, qui *perditis moribus* vivit, *dissolutus*, *nepos*, at male cap. 5 dixit ὠνεῖσθαι τὰ τέλη de publicanis vectigalia *redimentibus* pro μισθοῦσθαι, et cap. 8. τὸ τῆς ἀπολείψεως γράμμα παρὰ τῷ ἄρχοντι θέσθαι pro τὴν κακώσεως γραφὴν πρὸς τὸν ἄρχοντα ἀπενεγκεῖν, et cap. 22. μήπως τὴν μέλαιναν ἀντὶ τῆς λευκῆς ἐπενέγκῃ ψῆφον, nam ἐνέγκῃ ψῆφον debuerat dicere, ἐπιφέρειν ψῆφον tam vitiosum est atque ἐπιψηφισαμένων in cap. 18. Praeterea pro ἡ μέλαινα Athenienses dicebant ἡ πλήρης (ἡ ἀτρύπητος) καὶ ἡ τετρυπημένη. vid. Aeschinem *in Timarchum* § 79. In cap. 27. φοβούμενος αἰτίαν λαβεῖν ἐκ βασιλέως, debuerat ὑπὸ βασιλέως dicere, ut supra ostendimus et recte dixit in *Phocione* cap 14. τραύματα λαβὼν ὑπὸ τῶν προσβοηθούντων ἀπέπλευσεν. In cap. 30. ἐναντία ὅπλα μὴ τίθεσθαι, supple τὰ ὅπλα. In *Aristide* cap. 22. τοὺς ἄρχοντας αἱρεῖσθαι ἐξ Ἀθηναίων πάντων, in frequenti locutione semper Athenienses

qua re gravem errorem commisit HARPOCRATION v. λόγου τυχεῖν: ἀντὶ τοῦ ἐπαίνου. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Locus legitur p. 229, 13. οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν, quae verba Grammaticus non intellexit, quod eo est turpius, quia tam saepe λόγου τυχεῖν legitur apud Oratores et Historicos. Hoc ipsum PLUTARCHO reddendum est in *Marcello* cap. 23. τῶν Συρακοσίων προσπεσόντων καὶ δεομένων λόγων τυχεῖν καὶ δίκης, ubi vera lectio est λόγου τυχεῖν.

Ad pag. 325. Scriptura ΗΚΡΟΑCΟ Grammaticum doctum magis quam acutum fefellisse videtur, ut ἠκροᾶσο esse putaret quod ἠκρόασο esset, et hinc aequalium vitiis sermonis ἀκροᾶσαι pro ἀκροᾷ et ἠκροᾶσο pro ἠκροῶ opinatus est se invenisse veterem auctorem ac testem. Praeclara res et egregium Grammaticae artis praesidium est accentuum rationem probe nosse et ubique expeditam et paratam habere. Complures sunt nostratium, qui nescio quomodo certissimum hoc Litterarum Graecarum subsidium volunt contemnere videri, et de accentibus contemnendis veluti de contemtu divitiarum urbane et suaviter nugantur. Credo, difficultas et labor discendi disertam negligentiam facit. Malunt enim disserere nihil esse in accentibus boni, quam quid sit discere. Nemo umquam poterit hoc adminiculo destitutus inexhaustam linguae Graecae copiam et varietatem animo et mente sic complecti, ut non multa permisceat et ridicule confundat, quae forma, sensu, usu, aetate aut patria olim fuerint diligenter diremta. Vacillat memoria in ea incredibili formarum copia, in analogiae, derivationis, compositionis ratione et usu observando, disponendo, tenaciter retinendo, ubi hos certos indices horum discriminum oscitanter et stulte neglexeris. Nemo umquam poterit syllabarum omnium quantitatem in promptu habere, nisi qui constanter in singulis τὰς προσῳδίας, ut veteres Graeci *accentus* appellant, longo usu cognoverit, quae continuo subiiciunt oculis id quod paulatim tenaci memoria debemus philologi firmiter in omnibus tenere. Quam necessarium sit in re Grammatica et Critica omnium syllabarum mensuram scire, et non aliter quam sic artis Metricae facultatem nasci et excoli posse, et caecutire passim et turpiter se dare, *qui hac facultate* careant supervacuum est demonstrare. Itaque

qui se accentus omnes contemnere prae se ferunt, fatentur inepti et palam faciunt se id nescire, quo sine Graece scire nemo potest. Nemo umquam poterit Grammaticos et Criticos veteres intelligere, aut Codices Graecos ita legere et excutere, ut operae pretium faciat, nisi hanc doctrinae partem longo usu perdidicerit, et sic numquam in interpretatione aut emendatione Graecorum quisquam aut sibi satisfaciet aut aliis, nisi paratum hoc ubique habebit interioris Graecitatis cognoscendae adiumentum, quod multo plus habet in recessu quam fronte promittit. Ex quo grammatica ars sollertius excoli coepta est, unusquisque Graecorum novo hoc adminiculo diligenter utebatur, cuius rei unum de multis exemplum afferam, quoniam corruptus locus est hinc emendandus. Apud Plutarchum legitur in libro ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή pag. 439 B. οὐδὲ περὶ προσῳδίας ἔχει τις εἰπεῖν ϛάσιν ἐν πόλει γιγνομένην πότερον Τελχῖνας ἀναγνωϛέον, tu corrige πότερον Τέλχινας ἢ Τελχῖνας ἀναγνωϛέον. Postquam Graecia effoeta desipere coepit poëtastri in versibus pangendis spreto metro et quantitate syllabarum nil nisi accentus sequebantur, ut trochaicus Aeschyli:

ὦ βαθυζώνων ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη.

istis iambicus octonarius fieret ex accentuum positione haec pronuntiantibus. Affert hunc versum cum multis aliis qui vehementer de aequalium in ea re insania queritur Grammaticus incertus, ex quo pag. 183. iam nonnulla laudavimus, quo vivo illae ineptiae propullulare coeperunt: τίνι μὲν οὖν δικαίᾳ προφάσει, inquit p. 659, 44., πρὸς τόδε τὸ τῆς ὁρμῆς γέγονεν ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ, ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνοι λέγειν ἂν ἔχοιεν, ὡς ἐμαυτὸν πείθω. At placuit tum plerisque omnibus et, ut ipse paulo ante dixit, ἐνίκησε τὰ χερείονα (ex Iliad. A. 576.) et post pauca καὶ ἤδη γε τὸ κακὸν ἐξενίκησεν. Usu receptum ab omnibus est, et ad hunc diem qui Graeciam incolunt vitium hoc Constantinopolitanum alunt et fovent. Hinc factum est ut Graeculi omnes accentuum sedem ex dicendi usu satis diligenter teneant et raro peccare soleant praeterquam in lingua antiqua et priscis vocabulis dudum obsoletis, aut in iis syllabis, quarum quantitatem nescirent, in quo genere eos sexcenties turpiter errare videas. Nemo istorum commisisset vitium, quod Sintenis in Plutarchi comparatione *Thesei* et *Romuli* cap. 6, qui edidit οὐ γὰρ ἀξιώτεραί

rant. Prorsus idem error, quo Antiatticistam deceptum esse suspicor, PLUTARCHI lectores decipit in vita *Caesaris* cap. 5. ὁ Καῖσαρ ἔπλευσεν εἰς Ῥόδον ἐπὶ σχολὴν πρὸς Ἀπολλώνιον τὸν τοῦ Μόλωνος, οὗ καὶ Κικέρων ἠκροᾶτο, non enim eodem tempore CICERO et CAESAR Moloni operam dederunt, quamobrem ἠκρόατο emendandum arbitror, *quem Cicero quoque audierat*, non *audiebat*. In vita *Periclis* cap. 10. simillimum vitium manifestum tenetur in verbis: ἔπεσον δὲ καὶ τοῦ Κίμωνος οἱ φίλοι πάντες ὁμαλῶς, οὓς Περικλῆς συνεπῃτιᾶτο τοῦ λακωνισμοῦ, nam PERICLES CIMONIS amicos in illius iudicio olim *insimulaverat*, non illo tempore, quo ad Tanagram pugnatum est, *insimulabat*: itaque συνεπῃτίατο corrigendum pro συνεπῃτιᾶτο. In vita *Pompeii* cap. 25 vitiose scribitur: τίνα ἕξετε ἄλλον ἂν ἀπολέσητε τοῦτον; ἐκ μιᾶς γνώμης ἐπεφώνησαν ἅπαντες· σεαυτόν, reciprocum pronomen in illa re absurde positum est, itaque emenda σὲ αὐτόν. In vita *Alexandri* cap. 52 lepidum dictum CALLISTHENIS in ANAXARCHUM leve vitium concepit: ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη σοι ταῦτα ἐκείνων ὁμολογεῖν ψυχρότερα. σὺ γὰρ ἐκεῖ μὲν ἐν τρίβωνι διεχείμαζες, ἐνταῦθα δὲ τρεῖς ἐπιβεβλημένος δαπίδας κατάκεισαι, nam dixit mordaciter ἀνάγκη σοὶ ταῦτα κτέ. non σοι. In vita *Antonii* cap. 25. DELLIUS dicitur CLEOPATRAM προτρέπεσθαι, τοῦτο δὴ τὸ Ὁμηρικὸν, ἐλθεῖν εἰς Κιλικίαν· εὖ ἐντύνασαν ἑαυτήν, quis dubitabit ex loco Homerico Iliad. Ξ. 162.

ἐλθεῖν εἰς Ἴδην εὖ ἐντύνασα ἓ αὐτήν.

apud PLUTARCHUM quoque Ὁμηρικῶς scribere ἓ αὐτήν. Non potuit festivius HOMERI versus quam ad illam sic accommodari. In vita *Ciceronis* cap. 47 vitiosi accentus sunt in verbis οἱ δ' οἰκέται κακίσαντες ἑαυτοὺς εἰ περιμένουσι τοῦ δεσπότου φονευομένου θεαταὶ γενέσθαι, αὐτοὶ δ' οὐκ ἀμύνουσι, nam sententia postulat περιμενοῦσι — ἀμυνοῦσι, quod frequens in libris vitium est. In *Alcibiade* cap. 32 editur πολὺ δὲ καὶ δάκρυον τῷ χαίροντι τῆς πόλεως ἀνεκέκρατο, ubi vitium subesse suspicor, nam si δάκρυον scripsisset non τῷ χαίροντι sed τῇ χαρᾷ opposuisset, at opposuit, opinor, τὸ δακρῦον τῷ χαίροντι. In eiusdem vita cap. 11 carmen EURIPIDIS laudatur, in quo legitur κάλλιστον δὶς ἐφθέντ' ἐλαίᾳ κάρυκι βοᾶν παραδοῦναι, vehementer displicet βοᾶν, quod rusticum et plebeium sonat: contra magnificum est et sonorum κάρυκι βοὰν παραδοῦναι, quod dictum est ut

γε παιδοποιοὶ τῶν Ἀθήνησιν Ἐρεχθηϊδῶν καὶ Κεκροπιδῶν αἱ Τροιζηνίων καὶ Λακώνων θυγατέρες, nam Ἐρεχθηϊδῶν barbarum est et Κεκροπιδῶν nimis lepidum, quoniam οἱ Κεκροπίδαι non pariunt. Qui PLUTARCHI Codices inspiciet scriptum esse reperiet, ut opinor, Ἐρεχθηΐδων καὶ Κεκροπίδων, quae quum reposueris prudenter Ἀθήνησιν expunges. At scribae saepissime impingunt in talibus, qualia sunt ἑςᾶναι, ἱςᾶναι, δεικνῦναι, τεθνᾶναι, δεικνῦντες, χρῖσμα, κεκερᾶσθαι, κιχρᾶσθαι, πτᾶσθαι aut contra in κυλίσαι, κύσαι, νίψαι, κεχρίσθαι, κεκονίσθαι, μεμίχθαι, πεπράχθαι, κλίμα et κρίμα et πλύμα et τὸ δακρύον, confundunt αἴρειν et αἱρεῖν, βάλω et βαλῶ, συννέφειν et συννεφεῖν, κυλίνδω et κυλινδῶ, κατατρύχων et κατατρυχῶν. Fere semper χοᾶ et χοᾶς pro χόα et χόας scriptitant, et ὄφλειν et ὀλίσθειν et πτάρειν et similia. Aoristos in -αθεῖν productos ubique in -άθειν depravarunt, ut multi hodieque opinentur Graeca esse διωκάθειν, ἀμυνάθειν, εἰκάθειν, ὑπεικάθειν, παρεικάθειν, εἰργάθειν, ἀλκάθειν, quum διωκαθεῖν cett. aoristos esse ELMSLEIUS ad *Medeam* vs. 186 acute perspexerit. In PLATONIS *Sophista* pag. 254 B. ἐὰν ἄρα ἡμῖν πῃ παρεικασθῇ ἀθῴοις ἀπαλλάττειν dant omnes pro παρεικάθῃ, quod BOECKHIUS reperit. HESYCHIO redde εἰκάθωμεν: παραχωρήσωμεν pro εἰκαθέσοιμεν. Iisdem debetur Ὀλυμπίᾳ νικᾶν pro Ὀλύμπια, καλεῖν ἐπὶ ξενίᾳ pro ξένια, et passim Ὀλυμπιάσιν et Ὀλυμπιᾶσιν pro Ὀλυμπίασιν, et sexcenta sunt huiusmodi, in quibus constanter Graeculi labuntur, et nimis saepe Criticos secum in errorem trahunt. Foedissimum vitium est τεθνᾶναι pro τεθνάναι scribere, nam brevem vocalem esse constat, ut in τέθναμεν, ἕςαμεν, τέθναθι, ἕςαθι, decepit tamen doctos homines, qui in MIMNERNI fragmento 2. vs. 10. ediderunt:

αὐτίκα τεθνᾶναι βέλτιον ἢ βίοτος,

quum in libris sit αὐτίκα δὴ τεθνάναι et verum videatur αὐτίκα δὴ θάνατος, nam τεθνᾶναι mera est barbaries. Ingens superest locorum numerus, ubi accentus imperite et indocte appositi sententiam verborum pessumdant. Est aliquid inter λέχους et λεχοῦς, εἴκοσιν et εἰκόσιν, καλῶς et καλώς, τὰν ὑπάρχοισαν et τᾶν ὑπαρχοισᾶν, καί et καΐ, λέοντας et λεοντᾶς, οἰκέτην πάροινον κολάζειν et παρ' οἶνον, quae omnia confusa esse ostendi. Iuvat his nonnulla exempla addere ex uno eodemque scriptore sumta, ex PLUTARCHI *vitis*, quibus similia aliunde alii conqui-

λέγεις μοι χαράν, λέγεις μοι βοάν, in *Pluto* 637. et similia alibi.

Finem faciam in loco ex eadem vita *Cimonis* cap. 28, quem Plutarchus ex *Hellenicis* descripsit: ἐάλω δὲ καὶ γράμματα λακωνικῶς φράζοντα τοῖς Ἐφόροις τὴν γεγενημένην ἀτυχίαν· ἔρρει τὰ καλά. Μίνδαρος ἀπεσσούα. πεινῶντι τῶνδρες. ἀπορίομες τί χρὴ δρᾶν. Leguntur haec apud Xenophontem I. 1. 23. ubi γράμματα ἐάλωσαν εἰς Ἀθήνας refingendum est in ἐάλω. In ipsa epistola idem vitium inest: ἔρρει τὰ καλά, quod nemo umquam suspicatus est, quum Bergkius acutissime verum vidit, nempe scribendum esse: ἔρρει τὰ κᾶλα, *periere naves*, quod iure Dindorf recepit: τὰ κᾶλα significat τὰ ξύλα, quod et aliunde satis constat et Hesychii testimonio: Καλά: ὀξυτόνως τὸ σύνηθες καὶ ἀντὶ ἐπιρρήματος τοῦ καλῶς. παροξυτόνως δὲ τὰ ξύλα, nisi quod in quantitate syllabae erravit, nam προπερισπωμένως δέ debuerat dicere. Callimachus fragm. 459.

παλαίθετα κᾶλα καθῄρει.

subrustice igitur et nautico vocabulo Spartani naves τὰ κᾶλα appellabant. Dindorf ex *Lysistrata* adscripsit vs. 1251.

ὅκα τοὶ μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ
πρόκροον θείκελοι ποττὰ κᾶλα,

ubi olim ποττὰ καλά ex libris edebatur, quod Brunckius primus correxit. In *Ravennate* est ποττὰ κᾶλα cum antiquo scholio πρὸς τὰ πλοῖα, quae omnia certam praestant Bergkii emendationem ἔρρει τὰ κᾶλα et ostendunt quid tribuendum sit Codicibus Xenophontis et Plutarchi, qui omnes unanimi consensu ἔρρει τὰ καλά exhibent. Ostendit idem exemplum mensuram syllabarum Magistris non esse admodum notam, nam apud plerosque κάλον pro ξύλον et κάλα scribitur quantitatis securos et ignaros. In Stobaei *Ecl. Phys.* I. 1. scripserunt:

καὶ ταῦτ' ἴσον μὲν εὖ λέγειν, ἴσον δὲ μή,
ἴσον δ' ἐρευνᾶν, ἐξ ἴσου δὲ μὴ εἰδέναι.

et nihil suspicantur mali. Perinde esse istis videtur utrum ἴσον an ἴσον scribatur et vocalem, quam δίχρονον (*ancipitem*) appellant, suo arbitratu corripiunt aut producunt. Natum est hoc malum poëtastrorum vitio, qui quum sermonem antiquum laboriose imitari satagunt, saepe in turpissimos errores se implicant, quos notare et reprehendere philologi debemus, non inepte

vim inferre iudicio nostro et certissima convellere, ut nihil isti peccasse videantur. Nicandro in mentem venit dicere δείδιθι producta penultima in *Alexipharm.* 443.

ἄσσα σὺ μὴ δείδιθι, μέλοιο δὲ πάμπαν ἀρωγῆς,

unde praesidium laboranti Babrio quaesitum est, cui placuit scribere fab. 74, 2.

πάντων λεγόντων· μὴ δέδιθι, σωθήσῃ.

qui loci non demonstrat δέδῑθι bene Graecum esse, sed poëtastros sequiores etiam in hoc, ut in sexcentis aliis, graviter impegisse. Non minus est vitiosum δέδιθι producta media, quam si eandem in ἄπιθι velles producere, quod facit praeclarus poëta in Scholiis ad Lucianum p. 60.

καλὸν τὸ μῆλον τῶν Διὸς χειρῶν δέχου
ἄπιθι τοίνυν σὺν θεαῖς πρὸς τὸν Πάριν.

Nihil enim est certius quam in δέδιμεν (δείδιμεν), δέδιτε (δείδιτε), δέδιθι (δείδιθι), ut in ἕςαμεν, ἕςατε, ἕςαθι, τέθναμεν, τέθνατε, τέθναθι, et ἐδέδισαν (ἐδείδισαν), ἕςασαν, ἐτέθνασαν et in infinitivis δειδίμεν, τεθνάμεν, τεθνάναι, ἑςάναι penultimas esse natura correptas neque ullo modo produci posse, quemadmodum item constat ea omnia apud veteres poëtas semper brevia esse, ut apud Homerum:

μηδὲ σύ γ' Ἄρηα τόδε δείδιθι μήτε τιν' ἄλλον.
Ἥρη μήτε θεῶν τό γε δείδιθι μήτε τιν' ἀνδρῶν.
θάρσει μηδέ τι πάγχυ μετὰ Φρεσὶ δείδιθι λίην.

ut apud Aristophanem:

μηδὲν, ὦτᾶν, δέδιθι μηδέν.
καὶ μὴ δέδιθ', οὐ γάρ ἐςιν ἐξηκασμένος.

quae leguntur in *Iliad.* E. 827. Ξ. 342. *Odyss.* Δ. 825. *Vespis* 373, *Equitt.* 230, quibus multa passim similia occurrunt. Quid igitur Nicandro et Babrio faciemus? Lapsi sunt, erraruut, dari venia potest sed ita ut peccasse se fateantur, et abstinendum erit posthac eorum testimoniis, quos saepissime sic impegisse constabit. De caeteris vitiis, quibus Nicander caeterique id genus poëtae antiquam linguam Ionicam et Epicam contaminarunt, deque prosodiae veteris inscitia, quae apud eos omnes apparet, in animo est propediem quam potero diligentissime scribere, nunc ἶσος tantum attingam, de cuius vocabuli quantitate mihi cum Meinekio non convenit, cuius vide *Vindi-*

sine ulla exceptione primam semper correptam habere, apud Tragicos fere semper, nam Iones sequi *si lubet, licet:* et Aeschylo ius est Φᾶρος Ἶσον οὐρανῷ dicere eodem modo, quo in πατρός, ὅπλα, τέκνον, quoties videtur priorem contra usum patrii sermonis longam facit, ut Homerus et Iones. In ἰσόθεος, ἰσοδαίμων, ἰσόνομος et similibus utravis prosodia utebantur, idque eo iustius quia nil nisi antiquum patriae sermonem repetebant, qui olim nihil ab Ionico discrepabat. Solonis aetate ἴσος dicebant, ut Iones, vide Solonis fragm. 16 Ἰσόν τοι πλουτεῦσιν κτέ. et in notissima cantilena Attica apud Athen. XV. p. 695. A.

ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην
ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην,

ἰσονόμους, ut vides, choriambus est. Obiter pro κτανέτην (cod. καταανέτην) emenda κανέτην, ut recte legitur vs. 10 ἐκαινέτην. Post haec tempora ἴσος solum in usu est, ut in Ἰσοκράτης v. c. prima sit brevis. Notum est Strattidis fragmentum:

καὶ τὴν Λαγίσκαν τὴν Ἰσοκράτους παλλακήν. [1])

et constans omnium hic usus est, ut in comoedia praeter iocum aut parodiam ἴσος solum appareat. Tragici, ut diximus, utralibet prosodia utuntur. Ἰσόθεος more Attico posuit Euripides in *Troadibus* vs. 1169.

γάμων τε καὶ τῆς ἰσοθέου τυραννίδος.

et in *Iphig. in Aul.* vs. 626.

λήψει τὸ τῆς Νηρῇδος ἰσόθεον γένος.

Ionice Sophocles in *Antigone* vs. 836.

καίτοι φθιμένῳ τοῖς ἰσοθέοις
ἔγκληρα λαχεῖν μέγ' ἀκοῦσαι.

ubi obiter corrige σύγκληρα pro ἔγκληρα, nam illud non hoc significat κοινά, ὅμοια, τοῦ αὐτοῦ κλήρου καὶ τύχης, ut Veteres interpretantur. Aeschylus amat Ionica, ἰσόνειρον in *Prometheo* vs. 549, ἰσόμοιρον in *Choëph.* vs. 320 posuit prima longa, sed in ἰσόψυχον in *Agamemn.* vs. 1740 eandem corripuit. Eodem modo Iambographi et Lyrici componunt sibi canorum et mag-

1) In carmine heroico aut elegiaco ius erat eandem producere. In Isocratis statua a Timotheo posita subscriptum erat:

Τιμόθεος φιλίας τε χάριν σύνεσίν τε προτιμῶν
Ἰσοκράτους εἰκὼ τήνδ' ἀνέθηκε θεοῖς.
Λεωχάρους ἔργον.

cias Strabonianas pag, 137. Meinekius existimat credendum esse Etymologo Magno, qui pag. 477, 10. in ἴσος, inquit, εὕρηται τὸ ι μακρὸν καὶ βραχύ. παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ ἀεὶ μακρὸν, παρὰ δὲ τοῖς πεζολόγοις βραχὺ, καὶ παρὰ τοῖς ἐποποιοῖς εὕρηται καὶ συνεςαλμένον, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ, παρὰ δὲ τοῖς τραγικοῖς καὶ κωμικοῖς συςέλλεται ἀεὶ τὸ ι, κατὰ δὲ ἰαμβικοὺς ἐπαμφοτερίζει. Descripsit haec omnia ex Dracone Stratonicensi, indocto et imperito homine, pag. 49 Herm. Addit his alius magister in Gaisfordi nota: ἰςέον δὲ ὅτι παρὰ τοῖς κωμικοῖς σπανίως εὑρίσκεται ἐκτεινόμενον τὸ ι. Opponam his meam sententiam: non fuerunt apud Graecos, dum lingua Graeca nativa vixit, vocales ullae ἐπαμφοτερίζουσαι. Sua cuique mensura in sua patria et aevo perpetuo constat, sed diversi populi subinde utuntur prosodia eiusdem vocabuli diversa. In Ionia καλός trochaeus est, in Attica pyrrhichius: eadem est ratio in ἴσος, quod Ionicum est, et ἴσος Atticorum. Numquam haec permutantur aut miscentur. Ridiculus est in Ionia, qui ἴσος admiscet verbis Ionicis, in Attica, qui ἴσος Atticis. Itaque apud Homerum ἴσος perpetuum et certum est, et composita ἰσόθεος, ἰσόμορος, ἰσόπεδον, ἰσόφορος, ἰσοφαρίζειν ubique primam necessario producunt. Contra in sermone Attico, quo omnes Attici utebantur, ἴσος semper et ubique priorem habet correptam. Lingua artificialis, qua docti poëtae utuntur, utramque dialectum miscet in unum, et Tragici, ut hoc utar, quemadmodum in verborum delectu Ionica et Attica suo arbitratu promiscue ponere solent, sic utuntur prosodia utralibet, modo Ionica, modo populari. Eadem est ratio eorum, quos Draco ἰαμβικοὺς appellat et ἐποποιούς, eadem est Lyricorum, ut bellissimum quodque delibent ex dialectis diversis. Quos dicat πεζολόγους et quomodo de eorum usu tam confidenter pronuntiare ausit non satis perspicuum est, sed non est operae pretium in istiusmodi metrico id scire. Credo, πεζολόγοι Iones Ionicam, Attici Atticam consuetudinem sequebantur. Itaque male apud Herodotum editur I. 2. ἴσα πρὸς ἴσα, aut VI. 11. θεῶν τὰ ἴσα νεμόντων, et alibi, pro ἴσα: in caeteris, qui Attici sunt aut Atticos imitantur, saepissime scribae ἴσα negligenter pro ἴσα dare solent et ЄICA adeo scribere, unde factum est ut εἰς ἅ pro ἴσα (ἴσα) legeretur, ut pag. 95 ostendimus. Ex his sequitur apud Comicos ἴσος et composita

nificum dicendi genus ex omnibus dialectis. Dores ἴσος dicebant, at Philoxenus ἐν Δείπνῳ, Dorico carmine, (in Bergkii *Poet. Lyr.* p. 852) dixit: ἰσοτράπεζος prima Ionice producta, et sic caeteri brevem plerumque relinquunt, at sicubi videtur eadem longa Ὁμηρικῶς uti possunt. Qui olim intermortuam Epicam poësin et antiquam linguam vatum Ionicorum Alexandriae recoxerunt et ipsi omnia contaminarunt et quum versificatores essent, non Poëtae, quibus neque ingenium esset, neque mens divinior, neque dives vena, neque os magna sonaturum, insulsa carmina panxerunt ridiculo sermone partim prisco et casco partim sequioribus vitiis polluto laboriose consarcinata. Etiam in prosodia omnia susque deque habuerunt. Non dubitant scribere τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται, et ἴσον κάτω ἴσον ἄνωθεν, (Theocr. VI. 19. et VIII. 19.) et:

πρέσβυν ἴσον κούροις ἴσον ἀδόντα κόραις.

(*Anthol. Graec.* Iacobs. vol. IV. p. 229). Callimachus, cuius immensa eruditio laudari et extolli solet, scribere potuit (fragm. 313):

πέδιλα τὰ μὴ πύσε νήχυτος εὐρώς,

non recordatus in verbo πύθω et quidquid inde nascitur υ productum esse. Quis nescit Homerica ὀφέα πύσει ἄρουρα, ὀφέα πύθεται ὄμβρῳ, et alia? Callimachus igitur ἴσος et ἴσος suo arbitrio permiscet, scribitque promiscue:

αἰθυίης ἴσα θαλασσοπορεῖ.
σάκει ἴσα τετραβοείῳ.
καλὴν Ἀντίκλειαν ἴσον φαέεσσι φιλῆσαι.
πᾶσι μέν, οὐ μάλα δ' ἴσον.

et ψαμάθῳ ἴσον et ἔχθειν ἴσον ὀλέθρῳ, quae leguntur in *Epigr.* 62, in *Dian.* 53 et 211, in *Iovem* 85, in *Dian.* 253. et in *fragm.* 118. Callimacho nullus est reliquorum in talibus multo melior aut antiquae linguae et prosodiae peritior. Omnes peccant, omnes saepe, omnes turpiter. Nicander, qui sibi Ionice videtur scribere et Homerum aemulari et *Theriaca* concludit his versibus:

καί κεν Ὁμηρείοιο καὶ εἰσέτι Νικάνδροιο
μνῆσιν ἔχοις, τὸν ἔθρεψε Κλάρου νιφόεσσα πολίχνη.

tamen passim in prosodia Ionica et omnino Graeca impingit aut corripienda producens aut corripiens producenda. Nunc

tantum in ἴσος quid designaverit cognosce. Promiscue ἴσα et ἴσα scribit *Theriac.* 751 et 943, ἴσην spondeus est vs. 259. et ἴσως vs. 226 et 227. Produxit ἴσος in ἰσαῖος, quod ei significat ὅμοιος, ἴκελος, ἐναλίγκιος prima longa vs. 360. Deinde forma ἰσήρης utitur a Tragicis sumta, modo producta prima vs. 643, modo correpta vs. 788. Tum ἰσάζομαι ex Homerico ἰσάζω elicuit, sed ut significet ἔοικα, ἐμφερής εἰμι, et primam brevem facit vs. 286 et 886. Denique monstrum et portentum verbi de suo commentus est ἰσαίομαι pro ὅμοιός εἰμι, nullo exemplo et contra omnem analogiam fictum, prima item correpta, in *Alexipharm.* vs. 399.

τὴν ἤτοι γευθμῷ μὲν ἰσαιομένην μάθε νάρδῳ,

bellissime dictum est pro *gustu similem* (γεύσει ὁμοίαν) γευθμῷ ἰσαιομένην, et in fragm. II. 56. pro παιδέρως τῇ λεύκῃ ἐμφερής magnifice canit παιδὸς ἔρωτες || λεύκῃ ἰσαιόμενοι, hoc est demum os magna sonans mentis divinioris! In fragm. II. vs. 33. Ionice scripsit ἰσοδρομεῦσα χελιδόσιν et ἰσόμορον in *Theriac.* vs. 105, sed Attice in re eadem ἰσόμοιρον ἐλαίου ibid. vs. 592. Iterum Ionice ἰσώνυμον vs. 678 et ἰσορρεπές vs. 646. et Homericum ἰσοφαρίζειν vs. 572. Denique quum vellet dicere *eiusdem ponderis* de suo commentus est ἰσοελκής vs. 41. καρδάμῳ ἀμμίξας ἰσοελκεῖ et vs. 44.

ἄλλοτε δ' ἀσφάλτοιο φέρων ἰσοελκέα μοῖραν,

in quo, ut vides, popularem usum secutus primam corripuit. Babrius, qui et ipse putat se Ionice scribere, quum in fabula 14, 11. recte scripsisset:

ὁ δ' ἄλλος ὡς Βοιωτὸς οὐκ ἔχων ἴσην
λόγοις ἄμιλλαν εἶπεν ἀγρίῃ μούσῃ.

Attice scripsit 34, 2.

τεκοῦσα δ' αὐτοῖς ἐςὶν οὐκ ἴση μήτηρ,

et excusari potest, quia cum aequalibus omnibus peccavit et sibi idem quod omnibus credidit licere, at recte et ordine sic scripsisse videri et vitio vacare non potest.

Quam vellem haec scribendo omnibus persuadere possem quibus nostra iuventus erudienda et veterum Litterarum studiis informanda committitur, ut et ipsi haec omnia quam accuratissime perdiscant et assiduo et longo lectionis et interpretatio-

Non mea haec verba sunt, sed Porsoni, summi viri, (ad Euripidis *Medeam* vs. 1.) quae ex animi sententia mea facio ad vos, dilectissimi Adolescentes, quos et ego solos tutelae meae duxi. Non errabimus si Porsonum ducem et Valckenarium (in *Diatribe* pag. 247.) sequemur. Nunc operi finem impono et κορωνίδα dictum Synesii a Porsono laudatum: ἠγώνισαι πρὸς τοὺς ἀμούσους ὑπὲρ Μουσῶν, οἳ κακοήθως ἀποδιδράσκουσι τὸν ἔλεγχον τῆς ἀμαθίας τῷ καταφεύγειν ἐπὶ τὴν λοιδορίαν ὧν ἠγνοήκασιν.

Ne quid mihi chartae purae supersit supplementum suppeditabunt

Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poëtae,

et primus quidem prodeat in scenam

EUPOLIS,

apud Porphyrium ad Iliad. K. 252 Εὔπολις Χρυσῷ Γένει·

δωδέκατος ὁ τυφλός, τρίτος ὁ τὴν καλὴν ἔχων,
ὁ σιγματίας τέταρτός ἐστιν ἐπὶ δέκα,
πέμπτος δ' ὁ πυρρός, ἕκτος ὁ διεσραμμένος.

Quia hi omnes, ut vides, aliqua corporis labe aut vitio insignes sunt, quaerendum quid lateat in ὁ τὴν καλὴν ἔχων. Meinekius κωλῆν coniecit, at tu scribe ὁ τὴν κάλην ἔχων, *herniosus* homo erat. Phrynichus in Bekk. *Anecd.* p. 47, 20, καλήτης καὶ κάλη Ἀττικοὶ διὰ τοῦ Α, κηλήτης καὶ κήλη Ἴωνες. Eupolidem sequatur

CRATINUS,

cuius lepidum versiculum mihi reperire contigit a Fragmentorum Collectoribus praetermissum. Unum ἐκ τῶν Χειρώνων hexametrum afferunt hunc:

ταῦτα δυοῖν ἐν ἑτοῖν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη.

sed audi Aristidem περὶ τοῦ παραφθέγματος vol. II. pag. 522 Dind. διδάξας δὲ τοὺς Χείρωνας (ὁ Κρατῖνος) προσπαραγράφει μάλα ὑπερηφάνως ἐπὶ τελευτῆς

ταῦτα δυοῖν ἐν ἑτοῖν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη,

τοῖς δ' ἄλλοις ἐν ἅπαντι βίῳ προτιθέναι ΦΗΣΙ ποιηταῖς μιμεῖσθαι, δῆλον ὅτι ὡς οὐδένα ἐφιξόμενον. Ergo Cratinus dixerat:

nis usu solidam illam et certam harum rerum scientiam colligant et observando in diem augeant et confirment, sine qua nemo discipulis quidquam prodesse potest. Vetus est Graecorum proverbium:

ὀλίγοι μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων,

et nimis multi ad Academica studia tam impares et imparati accedunt, quoniam Grammaticae artis et in his prosodiae et metricae prima elementa, quibus solis vera doctrina superstrui potest, non diligenti cura et indefessa industria veluti firmissima fundamenta iacta sunt, sed negligenter et desultorie ab initio ostenta, deinde intermissa, tandem plane derelicta, ut *ad altiora*, ut aiunt, evoletur. Hinc in plerosque convenit Spartanorum dictum apud Herodotum (III. 46.) τὰ μὲν πρῶτα λεχθέντα ἐπιλελῆσθαι, τὰ δὲ ὕστερα μὴ συνιέναι. Non semel vidi, qui se Sophocleas tragoedias complures lectitasse dicerent et rogati quem genitivum nomen Σοφοκλῆς haberet aut Σοφοκλοῦ aut simile quid responderent. I nunc et istos de cathedra linguam et litteras Graecorum doce. Interrogaveris eosdem qui factum sit, ut illa omnia nesciant quibus Litterarum vera studia nitantur, respondent: numquam se haec audivisse, aut doctos et admonitos esse in his esse tam necessarium doctrinae praesidium; accentuum quoque rationem et usum non didicisse: nempe magistrum de his aut verbum non fecisse umquam, aut eam rem inutilem esse et contemnendam dixisse, quippe non esse nobis Graece *loquendum*, satis esse si scriptores Graecos omnes *intelligamus*. Et est id hercle satis, sed nemo, ut opinor, hoc assequetur, qui optima intelligendi praesidia neglexerit aut spreverit. Vereor autem ne multi sint aetatis iam provectioris quam ut a me quidquam pravi dedoceantur vel recti quidquam addiscant. Vos autem, Adolescentes, quos solos tutelae meae duxi, vos nunc alloquor. Si quis vestrum ad accuratam Graecarum litterarum scientiam aspirat, is probabilem sibi accentuum notitiam quam maturrime comparet in propositoque perstet, scurrarum dicacitate et stultorum irrisione immotus. *Nam risu inepto res ineptior nulla est.* Qui hanc doctrinam nescit dum ignorantiam suam fatetur inscitiae tantum reus; qui vero nescire non contentus ignorantiae suae contemtum praetexit maioris culpae affinis est.

ταῦτα δυοῖν ἐν ἑτοῖν ἡμῖν μόλις ἐξεπονήθη,
τοῖς δ' ἄλλοις ἐν ἅπαντι βίῳ προτίθημι ποιηταῖς
μιμεῖσθαι.

Tertius iam in medium procedito

ARISTOPHANES,

cuius iocosum dictum latere arbitror apud Aristidem Ῥώμης Ἐγκώμιον Tom. I. pag. 321. ποιητὴς μὲν οὖν ἤδη τις εἶπε σκώψας εὔξασθαι κατὰ χρυσόκερω λιβανωτοῦ.

ubi Reiskius: »*mirificum vocabulum* χρυσόκερως *thuri attributum, in quo nonnihil haereo.*" Scilicet παρῴδηται τοῦτο παρὰ τὸν χρυσόκερων ταῦρον vel βοῦν, quem divites immolabant, quum pauperculi satis haberent θύειν λιβανωτόν. Antiphanes Athenaei VII. p. 309.

ἥκω πολυτελῶς ἀγοράσας εἰς τοὺς γάμους
λιβανωτὸν ὀβολοῦ τοῖς θεοῖς καὶ ταῖς θεαῖς
πάσαισι, τοῖς δ' ἥρωσι τὰ ψαίς' ἀπονέμων.

imo vero ἀπονεμῶ.

Ex Athenaeo XIV. p. 652. ὄντως γὰρ κατὰ τὸν Ἀριςοφάνην οὐδὲν γλυκύτερον τῶν ἰσχάδων, in Aristophanis fragmenta receptum est:

ὄντως γὰρ οὐδὲν γλυκύτερον τῶν ἰσχάδων.

sed audi Julianum in *Epistol.* XXIV. Ἀριςοφάνει μὲν δοκεῖ εἶναι πλὴν μέλιτος τῶν ἄλλων γλυκύτερον τὰς ἰσχάδας, καὶ οὐδὲ τοῦτ' ἀνέχεται τῶν ἰσχάδων εἶναι γλυκύτερον, ὡς αὐτὸς ἐπικρίνας λέγει, unde duos lucramur Aristophanis senarios hosce:

πλὴν μέλιτος οὐδὲν γλυκύτερον τῶν ἰσχάδων·
ἀλλ' οὐδὲ τὸ μέλι γλυκύτερον τῶν ἰσχάδων.

Veteris Comoediae poëtis addamus Menandrum. Posidonius apud Galenum (Bak. de Posidonio Rhodio pag. 211) ita scribit: ἀλλ' ἐκεῖνό γε ἀπίθανον διὰ τὸ μέγα αὐτὸ ἀγαθὸν ὑπολαμβάνειν οἴεσθαι δεῖν κἂν ᾖ μέγιςον κακὸν ὅμως αὐτὸ λαμβάνειν ἐπιφωνοῦντας ἐὰν ἀπολέσθαι τοῦτό μοι νῦν συμφέρει. Emenda ἐπιφωνοῦντας

ἔα μ' ἀπολέσθαι, τοῦτό μοι νῦν συμφέρει.

Plutarchus *de virtute mor.* p. 446. A. οὐχ ἧττον δὲ τούτων ὁ εἰπών

ἔα μ' ἀπολέσθαι, τοῦτο γάρ μοι συμφέρει,

sed melior est Posidonii scriptura τοῦτό μοι νῦν συμφέρει, ut in *praesenti* desperatione.

EPIMETRUM

AD

VARIAS LECTIONES.

CAPUT I.

Emendationes selectae.

Est apud Plutarchum *de adulatore et amico* pag. 57. A. locus Menandri, quem Wyttenbachius quum emendare vellet multo etiam peius corrupit eamque *παραδιόρθωσιν* omnibus probavit. Editur: *ἂν μὲν εὐπαρύφου τινὸς ἀγροίκου λάβηται (ὁ κόλαξ) φορίνην παχεῖαν φέροντος ὅλῳ τῷ μυκτῆρι χρῆται, καθάπερ ὁ Στρουθίας ἐμπεριπατῶν τῷ Βίαντι καὶ κατορχούμενος τῆς ἀναισθησίας αὐτοῦ τοῖς ἐπαίνοις*

Ἀλεξάνδρου πλέον
τοῦ βασιλέως πέπωκας.

καὶ

γέλωτι πρὸς τὸν Κύπριον ἐκθανούμενος.

Est haec infelix Wyttenbachii correctiuncula *ἐκθανούμενος* pro scriptura librorum omnium *ἐνηθούμενος*. Primum quis credat Plutarchum ita Menandri locum attulisse ut omitteret ea sine quibus intelligi non posset? Nihil est enim

γέλωτι πρὸς τὸν Κύπριον ἐκθανούμενος,

nisi plura addantur unde loci sententia integra constet. Faciam ut poëtae manum ipse deprehendas. Notum est enim Teren-

tium hanc fabulae Menandreae particulam in suam Eunuchum transtulisse

Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax,
et Miles gloriosus: eas se non negat
personas transtulisse in Eunuchum suam.

Prol. Eun. vs. 30. Hunc ipsum locum, cuius veram scripturam quaerimus, habet Terentius in Eunucho III. 2. 44. Itaque ex Terentii Latinis vera lectio Menandri indaganda nobis et reperienda erit. Terentii haec sunt:

Gn. Ha, ha, hé, Thr. quid rides? Gn. istud quod dixti modo:
et illud de Rhodio dictum cum in mentem venit.

In Menandri senario mendum est et in primo vocabulo et in ultimo:

ΓΕΛΩΤΙ *πρὸς τὸν* Κύπριον ΕΝΗΘΟΥΜΕΜΟϹ.

Quid est legendum? Manifestum hoc quidem est, nempe ΓΕΛΩΤΟ et 'ΕΝΝΟΟΥΜΕΝΟϹ.

γελῶ τὸ πρὸς τὸν Κύπριον *ἐννοούμενος.*

Rideo illud de Cyprio dictum cum in mentem venit. Simul ab ipso Menandro, ut vides, confirmatur Bentleii emendatio. In libris est enim:

et illud de Rhodio dictum in mentem venit

Bentleius — *dictum* CUM *in mentem venit* reposuit, quod nunc ex Menandri *ἐννοούμενος* certum est et evidens. Quid autem eo homine facias, qui pro ΕΝΝΟΟΥΜΕΝΟϹ dederit *ἐνηθούμενος?*

Ex eodem Plutarchi libro addam et alterum locum perversis hominum doctorum coniecturis deformatum. Legitur pag. 59. A. in nova Hercheri editione sic: *ἀβέλτερον τὸ τοῦ Βίωνος «εἰ τὸν ἀγρὸν ἔμελλες ἐγκωμιάζων εὔφορον ποιεῖν καὶ εὔκαρπον οὐκ ἂν ἁμαρτάνειν ἐδόκεις τοῦτο ποιῶν μᾶλλον ἢ σκάπτων καὶ πράγματα ἔχων· οὐ τοίνυν οὐδ' ἀνθρώπους ἄτοπος ἂν εἴης ἐπαινῶν εἰ τοῖς ἐπαινουμένοις ὠφέλιμος ἔσῃ καὶ πρόσφορος.* Pugnant haec vehementer cum Bionis sententia. In libris est *ἄνθρωπος ἄτοπος ἂν εἴη — ὠφέλιμός ἐϛι καὶ πάμφορος*, quae alio modo sunt corrigenda, sed praeterea mendosum est ΤΟΙϹ ΕΠΑΙΝΟΥΜΕΝΟΙϹ, in quo latet ΤΙϹ ΕΠΑΙΝΟΥΜΕΝΟϹ. Bion dixerat: *οὐ τοίνυν οὐδ' ἄνθρωπον ἄτοπος ἂν εἴης ἐπαινῶν εἴ τις ἐπαινούμενος*

ὠφέλιμός ἐστι καὶ πάμφορος. Lepide inter se opponuntur τὸν ἀγρὸν ἐγκωμιάζειν et ἄνθρωπον ἐπαινεῖν, et scite in ea oppositione parasito et adulatori suus rex πάμφορος appellatur.

Crebro et lubenter Madvigii *Adversaria Critica* in manus sumere soleo, in quibus

sunt MALA, *sunt quaedam mediocria*, *sunt* BONA *plura*,

et hercle plus quam *bona*, sunt palmariae et manifestae emendationes permultae, Latinae quantum quidem iudicare possum *omnes* et Graecarum pars non exigua. Non suppetit Madvigio ampla et copiosa palaeographica suppellex, Codices Graecos MSS. aut raro aut numquam versasse videtur, deficit eum Grammaticorum interior notitia, et quia Graecarum litterarum studia ei semper πάρεργον, non ἔργον fuerunt, non ita penitus hausit et imbibit Graecitatis rationem et usum, ut non subinde Graecos scriptores ea dicentes induceret, quae Graece loquentium nemo unquam illo modo dixisset.

Quam vellem poëtas Graecos et praesertim Atticos non attigisset. Si quid nonnumquam reperit boni, at multo plura infeliciter tentavit aut in re metrica impegit, unde hominibus quibusdam doctis sed nullo modo cum illo comparandis sui redarguendi et reprehendendi nimis facilem et paratam praebuit materiam. Praeterea (quia semel coepi de his dicere exhauriam ἐγκλήματα omnia) nimia ac fere putida diligentia multas etiam minutias et leviores suspiciunculas corrasit, quas quilibet reperire potuisset, aut ab aliis quoque repertas se priorem vidisse narrat, quasi vero quidquam referret, praeterquam in iis quibus excogitandis aut PORSONO aliquo opus est aut MADVIGIO, quae ne ab altero praeripiantur non est magno opere metuendum. Tractavit Madvigius pag. 198. locum ex Aeschyli *Agamemnone*, ubi Clytaemnestra ita dicit vs. 604:

ταῦτ' ἀπάγγειλον πόσει·
ἥκειν ὅπως τάχιστ' ἐράσμιον πόλει.
γυναῖκα πιστὴν δ' ἐν δόμοις εὕροι μολὼν
οἵανπερ οὖν ἔλειπε δωμάτων κύνα
ἐσθλὴν ἐκείνῳ, πολεμίαν τοῖς δύσφροσιν.

ad haec Madvigius: *Prorsus incredibilia narrantur de optativo aoristi* (εὕροι vs. 605), *qui in oratione promittentis absurdus est*;

rectus esset, si quis narraret, quid invenisset, hac forma: ἤγγειλεν ὅτι ἥκοι, γυναῖκα δ' εὕροι. Verissima haec sunt, sed quod addit: »*Nisi quis audet Aeschylo tribuere repetitum ex infimae aetatis scriptorum angulis futurum* εὑρεῖ, *scribendum est:* γυναῖκα πιςὴν δ' ἂν δόμοις εὕροι μολών." Hoc illud est quod modo dicebam Graecis ea obtrudere, quae nemo in Graecia natus umquam sic dicere potuisset. Quid dicam de futuro εὑρεῖ pro εὑρήσει? Quam rideret Madvigius si quis in Latino scriptore ita peccasset. Sed nihilo melius est: γυναῖκα πιςὴν δ' ἂν δόμοις εὕροι μολών, quia neque εὕροι ἄν in oratione promittentis locum ullum habet, neque ἄν illa sede collocari umquam potuit. Quid igitur faciemus? Futurum necessarium est, et praeter Homerum, qui formas δήεις, δήομεν, δήετε utitur, Graeci omnes summa constantia semper et ubique εὑρήσω dicebant. Aeschylus quoque εὑρήσει dixerat, ut omnes. Sed metro quid fiat, dicat aliquis, nam certe tu, qui Madvigium in re metrica carpis, non scripturus es sic:

γυναῖκα πιςὴν δ' ἐν δόμοις εὑρήσει μολών.

non faciam, sed quaeram quo pacto senarius molesta syllaba liberari possit. Vetus corrector εὕροι reposuit sed frustra. Vitium est in ЄΝΔΟΜΟΙϹ. Quid multa? corrige:

γυναῖκα πιςὴν δ' Ἔνδον ЄΥΡΗϹЄΙ μολών.

Nactus aliquid otii omnia a Madvigio ad poëtas Graecos animadversa pag. 185—301 quam potui diligentissime relegi, sed non agnosco in his illum Madvigium, qui priorem libri partem conscripsit egregiis et palmaribus emendationibus et ἐναργέσι refertam. Non arbitror personae meae et dignitatis esse summi viri, et ubicumque sana ratione et recto iudicio negotium confici potest plane incomparabilis, errores subinde adversus dicendi usum in verborum compositione aut forma commissos arguere.

ὅλοιο θνητῶν ἐκλέγων τὰς συμφοράς.

unum tantum, ne cui videar in talibus λίαν ἀκριβολογεῖσθαι, obiter attingam. Pag. 280 ad Aristophanis *Lysistr.* 725 annotatur: *Scripsit Aristophanes:*

ἐς Ὀρσιλόχου φθάσα τῶν τριχῶν κατέσπασα.

non accipio, nam (ne dicam φθάσας populo et Comicis usita-

tum esse, non φθάς, quod nonnemo in dubitationem vocare possit) hoc certe indubitatum est φθᾶσα penultimam producere ut βᾶσα, ῥᾶσα et sim. ut error sit manifestus. Sed nolo his diutius immorari. Post Atticos poëtas Madvigius Alexandrinos sua cura non indignos iudicavit. Submiror quo pacto ipsi non fastidium ac taedium pepererint, et etiam in his Porsoni aemulum non agnosco. Apud Apollonium Rhod. III. 1129.

οὐδ' ἄμμε διακρινέει φιλότητος,
ἄλλο πάρος θάνατόν γε μεμορμένον ἀμφικαλύψαι.

»*Mira locutio*, inquit, *nihil aliquos* ab *amore separaturum esse — cum significatur nihil eorum amorem distracturum.*" Itaque ἄμμι διακρινέει φιλότητας reponebat, non facturus si commode recordatus esset loci Homerici Odyss. Δ. 179.

οὐδέ κεν ἡμέας
ἄλλο διέκρινεν φιλέοντέ τε τερπομένω τε,
πρίν γ' ὅτε δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν.

vides ΦΙΛΟΤΗΤΟC vitio natum esse ex ΦΙΛΕΟΝΤΑC.

Ne Callimachum quidem Madvigius aspernatus est. Quod scribit autem pag. 291. *Sine dubio Callimachus scripserat:*

μοῦνον ἐλαφρίζουσιν ἐπτοίησαι δὲ πέτεσθαι.

quia neque ἐπτοῆσθαι sic usurpari potest et ἐπτοίησαι primam syllabam habet productam sine dubio Callimachus ita non scripserat. Similiter in Theocriteis pag. 294.

οὔτι καμεῖσθ' ὄκκα πάλιν ἅδε φύηται,

erravit scribendo: *prave producitur ultima in* ὄκκα. Provoco ad ipsum Madvigium, si quaerere volet. Doricum ΚΑ et ΟΚΚΑ (ὅταν) non ΟΚΑ (ὅτε) semper et ubique ultimam producunt. Porsoni nostri (namque ego quoque Porsono antepono neminem) palmariae emendationis recordetur in *Advers.* p. 303. Edebatur apud Epicharmum:

τίς δ' ἐγκαλοίη γενέσθαι μὴ φθονούμενος, φίλος;

donec Porsonus emendavit:

τίς δέ κα λῴη γενέσθαι.

Absoluta Poëtarum emendatione Madvigius libro III ad Herodotum, Thucydidem, Xenophontem et Platonem emendandos accessit. Et in Thucydide quidem et Platone praesertim exsplendescit illa Madvigii virtus, quam in libro I omnes admiramur: complures insunt correctiones certae, evidentes et in

magna simplicitate omnes veritatis numeros habentes, quas audire est probare et amplecti, quasque ubi semel cognoveris non facile obliviscaris. In Herodoto contra non fecit operae pretium idque, qui est eius candor animi et veri amor, nec ipse dissimulat sed ultro fatetur *paucitatem et tenuitatem emendationum Herodotearum* commemorans pag. III. Neque id magno opere miraberis ipsum audiens dicentem pag. 302. sese Herodotum postremum legisse a. 1847 id est ante annos 24 quam haec *Adversaria* ederet in lucem, seque illo tempore nondum ad coniecturam in Graecis scriptoribus exercendam valde consuetudine exercitatum fuisse, et instrumentum criticum parum tum fuisse locuples, ad quod postea quae facta sit accessio eius examinandae sibi otium non fuisse. In his ut apertum et candidum egregii viri pectus diligimus et amamus, tamen succurrit quod Porsonus aliquando in Brunckium subridens iecit Terentianum illud: *tantamne rem tam negligenter!* Maxime miror Madvigium quum emendationes Herodoteas editurus esset in lucem neglexisse quantivis pretii subsidia critica, quibus vir doctissimus H. Stein textus quem vocant Herodotei constituendi fundamenta tam firma et stabilia constituit, ut metus non sit ne umquam convellantur aut labascant, et omnis opera in Herodoto emaculando et restituendo collocata ab his adminiculis et praesidiis proficisci debeat iisque inniti ac fulciri. Neque tamen (dicam enim libere et candide quod sentiam) vir doctus, qui nobis ea adiumenta paravit, ipse illis ita usus est ut rei momentum et pondus postulabant. Namque ut apud Homerum est

τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ ἕτερον δ' ἀνένευσεν.

industriam incredibilem in Codicibus explorandis conferendisque et admirabilem ac plane singularem diligentiam dedit, sed linguae Graecae interiorem intelligentiam notitiamque et facultatem criticam paulo insigniorem et εὐρυχωτέραν negavit. Itaque saepe factum esse videmus ut verae scripturae aut a Codice oblatae aut a Criticis repertae deterioribus postponerentur. In tenuioribus quibusdam ac minutis vigilans et hoc agens (ut in σφίσι et σφι distinguendis et sim.) in gravioribus et maioribus dubitat haesitatque et pro Aristarchea ἀναλογίᾳ ἀνωμαλίαν Crateteam amplectitur, quia certam loquendi consue-

tudinem ac perpetuum dicendi usum ex colluvie discrepantium scripturarum dispicere non potuit. Et de Herodoto quidem Steiniano alibi dabitur dicendi locus, si quid dabitur otii ut quae mihi diu et multum explorata in promtu sunt ordine digerere et componere possim. Nunc unum tantum ex his breviter et succincte exponere iuvat. Plerisque omnibus Editoribus hoc vitium est, ut dum materiam criticam et apparatum, ut vocant, sedulo ex libris compluribus in unum comportant, innumerabilem copiam nugarum et sordium et quisquiliarum coacervent, quae nullius prorsus pretii et momenti sint neque umquam cuiquam alicui usui esse possint. Enecare haec et obtundere aliquem possunt et mentis aciem hebetare praesertim generosae iuventuti, quam studia critica recte instituta si quid aliud ad veram laudem erigere et inflammare potuissent. Nunc ex illo sterquilinio ineptiarum, quas dormitantes scribae aut hallucinantes correctores plurimas passim effundunt, quid aliud adolescentibus egregia indole praeditis quam taedium et nausea paritur? Quid dicam duobus exemplis planum faciam. Constat nunc quidem inter omnes nomina in *-εύς* in dialecto Herodotea habere genitivum in *-έος* et dativum in *-ἔϊ* exeuntem, idque *summa ubique constantia sine ulla exceptione.* Ea res olim omnes doctos et indoctos fallebat quum scribas tum correctores, qui passim formis Herodoteis aut Homericas supponebant aut Atticas. In Gaisfordi editione prima Herodoti verba haec sunt: *Ἡροδότου Ἁλικαρνησσῆος ἱςορίης ἀπόδεξις ἥδε.* Quam absurda sit apud Herodotum terminatio in *-ῆος* ne suspicantur quidem. Apud Homerum *Πηλεύς* habet in genitivo digamma, quod inest in *Πηλεύς*, arbitratu poetae aut simplex aut geminatum. Itaque pro re nata aut *Πηλέ:ος* est dactylus aut *Πηλέ::ος* antibacchius: *σχέτλιε, Πηλέος υἱέ* (Π. 203) et *πρὸς οἶκον Πηλῆος* (Ι. 147). Hinc apparet cur *Πηλε:ΐδης* sit tetrasyllabum et *Πηλε::ιάδης*, quod nunc *ΠηλΗιάδης* scribitur, quomodo sit natum. Hinc intelligitur cur ob rationes metricas apud Homerum constanter *βασιλῆος* et *ἱερῆος* et sim. dicantur. Sed apud Herodotum, opinor, absurdum est digamma, quod in Ionia prorsus interierat, *geminare* velle. Itaque de his nunc quidem nulla est controversia, sed nihilo minus quoties apud Herodotum *βασιλέος* (aut sim.) legitur toties videbis

Steinium ex libris deterioribus aut ex vetusta et mendosa editione βασιλῆος et βασιλέως afferentem, et item βασιλεῖ sicubi βασιλέϊ in textu est: quam utiliter et quam prudenter lectoris iudicium esto. Dabo alterum exemplum. Satis nunc compertum est verbum ΈΡΧΟΜΑΙ habere imperfectum in Ionia ΗΙΑ, ΗΙΘ, ΗΙΜΘΝ, ΗΙΤΘ et ΗΙCΑΝ, trisyllaba omnia, ἤϊα, ἤϊε, ἤϊμεν, ἤϊτε et ἤϊσαν, quae apud Athenienses *constanter* in disyllaba contrahuntur ἦα, ἦει, ἦμεν, ἦτε, ἦσαν, et in simplici verbo et in compositis omnibus. Ad has antiquas et solas genuinas formas exscindendas scribarum et correctorum natio veluti coniurasse videtur. Sed ea fraus certis indiciis et argumentis deprensa ac refutata nunc nemini amplius imponit. Formae Atticae ubique Atticis reddi coeptae, et Herodotus quoque suas recepit. Cui bono est igitur, quaeso, quoties apud Herodotum ΗΙCΑΝ (ἤϊσαν) recte et ordine legitur, apponere ex libris ἤιεσαν, ἤεσαν, ἤσαν, εἴησαν, ἡίεσαν, ἴεσαν, ἴησαν, meras nugas? Quoties apud Herodotum προσήϊε scriptum est toties videbis expromi e libris προσήιει, προσήει, προσείη, προσίη aut barbarum προσείηε. In libro I. 109 ubi Herodotus dederat ΗΙΘΚΛΑΙΩΝ (ἤϊε κλαίων) in apparatu *critico* haec apponuntur ἡεί A. ἡιει B. ἤιει P. ἤει C. ἴει Rd. ἦει Z. O quam vellem has futiles nugas sordesque omnes expungere et abiicere, et Herodotum ex animi mei sententia ita edere ut apparatus vere criticus et viros et iuvenes ingeniosos ad ingenium exercendum blande alliceret et invitaret. Sed ad Madvigium redeo, qui quod pag. 303 affirmat se Herodoti *locum difficilem certo auxilio expedivisse*, dissentientem me et alia suadentem aequissimo animo, sat scio, laturus est, ut ipse lubens illius iudicio, ubi causam cognoverit, rem omnem permittam. Locus est I. 51. ubi scribitur: ὁ Κροῖσος — ἀπέπεμπε ἐς Δελφοὺς — κρητῆρας δύο μεγάθεϊ μεγάλους χρύσεον καὶ ἀργύρεον. — ὁ δὲ ἀργύρεος — ἐπικίρναται ὑπὸ Δελφῶν Θεοφανίοισι· ΦΑCΙ δέ μιν Δελφοὶ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ἔργον εἶναι. — καὶ περιρραντήρια δύο ἀνέθηκε χρύσεόν τε καὶ ἀργύρεον, τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται Λακεδαιμονίων φαμένων εἶναι ἀνάθημα οὐκ ὀρθῶς λέγοντες: ἔϛι γὰρ καὶ τοῦτο Κροίσου. Mendosum esse locum τῶν τῷ χρυσέῳ — οὐκ ὀρθῶς λέγοντες manifestum est et quaerenda est vera lectio.

Madvigii coniecturam ipsam non redarguam, nisi sic ut me-

liorem et magis probabilem proferam. Est in eo loco lacuna orta (ut fieri assolet) propter ὁμοιοτέλευτον, quae quum vocabula nonnulla absorpsisset, reliqua manca et mutila intelligi non possunt. Herodoti Codices pleni sunt rimarum et lacunarum, sed aliae sunt in aliis: itaque pleraeque statim sarciuntur et explentur. Duae sunt Codicum Herodoti classes ac veluti stirpes, quarum altera *deterior* superest in libris antiquis et integerrimis, altera *multo melior* ad nos pervenit in libris deterrimis ac recentibus. Quae est deterior textus Herodotei recensio optimum testem habet Florentinum A; quae est aliquanto melior minime malum Romanum R, et omnis suppellex critica idonea et utilis ex his duobus libris hauriri potest spretis reliquis omnibus. Haec ego nunc paucis verbis pono tantum, diligenter et copiose demonstraturus ea omnia ubi de Herodoto dedita opera disserere et quae mihi annotata et collecta sunt ordine digerere et componere in otio dabitur. Sunt autem in Herodoto lacunae complures, aliae manifestae, nonnullae latentes, utroque teste longe longeque antiquiores, itaque utrique libro communes. In caeteris Codicis A pauculi tantum defectus ex R sarciuntur, contra Codicis R negligentissime descripti lacunas innumerabiles ex A suppletas videbis. Utilissimum est autem in his omnibus observare primum unde lacunae oriantur, deinde quo pacto lacunae ab aliquo correctore utcumque sarciantur, ut ordine procedere videatur oratio. Haec omnia cadunt in locum, quo de agimus. Agedum proponam eum, ut mihi sarciendus et corrigendus esse videtur, deinde quamobrem ita rescripserim dicam. Haec est, me iudice, Herodoti manus:

τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ,
διὰ δὲ ταύτην τὴν ἐπιγραφὴν Δελφοὶ Λακεδαιμονίων
φασὶν εἶναι ἀνάθημα οὐκ ὀρθῶς λέγοντες.

Lacuna nata est ut assolet: describentis oculi a priore ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ ad posterius aberrarunt, et ubi semel verba media perierunt, quod erat reliquum ἐπιγέγραπται Λακεδαιμονίων ΦΑCΙΝ εἶναι ἀνάθημα, corrector de illo genere quod nosti Λακεδαιμονίων φαμένων Musis iratis *correxit* scilicet. Dabitur mihi, credo, ἐπιγέγραπται ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ verum esse: hoc ipsum, ut palam est, in vetere donario erat inscriptum ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. Deinde hoc quoque mihi fortasse

dabis ex verbis οὐκ ὀρθῶς λέγοντες liquido apparere in praecedentibus aut ΦΑCΙ aut ΛΕΓΟΥCΙ scriptum fuisse. Quod si mihi forte non dabis, diligenter hos locos considera (utar potissimum ipso Herodoto teste): III. 45. εἰσὶ δὲ οἳ ΛΕΓΟΥCΙ τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου νικῆσαι Πολυκράτεα ΛΕΓΟΝΤΕC ἐμοὶ δοκέειν ΟΥΚ ΟΡΘΩC. VII. 129. αὐτοὶ μέν νυν Θεσσαλοί ΦΑCΙ Ποσειδέωνα ποιῆσαι τὸν αὐλῶνα δι' οὗ ῥέει ὁ Πηνειὸς ΟΙΚΟΥΑ ΛΕΓΟΝΤΕC. II. 134. πυραμίδα δὲ οὗτος ἀπελίπετο — τὴν δὴ μετεξέτεροί ΦΑCΙ Ἑλλήνων Ῥοδώπιος ἑταίρης γυναικὸς εἶναι ΟΥΚ ΟΡΘΩC ΛΕΓΟΝΤΕC. Audi nunc Philostratum in *Vitis Sophistarum* ita dicentem: pag. 497. εἰσὶ δὲ οἵ ΦΑCΙ καὶ τὰ πάρισα καὶ τὰ ἀντίθετα καὶ τὰ ὁμοιοτέλευτα Πῶλον εὑρηκέναι πρῶτον ΟΥΚ ΟΡΘΩC ΛΕΓΟΝΤΕC. Viden' Sophistam ab Herodoti prato flosculum decerpsisse? In sententia, quam restitui, nihil est quod reprehendas, ut opinor. Herodotus diu et multum Delphis commoratus multas fabulas, multa oracula a Delphensibus accepta memoriae prodidit. Simillimum est quod praecedit: ΦΑCΙ δέ μιν ΔΕΛΦΟΙ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ἔργον εἶναι. Sed (ut ille dicebat) aut hoc argumentorum satis est aut nescio quid sit satis.

Addam his alterius lacunae supplementum.

In Herodoti Codicibus omnibus I. 167 ita scriptum est: τῶν δὲ διαφθαρεισέων νεῶν τοὺς ἄνδρας οἵ τε Καρχηδόνιοι καὶ οἱ Τυρσηνοὶ ἔλαχόν τε αὐτῶν πολλῷ πλείους καὶ τούτους ἐξαγαγόντες κατέλευσαν ad hunc l. Stein: »*lacunam vidit Reiske, quam sic probabiliter expleveris* (post verba καὶ οἱ Τυρσηνοὶ) διέλαχον, τῶν δὲ Τυρσηνῶν οἱ Ἀγυλλαῖοι," deinde pro πολλῷ πλείους *correxit* πολλῷ πλείους. De lacuna nulla est dubitatio, quam equidem sic expleverim: οἵ τε Καρχηδόνιοι καὶ οἱ ΤΥΡCΗΝΟΙ (πρὸς ἀλλήλους διέλαχον, καὶ οἱ μὲν Καρχηδόνιοι ἐλάσσονάς τε ἔλαχον καὶ λύτρα πρηξάμενοι ἀπῆκαν, οἱ δὲ ΤΥΡCΗΝΟΙ) ἔλαχον τε αὐτῶν πολλῷ πλείους καὶ τούτους ἐξαγαγόντες κατέλευσαν. Sic enim simul intelligimus quo pacto sit nata lacuna, et contraria contrariis more Herodoteo opposita videmus.

Latet alia lacuna I. 74 in verbis: καὶ γάμων ΕΠΑΛΛΑΓΗΝ ἐποίησαν. Ἀλυάττεα γὰρ ἔγνωσαν δοῦναι τὴν θυγατέρα Ἀρύηνιν Ἀϛυαγέϊ τῷ Κυαξάρεω παιδί * * *. ἄνευ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες [ἰσχυραὶ] οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν. Res ipsa loquitur et ἐπαλλαγὴ γάμων clamat utrumque regem et *dedisse* filiam

in matrimonium et filio suo *accepisse*. Obiter dele ineptum ἰσχυραί.

Plures lacunas veteres male latentes indicabo alias.

De multis locis qui in Herodoteo opere adhuc corrupti circumferuntur et sunt tamen sanabiles, nunc nonnullos delibabo et primum eum, ubi et morbus est manifestus et remedium certum. Editur apud Herodotum VI. 76. Σπαρτιήτας ἄγων ἀπίκετο ἐπὶ ποταμὸν Ἐρασῖνον, ὃς λέγεται ῥέειν ἐκ τῆς Στυμφαλίδος λίμνης· τὴν γὰρ δὴ λίμνην ταύτην ἐς χάσμα ἀφανὲς ἐκδιδοῦσαν ἀναφαίνεσθαι ἐν Ἄργεϊ. Considera mihi ea verba paullo diligentius. Nihilne subolet? Intelligisne quo sensu τὸ χάσμα, in quod lacus praecipitat, dicatur ΑΦΑΝΕϹ? Potuitne ingens et vastum specu, quod lacum totum exhauriebat, fugisse oculorum aciem? Quid igitur scripserat Herodotus? Respondeat Parmenides apud Sextum Empir. pag. 213, 23 Bekk.

τὴν δὴ παρφάμεναι κοῦραι μαλακοῖσι λόγοισι
πεῖσαν ἐπιφραδέως ὥς σφιν βαλανωτὸν ὀχῆα
ἀπτερέως ὤσειε πυλέων ἄπο· ταὶ δὲ θυρέτρων
ΧΑϹΜ' ΑΧΑΝΕϹ ποίησαν ἀναπτάμενοι.

Hoc ipsum est quod rei natura requirit, *vasto hiatu patens* specu, neque pluribus utar in re non dubia testibus non necessariis.

Legitur VIII. 76. ἐς τὴν νησῖδα τὴν Ψυττάλειαν μεταξὺ Σαλαμῖνός τε κειμένην καὶ τῆς ἠπείρου πολλοὺς τῶν Περσέων ἀπεβίβασαν. Spurium est Ψυττάλειαν et sine mora expungendum. Satis pro imperio, dixerit aliquis, at ego contra mordicus retineo, nam quae est ea intemperies in alieno opere ingeniosum esse velle? Audi, quaeso, o bone, εἴ τί σοι δόξω λέγειν. Primum requiro articulum (τὴν) μεταξύ. Stephanus, dices, iam inseruit de suo. Tum vide quid continuo sequatur: ἐς δὲ τὴν νησῖδα τὴν Ψυττάλειαν καλεομένην ἀπεβίβαζον τῶν Περσέων. Viden' nunc *primum* insulae nomen commemorari? Eadem opera vocabulum νῆσον interpolatum delebis VIII. 95. ἐς τὴν Ψυττάλειαν [νῆσον] ἀπέβησε ἄγων, οἳ τοὺς Πέρσας τοὺς ἐν τῇ νησῖδι ταύτῃ κατεφόνευσαν πάντας. Quam inficetum et absurdum additamentum hoc est, dixeris. Vides tamen fideliter servari et retineri.

Alterum emblema non minus manifestum latuit tamen omnes

VIII. 84. Ἀμεινίης δὲ Παλληνεὺς ἀνὴρ Ἀθηναῖος ἐξαναχθεὶς νηὶ ἐμβάλλει. Quantocyus dele ineptum Παλληνεύς. Cur tandem? inquies. Quia absurdum est ubi τὸν δῆμον τῆς Ἀττικῆς, in quo quis censeatur, nominaveris, deinde addere eum hominem esse Atheniensem. Irrepsit ex cap. 93. ἤκουσαν ἄρισα — Ἀθηναῖοι Εὐμένης τε ὁ Ἀναγυράσιος καὶ Ἀμεινίης ὁ Παλληνεύς. Futilitatem eorum, qui ista interpolare solebant, mirari soleo, sed ubique certa eorum vestigia deprehendo et homuncionum *stilum agnosco.*

Addam his in paucis evidens emblema ab ipso Steinio feliciter deprensum IX. 93. πρόφαντα δέ σφι ἔν τε Δωδώνῃ καὶ ἐν Δελφοῖσι ἐγίνετο ἐπείτε ἐπειρώτευν [τοὺς προφήτας] τὸ αἴτιον τοῦ παρεόντος κακοῦ, [οἱ δὲ αὐτοῖσι ἔφραζον], ὅτι ἀδίκως τὸν φύλακον τῶν ἱρῶν προβάτων Εὐήνιον τῆς ὄψιος ἐςέρησαν, αὐτοὶ γὰρ ἐπορμῆσαι τοὺς λύκους. Non intellexerant scioli quid esset πρόφαντά σφι ἐγένετο, et ineptissime de suo inferserunt τοὺς προφήτας et οἱ δὲ αὐτοῖσι ἔφραζον. Itaque sic ΑΥΤΟΙ γὰρ ἐπορμῆσαι τοὺς λύκους ad oraculi antistites erit referendum! Ex hac fraude tam manifesta iudicari poterit quanta isti levitate et licentia grassarentur.

Subiiciam Herodoti locos complures aut corruptos aut interpolatos aut utrumque, et verbo dicam quae mihi vera scriptura esse videatur, confirmaturus eadem novis argumentis exemplisque ubi de Herodoti textu et Codicibus de industria disserendi data erit copia.

Quod apud Herodotum legitur VII. 169. ἡ δὲ Πυθίη ὑπεκρινατο »Ὦ νήπιοι, ἐπιμέμφεσθε ὅσα ὑμῖν ἐκ τῶν Μενέλεω τιμωρημάτων Μίνως ἔπεμψε μηνίων δακρύματα, ὅτι οἱ μὲν οὐ συνεξεπρήξαντο αὐτῷ τὸν ἐν Καμικῷ θάνατον γενόμενον, ὑμεῖς δὲ ἐκείνοισι τὴν ἐκ Σπάρτης ἁρπασθεῖσαν ὑπ' ἀνδρὸς βαρβάρου γυναῖκα; Sensu vacua sunt ὅτι οἱ μὲν — ὑμεῖς δέ. Minos ipse iratus ita dixisset: ΕΜΟΙ μὲν οὐ συνεξεπρήξασθε τὸν ἐν Καμικῷ θάνατον γενόμενον, ὑμεῖς δὲ ΕΚΕΙΝΟΙCΙ κτέ. itaque Herodotus sic dixerat: ὅτι οἱ μὲν οὐ συνεξεπρήξΑCΘΕ τὸν ἐν Καμικῷ θάνατον κτέ. et sic omnia plana sunt et perspicua. In ΟΙΜΕΝ inesse pronomen οἱ non animadverterunt: hinc οἱ μὲν οὐ συνεξεπρηξαΝΤΟ natum est et αὐτῷ additum. Praeterea ex Codice Romano R. receptum oportuerat μέμφεσθε, ut dicitur VIII. 106. ὥςε σε μὴ

μέμψασθαι (leg. μέμψεσθαι) τὴν δίκην, non ἐπιμέμψεσθαι. Μέμφεσθαι enim dicitur is, quem alicuius rei *poenitet*, id est qui non habet satis et plus petit. Quaerit Pythia, *an non* SATIS *poenarum dedistis?*

Eadem opera apud Herod. V. 94. ὅσοι Ἑλλήνων συνεπρήξαντο Μενέλεῳ τὰς Ἑλένης ἁρπαγάς, restitue συνΕΞεπρήξαντο. Cf. Herod. VII. 158. τὸν Δωριέος — πρὸς Ἐγεσαίων φόνον ἐΚπρήξασθαι.

Nunc Herodoti Historias ordine percurram.

Herod. I. 11. ὅθενπερ καὶ ἐκεῖνος ἐμὲ ἐπεδέξΑΤΟ γυμνήν. Est aliquid inter ἐπιδέξαι et ἐπιδέξασθαι. Scrib. ἐπέδεξΕ ΤΟΙ γυμνήν.

Herod. I. 27. emendandum censeo: νησιώτας δὲ τί δοκέεις ἀρᾶσθαι ἄλλο ἢ — λαβεῖν [ἀρώμενοι] Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ;

Herod. I. 72. ubi dixerat: οἱ δὲ Καππαδόκαι ὑπ' Ἑλλήνων Σύριοι οὐνομάζονται. post pauca scribit: ἔνθεν μὲν [Συρίους] Καππαδόκας ἀπέργει, ἐξ εὐωνύμου δὲ ΠαΦλαγόνας, interpolatio est manifesta.

In libro I. 80. ὡς ὄσΦρΑντο τάχιςα τῶν καμήλων οἱ ἵπποι, barbarum est ὄσΦραντο pro ὄσΦρΟντο. Vid. Elmsl. ad Aristophanis *Acharn.* 179.

οἱ δ' ὤσΦροντο πρεσβῦταί τινες,

qui loci Herodotei immemor fuit. Hesychio redde Ὤσφροντο: ᾤσθοντο, pro Ὠσφρῶντο. In Aeliani *Epist. Rustic.* XII. οὐ γὰρ ἦν αὐτὸν ἰδεῖν ἀλλ' ᾤσθοντο αὐτοῦ, reposuimus ὤσφροντο in Mnemos. 1873. pag. 223. Idem nunc Herodoto reddamus. Apud Aristidem Tom. II. p. 400 Dind. pro καὶ προσιόντων εὐθὺς ὤσφραντο ex melioribus libris ὤσφροντο restitutum est.

Herod. I. 172. ὥς σφι ἀπέδοξε ἔδοξε δὲ τοῖσι πατρίοισι μοῦνον χρᾶσθαι θεοῖσι, non est haec Graeca orationis forma ἀπέδοξε ἔδοξε δέ, sed ὥς σφι ΜΕΤέδοξε τοῖσι πατρίοισι χρῆσθαι. Vide ad Herod. VII. 15.

Herod. I. 202. ὁ δὲ Ἀράξης λέγεται καὶ μέζων καὶ ἐΕλάσσων εἶναι τοῦ Ἴςρου. Aenigmata Herodotus loquitur, si simul et *maior* et *minor* Istro Araxes esse dicitur. At tu scribe καὶ Μάσσων, et inspice de μάσσων et ἐλάσσων confusis *Nov. Lecit.* p. 723.

Herod. I. 207. ἐσσωθεὶς μὲν προσαποΛΛΥΕΙC πᾶσαν τὴν ἀρχήν. Quid *futurum* sit clade accepta Croesus commemorat; ergo προσαπολέεις reponendum.

In sqq. νικῶν δὲ οὐ νικᾷς τοσοῦτον ὅσον εἰ διαβὰς ἐς τὴν ἐκεί-

νων [νικῶν Μασσαγέτας] ἕποιο φεύγουσι. Unum vocabulum excidit et duo male sunt addita. Scrib. ὅσον ΑΝ εἰ — ἕποιο φεύγουσι. Expleta ellipsis ὅσον ἂν νικῴης fraudem statim arguit, et ineptum Μασσαγέτας post τὴν ἐκείνων.

Herod. II. 35. οἱ δὲ ἄνδρες κατ' οἴκους ΘΟΝΤΘϹ ὑφαίνουσι. Herodoteum est κατ' οἴκους ΘΧΟΝΤΘϹ, ut VI. 39. Μιλτιάδης δὲ — εἶχε κατ' οἴκους.

Herod. II. 41. ἐκ τῆς Προσωπίτιδος καλεομένης νήσου. — ἐν ταύτῃ ὦν [τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ] ἔνεισι — πόλιες συχναί. audisne magistellum interstrepentem?

Herod. II. 68. πάντων δὲ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ΘΝΗΤΩΝ τοῦτο ἐξ ἐλαχίστου μέγιστον γίνεται. Ridiculum est θνητῶν: emenda ΘΗΡΙΩΝ. πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν θηρίων.

Herod. II. 70. δέλφακα ζωὴν τύπτει, ἐπακούσας δὲ [τῆς φωνῆς] ὁ κροκόδειλος ἵεται κατὰ τὴν φωνήν. indicare satis est.

Herod. II. 75. τὰς δ' ἴβις [τὰς ὄρνιθας] ἀπαντώσας οὐ παριέναι. Quis nesciebat τὴν ἴβιν esse *avem?* et paullo ante cap. 67. dixerat: τὰς δὲ μυγαλέας καὶ τοὺς ἴρηκας ἀπάγουσι ἐς Βουτοῦν πόλιν, τὰς δ' ἴβις ἐς Ἑρμέω πόλιν.

Herod. II. 94. σπείρουσι τὰ σιλλικύπρια ταῦτα, τὰ ἐν Ἕλλησι αὐτόματα [ἄγρια] φύεται. Herodotus ut assolet scripserat αὐτόματα φύεται, ut IV. 74. καὶ αὐτομάτη καὶ σπειρομένη φύεται, et III. 100. αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς γινόμενον, et VIII. 138. φύεται αὐτόματα ῥόδα. Supervenit sciolus, qui ad αὐτόματα adscripsit ἄγρια, nunc iocularitер bis idem dicitur.

Herod. II. 106. ἐγὼ τήνδε τὴν χώρην ΩΜοισι τοῖσι ἐμοῖσι ἐκτησάμην. Intelligerem si ΟΠΛοισι scriptum esset. contra ὅπλων deleverim II. 141. in verbis φευγόντων σφέων γυμνῶν [ὅπλων].

Herod. II. 155. τὸ γὰρ χρηστήριον τοῦτο [τὸ ἐν Αἰγύπτῳ]. vide quae statim praecedunt.

Herod. II. 162. ὅμως δὲ αὐτΟΝ ἀξιοῦν τὸν Πατάρβημιν — ἰέναι. Pro αὐτόν sententia postulat αὖτις *iterum*.

Herod. III. 1. scripserat: ὃς μεμφόμενος Ἀμάσι (non Ἄμασιν) ὅτι μιν — ἔκδοτον ἐποίησε ἐς Πέρσας —, ταῦτα δὴ ἐπιμεμφόμενος ὁ Αἰγύπτιος ἐνῆγε κτέ. Pervertit omnia sciolus qui de suo addidit μεμφόμενος Ἀμάσι [ἔπρηξε ταῦτα] ὅτι μιν-, prorsus *supervacanea* alieno loco inserens.

Herod. III. 4. Καμβύσῃ — ἀπορέοντι [τὴν ἔλασιν] ὅκως τὴν ἄνυδρον διεκπερᾷ ἐπελθὼν φράζει. tolle emblema et omnia sunt expedita et integra.

Herod. III. 16. ἀλλὰ [ἄλλος] τῶν τις Αἰγυπτίων. permolesta dittographia est.

Herod. III. 28. τοσαῦτα δὲ εἴπας Ἐπάγειν ἐκέλευε τὸν Ἄπιν τοὺς ἱρέας. οἱ δὲ μετήϊσαν [ἄξοντες]. Necessarium ἄγειν est in R. Emblema est manifestum.

Herod. III. 32. νικωμένου δὲ τοῦ σκύλακος ἀδελφεὸν αὐτοῦ [ἄλλον σκύλακα] ἀπορρήξαντα τὸν δεσμὸν παραγενέσθαι οἱ. O lepidum caput, qui ἄλλον σκύλακα addendum putavit!

Herod. III. 35. — διατείναντα τὸ τόξον βαλεῖν [τὸν παῖδα]· πεσόντος δὲ τοῦ παιδὸς ἀνασχίζειν αὐτὸν κελεύειν. Vel auris admonet alterutrum aut τὸν παῖδα aut τοῦ παιδός abesse oportere. Βαλεῖν est ἀφεῖναι τὸ βέλος.

Herod. III. 36. ἀπὸ μὲν σεωυτὸν ὤλεσας, ἀπὸ δὲ [ὤλεσας] Κῦρον πειθόμενόν σοί. Qui Herodoti stilum probe cognitum habent deleto ὤλεσας reponent πιθόμενον σοί. Iuniores inspiciant II. 141. III. 126. V. 81. VIII. 33, 89 et IX. 5.

Herod. III. 38. ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι νόμον πάντων βασιλέα [φήσας] εἶναι. Qui φήσας addidit ποιῆσαι quid esset non intellexit.

Herod. III. 41. ὡς δὲ [ἀπὸ] τῆς νήσου ἑκὰς ἐγένετο. Similiter VIII. 53. ἔμπροσθε ὢν [πρὸ] τῆς ἀκροπόλιος. et IX. 93. [ἀπὸ] τῆς πόλιος ἑκάς.

Herod. III. 45. οὐδὲ λόγος αἱρέει τῷ ἐπίκουροί τε [μισθωτοί] καὶ τοξόται οἰκήϊοι ἦσαν πλήθεϊ πολλοί — ἐσσωθῆναι. Omnes ἐπίκουροι sunt μισθωτοί, ut in Attica οἱ ξένοι omnes. Cf. cap. 54. ἐπεξῆλθον οἵ τε ἐπίκουροι καὶ ΑΤΤΩΝ Σαμίων συχνοί.

Herod. III. 47. vera lectio haec esse videtur: οὐκ οὕτω τιμωρῆσαι βουλόμενοι Σαμίοισι ἐςρατεύοντο ὡς τίσασθαι τοῦ κρητῆρος τῆς ἁρπαγῆς. Vulgatur τιμωρῆσαι δεομένοισι (R. δεόμενοι) Σαμίοισι — τίσασθαι [βουλόμενοι] τοῦ κρητῆρος τῆς ἁρπαγῆς, ubi δεομένοισι male abundare et βουλόμενοι sua sede motum vides.

Herod. III. 49. αἰεὶ ἐπείτε ἔκτισαν τὴν νῆσον εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἐόντες ἑωυτοῖσι. Emendandum arbitror — τὴν νῆσον διατελεῦσι διάφοροι ἐόντες, ut VII. III. διατελεῦσι τὸ μέχρι ἐμεῦ αἰεὶ ἐόντες ἐλεύθεροι.

Herod. III. 52. εἴ τις συμφορὴ — Ἐγεγόνεϵ ἐμοὶ — γέγονε. Imo vero συμφορὴ — Γέγονε, ἐμοὶ γέγονε. *Si quid peccat, mihi peccat.* In his *idem* verbum repetendum est.

Herod. III. 53. Περίανδρος κήρυκα πέμπει βουλόμενος ΑΤΤΟϹ μὲν ἐς Κέρκυραν ἥκειν, ΈΚϵΙΝΟΝ δὲ [ἐκέλευε] ἐς Κόρινθον ἀπικόμενον διάδοχον γίνεσθαι τῆς τυραννίδος. Simul intelliges cur quis ἐκέλευε addiderit et compositionem loci id emblema respuere.

Herod. III. 56. ταύτην πρώτην ϛρατηΐην ἐς τὴν Ἀσίην [Λακεδαιμόνιοι] Δωριέες ἐποιήσαντο, perinde est ac si quis Ἀθηναῖοι Ἴωνες vellet dicere. Cf. V. 76.

Herod. III. 62. ὁ δὲ εἶπε· ὦ δέσποτα, οὐκ ἔϛι [ταῦτα ἀληθέα] ὅκως κοτέ τοι Σμέρδις ἀδελφεὸς ὁ σὸς ἐπανέϛηκε. Arctissime coniuncta esse apparet οὐκ ἔϛι ὅκως, neque ea divelli possunt, ut in Attica οὐκ ἔσθ' ὅπως. Neque οὐκ ἔϛι ἀληθέα ΌΚΩϹ dici potest pro ὅτι vel ὡς.

Male expleverunt ellipsin Herod. III. 65. μὴ ἀνασωσαμένοισι δὲ τὴν ἀρχὴν μηδὲ ἐπιχειρήσασι [ἀνασώζειν] τὰ ἐναντία τούτοισι ἀρῶμαι ὑμῖν γενέσθαι. Cogitatione supplendum ἀνασώζεσθαι, namque hoc est *recuperare* quod amissum est, non ἀνασώζειν. Paullo ante delendum σθένεϊ in verbis [σθένεϊ] κατὰ τὸ καρτερόν.

Herod. III. 68. οὔτε Ἀτόσσῃ δύναμαι ἐς λόγους ἐλθεῖν οὔτε ἄλλην οὐδεμίαν ἰδέσθαι τῶν συγκατΗμενέων γυναικῶν. Hoc quidem nullo pacto potuit fieri, sed una syllaba periit. Scrib. τῶν συγκατΟΙΚημενέων γυναικῶν. Una omnes habitabant in regia, sed seorsim.

Herod. III. 109. αἱ μέν νυν ἔχιδναι κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν εἰσι, οἱ δὲ ὑπόπτεροι ΈΟΝΤϵϹ ἀθρόοι εἰσὶ ἐν τῇ Ἀραβίῃ καὶ οὐδαμῇ ἄλλῃ. Emenda ΌΦΙϵϹ, οἱ δὲ ὑπόπτεροι ὄφιες ἀθρόοι εἰσί κτέ.

Herod. III. 115. τοῦτο μὲν γὰρ [ὁ Ἠριδανὸς] αὐτὸ κατηγορέει τὸ οὔνομα ὡς ἔϛι Ἑλληνικόν. Saltem commodiore loco ponere debuissent. Nunc fraus perpluit.

Herod. IV. 15. Μεταποντῖνοί φασι — τὸν μὲν εἴπαντα ταῦτα ἀφανισθῆναι, σφέας δὲ [Μεταποντῖνοι λέγουσι] ἐς Δελφοὺς πέμψαντας τὸν θεὸν ἐπειρωτᾶν κτέ. Solent scioli huiuscemodi fulcra supponere, non veteres.

Herod. IV. 33. οὕτω δὴ — τοὺς πλησιοχώρους ἐπισκήπτειν [κελεύοντας] προπέμπειν σφέα ἀπ' ἑωυτῶν ἐς ἄλλο ἔθνος, deleto κελεύοντας emenda τοῖσι πλησιοχώροισι ἐπισκήπτειν.

Herod. IV. 68. ἄλλοι μάντιες καὶ ΜΑΛΑ ἄλλοι. Imo vero ΠΑΛΙΝ, καὶ πάλιν ἄλλοι.

Herod. IV. 90. ὁ Τέαρος λέγεται — ἀνδράσι καὶ ἵπποις ψώρην ἀκέCΑσθαι. Non semel hoc *fecit*, sed semper *faciebat*. Ergo rescribendum ἀκέϵσθαι.

Herod. IV. 132. ἢν μὴ ὄρνιθες γενόμενοι ἀνάπτησθε ἐς τὸν οὐρανόν, ὦ Πέρσαι, ἢ μύες [γενόμενοι] κατὰ τῆς γῆς καταδύητε ἢ βάθρακοι [γενόμενοι] ἐς τὰς λίμνας ἐσπηδήσητε οὐκ ἀπονοςήσετε ὀπίσω ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμάτων [βαλλόμενοι]. Quam praeclarum locum homines nihili ineptis suis additamentis inquinarunt!

Eosdem in opere videbis IV. 148. παραιτέεται ὁ Θήρας ὅκως μήτε φόνος γένηΤΑΙ αὐτός τε [ὑπεδέδεκτο] σφεας ἐξάξειν ἐκ τῆς χώρης. Ipsa verborum compositio ὅκως μήτε — τε via ducit ad veram scripturam, quae haec est: ὅκως μήτε φόνος γενήϹϵΤΑΙ αὐτός τέ σφεας ἐξάξϵΙ ἐκ τῆς χώρης. Viden' interpolatorem ἐπ' αὐτοφώρῳ teneri?

Herod. IV. 196. οὔτε γὰρ αὐτοὺς τοῦ χρυσίου ἅπτεσθαι — οὔτ' ἐκείνους τῶν φορτίων [ἅπτεσθαι] κτέ. necessariam ellipsin male explentes vexant nobis aures.

Herod. V. 1. οἱ ἀπὸ Στρυμόνος Παίονες — ἐποίευν [οἱ Παίονες] ταῦτα. nondum obliti sumus, de quibus haec dicantur.

Herod. V. 4. κατὰ δὲ τὸν ΓΙνόμενόν σφι καὶ ἀποΓΙνόμενον ποιεῦσι τοιάδε. Res ipsa clamat ΓϵνόμενονΙ et ἀποΓϵνόμενον verum esse.

τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά,
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Quid diceres si φυόμενον (γιγνόμενον) aut θνήσκοντα Euripides dixisset? Dindorfius tamen edidit τὸν ἀπογινόμενον — γῇ κρύπτουσι, id est »*morientem* sepeliunt." Melius Stein, sed superiora quoque emendata oportuit. Nisi forte in his libri sunt consulendi.

Herod. V. 12. — ἐς τὴν 'ΑσίΗΝ. [ἦν] Πίγρης καὶ Μαντύης ἄνδρες Παίονες [οἱ] ἐπείτε Δαρεῖος διέβη ἐς τὴν 'Ασίην — ἀπικνέονται ἐς Σάρδις. Mendosum est ἦν pro ἦσαν positum. Vitio natum est ex 'ΑσίΗΝ quod praecedit: quo facto nescio quis οἱ de suo addidit.

Herod. V. 22. Ἕλληνας δὲ τούτους εἶναι — αὐτός τε οὕτω

τυγχάνω ἐπιςάμενος καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι ἀποδέξω [ὥς εἰσι Ἕλληνες]. Est aliquid inter Herodoti lacteam ubertatem et inanem hanc loquacitatem, ut opinor.

Herod. V. 36. ὅκως ναυκρατεες (Codd. ναυκράτεες. Bekker ναυκρατέες.) τῆς θαλάσσης ἔσονται. Vehementer mihi forma ναυκρατής de mendo suspecta est. Novi αὐτοκράτωρ, θαλασσοκράτωρ, ναυκράτωρ et similia imperii nomina in -ωρ non in -ής exeuntia. Itaque legerim ναυκράτορες, ut VI. 9. μὴ οὐκ ἐόντες ναυκράτορες, et apud Thucydidem et alios.

Post pauca πολλὰς ειχε ἐλπίδας, corrige πολλὰς ΕΧΕΙΝ ἐλπίδας nempe ἔφη λέγων ὁ Ἑκαταῖος, nam Hecataei haec verba sunt, non Herodoti.

Herod. V. 57. ἐδέξαντο σφέων αὐτῶν εἶναι πολιήτας ΠΟΛΛΩΝ τέων καὶ οὐκ ἀξιαπηγήτων ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι. Sententia contrarium postulat ΟΛΙΓΩΝ, ὀλίγων τέων καὶ οὐκ ἀξιαπηγήτων.

Herod. V. 62. συγκειμένοΤ σφι πωρίνου λίθου ποιέειν τὸν νηόν. Graecum est in tali re συγκείμενΟΝ.

Herod. V. 63. τὰ γὰρ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ΑΝΔΡΩΝ. Homerus sic loquitur: Herodoti est dicere τῶν ΑΝΩΝ (ἀνθρώπων), ne mulieres exceptae et exclusae esse videantur.

Herod. V. 82. ἐδέοντο ὧν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίων ἐλαίην σφι δοῦναι ταμέσθαι, ἱροτάτας δὴ ἐκείνας νομίζοντες εἶναι· λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι ἦσαν ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον [ἢ ἐν Ἀθήνῃσι]. Antiquissimi libri ἢ ἐν ἀθήναις exhibent. Non est hercle vetus scriptor Ionicus, qui haec addidit, sed sciolus qui credebat oleas illas in urbe nasci. Herodotus saltem ἐν τῇ Ἀττικῇ dixisset.

Herod. V. 83. Αἰγινῆται Ἐπιδαυρίων ἤκουον τά τε ἄλλα καὶ δίκας διαβαίνοντες ἐς Ἐπίδαυρον ἐδίδοσάν τε καὶ ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων [οἱ Αἰγινῆται], metuebat homuncio ne oblivisceremur.

Post pauca scribe: ἄλλα τε δὴ ἐόντες διάφοροι ἐδηλέοντο — καὶ δὴ καὶ τὰ ἀγάλματα ταῦτα [τῆς τε Δαμίης καὶ τῆς Αὐξησίης] ὑπαιρέονται.

Herod. V. 86. Ἀθηναίους μὲν δὴ ταῦτα ποιέειν· σφέας δὲ [Αἰγινῆται λέγουσι] — ἑτοίμους Ἀργείους ποιήσασθαι. Obliviosi sunt scioli in sententia paullo longiore: itaque admonent unde accusativi pendeant. Vide ad IV. 15.

Herod. V. 91. τὸ γένος τὸ Ἀττικὸν — κατεχόμενον ὑπὸ τυραννίδος ἀσθενὲς καὶ πειθαρχέεσθαι ἕτοιμον. Ridemus Datidis χαίρομαι, sed non minus ridicula serio audimus, quale est πειθαρχέεσθαι pro πειθαρχέειν. Non minus constanti Graecorum usu certum est πειθαρχῶ quam χαίρω. Suspicor scriptum olim fuisse πειθαρχέειν, cui supra scriptum ἄρχεσθαι, deinde ex utroque conflatum esse monstrum verbi πειθΑΡΧΘεΣΘΑΙ. Herodoto reddemus πειθαρχέΘΙΝ ἕτοιμον.

Herod. V. 91. ἐπείτε δὲ ἐκεῖνα ποιήσαντες ἡμάρτομεν νῦν πειρησόμεθά σφεας ἅμα ὑμῖν ἀπικόμενοι τίσασθαι. Pro ἀπικόμενοι τίσασθαι est in quibusdam libris ἀκεόμενοι omisso τίσασθαι. Haec vera lectio est! πειρησόμεθά ΣΦΕΑ ἅμα ὑμῖν ΑΚΕΟΜΕΝΟΙ. Herodotus *fere semper* πειρᾶσθαι cum participio componit, quod quum sciolus forte non meminisset temere et confidenter τίσασθαι de suo addidit et ΑΚΕΟΜΕΝΟΙ non minus inconsiderate in ἀπικόμενοι refinxit. Reperit veram scripturam Eltz. apud Steinium, qui tamen vulgatae vitium fideliter servavit ne absurdo quidem ἀπικόμενοι, ut videtur, offensus. In optimo Codice Romano R liber V desideratur, sed Urbinas et Cantabrigiensis, eiusdem recensionis testes, diserte ἀκεόμενοι sine τίσασθαι servant, et idem corrector Codicis B ex meliore libro in textum recepit.

Tales loci optime qualis sit librorum fides declarant et quanta licentia scioli et correctores olim grassarentur.

Quam recte dicatur πειρησόμεθα ἀκεόμενοι hi loci monstrabunt. Herod. II. 73. πειρᾶσθαι φορέοντα IV. 125. πειρήσονται ἐσβαλόντες. V. 93. πειρήσεσθε κατάγοντες. VI. 5. ἐπειρᾶτο κατιών. VI. 9. πειράσθω ἀποσχίζων. VI. 50. ἐπειρᾶτο συλλαμβάνων. VII. 139. ἐπειρέοντο ἀντιεύμενοι. VII. 148. πειρήσονται παραλαμβάνοντες. VII. 172. πειρησόμεθα μηχανεόμενοι. IX. 26. ἐπειρῶντο κατιόντες. IX. 53. ἐπειρῶντο πείθοντες. Sic igitur nostro loco dictum est πειρησόμεθά σφεα ἅμα ὑμῖν ἀ κ ε ό μ ε ν ο ι.

Herod. V. 93. Λακεδαιμονίοισι ἐπεμαρτυρΘοντο μὴ ποιέειν μηδὲν νεώτερον. Vera lectio est ἐπεμαρτύΡΟΝΤΟ, quam video olim a Reiskio repertam sed a Steinio spretam. Hoc est post repertas fruges glandibus vesci. Ἐπιμαρτυρεῖν est *testimonium dare*, testimonio suo confirmare, et ἐπιμαρτυρεῖσθαι (passivum) testimoniis confirmari, testium fide constare. Ἐπιμαρτύρεσθαι

contra est *obtestari*. Quid multa? ἐπιμαρτυρήσει ipse Herodotus V. 92 in fine: ἐπιμαρτυρόμεθα — μὴ κατιςάναι τυραννίδας ἐς τὰς πόλις.

Ad emendandas Herodoti Historias aut parum aut nihil conferre video aliorum scriptorum Herodotea laudantium testimonia ab Editoribus sedulo undique collecta. Non memini unum esse Herodoti locum, qui in Codicibus depravatus ex alio scriptore sit in integrum restitutus, et quem ipse reperi unicum, in eo video Codicum scripturam deteriorem ab Editoribus potiorem haberi. Locus est apud Herodotum V. 87. αὗται δὲ αἱ νέες ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροισι. Audi nunc Plutarchum *de Malign. Herod.* p. 861. A. hunc ipsum locum exagitantem: ἃς Ἀθηναῖοι ναῦς ἐξέπεμψαν Ἴωσι τιμωροὺς ἀποςᾶσι βασιλέως ΑΡΧΕΚΑΚΟΥϹ ἐτόλμησε προσειπεῖν. En veram lectionem! αὗται δὲ αἱ νέες ἀρχέκακοι ἐγένοντο. Ad haec et olim et nunc omnibus statim in mentem veniunt Homerica Iliad. E. 63.

ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐΐσας
ἀρχεκάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο.

Quis non videt Herodotum τὸν τοῦ Ὁμήρου ζηλωτὴν *de industria* vocabulo Homerico esse usum, ut in lectorum et auditorum animis tacita subnasceretur comparatio inter mala et calamitates, quas bellum Troianum, et quas bella Persica attulissent: quod quum uno solo verbo scite lepideque fecisset scribarum socordia venustatem omnem et leporem loci funditus sustulit.

Herod. V. 106. ἐπόμνυμι — μὴ μὲν πρότερον ἐκδύσΑσθαι τὸν κιθῶνα. Non meminisse Editores ἐκδύσασθαι pro ἐκδῦναι esse barbarum! Et Dindorfium quidem festinantem id fugit: Steinius quamquam admonitus Herodotum suum βαρβαρίζειν patitur. Praeterea ἐπόμνυμι clamat *futurum* poni oportere: non audiunt.

Herod. VI. 14. οὐκ ἔχω ἀτρεκέως συγγράψαι οἵτινες τῶν Ἰώνων ἐγένοντο ἄνδρες κακοὶ [ἢ ἀγαθοί] ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ· ἀλλήλους γὰρ καταιτιῶνται. Pessumdedit omnia ineptissimum additamentum ἢ ἀγαθοί, quod et cum loci sententia pugnat et verborum compositioni aptari non potest: nam Graeca structura est οἵτινές τε ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐγένοντο καὶ οἵτινες κακοί. Sciolus qui meminerat *non omnes* Iones officio defuisse de suo ἢ ἀγαθοί commentus est.

Herod. VI. 39. Μιλτιάδεα τὸν Κίμωνος — ἀποςέλλουσι τριήρεϊ οἱ Πεισιςρατίδαι, οἵ μιν καὶ ἐν Ἀθήνῃσι ἐποίουν εὖ ὡς οὐ συνειδότες δῆθεν τοῦ πατρὸς [Κίμωνος] αὐτοῦ τὸν θάνατον. Non opus est, meminimus; et dixisset saltem τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Κίμωνος. Nunc quidem Steinium habeo assentientem, qui, ut nunc video, Κίμωνος *seclusit*.

Post pauca in verbis Μιλτιάδης — εἶχε κατ' οἴκους τὸν ἀδελφεὸν Στησαγόρεα δηλαδὴ ἘΠΙΤΙΜΕΩΝ. Nihil est ἐπιτιμέων, et quia nihil aliud Miltiades abdens se domi simulare (δηλαδή) potuit quam se fratrem suum LUGERE, et unicum est Graecis verbum *lugendi*, sequitur emendandum esse τὸν ἀδελφεὸν — δηλαδὴ ΠΕΝΘΕΩΝ, et hoc quoque indicium esto quam male habiti sint libri Mss. quibus hodie utimur.

Herod. VI. 41. Μιλτιάδης γνώμην ἀπεδέξατο ἐν τοῖσι Ἴωσι πείθεσθαι [κελεύων] τοῖσι Σκύθῃσι. Verbum κελεύειν sciolis est in deliciis eoque passim abutuntur in fulciendis illis, quae fulcro minime indigebant.

Attigimus iam supra pag. 286 verba Herodoti VI. 52. τὴν δὲ οὐδὲ αὐτὴν φάναι διαγινώσκειν, εἰδυῖαν ΜΕΝ καὶ τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα, βουλομένην ΔΕ, εἴκως ἀμφότεροι γενοίατο βασιλέες. Nulla est in his oppositio, quam tamen res ipsa statim indicat: οἶδα μὲν λέγειν, οὐ τολμῶ δέ, aut οἶδα μὲν λέγειν, οὐ βούλομαι δέ. Illa legitur apud Herodotum IX. 42. σιωπώντων δὲ τῶν ἐπικλήτων, τῶν μὲν οὐκ εἰδότων τοὺς χρησμούς, τῶν δὲ εἰδότων μὲν ἐν ἀδείῃ δὲ οὐ ποιευμένων τὸ λέγειν, haec nostro loco: εἰδυῖαν μὲν καὶ τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα, ΟΥ βουλομένην δέ.

Herod. VI. 52. ἀμφότερα τὰ παιδία ἩΓΗσασθαι βασιλέας, τιμᾶν δὲ μᾶλλον τὸν γεραίτερον, imo vero ϹΤΗσασθαι, ut V. 42. οἱ Λακεδαιμόνιοι — ἑςήσαντο βασιλέα τὸν πρεσβύτατον, et alibi passim.

Herod. VI. 56. ἐν τῇσι ἐξοδίῃσι. Labentis et decrepitae Graecitatis est ἐξοδεύω et ἐξοδεία (non ἐξοδία). Repone ἐν τῇσι ἐξόδοισι, id est ἐν ταῖς ςρατείαις.

Herod. VI. 69. ἐκ δὲ ὀνοφορβῶν αὐτῷ τε Λευτυχίδῃ καὶ τοῖσι ταῦτα λέγουσι τίκτοιεν αἱ γυναῖκες [παῖδας]. Metuit Graeculus ne τίκτοιεν solum non intelligeremus. Herodotus tamen saepius solum ponit, ut V. 39. VI. 139. IX. 93. Ipsa sedes fraudem patefacit, quemadmodum VI. 75. Λακεδαιμόνιοι Κλεομένεα —

κατῆγον — ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι [ἐς Σπάρτην] τοῖσι καὶ πρότερον ἦρχε. Etiam si ἐς Σπάρτην stare posset, tamen illic collocari numquam potuit.

Sequitur κατελθόντα δὲ αὐτὸν αὐτίκα ὑπέλαβε μανίη νοῦσος. In libris melioribus est μανίης νοῦσος, sed neque hoc sanum est neque illud. Fuerat olim MANIACNOTCOC: genitivus esse videtur, itaque μανίης corrigunt; at tu scribe μανιὰς νοῦσος.

Herod. VI. 77. in oraculo:

ὥς ποτέ τις ἐρέει καὶ Ἐπεσσομένων ἀνθρώπων.

Quod *futurum* est appellatur τὸ ἐσσόμενον (ut in τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα) non ἐπεσσόμενα. At tu disseca in ἐπ' ἐσσομένων ἀνθρώπων.

Herod. VI. 84. αὐτοὶ δὲ Σπαρτιῆταί φασι — Σκύθας τοὺς νομάδας — πέμψαντας ἐς Σπάρτην συμμαχίην τε ποιέεσθαι καὶ συντίθεσθαι ὡς χρεὸν εἴη αὐτοὺς μὲν [τοὺς Σκύθας] παρὰ Φᾶσιν ποταμὸν — ἐσβαλεῖν, CΦEAC δὲ [τοὺς Σπαρτιήτας κελεύειν] ἐξ Ἐφέσου ὁρμεομένους ἀναβαίνειν. Satis habeo haec ostendere. Qui et Herodoti consuetudinem et sciolorum longo usu habet cognitam penes eum iudicium esto.

Herod. VI. 97. νῦν ὦν ΚΑΙ ΆΠΙΤΕ ἐπὶ τὰ ὑμέτερα αὐτῶν, emenda ΚΑΤΙΤΕ, κάτιτε ἐπὶ τὰ ὑμέτερα.

Herod. VI. 106. ἦν γὰρ ἱσαμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτη, εἰνάτῃ δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι ἔφασαν μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου. Huius scripturae vitium est manifestum: quasi vero de *uno* die ageretur. Sententia manifesto haec fuit: *negabant se ad bellum profecturos anteaquam esset plenilunium*, et erat lunae *nonus* dies. Quid multa? ΕΙΝΑΤΗ bis scriptum est quum semel deberet. Legendum — εἰνάτη, οἱ δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθαι κτέ.

Ferrine posse putas VI. 116. ὡς ποδῶν εἶχον [τάχιστα], et cap. 117. ἐν ταύτῃ τῇ [ἐν Μαραθῶνι] μάχῃ, quasi saepius sit Marathone pugnatum. Quam sint illa emblemata puerilia vides. Ne pueros quidem opus erat admoneri ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ dictum esse de pugna apud Marathonem.

Herod. VI. 119. ἄσφαλτον καὶ ἅλας καὶ ἔλαιον ἀρύσσονται ἐξ αὐτοῦ. Forma ἀρύσσονται non est Graeca, Dindorfii ἀφύσσονται non est Herodotea, tu scribe Ὀρύσσονται.

Herod. VI. 121. θῶμα δέ μοι — Ἀλκμεωνίδας ἄν κοτε ἀναδέξαι Πέρσῃσι ἐκ συνθήματος ἀσπίδα βουλομένους ὑπὸ βαρβάροισί τε

εἶναι [Ἀθηναίους] καὶ ὑπ' Ἱππίῃ. *Ipsi* Alcmeonidae videbantur Herodoto sub barbaris et Hippia esse nolle.

Herod. VI. 132. λέγων τοιαῦτα αἴτεε τὰς νέας. Ἀθηναῖοι δὲ τούτοισι ἐπαρθέντες ΠΑΡέδοσαν. Athenienses eas naves petenti Miltiadi *dederunt*, non *tradiderunt*: itaque necesse est pro παρέδοσαν reponere ἔδοσαν.

Herod. VI. 133. ἔπλεε ἐπὶ Πάρον πρόφασιν [ἔχων] ὡς οἱ Πάριοι ὑπῆρξαν πρότεροι στρατευόμενοι τριήρεϊ ἐς Μαραθῶνα. Noto usu πρόφασιν absolute ponitur, vid. Thucyd. III. 111. VI. 33.

Herod. VI. 139. ἡ δὲ Πυθίη σφέας ἐκέλευε Ἀθηναίοισι δίκας διδόναι ταύτας τὰς ἂν αὐτοὶ Ἀθηναῖοι δικάσωσι. Verbo δικάζειν in tali re locus non est: corrigendum ΔΙΚΑΙΩCΙ, τὰς ἂν αὐτοὶ Ἀθηναῖοι δικαιῶσι.

Simillimus huic locus est IX. 93. πρὶν ἢ δίκας δῶσι τὰς ἂν αὐτὸς [ἕληται καὶ] δικαιοῖ, ubi δικαιοῖ traxit interpretamentum ἕληται, quod de more insinuavit se in textum.

Herod. VII. 9. Ἰνδοὺς καὶ Αἰθίοπας — καταστρεψάμενοι [δούλους] ἔχομεν. Pro perfecto κατέστραμμαι noto usu eleganter dicitur καταστρεψάμενος ἔχω, quod quum Herodotus dixisset, supervenit sciolus cum suo δούλους, nescius in καταστρεψάμενοι ἔχομεν id ipsum inesse.

Herod. VII. 15. πέμπει ἄγγελον ἐπὶ Ἀρτάβανον [καλέοντα]. Utroque modo recte dicitur aut ἐπὶ Ἀρτάβανον aut Ἀρτάβανον καλέοντα (futurum, *qui vocet*), sed utrumque coniungere absurdum est. In meliore recensione Codicis R. grammaticus aliquis ἐπί delevit. Melius est καλέοντα tollere, nam quis tandem si legeretur πέμπει ἄγγελον Ἀρτάβανον καλέοντα praepositionem adderet? Sed ubi *arcessendi* sensu ἐπί τινα scriptum erat saepe vidi sciolos interpretantes. Vide infra ad Thucydidem VI. 53.

Post pauca legitur μετὰ μέντοι οὐ πολλὸν χρόνον μετέγνων [ἔγνων δὲ] ταῦτά μοι ποιητέα ἐόντα τὰ σὺ ὑπεθήκαο. Turpe vitium vides contra certum et perpetuum antiquorum dicendi usum. Thucyd. I. 44. μετέγνωσαν — ξυμμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι —, ἐπιμαχίαν δέ. Herod. VII. 12. μετὰ δὴ βουλεύεαι, ὦ Πέρσα, στράτευμα μὴ ἄγειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. VII. 13. ὡς ὦν μεταδεδογμένον μοι μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἥσυχοι ἔστε. Amiserant hunc usum Graeculi et suam loquendi συνήθειαν antiquis obtrudunt.

Herod. VII. 23. σῖτος — ἀληλεσμένος, veteres ἀληλεμένος dicebant, ut ἐληλαμένος.

Herod. VII. 40. ϛρατὸς παντοίων ἐθνέων ἀναμίξ [οὐ διακεκριμένοι], irrepsit ex margine.

Herod. VII. 64. [ἀξίνας] σαγάρις εἶχον, quas Herodotus σαγάρις vocat, eas post Herodotum ἀξίνας appellabant.

Herod. VII. 101. ἐθέλω μέντοι καὶ τὸ ἀπὸ σεῦ [ὁκοῖόν τι λέγεις περὶ τούτων] πυθέσθαι, explicuit nescio quis quid esset τὸ ἀπὸ σεῦ.

Herod. VII. 142. ἡ γὰρ ἀκρόπολις τὸ πάλαι [τῶν Ἀθηνέων] ῥηχῷ ἐπέφρακτο. Vitiose abundat et alieno loco positum est.

Herod. VII. 143. ἐβουλεύσαντο κατασκόπους πέμπειν ἐς τὴν Ἀσίην — ἐς Ἄργος τε ἀγγέλους — καὶ ἐς Σικελίας ἄλλους [πέμπειν] παρὰ Γέλωνα. Fulcrum inutile et molestum.

Herod. VII. 145. συλλεγομένων δὲ ἐς τωὐτὸ τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα [Ἑλλήνων τῶν] τὰ ἀμείνω φρονεόντων, expunge ineptum emblema. Cf. VII. 172. πρόβουλοι τῆς Ἑλλάδος ἀραιρημένοι ἀπὸ (leg. ὑπὸ) τῶν πολίων τῶν τὰ ἀμείνω φρονεουσῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα.

Herod. VII. 157. ἐπάγων πάντα τὸν ἠοῖον ϛρατόν [ἐκ τῆς Ἀσίης], Herodotus idem iam melius dixerat, quemadmodum VII. 158 in verbis ἐπειδὴ περιελήλυθε ὁ πόλεμος [καὶ ἀπῖκται] ἐς ὑμέας.

Herod. VII. 236. οὐδὲν τὸ παρεὸν τραῦμα ἀνιεῦνται. Sententia postulat *sarcient*, *reparabunt*. Itaque Reiske ἀκέσονται coniecit, Graecum est ἀκέονται. Futuri est eadem forma quae praesentis temporis, ut in καλέεσθαι, τελέεσθαι, γαμέεσθαι.

Herod. VIII. 8. ἐν νόῳ εἶχε καὶ πρότερον αὐτομολήσειν ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' οὐ γάρ οἱ παρέσχε ὡς τότε. Excidit una literula. Scrib. παρέσχε Ἕως τότε. *Nunc demum* oblata occasio est.

Herod. VIII. 25. πάντΕς δὲ ἠπιϛέατο τοὺς κειμένους εἶναι [πάντας] Λακεδαιμονίους καὶ Θεσπιέας. Scribe πάντας pro πάντες et seq. πάντας expunge.

Herod. VIII. 53. ὡς δὲ εἶδον αὐτοὺς ἀναβεβηκότας — [ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν], male abundat et vitiose dictum est.

Herod. VIII. 65. ὀρτὴν — ἄγουσι — τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κούρῃ, imo vero τῇ ΔΗμητρι.

Herod. VIII. 73. δοκέουσι μοῦνοι εἶναι Ἴωνες, ἐκδεδωρίευνται δὲ ὑπό τε Ἀργείων [ἀρχόμενοι] καὶ τοῦ χρόνου. Verborum compositio cogit ὑπὸ τοῦ χρόνου ἀρχόμενοι coniungere, quod absur-

dum est. Ostendi et pluribus posthac ostendam quam facile in tali re participia spuria supponantur.

Herod. VIII. 86. τῶν Ἑλλήνων σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων [κατὰ τάξιν], eodem sensu veteres dicebant σὺν κόσμῳ, caeteri κατὰ τάξιν.

Ecce iterum ἐκέλευε vitio natum Herod. VIII. 101. τὸ ἐντεῦθεν δὲ περὶ τῆς ἐκείνου ποιέεσθαι ἤδη τὸν ἀγῶνα [ἐκέλευε], omisso emblemate omnia bene habent: etiam nunc perincommoda sedes fraudem arguit.

Herod. VIII. 109. ἀκήκοα — ἄνδρας ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας [νενικημένους] ἀναμάχεσθαί τε καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν προτέρην κακότητα. Quod νενικημένους significat multo melius inest in ʼΑΝΑμάχεσθαι et in τὴν προτέρην κακότητα.

Herod. VIII. 111. οὐδέκοτε γὰρ τῆς ἑωυτῶν ἀδυναμίης τὴν ʼΑθηναίων δύναμιν εἶναι κρείσσω. Sententia est: *namque numquam* FORE, *ut* cet. Itaque inserendum οὐδέκοτε γὰρ ʼΑΝ κτέ.

Herod. VIII. 138. ἐντεῦθεν δὲ ὁρμεόμενοι [ὡς ταύτην ἔσχον] κατεςρέφοντο καὶ τὴν ἄλλην Μακεδονίην. Sentisne quam haec vitiose abundent? quasi vero quis posset ὁρμᾶσθαι ἐκ χώρου ὃν οὐκ ἔχει.

Herod. VIII. 140. ἢν ἡμέας ὑπερβάλησθε [καὶ νικήσητε]. Nihil aliud est ὑπερβάλλεσθαι quam νικᾶν, et multo acrius verbum est.

Herod. VIII. 143. ἀπάγγελλε Μαρδονίῳ [ὡς ʼΑθηναῖοι λέγουσι] — μήκοτε ὁμολογήσειν ʼΗΜΕΑϹ Ξέρξῃ. Haeccine pro genuinis et Herodoteis haberi!

Herod. IX. 2. οἱ Θηβαῖοι κατελάμβανον τὸν Μαρδόνιον λέγοντες ὡς οὐκ εἴη χῶρος ἐπιτηδεώτερος ἐνςρατοπεδεύεσθαι ἐκείνου. Thebani Mardonium in Atticam properantem his verbis in Boeotia retinebant. Haec vera lectio est. In libris sic legitur: κατελάμβανον τὸν Μαρδόνιον [καὶ συνεβούλευον αὐτῷ] λέγοντες.

Herod. IX. 33. Λακεδαιμόνιοι (τὸν Τισαμενὸν) ἐποιήσαντο λεωσφέτερον. Monstrum verbi est λεωσφέτερον et a Graecitate prorsus alienum. Sententia postulat ἐποιήσαντο πολιήτην σφέτερον, ut paucis interpositis iterum dixit ἣν μιν πολιήτην σφέτερον ποιήσωνται.

Herod. IX. 55. ταύτῃ τῇ ψήφῳ ψηφίζεσθαι ἔφη μὴ φεύγειν τοὺς ξείνους [ξείνους λέγων τοὺς βαρβάρους], perperam haec repetita sunt ex IX. 11. In sqq. τὰ ἐντεταλμένα λέγειν [ὁ Παυσανίης] ἐκέλευε nomen Pausaniae est interpolatum.

Herod. IX. 60. νῦν ὦν δέδοκται τὸ ἐντεῦθεν τὸ ποιητέον ἡμῖν, imo vero δέδΕκται, id est φανερόν ἐςι, *dehinc quid sit nobis agendum* PALAM EST.

Herod. IX. 65. ἐμπρήσαντας [τὸ ἱρὸν] τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον, ineptum emblema.

Herod. IX. 71. ἠρίςευσε δὲ τῶν βαρβάρων πεζὸς μὲν ὁ Περσέων, ἵππος δὲ ἡ Σακέων, ἀνὴρ δὲ [λέγεται] Μαρδόνιος, elegantem verborum structuram emblema corrupit.

Herod. IX. 71. βουλόμενον φανερῶς ἀποθανεῖν ἐκ τῆς παρεούσης οἱ ΑΙΤΙΗC, emenda ΆΤΙΜΙΗC, ἐκ τῆς παρεούσης οἱ ἀτιμίης, quod solum participio παρεούσης convenit.

Herod. IX. 78. Λάμπων ὁ Πυθέεω ΑἰγινητΕΩΝ τὰ πρῶτα, tribus literulis repetitis scrib. Αἰγινητέων ΈΩΝ τὰ πρῶτα, ut VI. 100. ἐὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα.

Post pauca legitur: σὺ δὲ καὶ [τὰ λοιπὰ] τὰ ἐπὶ τούτοισι ποίησον. Idem est in tali re τὰ λοιπά et τὰ ἐπὶ τούτοισι, sed hoc veteres utebantur, sequiores illo.

Herod. IX. 81. Παυσανίῃ δὲ πάντα δέκα ἐξαιρέθη [τε καὶ ἐδόθη]. Fugiebat homunciones hoc in illo contineri, ut in τὴν δεκάτην τοῖς θεοῖς ἐξαιρεῖν, ubi quid diceres si quis καὶ διδόναι addere vellet. Itaque optime Codex R ea verba omittit.

Herod. IX. 89. ὁ δὲ Ἀρτάβαζος γνοὺς ὅτι — αὐτός τε κινδυνεύσει ἀπολέσθαι καὶ ὁ μετ' αὐτοῦ ςρατός, ἐπιθήσεσθαι γάρ οἱ πάντα τινὰ [οἴετο] πυνθανόμενον τὰ γεγονότα κτέ. Certa dicendi consuetudo in tali re οἴετο expungi iubet, nam quod quis apud animum suum cogitasse dicitur indirectae orationis habet formam. Scioli ellipses etiam necessarias sedulo explere solent, ut magistelli pueris.

Herod. IX. 91. ὦ ξεῖνε Σάμιε, τί τοι τὸ οὔνομα; ὁ δὲ εἶπε »Ἡγησίςρατος." ὁ δέ — Δέκομαι τὸν οἰωνόν [τὸν Ἡγησίςρατον], ὦ ξεῖνε Σάμιε. Indicata fraus facile patet. *Accipio omen*, dicebant, nihil amplius.

Herod. IX. 102. συνεπισπόμενοι συνεσέπιπτον ἐς τὸ τεῖχος, male repetita est praepositio ex verbo sq. Scrib. ἐπισπόμενοι συνεσέπιπτον.

Contra IX. 103 pro τῶν δὲ Σαμίων οἱ ςρατευόμενοι sententia requirit οἱ CΤςρατευόμενοι.

Duos tantum his locos addam ex libro secundo. Editur II. 1. τῆς προαποθανούσης Κῦρος αὐτός τε μέγα πένθος ἐποιήσατο καὶ τοῖσι ἄλλοισι προεῖπε πᾶσι τῶν ἦρχε [πένθος ποιέεσθαι]. In hac compositionis forma ellipsis est non tantum elegans sed omnium perpetuo usu celebrata, vide quae nuper ad Xenophontis *Anabasin* adscripsi VII, 1. 21. In capite 2 vide an haec concoquere possis: Ψαμμίνιτος δὲ ὡς οὐκ ἐδύνατο πυνθανόμενος πόρον οὐδένα ΤΟΥΤΟΥ ἀνευρεῖν [οἳ γενοίατο πρῶτοι ἀνθρώπων] ἐπιτεχνᾶται ΤΟΙΟΝΔΕ. Pronomen τούτου veluti digito monstrat id quod praecedit ἠθέλησε εἰδέναι οἵτινες γενοίατο πρῶτοι, quamobrem nullo pacto τούτου quid sit repeti potest in iis quae continuo sequuntur. Praeterea in his omnibus auris quoque iudicio longo usu veterum compositionis subactae aliquid est tribuendum. Qui habet aurem offendetur, sat scio, in his: αὐτός τε μέγα πένθος ἐποιήσατο καὶ τοῖσι ἄλλοισι προεῖπε πᾶσι τῶν ἦρχε ΠΕΝΘΟΣ ΠΟΙΕΕΣΘΑΙ. Qui non habet, etiam in hac musica et his numeris meminerit veteris proverbii:

ἕρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

quam quisque norit artem, in hac se exerceat.

Iam Herodoto de manibus deposito ad Thucydidem transeamus. Mirabile dictu est et multis non fit credibile Thucydidem potissimum insulsis hominum nihili annotatiunculis totum esse coopertum, Thucydidem, inquam, cuius succinctam et constrictam βραχυλογίαν πολύνουν putes et additamenta eiusmodi respuere maxime et attente legentibus continuo patefacere. Neque tamen id usu venire video. Est fortasse in causa illa *reverentia antiquitatis*, quam nonnulli Criticis deesse criminantur, quum plane sit contra. Recentia ac novicia sunt ista παρεμβλήματα omnia, et in quibus est Antiquitatis probe cognitae et penitus perspectae vera et sincera reverentia, illi potissimum eas ineptias et sciolorum sordes praeclarissimo cuique Antiquorum stolide affictas nullo modo ferre possunt.

Quamquam satis scio quam sint plerique praesertim in Thucydide emaculando pertinaces et obstinati ne quid expungatur ex iis quae Codices MSS. omnibus modis corrupti et interpolati omnes consensu exhibent, tamen non despondeo animum, τἀληθὲς γὰρ ἰσχυρὸν τρέφω, et quidquid verum est, ut de sole

apud Livium dicitur, *deficere* et *laborare* potest, *extingui* et *deleri* non potest. Praeterea non mihi gloriola ex his studiis quaeritur, sed animus inquies pascitur opere.

Apud Thucydidem III. 40 ubi Cleon ita dicit: *ὁ γὰρ μὴ ξὺν ἀνάγκῃ τι παθὼν χαλεπώτερος διαφυγὼν τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθροῦ*, in Codice Vossiano annotavit nescio quis in margine: *ὡς νῦν οἱ Ἀθηναῖοι*. Nemo haec facile in textum recepturus est, credo; sed fac irrepsisse, nonne futuros fuisse putas qui tuerentur ac salva vellent? Indicabo certe duos Thucydidis locos, ubi simillima huic annotatiuncula et in textum se insinuavit et neminem umquam offendit. Audi: I. 34. *Δίκαιον, ὦ Ἀθηναῖοι, τοὺς μήτε εὐεργεσίας μεγάλης μήτε ξυμμαχίας προοφειλομένης ἥκοντας παρὰ τοὺς πέλας ἐπικουρίας [ὥσπερ ἡμεῖς νῦν] δεησομένους ἀναδιδάξαι πρῶτον μάλιστα μὲν ὡς καὶ ξύμφορα δέονται, εἰ δὲ μή, ὅτι γε οὐκ ἐπιζήμια.* et IV. 92. *εἰώθασιν οἱ ἰσχύος που θράσει τοῖς πέλας [ὥσπερ Ἀθηναῖοι νῦν] ἐπιόντες τὸν μὲν ἡσυχάζοντα — ἀδεέστερον ἐπιστρατεύειν, τὸν δὲ ἔξω ὅρων προαπαντῶντα — ἧσσον ἑτοίμως κατέχειν.* Si quis forte non sentit talibus in generali sententia nihil esse loci, nam pro se quemque statim ad quos haec spectent ex ipsis qui verba faciant optime intelligere, quamobrem ista frigide adiecta sententiae vim debilitent et frangant, at is saltem hoc animadvertat quam importuno loco sint interposita, media inter *ἐπικουρίας δεησομένους* et *οἱ τοῖς πέλας ἐπιόντες*, quae arctissimo vinculo copulata neque mente neque verbis divelli possunt. Si quis nihil horum sentit fruatur quod amet, dummodo dissentientes aequo animo ferat. Enumerabo nunc paucis et veluti digito monstrabo locos aliquot Thucydidis aegros et male habitos *τοῖς ἐπαΐουσι τούτου πέρι.*

Thucyd. I. 3. *οἱ Ἕλληνες — οὐδὲν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν — ἀθρόοι ἔπραξαν ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν στρατείαν θαλάσσῃ ἤδη πλείω χρώμενοι ξυνῆλθον.* Pro *ξυνῆλθον* Thucydides scripserat *ξυνεξῆλθον*. Eodem sensu Graeci dicebant *στρατεύεσθαι στρατείαν* et *ἐξιέναι ἔξοδον* et *ποιεῖσθαι στρατείαν* et *ἔξοδον ποιεῖσθαι*, et *ἐξιέναι στρατείαν*. Pauca exempla vide: Thucyd. I. 15. *ἐκδήμους στρατείας — οὐκ ἐξῇσαν.* Demosth. *κατὰ Νεαίρας* pag. 1353. *οὐκ ἐξελθὼν ἐκείνην τὴν στρατείαν.* Aeschines *de* F. L. §. 168. *πρώτην ἐξελ-*

θὼν ϛρατείαν, et post pauca: καὶ τὰς ἄλλας — ἐξόδους ἐξῆλθον, et iterum: καὶ τὰς ἐς Εὔβοιαν ϛρατείας ἐϛρατευσάμην. Itaque pro συϛρατεύεσθαι ϛρατείαν dicitur ἔξοδον ξυνεξιέναι. Quemadmodum igitur Aeschines dixit *de* F. L. §. 169. τοὺς συνεϛρατευμένους μοι τὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως ϛρατείας, sic Thucydides dederat ταύτην τὴν ϛρατείαν ξυνεξῆλθον, nam quemadmodum ἰέναι ϛρατείαν dici non potest pro ἐξιέναι, sic neque ξυνιέναι pro ξυνεξιέναι, et qui in bello *arma consociant* ξυνεξέρχονται, non ξυνέρχονται.

Thucyd. I. 6. διαζώματα ἔχοντες [περὶ τὰ αἰδοῖα], perinde est ac si quis diceret διάδημα ἔχων περὶ τὴν κεφαλήν, aut περίζωμα περὶ τὴν ὀσφύν, aut ὑποδήματα περὶ τοὺς πόδας. Recte statim uno verbo διεζωμένοι, ut περιεζῶσθαι, διαδεδέσθαι, ὑποδεδέσθαι.

Thucyd. I. 10. τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται καὶ τῶν ἔξω [ξυμμάχων] πολλῶν. Lacedaemonii τῶν μὲν ξυμμάχων ἡγοῦντο ἁπάντων, opinor, sed hoc dixit Thucydides: τῆς τε Πελοποννήσου ξυμπάσης ἡγοῦνται καὶ πολλῶν τῶν ἔξω [τῆς Πελοποννήσου].

Thucyd. I. 13. τῆς Ἑλλάδος τῶν χρημάτων τὴν κτῆσιν ἔτι μᾶλλον [ἢ πρότερον] ποιουμένης. Sine vitio legitur I. 8. οἱ παρὰ θάλασσαν ἄνθρωποι μᾶλλον ἤδη τὴν κτῆσιν τῶν χρημάτων ποιούμενοι, et μᾶλλον passim sic ponitur I. 7. περιουσίας μᾶλλον ἔχοντες χρημάτων, et ἀπὸ θαλάσσης μᾶλλον ᾠκίσθησαν, et I. 5. ἤρξαντο μᾶλλον περαιοῦσθαι ναυσὶν ἐπ' ἀλλήλους, et I. 13. τῆς θαλάσσης μᾶλλον ἀντείχοντο, et οἱ Ἕλληνες μᾶλλον ἐπλώϊζον, et passim.

Thucyd. I. 18. ὀλίγον μὲν χρόνον ξυνέμεινεν ἡ ὁμαιχμία, ἔπειτα δὲ διενεχθέντες [οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ Ἀθηναῖοι] ἐπολέμησαν μετὰ τῶν ξυμμάχων πρὸς ἀλλήλους. Quae praecedunt omnia de Lacedaemoniis et Atheniensibus dicuntur et perinsulsum hoc emblema est.

Thucyd. I. 18. δυνάμει γὰρ ταῦτα μέγιϛα ΔΙεΦάνη, unice verum est μέγιϛα ΔΗ ἐΦάνη Thucydideo more. Διαφαίνεσθαι pro φαίνεσθαι dici non potest.

Thucyd. I. 20. scrib. καὶ ἦν ἐπιχώρια σφίσιν ᾗ ὅμΩϹ pro ὁμοίως.

Thucyd. I. 20. leg. Ἱππίας μὲν ἦρχε πρεσβύτατος ὢν τῶν Πεισιϛράτου υἱέων, pro πρεσβύτατος ὢν ἦρχε.

Ibid. βουλόμενοι δὲ [πρὶν ξυλληφθῆναι] δράσαντές τι καὶ κινδυνεῦσαι.

Thucyd. I. 24. ἐλῄζοντο τοὺς ἐν τῇ πόλει. οἱ δὲ [ἐν τῇ πόλει ὄντες Ἐπιδάμνιοι] ἐπειδὴ ἐπιέζοντο κτέ.

Thucyd. I. 27. παρεσκευάζοντο ςρατιὰν καὶ ἅμα [ἀποικίαν] ἐς τὴν Ἐπίδαμνον ἐκήρυσσον ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τὸν βουλόμενον ἰέναι.

Continuo sequitur: εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὲν μὴ ἐθέλοι ξυμπλεῖν, μετέχειν δὲ [βούλεται] τῆς ἀποικίας κτέ.

Thucyd. I. 29. προπέμψαντες κήρυκα [πρότερον] πόλεμον προεροῦντα.

Thucyd. I. 32. ἐς τὸν παρόντα πόλεμον [Κορινθίων].

Thucyd. I. 34. προκληθέντες γὰρ περὶ Ἐπιδάμνου ἐς κρίσιν πολέμῳ μᾶλλον [ἢ τῷ ἴσῳ] ἐβουλήθησαν τὰ ἐγκλήματα μετελθεῖν. in his μᾶλλον est μᾶλλον ἢ ἐς κρίσιν ἐλθεῖν.

Thucyd. I. 36 leg. τὸ μὲν δεδιὸς αὐτοῦ ἰσχὺν ἔχονΤΟC — τὸ δὲ θαρσοῦν δεξαμένου, pro ἰσχὺν ἔχον, et post pauca: τὸ παρ' ὑμῖν καὶ τὸ ἡμέτερον καὶ ΤΟ τῶν Κορινθίων.

Thucyd. I. 35. ἀλλὰ μάλιςα μὲν [εἰ δύνασθε] μηδένα ἄλλον ἐᾶν κεκτῆσθαι ναῦς, εἰ δὲ μή, ὅςις ἰσχυρότατος τοῦτον φίλον ἔχειν. In μάλιςα μέν — εἰ δὲ μή semper εἰ δυνατόν, εἰ οἷόν τε, aut simile quid cogitando supplendum.

Thucyd. I. 37. ἀλλ' ὅπως κατὰ μόνας ἀδικῶσι καὶ [ὅπως] ἐν ᾧ μὲν ἂν κρατῶσι βιάζωνται, οὗ δ' ἂν λάθωσι πλέον ἔχωσιν. Est epexegesis, quae ὅπως respuit.

Thucyd. I. 44. μετέγνωσαν Κερκυραίοις ξυμμαχίαν MEN μὴ ποιήσασθαι — ἐπιμαχίαν ΔΕ [ἐποιήσαντο], expuncto emblemate scrib. ὥςε τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν.

Thucyd. I. 45. τοῦ μὴ λύειν [ἕνεκα] τὰς σπονδάς. supervacuum ἕνεκα arcte coniuncta dirimit.

Thucyd. I. 46. scrib. ἐξΙΗCι δὲ — ἐς θάλασσαν, pro ἔξεισι. ut II. 102. ἐς θάλασσαν ἐξιείς, et saepius alibi.

Thucyd. I. 48. scrib. ὧν ἦρχε ΤΩΝ τριῶν ςρατηγῶν ἑκάςου εἷς. Vulgo necessarium τῶν deest.

Foedissimum emblema adhaesit I. 50. οὐ ῥᾳδίως τὴν διάγνωσιν ἐποιοῦντο [ὁποῖοι ἐκράτουν ἢ ἐκρατοῦντο]. Decrepitae Graecitatis est ὁποῖοι pro οἵτινες, et requiritur ὁπότεροι. Delevit Pluygers.

Thucyd. I. 52. ναυμαχίας οὐ διανοούμενοι ἄρχειν ἑκόντες, quia in tali re nemo ἄρχει nisi ἑκών, male abundans ἑκόντες expunxerim.

Thucyd. I. 54. pessime mulcatus locus est, quem sic in integrum restituas: οἱ Κορίνθιοι — τροπαῖον ἔςησαν. — οἱ δὲ Κερκυραῖοι — τροπαῖον ἀντέςησαν [ὡς νενικηκότες]. γνώμῃ δ' ἑκάτεροι τοιᾷδε τὴν νίκην προσεποιήσαντο. Κορίνθιοι μὲν 'ΩC κρατήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ — περὶ ἑβδομήκοντα [ἔςησαν τροπαῖον], Κερκυραῖοι δὲ 'ΩC τριάκοντα ναῦς μάλιςα διαΦθείραντες — ὑπεχώρησαν οἱ Κορίνθιοι [ἰδόντες τὰς 'Αττικὰς ναῦς] καὶ ἐπειδὴ ἦλθον οἱ 'Αθηναῖοι οὐκ ἀντΕΠέπλεον ἐκ τῶν Συβότων [διὰ ταῦτα τροπαῖον ἔςησαν]. Correxi ἀντεπέπλεον pro ἀντέπλεον, (eodemque modo cap. 50 scrib. καὶ αὐτοὶ ἀντΕΠέπλεον pro ἀντέπλεον) et suadente loci sententia et quia ἀντιπλεῖν ex ipsa rei natura neque cogitari, neque dici potest. Verba ἄγω, ἔρχομαι, ἵημι, πλέω suapte natura praepositionem ἀντί respuunt, quam *composita* tantum admittunt ἀντεπάγω, ἀντεξέρχομαι, ἀνταΦίημι, ἀντεπιπλέω, et sim.

Thucyd. I. 57. 'Αρχεςράτου — μετ' ἄλλων δέκα ςρατηγοῦντες et mox cap. 61 καὶ πέμπουσι — Καλλίαν πέμπτον αὐτὸν ςρατηγόν. Sunt hi *sedecim* praetores, quum essent decem. Scriptum erat μετ' ἄλλων Δ. In libris vetustissimis Δ est pro Δ(έκα), in caeteris pro τέσσαρες. Quid certius est quam μετ' ἄλλων τεσσάρων emendari oportere?

Thucyd. I. 58. scrib. τότε δὴ ἀΦίσταντα, pro τότε δὴ [κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον. Similiter alibi peccatum.

Thucyd. I. 61. ἀΦικόμενοι ἐς Βέροιαν κἀκεῖθεν ἐπιςρέψαντες καὶ πειράσαντες πρῶτον τοῦ χωρίου καὶ οὐχ ἑλόντες. Neminem recepisse palmariam Pluygersii emendationem ἐπὶ CTPEΨAN καὶ πειράσαντες κτέ.! Eadem socordia retinent vulgatam V. 2. κατέπλευσεν ἐς τὸν KOΛOΦΩNIΩN λιμένα τῶν Τορωναίων. Ain' vero? portusne Torones appellatur ὁ Κολοφωνίων λιμήν? Credat Iudaeus Apella. Manus Thucydidis olim est a Pluygersio reperta ἐς τὸν KΩΦON λιμένα. Notissimus tamen est ὁ κωφὸς λιμὴν τῶν Τορωναίων, vel propter proverbium κωφότερος τοῦ Τορωναίου λιμένος Zenob. IV. 68.

Thucyd. I. 63. ἠπόρησε μὲν ὁποτέρωσε διακινδυνεύσῃ χωρήσας [ἢ ἐπὶ τῆς 'Ολύνθου ἢ ἐς τὴν Ποτίδαιαν]. Ea verba tam vitiose abundant quam male concepta sunt.

Thucyd. I. 68. τῶν λεγόντων μᾶλλον ὑπενοεῖτε ὡς ἕνεκα τῶν αὐτοῖς ἰδίᾳ διαφόρων λέγουσιν. Intelligerem locum sic scriptum: τοὺς λέγοντας μᾶλλον ὑπενοεῖτε ὡς — λέγOIEN.

Thucyd. I. 70. πεφυκέναι ἐπὶ τῷ μήτε αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν μήτε τοὺς ἄλλους [ἀνθρώπους] ἐᾶν. Solent ΑΛΛΟΥϹ et ΑΝ̄ΟΥϹ inter se permutari aut διττογραφεῖσθαι.

Post pauca scrib. τοιαύτης ἀνθεϛηκυίας πόλεως pro ἀντικαθεϛηκυίας.

Thucyd. I. 72. ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα εἶναι τῶν μὲν ἐγκλημάτων πέρι μηδὲν ἀπολογησομένους [ὧν αἱ πόλεις ἐνεκάλουν], δηλῶσαι δὲ περὶ τοῦ παντός — καὶ ἅμα τὴν ϛφετέραν πόλιν [ἐβούλοντο] σημῆναι ὅση εἴη δύναμιν. Potuitne ineptius quidquam ineptiore loco inseri quam ἐβούλοντο? Pendere et δηλῶσαι et σημῆναι a verbo ἔδοξε non animadverterant scilicet. Post pauca: νομίζοντες μᾶλλον ἂν αὐτοὺς ἐκ τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι [ἢ πρὸς τὸ πολεμεῖν], oppositionem absurdam finxit sciolus de suo. Compara I. 87. βουλόμενος αὐτοὺς — ἐς τὸ πολεμεῖν μᾶλλον ὁρμῆσαι, quid diceres si quis addidisset ἢ πρὸς τὸ ἡσυχάζειν? Absurdum esse, sat scio, diceres. Atqui prorsus idem mendum in illo loco est.

Post pauca scrib. εἰ μή τι κωλύει, pro εἴ τι μή.

Dittographia est I. 75. προθυμίας ἕνεκα τῆς τότε καὶ γνώμης [ξυνέσεως], quorum alterutro utendum.

Thucyd. I. 75. ὑμῶν τε ἡμῖν οὐκέτι ὁμοίως φίλων [ἀλλ' ὑπόπτων καὶ διαφόρων] ὄντων. Verborum compositio fraudem patefacit. Dirimi non possunt verba οὐκέτι ὁμοίως φίλων ὄντων, quod qui dicit omnia dicit quae ad rem faciunt.

Thucyd. I. 77. ἐλασσούμενοι ἐν ταῖς ξυμβολαίαις πρὸς τοὺς ξυμμάχους δίκαις. Historici manus servata est apud Hesychium Ξυμβολιμαίας δίκας Ἀττικοὶ τὰς κατὰ σύμβολα, unde ξυμβολιμαίαις emendandum. Eadem forma dicitur ὑποβολιμαῖος et sim. et affine est quod Attici dicebant συνθηματιαῖος. Aristophanes *Thesmoph.* 458.

ἀλλ' εἰς ἀγορὰν ἄπειμι· δεῖ γὰρ ἀνδράσιν
πλέξαι ϛεφάνους συνθηματιαίους εἴκοσιν.

Thucyd. I. 78. ἐσιόντες ἐς τοὺς πολέμους τῶν ἔργων πρότερον ἔχονται Ἃ χρῆν ὕϛερον δρᾶν. imo vero ὃ χρῆν. Frequens mendum.

Thucyd. I. 81. scrib. ἣν τὴν γῆν αὐτῶν τΕμωμεν, pro τάμωμεν, quod Ionicum est.

Thucyd. I. 86. ἀλλὰ ξὺν τοῖς θεοῖς ἐπίωμεν πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας. *Impetum facere in aliquem* est ἰέναι ἐπί τινα, ἐπιέναι,

ἔφοδος, credo, non πρός τινα. Quin igitur emendamus 'ΕΠΙ τοὺς ἀδικοῦντας.

Thucyd. I. 82. εἰ γὰρ ἀπαράσκευοι τοῖς τῶν ξυμμάχων ἐγκλήμασιν ἐπΕΙΧθέντες τεμοῦμεν αὐτήν. Requiritur ἐπΑΡθέντες. Proprium est ἐπαίρειν et ἐπαίρεσθαι in iis qui impellunt aut impelluntur ad aliquid *temere* et *inconsiderate* agendum. *Festinandi* notio (ἐπειχθῆναι) cum verbis τοῖς τῶν ξυμμάχων ἐγκλήμασι componi aptarique minime potest. Post pauca cap. 83. rectissime dicitur: καὶ μὴ τοῖς τῶν ξυμμάχων λόγοις πρότερον ἐπαιρώμεθα. et cap. 84. οὐκ ἐπαιρόμεθα ἡδονῇ, et alibi passim.

Thucyd. I. 87. ὅτῳ μὲν — δοκοῦσι λελύσθαι αἱ σπονδαί — ὅτῳ δὲ μὴ [δοκοῦσιν] κτέ. est enim ὅτῳ δὲ μὴ (λελύσθαι δοκοῦσιν).

Thucyd. I. 87. ἡ δὲ διαγνώμη αὕτη τῆς ἐκκλησίας [τοῦ τὰς σπονδὰς λελύσθαι] ἐγένετο ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει καὶ δεκάτῳ τῶν τριακοντουτίδων σπονδῶν. Et supervacanea prorsus haec verba sunt post αὕτη et male reliquis aptata.

Thucyd. I. 90. καὶ ὑπειπὼν τἆλλα ὅτι αὐτὸς τἀκεῖ πράξοι, non sunt haec apte divisa. Legerim καὶ ὑπειπὼν ΑΜΑ. In fine cap. scrib. καὶ θαυμάζειν ΠΩC οὔπω πάρεισιν, pro ὡς.

Thucyd. I. 91. κελεύει αὐτοὺς — πέμψαι σΦῶν αὐτῶν ἄνδρας οἵτινες [χρηςοὶ καὶ] πιςῶς ἀπαγγελοῦσι σκεψάμενοι. Quae est haec orationis scabrities? et quis umquam in tali re dixisset πέμπειν ἄνδρας χρηςούς, quasi esset periculum ne *improbi viri* mitterentur. Deleto additamento omnia habent optime.

Thucyd. I. 95. τοὺς ξυμμάχους — παρ' Ἀθηναίους μετατάξασθαι πλὴν τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου [ςρατιωτῶν]. Non potuit homuncio, quisquis est, ellipsin peius quam sic explere, quasi vero οἱ ςρατηγοὶ καὶ οἱ ἐν τέλει non idem fecissent.

Quod continuo sequitur τῶν μὲν ἰδίᾳ πρός τινα ἀδικημάτων εὐθύνθη, quia *plures* fuisse necesse est, qui de Pausaniae iniuriis quererentur scrib. πρός τινΑC.

Thucyd. I. 96. Ἑλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέςη [ἀρχή], οἳ ἐδέχοντο τὸν Φόρον. Restitue κατέςηCAN et 'ΑΡΧΗ si servare vis pone in margine, unde irrepsit. Cf. IV. 53.

Thucyd. I. 98. πρῶτον μὲν Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι — ἠνδραπόδισαν, — ἔπειτα Σκῦρον [ἠνδραπόδισαν], expunge verbum supervacaneum et auri permolestum.

Thucyd. I. 100. οἷς πολέμιον ἦν τὸ χωρίον [αἱ ἐννέα ὁδοί] κτι-

ζόμενον, quasi non paullo ante legeretur πέμψαντες μυρίους οἰκήτορας — ὡς οἰκιοῦντες τὰς τότε καλουμένας Ἐννέα ὁδούς. Metuit sciolus ne quis oblitus esset.

Thucyd. I. 105. ἐνόμισαν ἑκάτεροι οὐκ ἔλασσον Ἔχειν ἐν τῷ ἔργῳ, imo vero Cχεῖν, qui tralaticius error est.

Neque est rarum emblema quod sequitur ἀνθίσασαν τροπαῖον καὶ αὐτοὶ [ὡς νικήσαντες].

Thucyd. I. 107. ἄνδρες τῶν Ἀθηναίων ἐΠῆγον αὐτοὺς κρύφα, recte Valckenaerius in annotationibus Mss. ἐNῆγον reposuit, quod est in ea re usitatum.

Thucyd. I. 110. τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη ἓξ ἔτη πολεμήσανTA. Credebam Athenienses *ipsos* gessisse in Aegypto bellum. Scriptum erat πολεμησᾶν, id est πολεμησάντων.

Thucyd. I. 114. καὶ τὴν μὲν ἄλλην ὁμολογίᾳ KATεσήσαντο. Quis nescit eo sensu constanter ΠΑΡεσήσαντο ab omnibus dici, et passive παρασῆναι? Cf. I. 29. I. 98.

Thucyd. I. 115. ἀποδόντες Νίσαιαν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα καὶ ΆΧΑΙΑΝ. Ostendi ad Hyperidis λόγον ἐπιτάφιον cur pro Ἀχαΐαν Thucydidem ΆΛΙΑC id est Ἀλιᾶς scripsisse arbitrer. Qui ΚΩΦΟΝ in Κολοφωνίων converterunt, iidem ΆΛΙΑC in Ἀχαΐαν.

Thucyd. I. 120. ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἤδη ἐNηλλάγησαν, scrib. ξυνηλλάγησαν, quod in συνηλλ. et ἐνηλλ. depravatum est. Sensus est ὅσοις μὲν ἤδη συνάλλαγμά τι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἐγένετο, *quibus* aliquid *cum Atheniensibus fuit* negotii.

Ibid. sub finem cap. scrib. πολλὰ γὰρ κακῶς γνωσθέντα ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων τυχόνTA κατωρθώθη pro τυχόντων. Scriptum erat τυχὸν. In sqq. καὶ ἔτι πλέω [ᾶ] καλῶς δοκοῦντα βουλευθῆναι εἰς τοὐναντίον περιέση, ut Graeca compositio fiat expunge ᾶ.

Quemadmodum ex scribendi compendio I. 110. πολεμήσαντα natum est pro πολεμησάντων et h. l. τυχόντων pro τυχόντα, eodem modo locus in Xenophontis *Anabasi* I. 4. 12. corruptus circumfertur. In libris est: οὐκ ἔφασαν ἰέναι ἐὰν μή τις αὐτοῖς χρήματα διδῷ ὅσαπερ καὶ τοῖς πρότερον μετὰ Κύρου ἀναβᾶσι καὶ ταῦτα οὐκ ἐπὶ μάχην ἰόντΩN ἀλλὰ καλοῦντος τοῦ πατρὸς Κῦρον. Scriptum erat ἰὸν, id est καὶ ταῦτα οὐκ ἐπὶ μάχην ἰόντOC ἀλλὰ καλοῦντος τοῦ πατρός, expuncto molestissimo nomine

Κῦρον, quod perincommoda sede collocatum aurem male vexat.

Thucyd. I. 121. ὃ δ' ἐκεῖνοι ἐπιςήμη προὔχουσι καθαιρετΟΝ ἡμῖν ἐςι μελέτη. optime L. Dindorf καθαιρετΟΝ vidit verum esse: *obtineri id exercitatione* POSSE dicit, non OPORTERE.

Thucyd. I. 126. καθεζομένους τινὰς ἐπὶ τῶν σεμνῶν θεῶν [ἐν τοῖς βωμοῖς] ἐν τῇ παρόδῳ διεχρήσαντο: aliena manus infersit ἐν τοῖς βωμοῖς, Athenienses dicebant καθέζεσθαι, καθῆσθαι ἐπὶ τῶν σεμνῶν θεῶν. Aristophanes *Equit.* 1311.

καθῆσθαί μοι δοκεῖ
ἐς τὸ Θησεῖον πλεούσας ἢ 'πὶ τῶν σεμνῶν θεῶν.

Thucyd. I. 127. scrib. νομίζοντες — ῥᾷον ΑΝ σφίσι προχωρεῖν τὰ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων. Vulgo ἄν contra loci sententiam omissum est.

Thucyd. I. 128. Παυσανίας — ἀποπέμπΕΙ καὶ γνώμην ποιοῦμαι, multis ostendi alio loco ἀποπέμπΩ verum esse.

Thucyd. I. 129. in Xerxis epistola τῶν ἀνδρῶν οὓς μοι πέραν θαλάσσης [ἐκ Βυζαντίου] ἔσωσας. Si ἐκ Βυζαντίου addidisset πέραν θαλάσσης scribere non potuisset. Rex Persarum τὸ Βυζάντιον ne nomine quidem noverat.

Thucyd. I. 132. τοῦ μέντοι Παυσανίου ἀδίκημα καὶ ΤΟΤΤ' ἐδόκει εἶναι, tum demum ea verba intelligi poterunt quum pro τοῦτ' ἐδόκει reposueris καὶ ΤΟΤ' ἐδόκει. καὶ τότε ἐδόκει, inquit, καὶ πολλῷ μᾶλλον ὕςερον ἔδοξεν.

Thucyd. I. 134. scrib. γνῶναι ἐφ' ὃ ἐχώρει, pro ἐφ' ᾧ.

Thucyd. I. 136. γενναῖον δὲ εἶναι [τοὺς ὁμοίους] ἀπὸ τοῦ ἴσου τιμωρεῖσθαι, quod sciolus addendum putavit in ἀπὸ τοῦ ἴσου iam inesse non intellexit.

Ibid. εἰ ἐκδοίη αὐτόν — σωτηρίας ἂν [τῆς ψυχῆς] ἀποςερῆσαι bis idem dicitur.

Thucyd. I. 137. γράψας — τὴν τῶν γεΦυρῶν [ἣν ψευδῶς προσεποιήσατο, quam perverse dictum!] τότε δι' αὐτὸν οὐ διάλυσιν.

Thucyd. I. 138. certa de causa ter est inserenda praepositio: Μαγνησίαν μὲν 'ΕC ἄρτον, — Λάμψακον δ' 'ΕC οἶνον — Μυοῦντα δ' ΕC ὄψον. Et res notissima est et genus loquendi. Satis est inspicere Plutarchum in *Themist.* cap. 29. et Athenaeum pag. 29. F.

Thucyd. I. 140. οὔτε αὐτοὶ δίκας πω ᾔτησαν οὔτε ἡμῶν διδόντων δέχονται, βούλονται δὲ πολέμῳ μᾶλλον [ἢ λόγοις] τὰ ἐγκλή-

ματα διαλύεσθαι. Idem vitium supra I. 13. I. 34. et I. 72 sustulimus, et tollemus III. 64. VI. 19. 31.

Thucyd. I. 140. *ὑμῶν δὲ μηδεὶς νομίσῃ περὶ βραχέος ἂν πολεμεῖν, εἰ τὸ* (add. *κατὰ*) *Μεγαρέων ψήφισμα μὴ καθέλοιμεν, ὅπερ μάλιστα προὔχονται.* Haec ipsius Thucydidis sunt: deinde adhaesit scholion: [*εἰ καθαιρεθείη μὴ ἂν γίγνεσθαι τὸν πόλεμον.*]

Thucyd. I. 141. *οἱ τοιοῦτοι οὔτε ναῦς πληροῦνΤΕC οὔτε πεζὰς στρατείας πολλάκις ἐκπέμπειν δύνανται,* clamat huius loci compositio reponendum esse *πληροῦν* pro *πληροῦντες*, ΟΥΤΕ — *πληροῦν* — ΟΥΤΕ — *ἐκπέμπειν δύνανται.*

Thucyd. I. 143. *καὶ ἄλλα οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου* [*μεγάλα*] *ἔχειν,* non possunt haec una poni; *οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου* significat *ἀλλὰ πλείω καὶ μείζω.*

Thucyd. I. 144. *τὰς δὲ πόλεις ὅτι αὐτονόμους ἀφήσομεν* (*εἰ καὶ αὐτονόμους ἔχοντες ἐσπεισάμεθα*) [*καὶ* expunge] *ὅταν κἀκεῖνοι ταῖς αὐτῶν ἀποδῶσι πόλεσι μὴ σφίσιν* [*τοῖς Λακεδαιμονίοις*] *ἐπιτηδείως αὐτονομεῖσθαι κτέ.* Athenienses Spartanis non *duas* conditiones ferunt, sed *εἰ καὶ — ἐσπεισάμεθα* est *προδιόρθωσις* posita *διὰ μέσου.* Itaque ΚΑΙ stare non potest. Quam insulsum est *τοῖς Λακεδαιμονίοις* addere, ubi praecedit *κἀκεῖνοι.* De eadem re ubi loquitur I. 19. *κατ' ὀλιγαρχίαν δὲ σφίσιν* [*αὐτοῖς*] *μόνον ἐπιτηδείως ὅπως πολιτεύσουσιν,* spurium est *αὐτοῖς*, ut et praecedens locus ostendit et I. 76. iterum de re eadem: *τὰς πόλεις ἐπὶ τὸ ὑμῖν* (non *ὑμῖν αὐτοῖς*) *ὠφέλιμον καταστησάμενοι.*

Thucyd. I. 144. *ἐπεμίγνυντο δὲ ὅμως ἐν αὐταῖς* [*καὶ*] *παρ' ἀλλήλους* [*ἐφοίτων*] *ἀκηρύκτως μὲν ἀνυπόπτως δ' οὔ.* Estne haec inutilis annotatiuncula, nisi forte quis nescit quid sit *ἐπιμίσγειν* aut *ἐπιμίγνυσθαι παρ' ἀλλήλους?* Pro *ἀκηρύκτως* haud scio an non melior scriptura sit *ἀκηρυκτί*, ut II. 1. et alibi passim, ut *ἀμισθί*, *ἀκονιτί*, *ἀμογητί*, *ἀναιμωτί*, *ἀνιδρωτί*, et plurima alia.

Thucyd. II. 2. *τέσσαρα — καὶ δέκα ἔτη 'ΕΝέμειναν αἱ τριακοντούτεις σπονδαί*, imo vero *ξυνέμειναν*, ut I. 18. *ὀλίγον χρόνον ξυνέμεινεν ἡ ὁμαιχμία*, et passim in re simili. *Ἐμμένειν* contra dicuntur qui datam fidem, iusiurandum, pactum, foedus aut sim. *servant.*

Thucyd. II. 3. scrib. *ἐνόμισαν ἐπιθέμενοι ῥᾳδίως κρατήσΕΙΝ*, pro *κρατῆσαι.*

Thucyd. II. 5. *πορευόμενοι ἐν ὑετῷ καὶ τὸν ποταμὸν μό-*

λις διαβάντες ὕϛερΟΝ παρεγένοντο, scrib. ὕϛερΟΙ, *sero*.

Thucyd. II. 7. scrib. Λακεδαιμόνιοι — ναῦς ἐπετετάχεσαν ποιεῖσθαι, pro Λακεδαιμονίοις — ἐπετάχθησαν.

Thucyd. II. 11. ἄνδρες Πελοποννήσιοι καὶ [οἱ] ξύμμαχοι, ΚΑΙ οἱ πατέρες ἡμῶν κτέ. Vides ex quo errore οἱ natum sit.

Thucyd. II. 12 scrib. Μελήσιππον — τὸν ΛΑκρίτου pro Διακρίτου, quod non est Graecum nomen.

Thucyd. II. 13. ἔτι δὲ τῶν Πελοποννησίων ξυλλεγομένων τε ἐς τὸν Ἰσθμὸν καὶ ἐν ὁδῷ ὄντων [πρὶν ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀττικήν]. Foedum et absurdum emblema! Nemo potest simul in via esse et illuc quo contendit pervenisse. Participia sunt imperfecti temporis pro ἐν ᾧ ΫΕΤΙ ξυνελέγοντό τε καὶ ἐν ὁδῷ ἦσαν. Vel solum ΫΕΤΙ δέ fraudem arguit.

Post pauca Valckenaerius in Annott. Mss. induci iubet verba ὥσπερ καὶ τὰ ἄγη ἐλαύνειν προεῖπον ἕνεκα ἐκείνου. Interpolata sunt ex I. 126. 127. Thucydides ipse τὸ ἄγος dixisset, non τὰ ἄγη.

Thucyd. II. 15. ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα ἀεὶ κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο πρυτανεῖά τε ἔχουσΑ καὶ ἄρχοντας. Admonitus senties ἐχούσΑC requiri, quemadmodum post pauca scribit, καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια καὶ τὰς ἀρχάς.

Thucyd. II. 15. τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ [τῇ ἀκροπόλει del.], et paucis interpositis τὸ (τοῦ add.) ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια [τῇ δωδεκάτῃ] ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεϛηριῶνι. Manifesta interpolatio est: debuerat saltem dicere τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεϛηριῶνος μηνός, aut τῇ δωδεκάτῃ post ponere. Scin' unde interpolatum sit? Nempe ex Demosthene κατὰ Νεαίρας pag. 1371, de eodem festo scribentis: ἅπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάϛου ἀνοίγεται τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεϛηριῶνος μηνός. Thucydides, qui minutias non curat, satis habuit ponere ἐν μηνὶ Ἀνθεϛηριῶνι.

Quod continuo sequitur ὥσπερ καὶ οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες, corrige ἀπ' Ἀθηνῶν. Herodoto dicuntur: οἱ ἀπὸ τοῦ πρυτανηΐου τοῦ Ἀθηναίων ὁρμηθέντες. I. 146.

Thucyd. II. 25. καὶ περιέπλεον τὸν Ἰχθὺν καλούμενον [τὴν ἄκραν]. Repone in margine.

Thucyd. II. 34. ταφὰς ἐποιήσαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρῶτΟΝ ἀποθανόντων. Ain' vero? πρῶτον, quasi vero *iterum* mori potuissent. Scrib. πρώτΩΝ.

Thucyd. II. 36. τὰ δὲ πλείω αὐτῆς ἡμεῖς ΟΙΔΕ [οἱ νῦν ἔτι ὄντες] — ἐπηυξήσαμεν, et haec Periclem ipsum dixisse credunt!

Post pauca: βάρβαρον ἢ Ἕλληνα [πόλεμον] ἐπιόντα προθύμως ἡμυνάμεθα, similiterque II. 41. τῷ [πολεμίῳ] ἐπιόντι, et III. 56. τὸν ἐπιόντα [πολέμιον] ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι, omnia haec insiticia sunt. Opponuntur inter se ἐπιέναι (ἰέναι ἐπί τινα, ἐάν τις ἐπ' αὐτοὺς ἴῃ) et ἀμύνεσθαι. Primum emblema corruptum est, nam magistellus πολέμιον scripserat, non πόλεμον.

Thucyd. II. 39. οὔτε γὰρ Λακεδαιμόνιοι καθ' ἑΚΑΣτους, μετὰ πάντων δ' ἐς τὴν γῆν ἡμῶν ςρατεύουσιν, sententia iubente corrige καθ' ἑΑΥτούς, id est μόνοι.

Thucyd. II. 41. scrib. τὸν αὐτὸν ἄνδρα παρ' ἡμΙΝ pro παρ' ἡμῶν.

Thucyd. II. 44. οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον ἢ παραμυθήσομαι, necesse est ὀλοφυροῦμαι reponere, quia μᾶλλον ἤ eadem tempora coniungit, ut in illo:

μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.

Thucyd. II. 49. καὶ ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν ςηρίξαι ἀνέςρεφέ τε αὐτὴν καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς πᾶσαι ὅσαι ὑπὸ ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσὶν ἐπῆσαν. Apud Galenum V. p. 275 Kuhn. hinc affertur: ςηρίξειεν ἀνέτρεπέ τε αὐτήν — ὑπὸ τῶν ἰατρῶν εἰσὶν ὠνομασμέναι, quae potior scriptura est.

In sqq. scioli animadverterunt verba

φλυκταίναις μικραῖς καὶ ἕλκεσιν ἐξηνθηκός.

hexametri numeros habere et adscribunt ςίχος ἡρωϊκός. Perinde bellus est atque apud Tacitum:

Urbem Romam a principio reges habuerunt.

In eodem cap. circa finem vitiose editur: οἱ πολλοὶ — ἀσθενείᾳ ἀπεφθείροντο. Emenda ἀσθενείᾳ ἐφθείροντο. Ἀποφθείρειν dicere pro διαφθείρειν Tragicorum est. Ἀποφθείρεσθαι in Attica semper et ubique significat ἀπέρρειν, ut in *Nubibus* 789.

οὐκ εἰς κόρακας ἀποφθερεῖ,
ἐπιλησμότατον καὶ σκαιότατον γερόντιον;

Thucydides autem promiscue utitur verbis φθείρεσθαι et διαφθείρεσθαι. Vitium natum est ex ἀσθενεί ΑΙΕφθείροντο.

Thucyd. II. 52. σῶμά τε αὐταρκὲς ὂν οὐδὲν ΔΙεφάνη πρὸς αὐτό. Optime Valckenaerius in annot. Ms. οὐδὲν ΔΗ ἐφάνη, ut in *libro* I. 18. diximus veram scripturam esse: δυνάμει γὰρ ταῦτα

μέγιςα ΔΗ ἐφάνη, pro ΔΙεφάνη. Est enim Thucydidei moris, ubi quid significanter dicit et ἐμφατικῶς, suum ΔΗ apponere, μέγιςα δή, πλεῖςα δή, μάλιςα δή, πολὺ δή, et similia plura. Itaque quemadmodum dixerat II. 64 μόνον ΔΗ τῶν πάντων, sic h. l. οὐδὲν ΔΗ ἐφάνη. In uno cap. 64. quater sic ΔΗ appositum videbis: μόνον δή et μεγίςην δή et πλείςων δή et ὑπῆρξε δή. Praeterea ΔΙΑφαίνεσθαι pro φαίνεσθαι substitui non potest, et quod tandem verbum magis est μυριόλεκτον quam φαίνεσθαι in Attica oratione?

Thucyd. II. 54. ἀνεῖλε κατὰ κράτος πολεμοῦσι νίκην ἔσεσθαι καὶ αὐτὸς [ἔφη] ξυλλήψεσθαι, non intelligebant magistelli ἔφη in ἀνεῖλεν inesse.

Thucyd. II. 56. πρὶν ἐς τὴν παραλίαν [γῆν] ἐλθεῖν. Recte praecedit cap. 55. ἐς τὴν πάραλον γῆν: recte sequitur cap. 56. ἐν τῇ παραλίᾳ.

Thucyd. II. 60. προσόντος δὲ καὶ τοῦδε χρήμασι δὲ νικωμένΟΥ τὰ ξύμπαντα τούτου ἑνὸς ἂν πωλοῖτο (alii ἀπολοῖτο). Nondum poenitet emendasse χρήμασι δὲ νικώμενΟC — τούτου ἑνὸς ἂν ἀπόΔοιτο. Videmus gliscentem labem: προσόντος peperit νικωμένου et sic ἀπόδοιτο, ut aliqua esset sententia, in passivum πωλοῖτο Musis iratis mutatum.

Thucyd. II. 61. χρεὼν καὶ ξυμφοραῖς ταῖς μεγίςαις ἐθέλειν ὑφίςασθαι, ne sit soloeca oratio ξυμφορὰς τὰς μεγίςας repone.

Thucyd. II. 65. — κινδύνου ὧν ἐν τῇ ἀρχῇ ἀπήχθΕσθε, emendandum est ἀπήχθΗCθε, nam quia *inveterata* haec odia sunt et animis *fixa*, propterea *perfecto* ἀπηχθῆσθαι opus est, non *aoristo* ἀπεχθέσθαι. Rectissime legitur in eadem re I. 75. τοῖς πολλοῖς ἀπηχθΗμένοι, et I. 76. διὰ παντὸς ἀπήχθΗσθε. Recentiores Graeculi et poëtastri in huius verbi formis multa peccant: Graeci *constanter* his solis formis utuntur: in *praesenti* ἀπεχθάνομαι, in *aoristo* ἀπηχθόμην, deinde ἀπεχθήσομαι et ἀπήχθημαι.

Thucyd. II. 64. νῦν τε μὴ ἐν ὑμῖν ΚΩλυθῇ, unice verum est ΚΑΤΑλυθῇ, quod olim repertum in ordinem receptum dudum oportuit.

Thucyd. II. 71. ὑμεῖς δὲ πόλιν μὲν καὶ οἰκίας ἡμῖν παράδοτε [τοῖς Λακεδαιμονίοις]. Interstrepit sciolus. Ἡμεῖς οἱ Λακεδαιμόνιοι, ubi res ita fert, optime dicitur; sed nihil est hic tantae acrimoniae loci et dirimi haec non possunt.

Thucyd. II. 74. οἱ Πλαταιῆς ἐβουλεύσαντο — ἀνέχεσθαι καὶ γῆν τεμνομένην εἰ δεῖ ὁρῶντας καὶ ἄλλο πάσχοντας ὅ τι ἂν ξυμβαίνῃ. Estne haec soloeca oratio et Thucydide indigna an non est? Recte habet ἀνέχονται ὁρῶντες τὴν γῆν τεμνομένην. Suspende haec ex verbo ἐβουλεύσαντο et exibit: ἐβουλεύσαντο ἀνέχεσθαι τὴν γῆν τεμνομένην ὁρῶντϵϹ, nonne? Emendemus igitur ὁρῶντϵϹ et πάσχοντϵϹ.

Post pauca inducenda haec verba sunt [ὅτι ἀδύνατα σφίσι ποιεῖν ἐςὶν ἃ Λακεδαιμόνιοι προκαλοῦνται] quae male repetita sunt ex cap. 72. ὅτι ἀδύνατα σφίσιν εἴη ποιεῖν ἃ προκαλεῖται, ubi tam necessaria sunt quam sunt h. l. superflua.

Thucyd. II. 75. ἐλπίζοντες ταχίςην αἵρεσιν ἔσεσθαι, interpone articulum ταχίςην τὴν αἵρεσιν.

Ibid. μήτε πυρφόροις οἰςοῖς βάλλεσθαι ἐν ἀσφαλείᾳ τε εἶναι. Tralaticium ac frequens vitium hinc eximendum. Veteres ac probati scriptores non dicebant ἐν ἀσφαλείᾳ sed ἐν ἀσφαλεῖ, ut Latine *in tuto*. Sequiores ἐν ἀσφαλείᾳ solebant dicere et veterem scripturam ex sua συνηθείᾳ contaminare. Dicebant Attici ἐν ἀσφαλεῖ, ἐν τῷ ἀσφαλεῖ (Thucyd. I. 137), ut ἐν τῷ θαρσαλέῳ (Thucyd. II. 51), et ἐν ἀσφαλεςέρῳ, ἐν ἀσφαλεςάτῳ. Apud poëtas semper ἐν ἀσφαλεῖ legitur, passim in Tragicis, et apud Antiphanem Athenaei pag. 103. E.

τοῦτ' ἐν ἀσφαλεῖ νόμιζε τῶν ὑπαρχόντων μόνον,

et saepius videbis, ut apud Dionysium Halic., meliores testes ἐν ἀσφαλεῖ exhibere, ubi in aliis ἐν ἀσφαλείᾳ erat scriptum. Pauculos igitur antiquiorum locos ubi ἐν ἀσφαλείᾳ legitur ad hanc lucem emaculandos esse censeo.

Thucyd. II. 76. βρόχους περιβάλλοντες — καὶ δοκοὺς μεγάλας ἀρτήσαντες, scrib. περιβαΛόντες, et in fine cap. 80. ῥᾳδίως ἂν σφίσι τἆλλα προσχωρῆσΑΙ pro προσχωρήσειν, et cap. 84 τοῖς κόντοις διϵωθοῦντο pro διωθοῦντο.

Thucyd. II. 84. τότε δὴ [κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον] σημαίνει, ut vidimus 1. 58. τότε δὴ [κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον] ἀφίςανται. Quis talia serio tuebitur?

Thucyd. II. 85. οὐκ ἀντιτιθέντες τὴν Ἀθηναίων ἐκ πολλοῦ ἐμπειρίαν τῆς σφετέρας δι' ὀλίγου μελέτης. Nescio quibus argutiis hanc structuram *ferri posse* nonnulli ostendant: exploratum mihi est τῇ σφετέρᾳ — μελέτῃ unice verum esse.

Thucyd. II. 85. ἐς Κρήτην πρῶτον ἀφικέσθαι. Νικίας γὰρ [Κρὴς] Γορτύνιος κτέ. Interpolatum est Κρής: etiam si non praecederet ἐς Κρήτην satis erat Γορτύνιος. Praeterea veteres non dicebant Κρὴς Γορτύνιος, sed Κρὴς ἐκ Γόρτυνος, ut Ἀρκάδες ἐκ Φενεοῦ, et sim.

Thucyd. I. 86. [ἐν τούτῳ] ἐν ᾧ — περὶ Κρήτην κατείχοντο. Quis umquam Graecorum sic locutus est?

Recurrit tralaticia interpolatio II. 95. ἔςησαν δὲ καὶ — τροπαῖον [ὡς νενικηκότες]. Quo tempore ista addebantur, obliti erant dudum Graeci quid esset τροπαῖον ἱςάναι.

Thucyd. II. 97. ἀπὸ Ἀβδήρων πόλεως ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον [τὸν] μέχρι Ἴςρου ποταμοῦ. Expunxit τόν Valckenaer. in annot. Ms. Optime.

Thucyd. II. 102. μὴ εἶναι λύσιν τῶν δειμάτων πρὶν ἂν εὑρὼν ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ κατοικίσηται, ἥτις ὅτε ἔκτεινε τὴν μητέρα μήπω ὑπὸ ἡλίου ἑωρᾶτο [μηδὲ γῆ ἦν]. Quod Thucydides ornate et splendide enunciaverat, Scholiasta verbis tralaticiis repetiit, quae nunc Thucydideis addita dicti gravitatem omnem minuunt et corrumpunt.

Thucyd. III. 2. scrib. τοξότας τε καὶ σῖτον καὶ ἃ μεταΠΕΠΕΜμένοι ἦσαν, pro μεταπεμπόμενοι ἦσαν, quod et cum loci sententia pugnat neque pro μετεπέμποντο dici potest.

Thucyd. III. 6. ναύςαθμον δὲ μᾶλλον ἦν αὐτοῖς πλοίων καὶ ἀγορAC ἡ Μαλέα, corrig. καὶ ἀγορA.

Thucyd. III. 7. ταῖς ναυσὶ ΚΑΤΑ τὸν Ἀχελῷον ἔπλευσεν, imo vero *adverso flumine* ΑΝΑ τὸν Ἀχελῷον, ut I. 104. ΑΝΑπλεύσαντες ἐς τὸν Νεῖλον, et alibi.

Thucyd. III. 10. ἡμεῖς δὲ αὐτόνομοι ΔΗ ὄντες καὶ ἐλεύθεροι [τῷ ὀνόματι] ξυνεςρατεύσαμεν, interpretatus est aliquis quid esset ΔΗ.

Thucyd. III. 11. ἅμα μὲν γὰρ μαρτυρίῳ ἐχρῶντο μὴ ἂν τοὺς ἰσοψήφους Ἄκοντας, εἰ μή τι ἠδίκουν οἷς ἐπῇσαν, ξυςρατεύειν, clamat sententia pro Ἄκοντας reponendum esse contrarium Ἑκόντας. Athenienses ita dicebant: οὐκ ἂν οἱ Λέσβιοι ἰσόψηφοί γε ὄντες ξυνεςράτευον ἡμῖν Ἑκόντες εἰ μὴ δικαίως τοῖς ξυμμάχοις ἐπεςρατεύομεν.

Thucyd. III. 12. τίς οὖν αὕτη ἡ φιλία ἐγίγνετο ἢ ἐλευθερία [πιςή]; *Quae est haec aut amicitia aut libertas?* id est *non est*

haec cet. in tali re adiectivo πιςή locus non est. Ad φιλία in margine πιςή annotatum ad ἐλευθερία aberravit.

In fine cap. scrib. εἰ γὰρ δυνατοὶ ἦμεν ἐκ τοῦ ἴσου καὶ ἀντεπιβουλεῦσαι καὶ ἀντιμελλῆσαι, τί ἔδει ἡμᾶς [ἐκ τοῦ ὁμοίου] Ὑπ' ἐκείνοις εἶναι; pro ἐπ' ἐκείνοις. ὑπ' ἐκείνοις εἶναι est ὑπηκόους εἶναι, ὑποχειρίους, κατεςράφθαι, δουλεύειν ἐκείνοις. I. 32. μέγας ὁ κίνδυνος εἰ ἐσόμεθα ὑπ' αὐτοῖς. II. 72. καὶ εἰσὶ νῦν ὑπ' Ἀθηναίοις. et saepius. Itaque ἐκ τοῦ ὁμοίου expungendum.

Thucyd. III. 13. τοιαύτας ἔχοντες προφάσεις [καὶ αἰτίας], ὦ Λακεδαιμόνιοι καὶ ξύμμαχοι, ἀπέςημεν. Memineris quid sit ἀττικιςί loquentibus αἰτίας ἔχειν, et *causas rationesque* ab illis προφάσεις appellari, ut τίνα πρόφασιν ἔχων; sit διὰ τίνα αἰτίαν; et agnosces fraudem.

Thucyd. III. 13. — βουλομένους μὲν καὶ πάλαι [ὅτε ἔτι ἐν τῇ εἰρήνῃ ἐπέμψαμεν ὡς ὑμᾶς περὶ ἀποςάσεως] ὑμῶν δὲ οὐ προσδεξαμένων κωλυθέντας. Orationis infantia statim Graeculum interpolatorem arguit: ἔτι ἐν τῇ εἰρήνῃ et πέμπειν περὶ ἀποςάσεως. Dixisset saltem περὶ ξυμμαχίας καὶ βοηθείας. Deletis autem his videbis plane idem dici et haec omnia in Thucydidis verbis perspicue contineri.

Post pauca scrib. οὐκ εἰκὸς αὐτοὺς περιουσίαν νεῶν Cχεῖν, *habituros*, pro Ἔχειν. Tum pro οὐ γὰρ ἐν τῇ Ἀττικῇ ΕCΤΑΙ ὁ πόλεμος requiritur ΕCΤΙΝ ut in re praesentissima. Non in Attica *dimicatur*, inquit, pugnando cum Atheniensibus, sed in sociis ad defectionem pertrahendis et vectigalibus tributisque subducendis, quibus pollet Attica.

In fine cap. τήν τε αἰτίαν ἀποφεύξεσθε ἣν εἴχετε, ex futuro ἀποφεύξεσθε apparet praesens ἔχετε requiri, ἣν νῦν ἔχετε.

Thucyd. III. 17. [παραπλήσιαι δὲ καὶ ἔτι πλείους ἀρχομένου τοῦ πολέμου], est annotatiuncula magistri Thucydidi obloquentis, qui Periclem meminerat dixisse II. 13. esse Atheniensibus τριήρεις τὰς πλωΐμους τριακοσίας. Sed non cogitavit homo quid esset πλεῖςαι δὴ νῆες ἅμα αὐτοῖς ἐνεργοὶ ἐγένοντο, et belli initio trecentae erant *in navalibus* neque ornatae et sine pugnatoribus: nempe αἱ ἐνεργοί numquam plures fuerant atque hae aerarium exhauriebant. Disertissime hoc dicit Thucydides in fine capitis 17. νῆες τοσαῦται δὴ πλεῖςαι ΕΠΛΗΡΩΘΗCΑΝ. Ad hanc lucem difficile est vulgatam scripturam sine risu relegere.

Thucyd. III. 18. φρούρια δ' ἔςιν ᾗ ἐπὶ τῶν καρτερῶν ἐγκατῳκοδόμητΑΙ, leg. ἐγκατῳκοδόμητΟ. Scriptum fuerat de more ἐγκατωικοδόμη̄.

Thucyd. III. 21. διεῖχον δὲ οἱ περίβολοι ἑκκαίδεκα πόδας μάλιςα ἀπ' ἀλλήλων· τὸ οὖν μεταξὺ τοῦτο [οἱ ἑκκαίδεκα πόδες] κτέ. Nihil opus est: meminimus.

Non multo melius est quod sequitur: πύργοι ἦσαν μεγάλοι καὶ ἰσοπλατεῖς τῷ τείχει διήκοντες ἔς τε τὸ ἔσω μέτωπον αὐτοῦ [καὶ οἱ αὐτοί] καὶ ἐς τὸ ἔξω.

Thucyd. III. 22. ἐς τοὔμπαλιν ᾗ οἱ ἄνδρες ὑπερέβαινον, scrib. ᾗ ᾗ οἱ ἄνδρες.

Thucyd. III. 24. scrib. νομίζοντες ἥκις' ΑΝ σφᾶς — ὑποτοπῆσαι, pro ἥκιςα σφᾶς. Erat in libris ΗΚΙCΤᾹ.

Thucyd. III. 26. δύο καὶ τεσσαράκοντα ναῦς ἀπέςειλαν ἔχοντα Ἀλκίδαν, ὃς ἦν αὐτοῖς ναύαρχος [προςάξαντες], molestum προςάξαντες interpolatum est ex cap. 16.

Thucyd. III. 30. animose dixit Teutiaplus: ἐμοὶ δοκεῖ πλεῖν ἐπὶ Μυτιλήνην πρὶν ἐκπύςους γενέσθαι. Sciolus post πλεῖν de suo infersit ἡμᾶς, quod in tali re Athenienses non addebant. Aristophanes *Vesp.* 270.

ἀλλά μοι δοκεῖ ςάντας ἐνθάδ', ὦνδρες,
ᾄδοντας αὐτὸν ἐκκαλεῖν.

et in *Equit.* 1311.

καθῆσθαί μοι δοκεῖ | ἐς τὸ Θησεῖον πλεούσας.

Thucyd. III. 31. οὐδενὶ γὰρ ἀκουσίΩC ἀφῖχθαι, emenda ἀκουσίΩΙ, quod dictum est ut IV. 28. ἀσμένοις δ' ὅμως ἐγίγνετο τοῖς σώφροσι τῶν ἀνθρώπων, et similia multa.

Thucyd. III. 33. ὡς γῇ ἑκούσιος οὐ σχήσων ἄλλῃ ἢ Πελοποννήσῳ, leg. ἀλλ' ἢ Πελοποννήσῳ, ut III. 71. μηδετέρους δέχεσθαι ἀλλ' ἢ μιᾷ νηΐ, et aliis locis.

Thucyd. III. 36. ἔνδηλον ἦν βουλόμενον τὸ πλέον τῶν πολιτῶν αὖθίς τινας σφίσιν ἀποδοῦναι βουλεύσασθαι, scrib. αὖθίς τινΑ CΦίσιν. In tali re τις ponitur, non τινές, etiam si de pluribus cogitandum, ut III. 2. εἰ μή τις προκαταλήψεται, et V. 14. εἰ μή τις αὐτοῖς τὴν Κυνοσουρίαν γῆν ἀποδώσει, et sic alibi passim.

Thucyd. III. 37. πολλάκις μὲν ἤδη ἔγωγε καὶ ἄλλοτε ἔγνων δημοκρατίαν ὅτι ἀδύνατΟΝ ἐςιν ἑτέρων ἄρχειν, emend. ὅτι ἀδύνατΟC ἐςιν, est enim Attica structura pro ὅτι ἡ δημοκρατία

ἑτέρων ἄρχειν ἀδύνατός ἐςι vel οὐ δυνατή, ubi ἀδύνατον poni non potest.

Thucyd. III. 38. scrib. σοφιςῶν θεαταῖς εἰκότες pro ἐοικότες. Εἰκέναι veterum Atticorum est et εἰκώς, ut προσεικέναι et προσεικώς, et futurum εἴξω, quibus scribae suam συνήθειαν substituunt.

Thucyd. III. 39. αἷς ἂν — ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, — κακοπραγίαν ῥᾷον ἀπωθοῦνται. Valckenaerius in annot. Ms. εὐπραγία reponebat, quia sic Thucydides constanter scribit, ut et κακοπραγία. Photius ex Aelio Dionysio: Εὐπραξίαν οἱ παλαιοὶ κωμικοὶ διὰ τοῦ Ξ, Θουκυδίδης δὲ διὰ τοῦ Γ. Thucydidis manum servavit incertus Grammaticus *de furtis scriptorum* compilatus a Clemente Alex. Strom. VI. p. 740 Pott. καὶ ὁ Θουκυδίδης ἐν ταῖς ἱςορίαις· Εἰώθασι δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἷς ἂν μάλιςα καὶ δι' ἐλαχίςου ἀπροσδόκητος εὐπραΓία ἔλθῃ, εἰς ὕβριν τρέπεσθαι, qui in caeteris errans εὐπραγία certe intactum servavit. Eadem opera corrige I. 33. τίς εὐπραξία σπανιωτέρα;

Post pauca unice verum est μηδὲν διαφερόντΩC τῶν ἄλλων — τετιμῆσθαι pro διαφέροντAC, tum scrib. πέφυκε γὰρ — ἄνθρωπος pro ἄνθρωπος, et κολασθέντων pro κολασθήτωσαν.

In fine cap. ὃν χρόνον τοῖς νῦν καθεςηκόσι δεῖ ἐχθροῖς ἀνθίςασθαι τοῖς οἰκείοις ξυμμάχοις πολεμήσομεν, ipsa rei natura requirit Ἔδει pro δεῖ, *oportebat*, sed fieri non potest, ut in illo:

οὔ μ' ἐχρῆν σορὸν πρίασθαι τοῦτ' ὀφλὼν ἀπέρχομαι.

Thucyd. III. 40. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ τότε [πρῶτον] καὶ νῦν διαμάχομαι μὴ μεταγνῶναι ὑμᾶς τὰ προδεδογμένα. Vitiose abundat πρῶτον. Dici potest καὶ τὸ πρῶτον καὶ νῦν, sed animose dicebant, ut apud Demosthenem est *de Corona* p. 236, 2: ὑπὲρ οὗ καὶ τότε καὶ νῦν καὶ ἀεὶ ὁμολογῶ πολεμεῖν τούτοις.

Thucyd. III. 40 scrib. πρὸς τὸ παραυτίκα pro τὸ παρὸν αὐτίκα, et παράδειγμα σαφὲς καταςήσατε ὡς ὃς ἂν ἀφιςῆται θανάτῳ ζημιωσόμενον, ubi vulgo ὡς ante ὅς omissum est. Simillimus est locus Platonis *de Rep.* IV. p. 426. c. προαγορεύουσι τοῖς πολίταις τὴν κατάςασιν τῆς πόλεως μὴ κινεῖν ὡς ἀποθανουμένους ὃς ἂν τοῦτο δρᾷ.

Thucyd. III. 46. πολλῶν θανάτOY ζημία πρόκειται, certus et perpetuus dicendi usus postulat ut θάνατOC scribatur, ut paullo ante cap. 44. θάνατον ζημίαν προθεῖσιν, et saepissime alibi.

Thucyd. III. 46. *τίνα οἴεσθε ἥντινα οὐκ ἄμεινον μὲν ἢ νῦν παρασκευάσΑσθαι πολιορκίᾳ τε παρατενεῖσθαι ἐς τοὔσχατον*; Corrig. *παρασκευάσΕσθαι*, ut III. 39. *τίνα οἴεσθε ὅντινα οὐ βραχείᾳ προφάσει ἀποσήσεσθαι*;

Thucyd. III. 50. *κλήρους δὲ ποιήσαντες — τρισχιλίους, τριακοσίους μὲν τοῖς θεοῖς* [*ἱεροὺς*] *ἐξεῖλον*, insiticium est *ἱερούς*, quod in frequentissima huius rei mentione nemo addit, et inest perspicue in verbis *τοῖς θεοῖς ἐξαιρεῖν*, et *ἐξαίρετος τοῖς θεοῖς*.

Thucyd. III. 52. *εἰρημένον* [*γὰρ ἦν*] *αὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος*. Haerere solent scioli in huiuscemodi accusativis *εἰρημένον*, *δεδογμένον*, *προστεταγμένον* et sim. et aliquid fraudis struere, ut h. l. *γὰρ ἦν* de suo addiderunt, ut apud Platonem *de Rep.* p. 337. E. *ἀπειρημένον αὐτῷ* [*εἴη*] interpolarunt, et saepe apud alios. Vide ad Herod. V. 62.

Thucyd. III. 52. *ἠρώτων δὲ αὐτοὺς — τοσοῦτον μόνον εἴ* TI *Λακεδαιμονίους — ἀγαθόν* [TI] *εἰργασμένοι εἶεν*. alterum TI necessario delendum. Sine vitio idem legitur cap. 54 et bis cap. 61.

Thucyd. III. 53. *τὴν παράδοσιν τῆς πόλεως — ἐποιησάμεθα — ἐν δικαςαῖς οὐκ* 'ΕΝ *ἄλλοις δεξάμενοι* [*ὥσπερ καὶ ἐσμέν*] *γενέσθαι ἢ ὑμῖν*, corrig. *ἐν δικαςαῖς οὐκ* 'ΑΝ *ἄλλοις δεξάμενοι γενέσθαι*, ut recte legitur III. 37. *ὡς ἐν ἄλλοις μείζοσιν οὐκ ἂν δηλώσαντες τὴν γνώμην*.

Inficetum additamentum *ὥσπερ καὶ ἐσμέν* vel inepta sedes satis redarguit.

Thucyd. III. 55. *εἰ δ' ἀποςῆναι Ἀθηναίων οὐκ ἠθελήσαμεν — οὐκ ἠδικοῦμεν*, requiritur praesens *οὐκ ἀδικοῦμεν*, *noxii non sumus*, ut cap. 65. *εἰ μὲν γὰρ — τὴν γῆν ἐδηοῦμεν — ἀδικοῦμεν· εἰ δὲ ἄνδρες ὑμῶν οἱ πρῶτοι — ἐπεκαλέσαντο ἑκόντες τί ἀδικοῦμεν*;

Thucyd. III. 56. *τὸ δὲ τελευταῖον αὐτοὶ σύνιςε δι' ἅπερ καὶ τάδε πάσχομεν*, imo vero *δι' ὅπερ*.

Thucyd. III. 56. *καίτοι χρὴ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν* [*ὁμοίως*] *φαίνεσθαι γιγνώσκοντας*, magistellus *ὁμοίως* adiecit, quod sententiam dicti vitiat. Recte I. 22. *οὐ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἔλεγον*, et sic Plato nonnumquam loquitur et Socrates iocatur.

Thucyd. III. 58. *ἑκόντας τε ἐλάβετε καὶ χεῖρας προϊσχομένους ἔτι δὲ καὶ εὐεργέτας γεγενημένους διὰ παντός*. Annotavit nescio quis *ὁ δὲ νόμος τοῖς Ἕλλησι μὴ κτείνειν τούτους*, eaque nunc

post *προϊσχομένους* in textum irrepserunt, quasi vero aut Platacenses ista dicere aut Thucydides ea *sic* dicere potuisset.

Thucyd. III. 58. *θυσίας τὰς πατρίους τῶν ἐσσαμένων* [*καὶ κτισάντων*] *ἀφαιρήσεσθε.* Scribe *εἰσαμένων* et interpretamentum in margine colloca.

Similiter III. 59. Thucydides dixerat *ἡμᾶς τοὺς εὐεργέτας ἀλλοτρίας ἕνεκα ἔχθρας διαφθεῖραι*, adscripsit aliquis *μὴ αὐτοὺς ἀδικηθέντας* eaque nunc post *ἔχθρας* inserta pro Thucydideis leguntur. Quam multo acrius expuncto emblemate dicitur idem.

Thucyd. III. 59. *ἱκέται γιγνόμεθα ὑμῶν τῶν πατρῴων τάφων*, excidit sigla praepositionis et supplendum *πρὸς τῶν πατρῴων τάφων.* Itaque totum hunc locum recepta felici Donaldsoni emendatione ita constituendum censeo: *ἡμεῖς τε, ὡς πρέπον ἡμῖν καὶ ὡς ἡ χρεία προάγει, θεοὺς τοὺς ὁμοβωμίους καὶ κοινοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐπιβοώμενοι, προφερόμενοι δ' ὅρκους, οὓς οἱ πατέρες ὑμῶν ὤμοσαν, ἱκέται γιγνόμεθα ὑμῶν ΠΡΟϹ τῶν πατρῴων τάφων καὶ ἐπικαλούμεθα τοὺς κεκμηκότας μὴ γενέσθαι ὑπὸ Θηβαίοις.*

Iterum *πρός* excidit cap. 61. ubi supplendum *εἰ καὶ αὐτοὶ βραχέως* (*πρὸς*) *τὸ ἐρωτηθὲν ἀπεκρίναντο*, ut cap. 60. *τῆς πρὸς τὸ ἐρώτημα ἀποκρίσεως*, et sic omnes loqui solent.

Mirum mihi accidit cap. 62 in fine *ἵππους παρέχοντες*, et *equitatum* (non *equos*) praebuisse se Thebanos credo dixisse *ἵππον*, non *ἵππους*.

Thucyd. III. 64. *ἀπελίπετε γὰρ αὐτὴν* (*τὴν ξυνωμοσίαν*) *καὶ παραβάντες ξυγκατεδουλοῦσθε μᾶλλον Αἰγινήτας καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ξυνομοσάντων* [*ἢ διεκωλύετε*]. Dici vix potest quam sit absonum *ἢ διεκωλύετε*. Peperit absurdum emblema *μᾶλλον* a sciolo non intellectum. Μᾶλλον est enim *μᾶλλον ἢ τῇ ξυνωμοσίᾳ ἐμμένειν, μᾶλλον ἢ τοῖς ξυνομόσασιν ἀδικουμένοις βοηθεῖν.*

Thucyd. III. 65. *ἐλθεῖν ἡμᾶς ἐν σπονδαῖς καὶ ἱερομηνιΑΙϹ Ἐπὶ τὴν ὑμετέραν πόλιν*, scrib. *ἱερομηνίᾳ*, ut cap. 56. *ἐν σπονδαῖς καὶ προσέτι ἱερομηνίᾳ*, in quo nomine plurali numero locus non est. Vides unde mendum sit ortum.

Thucyd. III. 66. *καὶ τὴν περὶ αὐτῶν* [*ἡμῖν μὴ κτείνειν*] *ψευσθεῖσαν ὑπόσχεσιν.* Paucis ante versibus legitur *ὑποσχόμενοι ἡμῖν μὴ κτενεῖν.* Emblema ipsum labem concepit: credo olim fuisse *ἢ μὴν μὴ κτενεῖν* in ora libri adscriptum.

Quamdiu scribetur ut in cap. 67. *παρΗνόμησαν?* Nulla tamen

controversia est quin παρϵνόμουν et παρϵνόμησα sola Graeca sint.

Thucyd. III. 75. ὁ δῆμος 'ΟΠΛΙσθεὶς ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ ὡς οὐδὲν αὐτῶν ὑγιὲς διανοουμένων τῇ τοῦ μὴ ξυμπλεῖν ἀπιςίᾳ τὰ Ὅ΄ΟΠΛΑ αὐτῶν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἔλαβεν. Quam mirifici errores nos legentes ludificantur! ὁπλισθείς non uno nomine absurdum est: ὁπλισθεὶς ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ, et ὁπλισθεὶς τὰ ὅπλα ἔλαβεν incongrua sunt. Quid multa? in 'ΟΠΛΙCθείς latet 'ΟΡΓΙCθείς. ὁ δῆμος ὀργισθεὶς ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ — τὰ ὅπλα ἔλαβεν.

Thucyd. III. 82. med. καὶ οὐ τῷ θείῳ νόμῳ μᾶλλον ἐκρατύνοντο (τὰς πίςεις). Dionysius Hal. pag. 955. hinc affert θείῳ καὶ νομίμῳ, unde Valckenaer. in annot. Ms. restituit τῷ ὁσίῳ καὶ νομίμῳ. Quam facile ΟCΙΩΙ et ΘϵΙΩΙ confundantur ostendimus supra pag. 6, 117.

Thucyd. III. 82. ἢ μετὰ ψήφου ἀδίκου [καταγνώσεως] ἢ χειρὶ κτώμενοι τὸ κρατεῖν. Iudices ambitiosi et cupidi non minus absolvendo noxios peccabant quam innoxios damnando. Utrumque inest in ἡ ἄδικος ψῆφος et καταγνώσεως perperam est adiectum.

Thucyd. III. 89. ἀποςέλλειν τε τὴν θάλασσαν, sententia loci et dicendi usus postulant 'ΑΝΑςέλλειν, ut cap. 98. τοξευόμενοι — ἀνεςέλλοντο, et saepius.

Thucyd. III. 92. ξυνεπρεσβεύοντο δὲ αὐτοῖς καὶ Δωριῆς [ἡ μητρόπολις τῶν Λακεδαιμονίων] τῶν αὐτῶν δεόμενοι. Interpolata haec sunt ex I. 107. ἐς Δωριᾶς τὴν Λακεδαιμονίων μητρόπολιν et nunc turbant verborum ordinem.

Thucyd. III. 95. οἱ προθύμως ἐδόκουν — ξυςρατεύειν ἢ κἂν βίᾳ προσαχθῆναι, scrib ξυςρατεύϹειν. Post pauca dele νῆες in verbis: αἱ γὰρ πεντεκαίδεκα τῶν Κερκυραίων ἀπῆλθον [νῆες].

Thucyd. III. 104. καὶ τὴν πεντετηρίδα τότε πρῶτον μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι [τὰ Δήλια]. Olim ad πεντετηρίδα annotavit aliquis in margine ΤΑ ΔΗΛΙΑ. Habeat sibi.

Sequitur: ἦν δέ ποτε [καὶ τὸ πάλαι] μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον τῶν Ἰώνων. interpolata haec sunt ex sqq. ὅτι ἦν καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος καὶ ἑορτὴ ἐν τῇ Δήλῳ. In antiquo carmine pro ὅταν καθέϹωσιν ἀγῶνα, quod barbarum est, corrig. καθέωσιν. Ἀγῶνα καθεῖναι recte dicitur.

Thucyd. III. 108. [ἀτάκτως καὶ] οὐδενὶ κόσμῳ προσπίπτοντες. Apud veteres κόσμος est τάξις, κοσμέειν est τάττειν: itaque pro

ἀτάκτως Atheniensis veteres dicebant οὐδενὶ κόσμῳ vel οὐδένα κόσμον. Nunc duo simul loquuntur. Vid. ad Herod. VIII. 86.

Thucyd. III. 109. τὸν μισθοφόρον ὄχλον [τὸν ξενικόν]. Milites conducticii appellantur promiscue ἐπίκουροι, μισθοφόροι et ξένοι, sed constat eos omnes *non esse cives*. Itaque qui dicit τὸν μισθοφόρον ὄχλον [τὸν ξενικόν] inepte bis idem dicit.

Thucyd. III. 111. πάντας ἐνόμισαν ἀπιέναι ἀσπόνδους ὁμοίως, corrig. ἀσπόνδους ὅμΩC. Frequens haec apud Thucydidem confusio est.

Thucyd. III. 116. ἐπὶ τῇ Αἴτνῃ [τῷ ὄρει] οἰκοῦσιν, ὅπερ μέγιςόν ἐςιν ὄρος ἐν τῇ Σικελίᾳ. Saepius apud Thucydidem videbis πόλιν aut νῆσον aut sim. additum, ubi abesse malis. Nunc quidem scioli ἐπ' αὐτοφώρῳ deprensi sunt.

Thucyd. IV. 4. exhibebo locum fatuis emblematis purgatum: καὶ τὸν πηλὸν εἴ που δέοι χρῆσθαι ἀγγείων ἀπορίᾳ ἐπὶ τοῦ νώτου ἔφερον ἐγκεκυφότες ΤΘ ΚΑΙ τῶ χεῖρε ἐς τοὐπίσω ξυμπλέκοντες παντί τε τρόπῳ ἠπείγοντο φθῆναι τοὺς Λακεδαιμονίους τὰ ἐπιμαχώτατα ἐξεργασάμενοι. τὸ γάρ κτέ. vide nunc in vulgatis quid scioli designaverint.

Thucyd. IV. 11. Brasidas ἐβόα [λέγων] ὡς οὐκ εἰκὸς εἴη ξύλων φειδομένους τοὺς πολεμίους ἐν τῇ χώρᾳ περιιδεῖν τεῖχος πεποιημένους ἀλλὰ τάς τε σφετέρας ναῦς βιαζομένους τὴν ἀπόβασιν καταγνύναι [ἐκέλευε] κτέ. Non sentiunt homunciones et λέγων et ἐκέλευε in ἐβόα inesse, et loci vim omnem et acrimoniam debilitant et frangunt. Ex Thucydide emendato corrige Demosthenem *de F. Leg.* p. 377, 22: ταῦτ' οὐχὶ βοᾷ [καὶ λέγει] ὅτι χρήματ' εἴληφεν Αἰσχίνης; Conf. ibid. p. 366, 22: οὐ γὰρ ἔγωγ' ἂν ἔδωκα οὐδενὶ οὐδὲν ὥςε μοι παραςάντας ἐνταυθὶ βοᾶν οἷα πεπόνθασιν· ἡ γὰρ ἀλήθεια καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτὰ βοᾷ. Ex his eadem opera emendabis Dionysium Halic. *de adm. vi dic. in Dem.* VI. pag. 1121. Reisk. ταῦτα — οὐ ΚΑΤΑβοᾷ [καὶ διδάσκει] πῶς αὐτὰ δεῖ λέγεσθαι μόνον οὐ φωνὴν ἀφιέντα; Viden' emendandum esse οὐΚ ΑΤΤΑ βοᾷ et καὶ διδάσκει sine mora expungendum? Sed ad Thucydidem revertor.

Thucyd. IV. 15. ἔδοξεν αὐτοῖς — τὰ τέλη καταβάντας ἐς τὸ ςρατόπεδον βουλεύειν παραχρῆμα ὁρῶντας ὅ τι ἂν δοκῇ. Emenda παραχρῆμα δρῶντας. Saepissime vidi δρᾶν et ὁρᾶν inter se *confusa*. In Scholiis Venetis ad Iliad. A. 65 editur: ὁ δὲ ὀνει-

ροπόλος αὐτὸς δρᾷ ὑπὲρ ἑτέρων ὀνείρους. imo ὁρᾷ, opinor. Harpocration v. Ὀργεῶνας· — ὀργιάζειν ἐς τὸ θύειν καὶ τὰ νομιζόμενα ὁρᾶν. quod Photius et ex eo Suidas fideliter descripserunt. Tandem Valesius δρᾶν reposuit. Apud Iamblichum V. P. § 55: legebatur: παραγγεῖλαι δὲ καὶ κατὰ πάντα τὸν βίον αὐτάς τε εὐφημεῖν καὶ τοὺς ἄλλους ὁρᾶν ὁπόσα ὑπὲρ αὐτῶν εὐφημήσωσιν, emendavit Kuster. δρᾶν. Hinc parata est medicina vexatissimo Euripidis senario in *Bacchis* vs. 495.

οὐκ οἶσθ' ὅτι ζῇς οὐδ' ὁρᾷς οὔθ' ὅς εἶ.

at tu emenda:

οὐκ οἶσθ' ὃ βάζεις οὔθ' ὃ δρᾷς.

Thucyd. IV. 15. ὡς εἶδον ἀδύνατον ὂν τιμωρεῖν τοῖς ἀνδράσι καὶ κινδυνεύειν οὐκ ἐβούλοντο ἢ ὑπὸ λιμοῦ τι παθεῖν ἢ ὑπὸ πλήθους βιασθέντας [κρατηθῆναι]. Sciolus non intellexit βιασθέντας ex παθεῖν suspensum esse: οὐκ ἐβούλοντο κινδυνεύειν τοὺς ἄνδρας παθεῖν τι (id est ἀπολέσθαι) ἢ ὑπὸ λιμοῦ ἢ βιασθέντας ὑπὸ πλήθους.

In vicinia cap. 16 expunge καί in σῖτον ἐσπέμπειν τακτὸν [καὶ] μεμαγμένον, et ὁμοίας in καὶ τὰς ναῦς ἀποδοῦναι Ἀθηναίους [ὁμοίας] οἵασπερ ἂν παραλάβωσιν. Ecquid est a loci sententia alienius quam ὁμοίας? Similiter ex cap. 17. μακροτέρους exime ex verbis: τοὺς δὲ λόγους [μακροτέρους] οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν.

Thucyd. IV. 21. οἱ δὲ τὰς μὲν σπονδὰς ἔχοντες τοὺς ἄνδρας ἐν τῇ νήσῳ ἤδη σφίσιν ἐνόμιζον ἑτοίμους εἶναι ὁπόταν βούλωνται [ποιεῖσθαι πρὸς αὐτούς]. Spuria esse vel articulus arguit ΤΑC μὲν σπονδάς.

Post pauca scribitur μάλιστα δὲ αὐτοὺς ἐνῆγε Κλέων ὁ Κλεαινέτου ἀνὴρ δημαγωγὸς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὢν καὶ τῷ πλήθει πιθανώτατος. Transpone καί in hunc modum: δημαγωγὸς ΚΑΙ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον κτέ. Fuisse illo tempore Cleonem δημαγωγόν res ipsa loquitur. Caeterum compara VI. 35. Ἀθηναγόρας ὃς δήμου τε προστάτης ἦν καὶ ΈΝ ΤΩΙ ΠΑΡΟΝΤΙ πιθανώτατος τοῖς πολλοῖς.

Thucyd. IV. 22. γιγνώσκειν μὲν καὶ πρότερον —, σαφὲς δ' εἶναι [καὶ] νῦν, οἵτινες τῷ μὲν πλήθει οὐδὲν ἐθέλουσιν εἰπεῖν, ὀλίγοις δ' ἀνδράσι ξύνεδροι [βούλονται] γίγνεσθαι. in his καί vitiat sententiam, quam βούλονται onerat et compositionem turbat.

In sqq. excidit praepositio scribendumque λέγειν ἐκέλευσεν 'ΕΝ ἅπασιν.

Thucyd. IV. 26. τῶν νεῶν οὐκ ἐχουσῶν ὅρμον ΑΙ μὲν σῖτον ἐν τῇ γῇ ἠροῦντο κατὰ μέρος, ΑΙ δὲ μετέωροι ὥρμουν. Quam me delectant NAVES *in littore cibum capientes!* Emenda sodes ΟΙ μέν et ΟΙ δέ. Deinde scrib. ἀληλεμένον pro ἀληλεϹμένον.

Indoctus corrector ἀπό inseruit Thucyd. IV. 26. ἀπαίροντες [ἀπὸ] τῆς Πελοποννήσου ὁπόθεν τύχοιεν. Neque minus inepte ἐγγύς est interpositum IV. 44. νομίσαντες τῶν [ἐγγὺς] ἀϛυγειτόνων Πελοποννησίων βοήθειαν ἐπιέναι. Quid attinet dicere vicinos habitare in vicinia?

Thucyd. IV. 27. ἐς Νικίαν τὸν Νικηράτου ϛρατηγὸν ὄντα ἀπεσήμαινεν ἐχθρὸς ὢν [καὶ ἐπιτιμῶν]. omnia sunt in ἀπεσήμαινεν, *aculeum iaciebat, oblique tangebat.* Interpolatum est ex cap. 28. ὁρῶν αὐτὸν ἐπιτιμῶντα.

Thucyd. IV. 29. ὡς ᾔξων [καὶ] ἔχων ϛρατιάν. Ἔρχομαι ἔχων est *adduco, affero.* I. 9. ἃ ἔχων ἦλθεν. I. 11. ἃ ἦλθον ἔχοντες. II. 80. οὓς αὐτὸς ἔχων ἦλθεν. Hinc emenda V. 7. μηχανὰς ὅτι οὐκ Ἦλθεν ἔχων, pro ὅτι οὐ κατῆλθεν.

Thucyd. IV. 53. τὰ δὲ Κύθηρα νῆσός ἐϛι — καὶ κυθηροδίκης [ἀρχή] ἐκ τῆς Σπάρτης διέβαινεν αὐτόσε κατ' ἔτος. In margine ponendum ΑΡΧΗ. Vide ad I. 96.

Thucyd. IV. 55. ἐς τὰ πολεμικά, εἴπερ ποτέ, [μάλιϛα δὴ] ὀκνηρότεροι ἐγένοντο. Quicumque εἴπερ ποτέ quam vim habeat intelligit insulsum glossema sine mora delebit. Hinc parata medicina est iis, quae I. 142. scripta sunt: τὸ δὲ ναυτικὸν τέχνης ἐϛὶν ὭϹπερ τι καὶ ἄλλο, imo vero ΕΙΠΕΡ τι καὶ ἄλλο.

Quam mendose ad hunc diem Thucydides editur! Utor editione Bekkeri anno 1868 ex optimis libris parata. In loco ubi versamur (IV. 55) apud Bekkerum legitur τοῦ ἐπὶ τῇ νήσῳ πάθους pro ἐν τῇ νήσῳ, ut in eodem cap. recte in fine scriptum est. Eadem opera corrige I. 16. ὅταν 'ΕΝ τῇ γῇ ὁρῶσιν ἡμᾶς, pro 'ΕΠΙ. Deinde apud Bekkerum legitur καὶ 'ΕΔΕΔΙΕϹΑΝ, quae est foeda barbaries nata in Graecia effoeta et delirante pro ἐδέδισαν. Tum legitur ἀτολμότεροι ἐς τὰς μάχας ΗϹΑΝ, pro ΗΙϹΑΝ, ᾖσαν. Dicebant enim ἰέναι ἐς τὰς μάχας ut ἰέναι ἐς τοὺς πολέμους.

Thucyd. IV. 66. οἱ δὲ φίλοι τῶν ἔξω τὸν θροῦν αἰσθόμενοι Φα-

νερῶς μᾶλλον [ἢ πρότερον] καὶ αὐτοὶ ἠξίουν τούτου τοῦ λόγου ἔχεσθαι. Frequentissima est, ut vidimus, interpolatio post μᾶλλον. Non comparatio instituitur, sed *crevisse* iis animos Thucydides refert.

Thucyd. IV. 67. καὶ ᾔσθετο οὐδεὶς εἰ μὴ [οἱ ἄνδρες] οἷς ἐπιμελὲς ἦν εἰδέναι, Graeculus notam ellipsin temere explevit. Saepe tamen ea ellipsi Thucydides utitur, ut III. 9. εἰ τύχοιεν οἵ τε ἀφιγάμενοι καὶ ἀφ' ὧν διακρίνοιντο ἴσοι τῇ γνώμῃ ὄντες. et I. 5. οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι οὐκ ὀνειδιζόντων et VII. 23. ταύτας τε γὰρ ἔτρεψαν καὶ ὑφ' ὧν τὸ πρῶτον ἐνικῶντο. Obiter corrige Μινῴαν pro Μινώαν (ut Κάδμεια, Νίσαια, sic ΜΙΝΩΙΑ formatur) et ἐνῄδρευσαν ἐς τὸ ἘνυαλίΕιον pro τὸ Ἐνυάλιον.

Thucyd. IV. 75. αὐτός τε καὶ ἡ γρατιὰ πεζῇ διὰ Βιθυνῶν Θρᾳκῶν [οἵ εἰσι πέραν ἐν τῇ Ἀσίᾳ] ἀφικνεῖται ἐς Καλχηδόνα. Haeccine Thucydidem ipsum scripsisse videri! Lamachi *in Asia* iter describens ex agro Heracleensi per Bithyniam Calchedonem eum pervenisse narrat. Putesne opus esse dicere Bithyniam illam in Asia esse sitam? Constantinopoli ista adscripta sunt, non Athenis scripta.

Thucyd. IV. 85. καίτοι γρατιᾷ γε τῇδε [ἣν νῦν ἐγὼ ἔχω] ἐπὶ Νίσαιαν ἐμοῦ βοηθήσαντος οὐκ ἠθέλησαν Ἀθηναῖοι πλέονες ὄντες προσμῖξαι. Insiticia sunt verba ἣν νῦν ἐγὼ ἔχω. Manu ostendit copias qui dicit γρατιὰ αὐτῇ sive γρατιὰ ἥδε, *hae* quas videtis *copiae*. Praeterea ἣν ΝΥΝ ἐγὼ ἔχω recte dicitur, si *alter* easdem antea habuisset, ut ἡ βασιλεία, ἣν νῦν ἐγὼ ἔχω. Quod ab h. l. alienum est.

Tenuis lineola omissa obscuravit verba Brasidae IV. 86. οὐδ' ΑΣΑΦΗ τὴν ἐλευθερίαν νομίζω ἐπιφέρειν. Fuerat ΑΣΑΦΗ, id est οὐδ' ΑΝ ΣΑΦΗ τὴν ἐλευθερίαν κτέ. id est *neque me arbitror* VERAM *libertatem vobis esse allaturum si* etc.

Thucyd. IV. 90. ἀφικνεῖται ἐπὶ τὸ Δήλιον. — καὶ καθίσας τὸν γρατὸν Δήλιον ἐτείχιζε τοιῷδε τρόπῳ [τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος]. Non potuit putida annotatiuncula in sedem magis inopportunam avehi quam ubi nunc adhaesit. Si erat his locus, certe ad primam τοῦ Δηλίου mentionem apponi oportuit. Redeat in veterem sedem, in libri marginem.

Thucyd. IV. 91. τῶν ἄλλων βοιωταρχῶν, οἵ εἰσιν ἕνδεκα, οὐ

ξυνεπαινούντων μάχεσθαι — Παγώνδας ὁ Αἰολάδου βοιωταρχῶν ἐκ Θηβῶν μετ' Ἀριανθείδου τοῦ Λυσιμαχίδου — ἔπειθε τοὺς Βοιωτοὺς ἰέναι ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. De numero Boeotarcharum video homines doctos inter se dissentire. Hic locus declarat fuisse XIII, quorum *duo* βοιωταρχοῦσιν ἐκ Θηβῶν, *undecim* ex caeteris Boeotiae civitatibus; namque hanc vim habet praesens in οἵ ΕΙCIN ἕνδεκα.

Si Pagondae civis et in imperio collega Arianthidas in dissuadentium numero fuisset, necesse erat scribere οἳ ἦCAN ἕνδεκα et nihil attinebat Arianthidam nominare. Nunc Thucydides perspicue demonstrat reliquarum in Boeotia civitatium Boeotarchas esse *undecim*, quos omnes tum pugnam fieri vetuisse: deinde *duos* Thebanorum βοιωτάρχας commemorat, quorum alter Pagondas summum in omnes imperium habebat.

Satis diu nos ludificatus est sciolus qui ξυνέβη interpolavit apud Thucyd. IV. 99. νομίζοντες τὴν μὲν Ὠρωπίαν, ἐν ᾗ τοὺς νεκροὺς ἐν μεθορίοις τῆς μάχης γενομένης κεῖσθαι (ξυνέβη), Ἀθηναίων κατὰ τὸ ὑπήκοον εἶναι. Miratus quid esset ἐν ᾗ τοὺς νεκροὺς κεῖσθαι, (quod quis paullo doctior mirabitur?) *opem tulit* scilicet. Poterat dixisse ἐν ᾗ οἱ νεκροὶ ἔκειντο ex sua persona: maluit ex Thebanorum dicere ἐν ᾗ τοὺς νεκροὺς κεῖσθαι, sed ξυνέβη κεῖσθαι in hac re locum nullum habet.

Thucyd. IV. 114. οὐδ' ἂν σφῶν πειρασαμένους αὐτοὺς [τῶν Λακεδαιμονίων] δοκεῖν ἧσσον — εὔνους ἂν σφίσι γενέσθαι. Arcte coniungi possunt in oratione animosa ἡμεῖς οἱ Λακεδαιμόνιοι, σφεῖς οἱ Λακεδαιμόνιοι et sim. sed nonnullis post pronomen interpositis talia inserere sciolorum est, qui putide et pueriliter pronomina interpretantur in Scholiis. ὑμεῖς: οἱ ἀθηναῖοι δηλονότι, et similia passim.

Thucyd. IV. 115. τὸ δὲ οἴκημα λαβὸν μεῖζον ἄχθος ἐξαπίνης κατερράγη. Vera lectio est κατερΡΥΗ, κατερρύη, *corruit, collapsum est.*

Thucyd. IV. 117. scribendum Ἕως ἔτι Βρασίδας εὐτύχει, pro ὡς.

Thucyd. IV. 120. οὐ πρὸς τὸ ἔλασσον νομίζων τρέψεσθαι [ἀλλ' ἐπὶ τὴν ναῦν] καὶ ἐν τούτῳ αὐτὸν διασώσειν. Bellula oppositio τὸ ἔλασσον — ἡ ναῦς, idque pro ἡ τριήρης. Thucydides idem dixerat paucioribus verbis.

Thucyd. IV. 122. ὀργὴν ποιούμενοι εἰ καὶ οἱ ἐν ταῖς νήσοις ἤδη

[ὄντες] ἀξιοῦσι σφῶν ἀφίεσθαι. Spurium esse ὄντες vel ipsa sedes arguit, quia ἤδη ἀξιοῦσι divelli nequeunt: et *insulanos* dici τοὺς ἐν ταῖς νήσοις quis tandem est qui nesciat?

Post pauca ψήφισμά τ' εὐθὺς ἐποιήσαντο Κλέωνος γνώμῃ [πεισθέντες], participium, quod in ea re nemo addit, inducendum censeo.

Interpolantur veterum scripta, ubi Graeculi verborum sententiam non assecuti laboranti scripturae *succurrunt* scilicet: nos quamquam perspecta vera sententia tamen istorum emblemata retinemus. Editur IV. 126. ἀγαθοῖς γὰρ εἶναι ὑμῖν προσήκει — οἵ γε μηδὲ ἀπὸ πολιτειῶν τοιούτων ἥκετε ἐν αἷς [οὐ] πολλοὶ ὀλίγων ἄρχουσιν ἀλλὰ πλειόνων μᾶλλον ἐλάσσους. Graeculus ut oppositionem faceret οὐ de suo addidit non cogitans in praecedentibus eam contineri. Id nos non fugit, sed nihilo minus absurdum οὐ fideliter servamus.

Thucyd. IV. 131. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι — ἐσπεσόντες [ἐς] τὴν [Μένδην] πόλιν ἅτε οὐκ ἀπὸ ξυμβάσεως ἀνοιχθεῖσαν — διήρπασαν. Manifestum est hoc Thucydidem dicere οἱ Ἀθηναῖοι τὴν πόλιν διήρπασαν ἅτε οὐκ ἀπὸ ξυμβάσεως ἀνοιχθεῖσαν. Unde ΕΟ natum sit vides. Non desino mirari quo pacto docti homines concoquant ἐς τὴν Μένδην πόλιν. Quid non mortalia pectora cogis o caeca et malesana antiquitatis reverentia?

Sed animadverto me Thucydidis amore captum ulterius esse progressum, quam a principio erat consilium. Itaque, ne mihi haec pars annotationum nimis excrescat, vela contraham et de caeteris libris paucos tantum locos selectos eadem brevitate recognoscam.

Thucyd. V. 35. ὥστε οὔτε Πύλον ἀπαιτούντων [αὐτῶν] ἀπεδίδοσαν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκ τῆς νήσου [δεσμώτας] μετεμέλοντο ἀποδεδωκότες. bis male ellipsin de suo Graeculi expleverunt. Mos est in talibus, quale est ἀπαιτούντων οὐκ ἀπεδίδοσαν, pronomen omittere, et οἱ ἐκ τῆς νήσου non recte δεσμῶται dicuntur, sed αἰχμάλωτοι, et usitatum est nihil addere.

Thucyd. V. 63. Λακεδαιμόνιοι — Ἄγιν ἐν μεγάλῃ αἰτίᾳ εἶχον οὐ χειρωσάμενον σφίσιν Ἄργος παρασχὸν καλῶς ὡς οὔπω πρότερον [αὐτοὶ ἐνόμιζον]. Manifesto verba ὡς οὔπω πρότερον (παρέσχεν) ad παρασχόν referenda sunt, quo facto emblema ultro excidit. Παρέχειν eo sensu reponendum IV. 133. βουλόμενοι μὲν καὶ ἀεί,

παρεCTHκὸς δὲ ῥᾷον ἐπειδὴ — ὅ, τι ἦν αὐτῶν ἄνθος ἀπωλώλει, imo vero παρεCXHκός et ὅ, τιπερ ἦν αὐτῶν ἄνθος.

Thucyd. V. 77. αἱ δέ κα μὴ ЄIKωντι τοὶ Ἀθηναῖοι ἐξ Ἐπιδαύρω, imo vero ἐκβῶντι, et in cap. 79. scribe, αἱ δέ τινί (κα) τᾶν πολίων ἢ ἀμφίλογα, ubi vulgo κα omissum est.

Thucyd. V. 89. δυνατὰ δὲ οἱ προὔχοντες ΠPACCOTCI καὶ οἱ ἀσθενεῖς ξυγχωροῦσιν. Certa est Dobraei emendatio ΠPOCTάσσουσι. Sciunt omnes, qui Codices Graecos triverunt, sexcenties πράττειν — προςάττειν et πράγματα — προςάγματα inter se confundi. Vera lectio latet in Scholio antiquo et bonae notae ad h. l.

Dixerat Thucydides V. 116. ὡς αὐτοῖς τὰ διαβατήρια οὐκ ἐγένετο, annotavit nescio quis ἱερὰ ἐν τοῖς ὁρίοις, quae verba nunc pro Thucydideis leguntur.

Thucyd. VI. 2. εἰσὶ δὲ καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Σικελοί· καὶ ἡ χώρα ἀπὸ Ἰταλοῦ βασιλέως τινὸς Σικελῶν τοὔνομα τοῦτο ἔχοντος οὕτως ἐπωνομάσθη. Haec omnia habent optime, sed in libris est οὕτως [Ἰταλία] ἐπωνομάσθη.

Thucyd. VI. 9. ἧσσον ἑτέρων περὶ τῷ ἐμαυτοῦ σώματι ὀρρωδῶ νομίζων ὀμOIΩC ἀγαθὸν πολίτην εἶναι ὃς ἂν καὶ τοῦ σώματός τε καὶ τῆς οὐσίας προνοῆται, suadente loci sententia repone νομίζων ὅμΩC.

Recurrit notum emblema VI. 19. πολλῷ μᾶλλον [ἢ πρότερον] ὥρμηντο ςρατεύειν, sed multo etiam turpius chorda oberratur eadem VI. 31. ὡς ἤδη ἔμελλον ἀλλήλους ἀπολείπειν μᾶλλον αὐτοὺς ἐσῄει τὰ δεινά [ἢ ὅτε ἐψηφίζοντο πλεῖν]. Scioli quid sibi velit μᾶλλον non capiunt et comminiscuntur semper aliquid de suo. Nil poterant infelicius reperire. Ubi bellum iusserunt, nemo unus futura mala animo praesagiebat.

Praeclarum locum fatuis additamentis Graeculi contaminaverunt sed abstersis sordibus sana erunt omnia VI. 40. ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν, ὦ πάντων ἀξυνετώτατοι, εἰ μὴ μανθάνετε κακὰ σπεύδοντες, [ἢ ἀμαθέςατοί ἐςε] ὧν ἐγὼ οἶδα Ἑλλήνων, ἢ ἀδικώτατοι εἰ εἰδότες τολμᾶτε, [ἀλλ'] ἤτοι μαθόντες γε ἢ μεταγνόντες τὸ τῆς πόλεως ξύμπασι κοινὸν αὔξετε.

Thucyd. VI. 53. καταλαμβάνουσι τὴν Σαλαμινίαν [ναῦν] ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἥκουσαν ἐπί τε Ἀλκιβιάδην [ὡς κελεύσοντας ἀποπλεῖν] ἐς ἀπολογίαν ὧν ἡ πόλις ἐνεκάλει καὶ ἐπ' ἄλλους τινὰς

τῶν μετ' αὐτοῦ. Quis homuncio de suo ναῦν inseruit? Debebat saltem τριήρη dare. Sed quis nescit constanter τὴν Σαλαμινίαν et τὴν Πάραλον dici solere? Idem homo quum ignoraret quid esset ἥκειν ἐπί τινα excogitavit addere ὡς κελεύσοντας ἀποπλεῖν admodum infeliciter. Resecto emblemate omnia sana sunt. Non semel scioli in ἐπί τινα, ἐπί τι haerentes huiusmodi pannos assuunt. Vidimus apud Herodotum VII. 15. πέμπει ἄγγελον ἐπὶ Ἀρτάβανον [καλέοντα]. Similiter apud Xenophontem peccatur *Cyrop.* V. 3. 53. αὐτὸς δὲ ἑστηκὼς ἐν τῇ ὁδῷ τὸν μὲν προσιόντα προὐπέμπετο ἐν τάξει, ἐπὶ δὲ τὸν ὑστερίζοντα ἔπεμπε [καλῶν]. et apud Demosthenem κατὰ Νεαίρας pag. 1448. 10. Ἀφίδναζέ ποτε ἀφικόμενος ἐπὶ δραπέτην αὐτοῦ [ζητῶν], ubi ζητήσων saltem dictum oportuit. Apud Thucydidem iterum sic peccatum esse videbis VII. 8. ὁ Γύλιππος ἐς τὴν ἄλλην Σικελίαν ἐπὶ στρατιάν τε ᾤχετο καὶ ναυτικὴν καὶ πεζικὴν [ξυλλέξων] καὶ τῶν πόλεων ἅμα προσαξόμενος εἴ τις μὴ πρόθυμος ἦν, ubi expuncto molesto participio rescribe πεζήν pro πεζικήν. In his omnibus si ἐπί exemeris participium poterit manere: si retinueris non item. Thucydides de more orationem variavit: ᾤχετο ἐπὶ στρατιάν τε καὶ προσαξόμενος. Iuniores inspiciant Valckenaerium ad Herod. VII. 193.

Thucyd. VI. 94. καταλαμβάνουσι τοὺς ἱππέας ἥκοντας ἐκ τῶν Ἀθηνῶν — [ἄνευ τῶν ἵππων] μετὰ σκευῆς ὡς αὐτόθεν ἵππων πορισθησομένων. Ultima verba Graeco lectori satis indicant *sine equis* equites venisse, ut frigidum sit idem iterum narrare.

Thucyd. VI. 102. Νικίας — ἐμπρῆσαι τοὺς ὑπηρέτας ἐκέλευσεν ὡς ἔγνω ἀδυνάτΟΥC ἐσομένΟΥC ἐρημίᾳ ἀνδρῶν ἄλλῳ τρόπῳ περιγενέσθαι. Vera lectio est ἀδύνατΟC ἐσόμενΟC, quod ex ἐρημίᾳ ἀνδρῶν liquido colligitur.

Thucyd. VII. 8. ἔπεμπε καὶ αὐτὸς (Nicias) ἐς τὰς Ἀθήνας ἀγγέλλων — [νομίζων] ἐν δεινοῖς τε εἶναι καὶ εἰ μὴ ὡς τάχιστα ἢ σφᾶς μεταπέμψουσιν ἢ ἄλλους μὴ ὀλίγους ἀποστελοῦσιν οὐδεμίαν εἶναι σωτηρίαν. In sententia paullo longius producta non senserunt ἐν δεινοῖς τε εἶναι καὶ — οὐδεμίαν εἶναι σωτηρίαν ab ἀγγέλλων pendere et fulcrum supervacaneum νομίζων de suo praebuerunt, quo non utimur. Praeterea Ἐπαποστελοῦσιν sententia postulat, ut paullo ante ἐπιμεταπεμπομένων, de copiarum *supplementis*.

Recurrit tralaticia interpolatio Thucyd. VII. 19. ὅπως μὴ οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ὁλκάδας μᾶλλον [ἢ πρὸς τὰς τριήρεις] τὸν νοῦν ἔχωσιν.

Bekkerus, qui VI. 49 pro μάλις' ἂν CΦAC περιγενέσθαι, rectissime reposuit σφεῖς, idem vitium VII. 21. intactum reliquit in his: καὶ CΦAC ἂν τὸ αὐτὸ ὁμοίως τοῖς ἐναντίοις ὑποσχεῖν, ubi similiter σφεῖς reponendum.

Thucyd. VII. 27. ἀφίκοντο δὲ καὶ Θρᾳκῶν τῶν μαχαιροφόρων — οὓς ἔδει τῷ Δημοσθένει ξυμπλεῖν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι ὡς ὕστερον ἥκον διενοοῦντο αὐτοὺς πάλιν ὅθεν ἦλθον [ἐς Θρᾴκην] ἀποπέμπειν. Fecit operae pretium, qui ἐς Θρᾴκην de suo addidit.

Eadem fere ratio est participii interpolati VII. 27. ὁσημέραι [ἐξελαυνόντων] τῶν ἱππέων πρός τε τὴν Δεκέλειαν καταδρομὰς ποιουμένων καὶ κατὰ τὴν χώραν φυλασσόντων, sublato molesto participio optime decurrunt omnia.

Thucyd. VII. 64. εἴ τε ξυμβήσεταί τι ἄλλο [ἢ τὸ κρατεῖν] ὑμῖν. Perelegantem et notissimam εὐφημίαν et ὑποκορισμόν scioli plane perverterunt. Quis a me docendus est quid sit ἄλλο τι, ἕτερόν τι, ὡς ἑτέρως et multa similia, tam nota quam est ἤν τι πάθω, *si quid mihi acciderit*, aliaque plura huiusmodi, ubi quis rem *ominosam* εὐφήμως lenitate verborum tegit et occultat?

Paucos tantum locos ex libro VIII his addam. Editur VIII. 45. Ἑρμοκράτης — τὰς πόλεις δεομένας χρημάτων ἀπήλασεν αὐτὸς ἀντιλέγων ὑπὲρ τοῦ Τισσαφέρνους ὡς οἱ μὲν Χῖοι ἀναίσχυντοι εἶεν πλουσιώτατοι ὄντες τῶν Ἑλλήνων ἐπικουρίᾳ δὲ ὅμως σωζόμενοι ἀξιοῦσι καὶ τοῖς σώμασι καὶ τοῖς χρήμασιν ἄλλους ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας κινδυνεύειν. Duae literulae additae hunc locum ex impedito expeditum facient sic: — ἀναίσχυντοι εἶεν ΕΙ — ἀξιοῦσιν ἄλλους κινδυνεύειν. Continuo sequitur: τὰς δ' ἄλλας πόλεις [ἔφη] ἀδικεῖν αἳ ἐς Ἀθηναίους πρότερον [ἢ ἀποστῆναι] ἀνάλουν εἰ μὴ καὶ νῦν τοσαῦτα καὶ ἔτι πλείω ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ἐθελήσουσιν ἐσφέρειν. Expungendum est primum ἔφη: ex ἀντιλέγων enim pendet utrumque ὡς οἱ ΜΕΝ Χῖοι et τὰς Δ' ἄλλας πόλεις ἀδικεῖν, et in talibus ubi ὡς vel ὅτι praecedit, in reliquis ad infinitivum transitus fieri solet. Deinde ἢ ἀποστῆναι adlevit nescio quis ut πρότερον quid esset appareret scilicet. In caeteris exime unam literulam et clara lux affulgebit. Scribe ἅ pro

αἵ: QUAE antea tributi nomine Atheniensibus pendebant EA nunc pro semet ipsis, pro sua salute ac libertate, civitates impendere iubet: Ἃ ἐς Ἀθηναίους πρότερον ἀναλοῦτε, ΤΑΤΤΑ νῦν ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ἐσφέρετε. Deinde pro ταῦτα multo acrius et significantius τοσαῦτα καὶ ἔτι πλείω dixit: unde haec exit orationis forma: τὰς δ' ἄλλας πόλεις ἀδικεῖν Ἃ ἐς Ἀθηναίους πρότερον ἀνάλουν, εἰ μὴ καὶ νῦν τοσαῦτα καὶ ἔτι πλείω ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ἐθελήσουσιν ἐσφέρειν, quae tam iusta et aequa sunt quam perspicua et ad intelligendum aperta.

Thucyd. VIII. 67. ἐσήνεγκαν οἱ ξυγγραφῆς — ἐξεῖναι μὲν Ἀθηναίων ΑΝειπεῖν γνώμην ἣν ἄν τις βούληται, ἣν δέ τις τὸν ΕΙΠΟΝΤΑ γράψηται παρανόμων κτέ. Praeconis est ἀνειπεῖν, repone εἰπεῖν, quod sequenti τὸν εἰπόντα respondet.

Thucyd. VIII. 71. αὐτὸς μὲν καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ κατὰ χώραν [ἐν τῇ Δεκελείᾳ] ἔμενον, inepte abundat vel ἐν τῇ Δεκελείᾳ vel κατὰ χώραν, et facilis optio est.

Thucyd. VIII. 77. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες ἐς τὴν Σάμον [οἱ δέκα πρεσβευταί], Athenienses dicebant πρέσβεις.

Nunc Thucydidem deponam de manibus, postquam uno exemplo ostendero quam pertinaciter homines docti quamvis manifesta emblemata retineant. Thucydides dixerat V. 83. Λακεδαιμόνιοι — ἐςράτευσαν ἐς τὸ Ἄργος. — ὑπῆρχε δέ τι αὐτοῖς καὶ αὐτόθεν πρασσόμενον. Sunt haec, credo, satis perspicua, et quid sit αὐτόθεν apparet. Tamen erat in libris scholion: αὐτόθεν: ἐκ τοῦ Ἄργους. Puerile est et fatuum: sic isti solent. Scin' quid sit hodie in omnibus libris? Nempe hoc: ὑπῆρχε δέ τι αὐτοῖς καὶ ἐκ τοῦ Ἄργους αὐτόθεν πρασσόμενον. Aperit fraudem Duker., deleri iubet Valckenaer. Frustra: nemo audit et futile additamentum adhuc nullo pacto extirpari potuit, sed

θαρσεῖν χρὴ, φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.

CAPUT II.

Annotationes ad Ciceronem.

Μεταβολὴ πάντων γλυκύ. Postquam diu et multum in scriptoribus Graecis emendandis operam collocavimus, animus est ad Latinas litteras transire et de locis quibusdam apud Ciceronem pauca disserere, qui et labem aliquam concepisse mihi videntur et simplici et probabili correctione in integrum restitui posse. Non infitior me ad scriptores Latinos non nisi cunctanter accedere. Nempe mihi harum litterarum studia non ἔργον, sed πάρεργον semper fuerunt. Non suppetit mihi in his illa palaeographicae suppellectilis copia et facultas, quae quam sit utilis simul in vitio deprehendendo, simul in vera lectione aut reperienda aut, si plura suppetunt, discernenda nemo nisi longo usu edoctus satis intelligere vel praedicare poterit. Equidem qui Codices Graecos exploravi et excussi innumerabiles, Latinos aut raro aut numquam versavi. Itaque contentus esse debeo illa Latina palaeographia, quae colligitur et paritur ex emendationibus principum Criticorum, quae *certae* sint et *evidentes*, et ea, quae libris Latinis Mss. cum Graecis Codicibus communis est. Unaquaeque correctio manifesta aliquam palaeographicam observationem aut parit aut confirmat: et recurrunt passim eadem mendorum genera, eaedem vitiorum origines, eadem peccandi consuetudo et veluti analogia et constantia quaedam. Praeterea in scriptoribus Latinis aut melius intelligendis aut corrigendis semper usus sum illo adiumento et subsidio, quod mihi deliciae meae ultro subministrabant. Soleo enim Latinos scriptores mecum Graece vertere, et sic simul in interiorem quandam eorum intelligentiam penetrare, simul ad hanc lucem latens aliquod vitium citius deprehendere et quod verum sit facilius reperire et agnoscere. Facile intelligitur

quam sit hoc in poëtis Comicis praeclarum interpretandi adiumentum: neque id in Cicerone aut Livio minus conducit, si quidquid ex Graecis fontibus manavit ad eam formam revocaveris unde hanc novam Latinam induerunt. His igitur fretus nunc quidem intra paucos quosdam Ciceronis locos me continebo, quibus ut potero illustratis restitutisque ad Graecos scriptores revertar, ac veniam statim in rem praesentem,

ὡς σκῆψιν ἀγὼν οὗτος οὐχὶ δέξεται.

Periit Ciceronis iocosum et festivum dictum in epistola ad Atticum, sed sanabile est vulnus librorum, et quod per multa saecula ob corruptam lectionem in tenebris latuit poterit in lucem vitamque revocari. Praemittam locos, unde Ciceronis manum ipse deprehenderim, si cui forte ex iisdem indiciis eadem veniat in mentem emendatio, nam *segnius irritant animos* quae ab aliis reperta cognoveris, quam quae recte cogitando repereris ipse.

Vell. Paterc. II. 60. § 4. HS. *septies millies depositum a C. Caesare ad Opis occupatum ab Antonio est.*

Cicero *Philipp.* V. § 11. *Illa vero dissipatio pecuniae publicae ferenda nullo modo est, per quam septies millies falsis perscriptionibus donationibusque* (Antonius) *avertit.*

Cicero *Philipp.* I. § 17. *Pecunia utinam ad Opis maneret. — quamquam ea quoque sit effusa, si ita in actis fuit.*

Cicero *Philipp.* VIII. § 26 *Et ne tangantur rationes ad Opis.* Antonii verba sunt, cui Cicero reponit: *id est ne septies millies recuperetur.*

Cicero *Philipp.* II. § 35. *illud tamen fuit omnibus bono, — tibi tamen praecipue — qui maximo te aere alieno ad Opis liberasti, qui per easdem tabulas innumerabilem pecuniam dissipavisti.*

Ibid. § 93. *Ubi est septies millies, quod in tabulis, quae sunt ad Opis patebat? — Tu autem quadringenties* HS. *quod Idibus Martiis debuisti, quonam modo ante Kalendas Apriles debere desiisti?*

Cicero ad Atticum XIV. 14. § 5. *Rapinas scribis ad Opis fieri; quas nos quoque tum videbamus.*

His igitur solerter usus vide an vitium manifestum certa

correctione eximere possis ex iis, quae ad Atticum Cicero scribit XIV. 18 his verbis:

Sed totum se a te abalienavit Dolabella ea de causa qua me quoque sibi inimicissimum reddidit. O hominem pudentem! Kal. Jan. debuit; adhuc non solvit, praesertim quum se maximo aere alieno Faberii manu liberarit et opem ab eo petierit. Licet enim iocari ne me valde conturbatum putes.

Primum emenda LIBET *enim iocari* pro LICET, deinde quaere Ciceronis iocosum dictum, quod in vulgata lectione nusquam apparet, ut vides. Neque tamen procul abest, namque ita dixerat ETOPEMABOPEPETIERIT, deinde syllaba bis repetenda semel scripta supererat ETOPEMABOPETIERIT, quo facto corrector aliquis ex iis, qui quidquid attigerint peius etiam depravant, pro *Opem ab O petierit* reposuit *ab* EO *petierit.* Quam iocose et salse Cicero in Dolabellam hoc dictum iecerit: *et opem* AB OPE *petierit*, loci supra scripti declarant.

Quod autem *Faberii manu* id Dolabella fecisse dicitur, demonstrat Faberium eum esse, qui Caesaris manum imitatus Antonio falsa chirographa paraverit, quibus ille usus maximo aere alieno et sese et Dolabellam ad Opis liberavit.

Idem corruptelae genus ut syllaba fugitiva perverse suppleatur vitiat verba Ciceronis in libro *de Natura Deorum* I. § 2. *quo omnes duce natura* VEHIMUR. Fuerat olim NATURA TRAHIMUR, deinde TRA omissum negligentia est et quod erat reliquum NATURAHIMUR correctum scilicet abiit in *natura* VE*hi*mur. Ut enim VEHI ab ea re alienum est, ut Graecum ὀχεῖσθαι, sic TRAHERE optime dicitur, ut ἕλκειν, de valentiore, cui resisti non possit, ut in illo TRAHIT *sua quemque voluptas.* In libro I. *de Offic.* § 18. *omnes enim* trahimur *et* ducimur *ad cognitionis et scientiae cupiditatem*, multo melius verbis transpositis legetur: DUCIMUR *et* TRAHIMUR, ut acrius et efficacius verbum TRAHI inertiori verbo DUCI addatur. Discrimen optime ostendit versiculus Senecae

ducunt *volentem fata*, *nolentem* trahunt.

In eodem libro *de Natura Deorum* I. § 30. legitur: *quae et per se sunt falsa perspicue et inter se vehementer* REPUG-

nantia. ATQUE etiam —. legendum est: *et inter se vehementer* PUGNANT. *atque etiam* —. Graece dixeris: *ἅπερ αὐτά τε καθ' ἑαυτὰ φανερῶς ἐςι ψευδῆ καὶ σφόδρα ἀλλήλοις* MAXETAI, non *μαχόμενα*. Adhaesit aliquid verbo PUGNANT et ex praecedenti syllaba et ex sequenti, et *simplici* verbo opus est.

Non dissimili modo natum est mendum *de Nat. Deor.* I. § 63. *Protagoras — quum in principio libri sui sic posuisset.* De divis neque ut sint neque ut non sint habeo dicere, *Athenien*SIUM *iussu* URBE *atque agro est exterminatus librique eius in concione combusti.* Incommodum et molestum IUSSU ex vicinis syllabis vitio natum exterminandum esse censeo.

De Nat. Deor. I. § 91. *ut mihi quidem admirari* LIBERET *esse in homine Romano tantam scientiam.* Ferri nullo modo potest *admirari liberet:* itaque Heindorf. *admirabile videretur* coniecit. equidem *admirari* SUBIRET reponam, *ὥς' ἔμοιγε θαυμάζειν ἐπῆλθεν.*

Bis idem inepte dicitur *de Nat. Deor.* I. § 115. *At etiam de sanctitate*, [de pietate adversus deos] *libros scripsit Epicurus.* Erat Epicuri liber *περὶ ὁσιότητος* (Diog. Laërt. X. 27), quem Cicero *de sanctitate* inscribit, alius nescio quis in margine *de pietate adversus deos.* Cf. § 122.

Idem in vicinia: *ut Coruncanium aut Scaevolam* [pontifices maximos] *te audire dicas*, *ἐπ' αὐτοφώρῳ* tenetur.

Non minus manifestum tenemus interpolatorem in his *de N. D.* I. 121. *Ita fit ut non modo homines a diis sed ipsi dii inter se ab aliis alii negligantur.* Romani defectum pronominis reciproci *ἀλλήλων*, *ἀλλήλοις*, *ἀλλήλους* ita supplent ut pro *φιλοῦσιν ἀλλήλους* dicant *amant inter se*, pro *θεραπεύουσιν ἀλλήλους inter se colunt*, pro *ἀμελοῦσιν ἀλλήλων inter se negligunt*, et passive pro *ἀμελεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων inter se negligi.* Sic *μάχεσθαι ἀλλήλοις* est *inter se pugnare*, *περιβάλλεσθαι ἀλλήλους inter se complecti*, et si quis inter legendum hoc aget permulta his similia se offerent. Pauca quaed exempla proferre satis esto. Cornelius Nep. *Arist.* I. obtre

runt inter se (ἐφθόνησαν ἀλλήλοις). *Dion.* 4. *quum inter se timerent* (φοβούμενοι ἀλλήλους). *Eumen.* 4. *qui inter se complexi in terram ex equis decidissent* (περιπλακέντες ἀλλήλοις). Cicero *de Amicit.* § 82. *colent inter se et diligent.* ad Att. VI. 1. *Cicerones pueri amant inter se.* ad Quintum Fratr. III. 3. § 1. *valent pueri, studiose discunt, diligenter docentur et nos et inter se amant,* (καὶ ἡμᾶς καὶ ἀλλήλους φιλοῦσιν). In Catil. III. 5. *furtim nonnumquam inter se aspiciebant,* (ἔβλεπον ἐς ἀλλήλους). *de Nat. Deor.* I. § 122. *Dii nulla re egentes et inter se diligunt et hominibus consulunt* (ἀλλήλους τε φιλοῦσι καὶ τῶν ἀνθρώπων κήδονται). *de Divinat.* I. § 129. *Deorum animi — sentiunt inter se* (αἰσθάνονται ἀλλήλων). Sed satis exemplorum. Estne igitur fraus manifesta in verbis: *ipsi dii inter se* [ab aliis alii] *negliguntur?* Ferasne haec: αὐτοὶ οἱ θεοὶ ὑπ' ἀλλήλων ὑπ' ἄλλων ἄλλοι ἀμελοῦνται? Nullo modo. Igitur ne illa quidem ferenda.

Non similis sed plane eadem fraus patet in libro *de Officiis* I. § 22. *placet Stoïcis — homines hominum causa esse generatos ut ipsi inter sese* [aliis alii] *prodesse possent,* (ὅπως ἀλλήλους ὠφελήσουσιν).

Intercidit prorsus ad sententiam necessaria praepositio *de N. D.* II. § 17. *quod etiam quibusdam regionibus atque urbibus contingere videmus hebetiora ut sint hominum ingenia propter caeli* PLENIOREM *naturam.* Hominibus hoc contingit, non regionibus. Praecedens M hausit IN: *in quibusdam regionibus.* Sed quae est illa caeli natura PLENIOR? *Crassum caelum* quid sit novimus et *crassus aër* apud Iuvenalem:

vervecum in patria crassoque sub aëre nasci.

Cic. *de Fato* IV § 7. *Athenis* tenue *coelum: ex quo acutiores etiam putantur Attici:* crassum *Thebis: itaque pingues Thebani et valentes.* Sed in PLENIOREM aliud latet quod patefaciet Cicero *de Divin.* I. § 130. *pingue et concretum esse caelum, — caelum esse tenue purumque et propterea salubre.* Unde emergit vera scriptura *propter caeli* PINGUIOREM *naturam.*

Quis non subrideat ad haec *de N. D.* II. § 126. *quid ea quae* NUPER [id est paucis ante saeculis] *medicorum ingeniis reperta sunt?*

Post pauca in verbis *sagittas excidere* [dicunt] *e corpore, inutile fulcrum dicunt* a sciolo interpolatum est.

In libro III. § 7. *mihi quidem ex animo* EXUI *Non potest esse deos.* Agnosco Graecum δόξαν ἐκ τῆς διανοίας ἐξαιρεῖσθαι. Plat. *de Rep.* III. p. 412. E. sqq. Itaque unice probo eum, qui EXIMI coniecit.

Ibid. III. § 9. Quod Cotta dicit: *Ego neque in causis si quid est evidens* [de quo inter omnes conveniat] *argumentari soleo: perspicuitas enim argumentatione elevatur*, idem nunc nobis in evidenti interpolatione faciendum.

In iis quae continuo praecedunt § 8. *Tu autem qui id quaeris similiter facis ac si me roges cur te duobus contuear oculis* [et non altero contuear] *quum idem uno assequi possim.* In aliis est *altero tantum* aut *alterutro*, quae non sunt unius assis. Deleto emblemate apparet demum oppositio in DUOBUS et UNO.

Ibid. § 23. *Quod si mundus universus non est deus ne stellae quidem, quas tu innumerabiles in deorum numero repon*EBAS, *quarum te cursus aequabiles aeternique delect*ABANT, *nec mehercule iniuria; sunt enim admirabili incredibilique constantia.* Semidocti lectores et correctores, si quando diversa tempora in re eadem coniuncta viderent aequare omnia et ad eandem formam refingere consueverant. Quia praecedebat *repon*EBAS, quod sequebatur *delect*ANT, in *delect*ABANT mutaverunt. Estne multis verbis opus ut vincam praesens *delectant* in tali re necessarium esse? *Reponebas* autem est DICEBAS *modo tibi reponendas esse videri.* Sed stellarum *cursus aequabiles aeternique* homines delectare numquam desinunt.

Turbant scribae *de N. D.* III. §. 82 *at Phalaris, at Apollodorus poenas* SUSTULIT. Quis sic loquitur? Videtur fuisse *paenas* LUIT.

Subiiciam his locos pauculos ex libris *de Divinatione.*

In libro I. § 27. *cuius quidem* (Deiotari) *hoc praeclarissimum est quod posteaquam a Caesare* tetrarchiae regno *pecuniaque multatus est, negat se tamen eorum auspiciorum, quae sibi ad Pompeium proficiscenti secunda evenerint, poenitere.* Corrigunt *tetrarchia* ET *regno*, quasi vero Caesar Deiotarum *regno exutum* privatum reliquerit. De eadem re Marcus in libro II. § 79. *quum ei* TROGMORUM *tetrarchiam eripuisset.* Idem Quintus, credo, dixerat. Uterque de rebus sibi notissimis loquitur.

De Divin. I. § 29. *In quo Appius, collega tuus*, bonus augur,

ut ex te audire soleo, non satis scienter virum bonum et civem egregium [censor] *C. Ateium notavit, quod ementitum auspicia subscripsit. Esto: fuerit hoc* CENSORIS, *si iudicabat ementitum. At illud minime auguris quod adscripsit ob eam causam populum Romanum calamitatem maximam* CEPISSE. Quae est ea perversa et absurda verborum compositio: *virum bonum et civem egregium* censor *C. Ateium notavit!* Poteratne *censor* ibi interponi? Itaque aut transferendum est aut tollendum. Equidem tollendum censeam. Ab Appio *censore* C. Ateium esse notatum per se patet et statim additur: *fuerit hoc* CENSORIS. Praeterea in ultimo vocabulo vitium est. Latinum est calamitatem *accipere*, ut iniuriam, vulnus, damnum *accipere*, non *capere*. Emendavit olim Lambinus, idoneus, si quis alius, in tali re iudex, sed certa emendatio inconsiderate spreta est. Scriptum erat MAXIMĀACCEPISSE, omissa sunt de more AC et sic natum vitium est.

In libro I. § 31. Cicero dederat: *multis annis post Romulum Prisco regnante*, adscripsit nescio quis in margine *Tarquinio:* itaque hodie legitur *Prisco regnante Tarquinio*. Ipsa compositio fraudem arguit. Post pauca: *ex quo factum est ut eum ad se rex* [Priscus] *arcesseret*, nomen *Priscus* insiticium est. Contra excidit aliquid in sqq. *Cuius quum tent*ARET *scientiam auguratus*, imo vero *quum tent*ARE VELLET.

In Attii fragmento *de Divin.* I. § 44.

Visum est in somnis pastorem ad me appellere
pecus lanigerum eximia pulchritudine:
duos consanguineos arietes inde eligi,
praeclarioremque alterum immolare me.

scribae antiquum obtinent: quum esset scriptum

*Vis*UST *in somnis past*OR *ad me appellere*,

et in sequentibus indirectam orationem viderent, exaequanda haec esse opinati sunt. Graeco senario dixeris:

ἔδοξε ποιμὴν πρόβατ' ἐλαύνειν ὡς ἐμέ.

ubi si quis ἔδοξε ποιμένα substituere vellet, perinde esset absurdum ac si quis Latine diceret: VISUM *est* PASTOREM *ad me appellere pecus.*

Ibid. I. § 46. *Heraclides doctus vir, auditor* [et discipulus] *Platonis.* Interstrepit sciolus, sed neminem decipiet.

In vicinia quum Cicero dixisset: *Quid ego quae magi Cyro illi principi interpretati sunt ex Dinonis Persicis proferam?* post pauca ita pergit; *ei magos dixisse* [quod genus sapientum et doctorum habebatur in Persis] — XXX *annos Cyrum regnaturum esse.* Difficile est haec sine risu legere. Quae magistellus multis post Ciceronem saeculis in ora sui libri annotaverat, vix pueris utilia, ea nunc Quintus Cicero cum magna gravitate fratrem Marcum docere ab hominibus doctis creditur, idque alieno loco, quia *magos* iam ante nominaverat.

Sed levia haec sunt prae illis quae in § 30 sciolus designavit et eruditi viri concoquere potuerunt. Quintus ad fratrem Augurem publicum ita dicit: *Quid? Lituus iste vester* [quod clarissimum est insigne auguratus] *unde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum quum urbem condidit: qui quidem Romuli lituus* [id est incurvum et leviter a summo inflexum bacillum, quod ab eius litui quo canitur similitudine nomen invenit] *quum situs esset in curia Saliorum, quae est in Palatio, eaque deflagravisset, inventus est integer.* Marcus, credo, si haec ex fratre audivisset, aut erupisset in cachinnos aut hominem repente insaniisse putasset. Quid? Tu auguri serio narrabis auguratus insigne esse lituum, et addes quae litui forma sit et unde nomen invenerit? Haud vidi magis. Si quis haec *ferri posse* contendet et reverentiam antiquitatis implorabit, huic ego auctor sum ut ipse in scribendo aliquid eiusdemmodi addere audeat, sed expunget, sat scio, neque in lucem proferre sustinebit. Sed parcam verbis ne argumentando rei perspicuitas elevetur.

Ibid I. § 49 in somnio Hannibalis: *deum respondisse Vastitatem esse Italiae praecepisseque ut pergeret protinus; quid retro* [atque a tergo] *fieret ne laboraret.* In his Ciceronis stilus ex Caelii Antipatri, quem sequitur, prisca et horrida oratione colorem duxit, et Caeliana sunt *pergeret* PROTINUS, *quid* RETRO *fieret ne laboraret:* ἐκέλευσε πρόσω χωρεῖν, τῶν δὲ ὄπισθεν μὴ φροντίζειν. Cur igitur additur RETRO [et a tergo]? Additum est id quidem, sed non a Cicerone.

Ibid. I. § 56. *C. Gracchus multis dixit — sibi in somnis* QUAESTURAM PETENTI *Ti. fratrem visum esse dicere,* quam vellet cunctaretur, tamen eodem sibi leto quo ipse interisset esse per-

eundum. *Hoc antequam tribunus plebis C. Gracchus factus esset et se audisse scribit Caelius et dixisse multis.* In Codd. est aut QUAESTURAM aut QUAESTURAM PETENTI aut ANTE QUAESTURAM. Lectorum coniecturae hae sunt in vetere librorum lacuna. Plutarchus, qui hos *de Divinatione* libros lectitavit et subinde laudat, ex hoc ipso loco planam et perspicuam sententiam descripsit, cuius nunc apud Ciceronem nec vola nec vestigium superest. Audi ipsum (in vit. *C. Gracchi* cap. I.) *ἱστορεῖ δὲ καὶ Κικέρων ὁ ῥήτωρ ὡς ἄρα φεύγοντι πᾶσαν ἀρχὴν τῷ Γαΐῳ καὶ μεθ' ἡσυχίας ἠρημένῳ ζῆν ὁ ἀδελφὸς ὄναρ φανεὶς καὶ προσαγορεύσας· Τί δῆτα, φαίη, Γάϊε, βραδύνεις; οὐκ ἔστιν ἀπόδρασις. κτέ.* C. Gracchus post quaesturam in Sardinia ab rep. et honoribus abstinere et in otio vivere constituerat, quum illi frater in somnis increpans visus est dicere: *Quam vellet cunctaretur,* TAMEN *eodem sibi leto esse pereundum.* Haec sana et perspicua sunt. *Quaesturam petentem* nihil erat cur frater obiurgaret. Quod addit Caelius *hoc antequam* TRIBUNUS PLEBIS *C. Gracchus factus esset sese audisse,* satis est argumenti vidisse haec in somnis C. Gracchum *paullo ante* quam tribunatum petere coepisset, et quid illi tum animi fuerit illud ipsum somnium luculenter declarat. Labem librorum Ciceronis hinc facile animadvertimus, et satis habendum sententiam certe verborum amissorum Plutarchi testimonio nobis esse servatam. Libros *de Divinatione* a Plutarcho lectos esse apparet ex vita Aemilii Paulli cap. X. ubi lepida historia de Paulli Tertiola (*de Divin.* I. 46) enarrata addit: *ταῦτα μὲν οὖν Κικέρων ὁ ῥήτωρ ἐν τοῖς περὶ Μαντικῆς ἱστόρηκεν.*

Ibid. I. § 58. *Quid hoc somnio dici potest divinius? Sed quid aut plura aut vetera quaerimus? Saepe tibi meum narravi, saepe ex te audivi tuum* [somnium]. Nemo nostrum importunum vocabulum addidisset, et Ciceronem putemus?

In vicinis § 59 duplex vitium nimis diu latuit. Quamquam longiusculus locus est tamen totum apponere est necesse: *audivi equidem ex te ipso, sed mihi saepius noster Salustius narravit; quum in illa fuga nobis gloriosa, patriae calamitosa, in villa quadam campi Atinatis maneres magnamque partem noctis vigilasses ad lucem denique arte et graviter dormitare coepisse. Itaque quamquam iter instaret* TE *tamen silentium fieri iussisse*

neque esse passum te excitari: quum autem experrectus esses hora secunda fere te sibi somnium narravisse: visum tibi esse, quum in locis solis maestus errares, C. Marium cum fascibus laureatis quaerere ex te quid tristis esses; quumque tu te patria vi pulsum esse dixisses, prehendisse eum dexteram tuam et bono animo te iussisse esse lictorique proximo tradidisse, ut te in monumentum suum deduceret, et dixisse in eo tibi salutem fore. Tum et se exclamasse [Salustius narrat] *reditum tibi celerem et gloriosum paratum et te ipsum visum somnio delectari.*

In his primum delibera utrum in verbis: *ad lucem denique arte et graviter dormitare coepisse*, vera lectio sit *dormitare* (*νυςάζειν*) an DORMIRE (*καθεύδειν*, *κοιμᾶσθαι*). Sed nulla est dubitatio, namque *arte et graviter dormire* (*βαθέως*, *βαθὺν ὕπνον κοιμᾶσθαι*, *καθεύδειν*) aerumnis et longa vigilia confectos novimus, *arte dormitare βαθέως νυςάζειν* inter se pugnant.

Itaque ridiculum est narrare Ciceronem *ipsum* alto somno consopitum silentium fieri iussisse neque passum esse se excitari. Fecit hoc Salustius fidelis Ciceronis libertus et fugae comes, unde haec omnia audivisse se Quintus modo dixerat. Legendum igitur est: *Itaque quamquam iter instaret* SE *tamen silentium fieri iussisse neque esse passum te excitari.* Eodem modo reliqua omnia Salustii verbis narrantur: *te* SIBI *somnium narrasse*, —; *tum et* SE *exclamasse reditum tibi celerem et gloriosum paratum.* Itaque quod post *exclamasse* in Codicibus additur SALUSTIUS NARRAT in ora libri olim adscriptum est satis pueriliter, sed in Quinti verbis omnia ex Salustio audita referentis nullo modo poni potuit.

Iterum e libri margine irrepsit aliquid in Ciceronis orationem *de Divin.* I. § 65. *Sagire enim sentire acute est: ex quo sagae anus* [quia multa scire volunt] *et sagaces dicti canes.* Quae in librorum marginibus adnotabantur sunt fere semper puerilia et putida, nonnumquam etiam, ut hoc loco, cum scriptoris sententia pugnant. Itaque quisquis est paullo sagacior putidum emblema delebit.

Ibid. I. § 68. *paucis post diebus ex Pharsalica fuga venisse Labienum: qui quum interitum exercitus nunciavisset reliqua vaticinationis brevi esse* CONFECTA. Res ipsa clamat CONSECUTA esse legendum. *Consequi*, ut aliis locis, est *ἐπακολουθεῖν*, ut in

hoc libro I. § 53. *atque ita quidem prima statim esse* consecuta. et II. § 22. *Si sciret se — trucidatum iri — post mortem vero ea* consecutura, *quae sine lacrymis non possumus dicere.*

De Divin. I. § 75. *qua in pugna quia Castor et Pollux cum Lacedaemoniorum classe visi esse dicebantur, eorum insignia* [deorum] *stellae aureae* — Delphis *positae sunt.* Dittographia est vetus EORUM et DEORUM. Loci compositio, ut vides, respuit DEORUM.

Ibid. I. § 80. *Negat sine furore Democritus quemquam poëtam magnum esse posse;* [quod idem dicit Plato.] *quem si placet appellet furorem, dummodo is furor ita laudetur ut in Phaedro Platonis laudatus est.* Relege mihi locum expuncto emblemate et expungenti opinor assentieris.

Vehementer mihi de fraude suspectum est participium *scriptum* his duobus locis *de Divin.* I. § 73. *ut in Sisennae* scriptum *historia videmus*, et I. § 89. *quo in genere Marcios quosdam fratres nobili loco natos apud maiores nostros fuisse* scriptum *videmus.* Illo loco non satis commode interpositum est medium inter *in Sisennae — historia*, neque minus supervacuum est altero loco: *videmus*, nempe apud scriptores annalium omnibus notos, qui erant in omnium manibus. Quod enim Cicero refert de Marciis fratribus sumsit ex Caelii Antipatri historia belli Punici, quem in ea re a Livio quoque describi suspicor XXV. 12. ubi carmina quaedam Marciana affert, quae statim admonitus senties a Marciis Graece conscripta sed a Caelio de Graecis facta esse Latina.

Nobilitas enim ante Catonem Graece scribebat. Proferam unum ut emendem. *Priore carmine Cannensis praedicta clades in haec* FERME *verba erat:* AMNEM TROIUGENA CANNAM [Romane] FUGE. Fuerat:

τὸν Κάνναν ποταμὸν, Τροιηγενὲς, ἐξαλέασθαι.

quae Caelius *vortit barbare:* adscripsit nescio quis *Romane* ne forte nescias TROIUGENA quid esset, deinde ex margine in sedem perincommodam irrepsit.

Caeterum *videmus* de historia omnibus nota legitur *de Divin.* I. § 29. *M. Crasso quid acciderit* videmus *dirarum obnuntiatione neglecta.* Ne putes de re recenti tantum et aequalibus nota *dici inspice* I. § 100. *in* iisdem fatis *scriptum Veientes habere*

fore ut brevi a Gallis Roma caperetur. *Quod quidem sexennio post Veios captos factum esse* videmus.

Irrepsisse videtur ex locis *de Divin.* I. § 31. *mirabili magnitudine uvam, ut* scriptum *videmus, invenit*, et I. § 121. *quale* scriptum *illud videmus — fore ut* Darius et Persae *vincerentur*, quorum diversa ratio est.

Ibid. I. § 90. *Magi congregantur in fano commentandi causa atque inter se colloquendi: quod* ETIAM *idem vos* (augures) *quondam facere Nonis solebatis.* Inepte *παρέλκον etiam* resecandum esse censeo. Sic § 91 *quod idem factitatum in Umbria accepimus*, et alibi passim.

Ibid. I. § 98. *quid quum in Capitolio ictus Centaurus e caelo est, in Aventino porta*E ET *homines?* Quot in Aventino portas fuisse putemus? Fac plures fuisse, mirum eas omnes de caelo tactas. Scribe una litera minus *porta* ET *homines.*

Ibid. I. § 101. *Haec igitur et a Diis significata et a nostris maioribus iudicata contemnimus?* Quia haec est Quinti sententia: *haec igitur — contemnere non debemus*, ipsa natura et omnium usus indicat *contemn*EMUS esse rescribendum, ut *de Divin.* I. § 62. Hunc (Epicurum) *ergo antepon*ES *Platoni et Socrati?* et passim alibi quum Graece tum Latine.

Post pauca § 102 editur: *Quae maiores nostri quia valere censebant idcirco omnibus rebus agendis* Quod bonum faustum felix fortunatumque ESSET *praefabantur.* Verum non hoc praefabantur sed *Quod bonum — fortunatumque* SIET. quod reponendum esse patet, quoniam ipsum praefationis carmen Quintus recitat.

Ibid. I. § 102. *quum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerent eligebantur, quod idem in delectu consules observant, ut primus miles fiat bono nomine. Quae quidem a te* SCIS *et consule et imperatore summa religione esse servata.* Si Quintus id quod nunc dicere videtur dicere voluisset, hac forma usurus fuisset: *quae quidem a te et consule et imperatore — servata sunt*, aut *quae quidem tu et consul et imperator — servasti.* Nunc multo salsius ut fratrem pungeret ita dixit: *quae quidem a te* SCIO *et consule et imperatore — servata esse.* Notus hic usus est verbi SCIO in reprehensione aut iurgio, ut apud Plautum in *Menaechmis* V. 5. 38.

At ego te sacram coronam surripuisse SCIO *Iovis,*
et ob eam rem in carcerem ted esse compactum SCIO,
et postquam es emissus caesum virgis sub furca SCIO,
tum patrem occidisse et matrem vendidisse etiam SCIO.
Satin' haec pro sano maledicta maledictis respondeo?

Continuo sequitur *Praerogativam etiam maiores omen* [iustorum] *comitiorum esse voluerunt.* Importunum et molestum vocabulum ipso Cicerone auctore (*de Divin.* II. § 83.) delendum censeo

Ibid. I. § 103. *Accipio, inquit, mea filia, omen.* Ipsa natura docet haec ita esse componenda: *Accipio omen, inquit, mea filia,* namque *accipio omen* in unum veluti coalescunt et divelli non possunt in verbis quidem metro solutis, non apud eos, quibus licet dicere

et saxo cere *comminuit* brum.

De Appio Claudio Quintus dicit I. § 105. *Solus enim multorum annorum memoria non decantandi augurii sed divinandi tenuit disciplinam. Quem irridebant collegae tui eumque tum Pisidam tum Soranum augurem esse dicebant.* Ex hoc loco vitium, quod in ultimis verbis latet, fere dixerim mathematica methodo eximam. Converte mihi haec *quem irridebant collegae tui* in formam passivam, sensu eodem manente exibit: *qui irridebatur a collegis* TUIS. Dices, sed Appius, augur et ipse, non a Ciceronis collegis sed a SUIS dici debebat derideri. Prorsus assentior: restituantur ergo sic verba in priorem formam *quem irridebant collegae* SUI, et in his ipse Cicero, cuius irrisio in monumentis literarum tulit aetatem.

Una literula male addita multum venustatis detraxit loco I. § 105. *Sed difficultas laborque* discendi *disertam negligentiam reddidit. Malunt enim* DISSERERE *nihil esse in auspiciis quam quid sit* EDISCERE. Et sententia et auris requirunt DISCERE.

In § 106. Ciceronis carmen legitur, cuius initium est

Hic Iovis altisoni subito pinnata satelles
arboris e trunco serpentis saucia morsu
SUBIGIT *ipsa feris transfigens unguibus anguem*
semianimum et varia graviter cervice micantem.

SUBIGIT neque sententiae satisfacit neque metro. Utrumque malum una literula inserta sanabis legendo *subnigit*, id est *μετέωρον αἴρει.*

Ibid. I. § 111. *Alii — orientem tyrannidem multo ante prospiciunt: quos prudentes possumus dicere* [id est providentes] *divinos nullo modo* [possumus]. In his *nullo modo* ad *divinos* referendum esse patet: *φρονίμους μὲν θείους δὲ οὐδαμῶς*. Ergo et *possumus* insiticium est et insipida ac fatua etymologia *id est providentes*, quia *prudentes* sunt *σοφοὶ καὶ φρόνιμοι*, non autem *προορατικοί*, ut Cicero nunc male ac perperam dicere videtur.

Fieri etiam potest ut interpolatio latius serpserit et haec sit Ciceronis manus: *quos* prudentes *possumus dicere*, divinos *non plus quam* Milesium Thalen, *qui* cet. *φρονίμους μὲν, θείους δὲ οὐ μᾶλλον ἢ Θαλῆν τὸν Μιλήσιον*, quae forma Platoni familiaris est: quod quum sciolus non animadvertisset post *divinos* de suo addidit *nullo modo possumus*.

Addam his locos pauculos e libro secundo.

Suaviter deridens Cicero *de Divin.* II. § 35 perineptam Stoicorum adversus Epicureos argumentationem ita scribit: *Hoc erat quod ego non rebar posse dissolvi. At quam* FESTIVE *dissolvitur! Pudet me non tui quidem — sed Chrysippi, Antipatri, Posidonii, qui idem istuc quidem dicunt quod est dictum a te.— Illud vero multo etiam* MELIUS *quod et a te usurpatum est et dicitur ab illis —. Haec iam mihi crede ne aniculae quidem existimant.* Mendosum est MELIUS, quod in hanc salsam et facetam reprehensionem non cadit. Sententia dicti quid requirat manifestum est, nempe *τόδε δὲ πολλῷ ἔτι τούτου κομψότερον*. Requiritur aliquid significans INEPTIUS, sed iocosa *εἰρωνείᾳ* emollitum. Poterat dixisse FESTIVIUS, ni paullo ante dixisset *quam* FESTIVE *dissolvitur!* Quaerendum est igitur *ἰσοδύναμόν τι τῷ festivius*. Videor mihi reperisse in libro III. *de Oratore* 26. § 101. *Quare* bene *et* praeclare *quamvis nobis saepe dicatur*, BELLE *et* FESTIVE *nimium saepe nolo*. Itaque omnis erit remota difficultas si rescripseris: *illud vero multo etiam* BELLIUS *quod* cet. nam hoc ipsum est *τόδε δὲ τούτου ἔτι πολλῷ* ΚΟΜΨΟΤΕΡΟΝ.

Perrarum est BELLIOR et BELLIUS. Eo ipso facilius corrumpuntur. Si *belle* et *bellissime* Latina sunt, non est quod de comparativo dubitemus. BELLIOR quoque, si fides Lexicorum conditoribus, est *ἅπαξ εἰρημένον* apud Varronem Nonii pag. 77.

»BELLIORIS *est* MELIORIS. Varro Testamento περὶ διαθηκῶν: *Venio nunc ad alterum genus testamenti, quod dicitur* φυσικόν, *in quo Graeci* BELLIORES *quam Romani nostri.* Quae verba Nonius, ut solet, non intellexit. BELLIORES sunt ἀστειότεροι καὶ κομψότεροι, *festiviores* quam Romani, non *meliores.*

De Divin. II. § 37. *Urbem philosophiae, mihi crede, proditis, dum castella defenditis.* Vitiosa scriptura optime apparebit si ei veram opposueris, quae, ut suspicor, haec est: ARCEM — *proditis dum* CASTELLA *defenditis.* Haec vera et sana oppositio est, et quam recte ARX *philosophiae* dicatur et alia multa apud Ciceronem ostendere possunt et quod omnium instar est *de Divin.* I. § 10. ARCEM *tu quidem Stoïcorum, inquam, Quinte, defendis.*

Post pauca ita legitur: *non ergo omnium interitus atque ortus natura conficit: et erit aliquid quod aut ex nihilo oriatur aut in nihilum subito* occidat. Haud scio an RECIDAT sit reponendum. *Occidere* est ἀπολέσθαι neque satis commode *in nihilum occidere* coniunguntur. *Recidere* est ἀναλυθῆναι et optime habet ἀναλυθῆναι εἰς οὐδέν, *in nihilum* vel *ad nihilum recidere.*

De Divin. II. § 61. ILLA *igitur ratio concluditur nec id quod non potuerit fieri factum umquam esse; nec quod potuerit id portentum esse*, corrigendum censeo: ITA *igitur ratio concluditur.* Perpetuo I et T et L inter se confunduntur, ut in EXILIUM — EXITIUM et sim. In libro I. § 40 receperim: *narrat apud Ennium Vestalis* ILIA pro *illa*, ut recte emendatum est I. § 88. *Calchantem augurem scribit Homerus — ducem classium fuisse ad* ILIUM pro *ad illum*, sed eadem opera correctum oportuerat: *ducem* CLASSI *fuisse ad Ilium.*

καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω.

De Divin. II. § 62. *hoc ille responso satis aperte declaravit nihil habendum esse* PORTENTUM *quod fieri posset.* Fuisse suspicor *nihil habendum esse* PRO PORTENTO. Sueton. *Caes.* 76. *nec* pro portento *ducendum si pecudi cor defuisset*, et sic alii passim.

De Divin. II. § 62. *C. Gracchus — scripsit duobus anguibus domi comprehensis haruspices a patre convocatos. — Ego tamen miror si emissio foeminae* [anguis] *mortem afferebat Ti. Graccho, emissio autem maris* [anguis] *erat mortifera Corneliae, cur alteram utram emiserit.* Bis expunge emblema manifestum. Sine

mendo est in libro I. § 36. *haruspices convocavit, qui quum respondissent, si marem emisisset uxori brevi tempore esse moriendum, si foeminam ipsi.*

In Ciceronis versiculis II. § 63.

Argolicis primum ut vestita est classibus Aulis,
quae Priamo cladem et Troiae pestemque ferebant.

mira est verborum confusio: restituerim:

Ut primum Argolicis —
quae Priamo et Troiae cladem pestemque ferebant.

Sic solent in versibus ordinem verborum turbare. In epistola ad Q. Fratrem II. 15 Codex exhibet:

τοιαυταεξεργαζεταιοτλημωνπολεμος.

emendatur ex Euripidis *Supplic.* 121.

ΑΔΡΑCΤΟC. ἐνταῦθ' ἀπώλεσ' ἄνδρας Ἀργείων ἄκρους.
ΘΗCΕΤC. τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.

De Divin. II. § 69. *Quid ergo? Aius iste Loquens quando eum nemo norat et aiebat et loquebatur* [et ex eo nomen invenit]: *posteaquam et sedem et aram et nomen invenit, obmutuit.* Sentisne quam absurde sint ex seqq. repetita verba [*et ex eo nomen invenit*]? Scilicet *nomen invenit quando eum nemo noverat.* Apage ineptias.

De Divin. II. § 71. *etenim ut sint auspicia* [quae nulla sunt], *haec certe quibus utimur — simulacra sunt auspiciorum, auspicia nullo modo.* Nisi expunxeris *quae nulla sunt* Cicero *simul* auspicia esse et concedet et non concedet. Nota est haec concedendi forma, ut I. § 10. *et* ut sint Dii *potest fieri ut nulla ab iis divinatio generi humano tributa sit*, et ubi non?

Unus locus superest II. § 121. *num igitur* [ut] *inepti Veneris id impulsu fieri malumus quam casu dicere?* ut sit Latina oratio furca expelle molestam voculam UT. Horatius Sat. I. 6. 16.

iudice quo nosti populo, qui stultus *honores*
saepe dat indignis et famae servit ineptus.

et Catullus carm. XVII.

sed vereris inepta
crura ponticuli assulis stantis in redivivis.

et in illo Ovidiano:

dum timet alterius vulnus inepta *loci.*

Quemadmodum his locis voculam UT metrum respuit, si

caeteris dicendi ratio et usus, quia sententia est ἀνόητοι ὄντες non ὡς ἀνόητοι.

Haec habui de libris *de Divinatione* quae dicerem. Reliqua in aliud tempus seponere malo, namque in Graeciam remigrare animus est, ubi prius paucos quosdam Ciceronis locos indicavero, ubi quod a Cicerone scite et lepide et urbane esset dictum interpolator aliquis stulto emblemate commaculavit.

Ac primum quidem inspice mihi epistolam ad Atticum XIV. 13. § 6. Proponam locum additamento liberatum deinde vulgatam scripturam cum illa velim compares. Cicero igitur ita scripsit: — *ita perniciose, ut nonnumquam Caesar desiderandus esse videatur. — Quae enim Caesar numquam neque fecisset neque passus esset ea nunc ex eius Commentariis proferuntur.* Hodie legitur *ex* falsis *eius Commentariis*, Cicero non minus significanter, sed multo elegantius urbaniusque idem dixerat.

Faciam idem in duobus *Paradoxorum* locis, ut scripturam sinceram praemittam cumque ea interpolatam componam. In *Parad.* V. § 35 scripserat: *Echionis tabula te stupidum detinet aut signum aliquod Polycleti.* — »Nonne igitur sunt ista festiva"? *Sunt: nam nos quoque oculos habemus.* Scin' quid vulgo legatur? *Sint* pro *sunt*, et *nos quoque oculos* ERUDITOS *habemus.* Hoccine ut de se dixerit is, cuius nota est in hoc genere festivissima εἰρωνεία! Et μυκτήρ ille urbanus talia non ferebat. Dicebant *nasum habere* aut *non habere, aurem habere* et sim. et erat hominibus elegantioribus satis. Martialis I. 41. 18.

non cuicumque datum est habere nasum.

et Lucilius apud Nonium p. 215. *Nasus masculini. Neutri* Lucilius:

Queis oculi non sunt neque nasum.

ut Graeci οὔτ' ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὔτε ῥῖνα.

De eodem genere est interpolatio in *Parad.* VI. § 43. *Sin autem propter aviditatem pecuniae nullum quaestum turpem putas; — si socios spolias, aerarium expilas, si testamenta amicorum exspectas, aut ne exspectas quidem, haec utrum abundantis an egentis signa sunt?* Haec est me iudice Ciceronis manus. Nunc sic legitur: — *exspectas, aut ne exspectas quidem,* ATQUE IPSE SUPPONIS. Vide quantum intersit: aliud est urbane et acute obiicere inimico aliquid veluti subridentem, aliud odiose

et contumeliose exprobrare irae impotem. Praeterea aliquanto acrius pungit *aut ne exspectas quidem*, quam maledictum quodlibet.

Cicero ad Atticum I. 16. § 5. XXXI. (iudices) *fuerunt, quos fames magis quam fama commoveret: quorum Catulus quum vidisset quendam* »Quid vos, *inquit*, praesidium a nobis postulabatis? an ne nummi vobis eriperentur [*timebatis*]? Expunxi olim *timebatis* Mnemos. VIII. pag. 454. Opem fert mihi Seneca Epist. 97. § 6. *Itaque eleganter illis Catulus absoluto reo* »Quid vos, *inquit*, praesidium a nobis petebatis? an ne nummi vobis eriperentur?

Cicero in duabus epistolis, fortasse eodem die scriptis, idem iisdem verbis et ad Atticum et ad Quintum fratrem scripserat. Ea verba in utraque epistola vitium conceperunt sed diversum. Itaque alteram ex altera certa correctione emendabimus. Ad Atticum IV. 15. § 8. haec scribit: *Tribunicii candidati iurarunt se arbitrio Catonis petituros. Apud eum* HS. *quingena deposuerunt, ut qui a Catone damnatus esset id perderet. — Sed ad te — tota comitia perscribam; quae si, ut putantur, gratuita fuerint plus unus Cato potuerit quam* OMNES QUIDEM *iudices.* Ad Quintum Fratrem haec: II. 15. § 4. *Tribunicii candidati compromiserunt* HS. *quingenis in singulos apud M. Catonem depositis petere eius arbitratu, ut qui contra fecisset ab eo condemnaretur. Quae quidem Comitia si gratuita fuerint, ut putantur, plus unus* CATO FUERIT *quam omnes leges omnesque iudices.* Solis luce clarius est in illa epistola pro OMNES QUIDEM *iudices* verum esse OMNES LEGES OMNESQUE *iudices*, et in hac pro CATOFUERIT corrigendum CATO POTUERIT. Sunt huiuscemodi loci imprimis διδασκαλικοί ad rem palaeographicam et viam monstrant ad investiganda vetusta quaedam librorum vitia eodem modo olim nata. Nempe est in Codicibus Graecis et, ut suspicor, in Latinis quoque quaedam peccandi veluti constantia solentque τὰ αὐτὰ περὶ τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνειν, et quo quis plura de genere hoc aut ipse repererit aut ab alio reperta in promtu habeat, eo ad verum inveniendum accedit paratior. Nemo est cui in talibus aut plus debeam aut plus tribuam quam Madvigio et alibi et praesertim in *Emendationibus Livianis.* In Graecis PORSONO palmam nemo eripiet qui ex rei palaeographicae diu-

turna et acuta observatione habet in emendando ἐκεῖνο τὸ ἐναργές, quod idonei iudices omnes admirantur. Bastius, qui in Codicibus Graecis excutiendis aetatem transegit, quia ingenio caret et ἀπειρόκαλος ὤν in scriptoribus lectu indignis semper ἐγκαλινδεῖται, non fecit operae pretium, neque generosa iuventutis pectora inflammare potest. Porsonus contra legit omnes, sed in praeclarissimo quoque experitur ingenium, et tam severo delectu utitur ut facile sentias eum de magna copia ὅ τιπερ ὄφελος καὶ ἄνθος delibare. Quem equidem in hac certe re aemulari studens, ut apud Ovidium est,

novi meliora proboque,
deteriora sequor.

Reditum in Graeciam mihi facilem parabit Ciceronis locus in epistola ad Atticum, ubi Graeci poëtae verba a scribis corrupta omnem loci sententiam pessumdederunt. Praemittam locos, unde mihi emendatio in mentem venerit. Pindarus (fragm. LXXII. Bergk.) ad regem Hieronem ita dixerat:

Σύνες ὅ τοι λέγω, ζαθέων ἱερῶν
ἐπώνυμε πάτερ, κτίστορ Αἴτνας,

quae festive παρῳδεῖ Aristophanes in *Avibus* vs. 926 sqq.

σὺ δὲ πάτερ κτίστορ Αἴτνας
ζαθέων ἱερῶν ἐπώνυμε, —
σύνες ὅ τοι λέγω.

Hinc Plato in *Menone* p. 76. D. ἐκ τούτων δὴ σύνες ὅ τοι λέγω, ἔφη Πίνδαρος, et in *Phaedro* p. 236. D. ἐσμὲν δὲ μόνω ἐν ἐρημίᾳ, ἰσχυρότερος δ' ἐγὼ καὶ νεώτερος· ἐκ δ' ἀπάντων τούτων σύνες ὅ τοι λέγω. Audi nunc Ciceronem X. § 3. *Cum paucissimis alicubi occultabor; certe hinc istis invitissimis evolabo, atque utinam ad Curionem!* Σὺν θεῷ τοι λέγω. *Magnus dolor accessit. Efficietur aliquid dignum nobis.* Viden' ex CYNECOTOIΛEΓΩ literis ECO in ΘEΩ mutatis vulgatam sensu vacuam esse natam? Cicero neque Pindarum legerat, neque Aristophanem, sed Platonis libros et Phaedrum optime noverat. Hinc igitur suum σύνες ὅ τοι λέγω arripuit, quae magnum aliquod facinus minantis oratio est. Cicero expectat adventum Antonii et has minas iacit.

Nunc Ciceronem de manibus depono, et unum tantum locum his addam, ubi proverbium Graecum in Latino libro male mul-

catum restituam. Est apud Senecam *de morte Claudii Caesaris* cap. 10. *Non vacat deflere publicas clades intuenti domestica mala* — ЄΝΤΙΚΟΝΤΟΝΤΚΗΝΔΙΗϹ. Nihil aliud in his inest quam

ΈΓΓΙΟΝ ΓΟΝΥ ΚΝΗΜΗϹ.

ἔγγιον γόνυ κνήμης, notum proverbium, vide Zenob. III. 2. ibique Schneidew. Cicero ad Famil. XVI. 23. *Nec tamen te avoco a syngrapha; γόνυ κνήμης*. ubi suppleverim (*ἔγγιον*) *γόνυ κνήμης*.

Non minus iocularitер verba Latina in libris Graecis corrumpuntur. Ostendi in Mnemos. V. p. 324 apud Procopium *de bello Gothico* I. 7. legi *ἀερίσας ἄρτα* quum verum esset *Africa capta*. Nempe AFRICACAPTA quum Graecum esse putaretur abiit in AEPICACAPTA, *ἀερίσας ἄρτα*.

Ne quid chartae purae supersit emendabo locum Plauti, ubi verbis Graeca Latinis miscuit et Graeca in Latinis libris male mulcata sunt. Alia est apud Dorienses forma, qua per deos iurare solebant, alia apud Iones et Atticos. Hi enim dicebant *νὴ τὸν Ἀπόλλω* et *ναὶ μὰ τὸν Ἀπόλλω* in affirmando, et *μὰ τὸν Ἀπόλλω* et *οὐ μὰ τὸν Ἀπόλλω* in negando. Dores contra una tantum forma utebantur: *ἐν τοῖς κατομοτικοῖς* constanter *Ναὶ τὸν Δία* et *Οὐ τὸν Δία* semper *ἐν τοῖς ἀπομοτικοῖς*. Spartani dicebant *ναὶ τὼ σιώ* et *οὐ τὼ σιώ*, Megarenses *ναὶ τὸν Διοκλέα*, Siculi *ναὶ τὰν Κόραν*. Hinc apparet vitium in loco Plautino in *Captivis* IV. II. 98.

Ut ego vidi. HE. *meumne gnatum?* ER. *tuum gnatum et genium meum.* H. *et captivum illum Alidensem?* E. *μὰ τὸν Ἀπόλλω.* H. *et servolum meum Stalagmum, meum qui gnatum subrupuit?* E. *νὴ τὰν Κόραν.* H. *iam diu?* E. *νὴ τὰν Πραινέϛην.* H. *venit?* E. *νὴ τὰν Σιγνίαν.* H. *certon'?* E. *νὴ τὰν Φρουσινῶνα.* H. *vide sis.* E. *νὴ τὰν Ἀλάτριον.* H. *quid tu per barbaricas urbes iuras?*

Nemo sic in Italia loquebatur, sed emendandum NAI *τὸν Ἀπόλλω* et NAI *τὰν Κόραν* et NAI *τὰν Πραινέϛαν* et NAI *τὰν Σιγνίαν* et NAI *τὰν Φρουσινῶνα* et NAI *τὰν Ἀλάτριον*.

CAPUT III.

Animadversiones selectae ad Aeschinis Orationem κατὰ Κτησιφῶντος.

Quod saepe diximus et pluribus exemplis ostendimus Aeschinis Orationes et mendose scriptas circumferri et praesertim ineptis additamentis scatere, id nunc dedita opera demonstrare animus est. Haud ego sum nescius multos esse, quibus hoc emendandi genus, quod in expungendis sciolorum emblematis versatur, neque placeat neque probetur: etiam hoc scio non esse difficile admodum ratiunculas quasdam et argutias excogitare, quibus vel gravissimas difficultates eludas et quamvis absurde dictis colorem aliquem reperias aut excusationem ut *ferri posse* videantur: praeterea graviter et severe agere »non ferro et igne in veteres scriptores grassandum", et »improbe facere qui in alieno libro ingeniosus esse velit." Percommode haec omnia et probabiliter dicuntur, ἀλλ' οὕτως ἰσχυρόν ἐςιν ἡ ἀλήθεια ὥςε πάντων ἐπικρατεῖν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν (Aesch. in *Timarch.* § 84). Sunt enim in genere hoc quaedam tam ἐναργῆ ut non tantum hebetiorem ad haec aliquem, sed etiam quamvis pertinacem et obstinatum adversarium expugnari posse existimem, si modo aurem praebere velit: ἐπίπληξον μέν, ἄκουσον δέ. Huiusmodi igitur interpolationes insigniores quasdam et ἐναργεςέρας praemittam, deinde tres Aeschinis orationes deinceps tecum relegam.

In *Timarchea* § 102. editur: ἦσαν οὗτοι τρεῖς ἀδελφοὶ Εὐπόλεμός τε ὁ παιδοτρίβης καὶ Ἀρίζηλος Ὁ ΤΟΥΤΟΥ ΠΑΤΗΡ καὶ Ἀρίγνωτος. Memento mihi hoc ὅτι Ἀρίζηλός ἐςιν ὁ Τιμάρχου πατήρ. Post duos versiculos ita pergit: τούτων πρῶτος ἐτελεύτησεν Εὐπόλεμος ἀνεμήτου τῆς οὐσίας οὔσης, δεύτερος δ' Ἀρίζηλος. Scin' quid sequatur? Ὁ ΤΙΜΑΡΧΟΥ ΠΑΤΗΡ. Poterat, credo,

omitti: non erant iudices tam obliviosi et saepius in iudicio audiverant ΤΙΜΑΡΧΟΣ 'ΑΡΙΖΗΛΟΥ ΣΦΗΤΤΙΟΣ, sed *lacteam* hanc esse dictitant *orationis ubertatem*. Esto. Post quatuor versiculos ita pergit: *ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ 'Αρίζηλος ἐτελεύτησεν* 'Ο ΤΙΜΑΡΧΟΥ ΤΟΥΤΟΥΙ ΠΑΤΗΡ. Non est hercle ista orationis ubertas sive *lactea*, sive qualiscumque, sed putida et intolerabilis loquacitas, non Attici oratoris, sed garrientis aniculae, *οὐ καὶ σοὶ δοκεῖ*; quisquis haec legis. Si mihi hoc dederis, considera diligenter id quod paullo ante editur: *'Αρίγνωτος [ὃς ἔτι καὶ νῦν ἐστι] πρεσβύτης διεφθαρμένος τοὺς ὀφθαλμούς*. Non una de causa delendum est *ὃς ἔτι καὶ νῦν ἐστιν*. Unam proferam: Aeschines ipse dixisset: *ὃς ἔτι καὶ νῦν* ΖΗΙ, non *ἐστίν*. vid. in *Ctesiph.* § 139.

Sunt haec satis perspicua: dabo *ἔτι ἐναργέστερα*. Est in oratione *de Falsa Legatione* § 33 additamentum perinepti magistelli tam manifestum, ut neminem adeo esse credam vulgatae lectionis obstinatum defensorem ac vindicem, ut non nunc quidem victum se fateatur ac manus dare paratum. Editur: *ὧν δὲ 'Αμύντας ἀπέστη* 'Ο ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΠΑΤΗΡ *ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων οὐ μόνον λόγοις ἀλλὰ καὶ ψήφῳ, τούτων, ἔφην ἐγώ, σὲ τὸν ἐξ ἐκείνου γεγενημένον οὐκ ἔστι δίκαιον ἀντιποιεῖσθαι*. Nunc est quum mihi dari velim quantumvis acrem et pertinacem adversarium, dummodo bene Graece sciat (quamquam ne hoc quidem in hac causa est admodum necessarium) et sensum communem habeat, et eum invitum ac repugnantem in meam sententiam pertraham. Is igitur mihi inspicito hos locos: primum § 26: *τὰς εὐεργεσίας, ἃς ὑμεῖς ὑπήρξατε 'Αμύντᾳ* ΤΩΙ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΠΑΤΡΙ, deinde § 28. *Εὐρυδίκη ἡ μήτηρ ἡ σὴ* (ad ipsum Philippum haec dicuntur) *Περδίκκαν τὸν ἀδελφὸν τὸν σὸν κατασήσασα εἰς τὰς χεῖρας τοῦ 'Ιφικράτους, σὲ δὲ εἰς τὰ γόνατα τὰ ἐκείνου θεῖσα παιδίον ὄντα εἶπεν· 'Αμύντας ὁ πατὴρ τῶν παίδων τούτων ὅτ' ἔζη υἱὸν ἐποιήσατό σε*, et tertium § 32. *'Αμύντας* 'Ο ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΠΑΤΗΡ — *ἐψηφίσατο 'Αμφίπολιν τὴν 'Αθηναίων συνεξαιρεῖν*. Putemusne nunc satis scire iudices *ὅτι 'Αμύντας ἐστὶν ὁ Φιλίππου πατήρ*? Nondum tamen sufficit, namque in nostro loco *quartum* dicitur: *ὧν δὲ 'Αμύντας ἀπέστη* 'Ο ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΠΑΤΗΡ. Ridiculum, inquis, et absurdum est. Dicam quod etiam magis mireris. Nempe in § 33 *ad ipsum*

Philippum oratio convertitur: itaque saltem 'Ο COC ΠΑΤΗΡ dictum oportuit; sed quia continuo sequitur: σὲ ΤΟΝ 'ΕΞ 'ΕΚΕΙΝΟΥ ΓΕΓΕΝΗΜΕΝΟΝ, nunc quidem mihi concedas necesse est ineptum hoc emblema in omnibus libris quum scriptis tum editis lectores ludificari. Itaque qui vel in uno ἀδαμαντίνως πεπεισμένος senserit hoc vel agnoverit, is plura identidem et certa inter legendum deprehensurus est: nam nullum equidem librum MS. aut ipse vidi aut ab aliis esse audivi tam antiquum, tam diligenter descriptum, ut ab hac interpolationis labe immunis manserit. Emblemata sunt in Isocratis Codice Urbinate, quo uno omnium emendatissimo utimur, emblemata sunt in Demosthene, sunt in Platone, quorum libros multo integriores quam reliquorum omnium superstites habemus: dabo infra exempla. Quod qui firmiter tenebit et inter legendum cautus et suspicax hoc aget, is saepe fraudem manifestis indiciis deprehensam arguet. In secundo libro Maccabaeorum cap. XII. 45 ad verba: ἐμβλέπων τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλιστον ἀποκείμενον χαριστήριον, adscripsit nescio quis admirabundus:

ὁσία καὶ εὐσεβὴς ἡ διάνοια.

quae nunc scriptoris verbis immixta tamquam ab ipso scripta leguntur.

Non est ovum ovo similius quam huic additamento simile est alterum in Platonis *Rep.* VI. pag. 504. D. οὐ γελοῖον ἐπὶ μὲν ἄλλοις σμικροῦ ἀξίοις πᾶν ποιεῖν συντεινομένους ὅπως ὅτι ἀκριβέστατα καὶ καθαρώτατα ἕξει, τῶν δὲ μεγίστων μὴ μεγίστας ἀξιοῦν εἶναι καὶ τὰς ἀκριβείας; Καὶ μάλα, ἔφη. Ad haec adscripsit aliquis in libri margine:

ἄξιον τὸ διανόημα.

quae nunc pro Platonicis leguntur. Melius viri docti ibid. pag. 496. A. ἆρ' οὐχ ὡς ἀληθῶς προσήκοντα ἀκοῦσαι σοφίσματα καὶ οὐδὲν γνήσιον οὐδὲ φρονήσεως [ἄξιον] ἀληθινῆς ἐχόμενον; fraudem deprehenderunt. Sed ad Aeschinem revertor.

Optime Orator dixerat in *Timarchea* § 141. ἐπειδὴ δὲ Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου μέμνησθε καὶ Ὁμήρου καὶ ἑτέρων ποιητῶν, ὡς τῶν μὲν δικαστῶν ἀνηκόων παιδείας ὄντων, ὑμεῖς δὲ εὐσχήμονές τινες καὶ περιφρονοῦντες ἱστορίᾳ τὸν δῆμον, — λέξομέν τι καὶ ἡμεῖς περὶ τούτων. Mirati magistelli, quid esset cur vocula ὡς modo genitivum haberet comitem ὡς τῶν δικαστῶν ἀνηκόων παιδείας ὄν-

των, modo nominativum *ὡς ὑμεῖς εὐσχήμονές τινες*, commenti sunt de suo aliquid, mirificum ut nihil supra. In genitivo *ὡς τῶν δικαςῶν — ὄντων*, nihil erat negotii, sed in nominativo haerebant: *ὑμεῖς δὲ εὐσχήμονές τινες*: quid igitur? imperite et perinepte addiderunt de suo [*προσποιεῖσθε εἶναι*] et sic verborum compositionem prorsus pessumdederunt. Itaque vulgatur: *ὡς τῶν* ΜΕΝ *δικαςῶν ἀνηκόων παιδείας ὄντων, ὑμεῖς* ΔΕ *εὐσχήμονές τινες* [*προσποιεῖσθε εἶναι*] *καὶ περιφρονοῦντες ἰςορίᾳ τὸν δῆμον.* Ridebat Aristoteles eos, qui *τὰ ἐναργῆ* argumentis probare satagebant, et eos perinde facere dicebat, ac si quis ut solem alicui ostenderet accenderet lucernam. Videor mihi paene idem facturus si in re tam evidenti argumenta conquiram. Saepe videbis librarios et correctores turbas dare, ubi ex syntacticis rationibus nominativi cum accusativis compositi sunt. Apud Demosthenem *de Fals. Legat.* p. 384, 24. *ὅλην τε τὴν πόλιν οὕτω καὶ σφᾶς ὡμολόγουν ὑπάρξειν αὐτῷ.* Certa loquendi lex *σφεῖς* postulat: sed quotus quisque id mihi concessurus fuisset, nisi unus liber caeteris omnibus et antiquior multo et praestantior necessarium *σφεῖς* servasset? Sed nullus liber Herodoto laboranti opem tulit, apud quem nunc legitur I. 56. *τούτοισι ἐλθοῦσι τοῖσι ἔπεσι ὁ Κροῖσος πολλόν τι μάλιςα πάντων ἥσθη ἐλπίζων ἡμίονον οὐδαμὰ ἀντ' ἀνδρὸς βασιλεύσειν* Μήδων· *οὐδὲ ὧν* ΑΥΤΟΣ *οὐδὲ* ΟΙ *ἐξ αὐτοῦ παύσεσθαί κοτε τῆς ἀρχῆς.* Tandem aliquando ei reddamus suum: *οὐδὲ ὧν αὐτὸς οὐδὲ* ΤΟΥΣ *ἐξ αὐτοῦ*, nempe *παύσεσθαί κοτε τῆς ἀρχῆς* (*ἐλπίζων*). In vulgato *agnosco stilum* magistrorum, qui quidquid non capiunt suo arbitratu temere interpolando corrumpunt, et quidquid attingunt vertunt in deterius. Inanis est oppositionis species in loco interpolato in *Timarchea* § 91. *Si nemo sine testibus*, inquit, *poterit damnari*, *δέδεικται φανερὰ ὁδὸς δι' ἧς οἱ τὰ μέγιςα κακουργοῦντες ἀποφεύξονται. τίς γὰρ ἢ τῶν λωποδυτῶν ἢ τῶν κλεπτῶν ἢ τῶν μοιχῶν ἢ τῶν ἀνδροφόνων ἢ τῶν τὰ μέγιςα μὲν ἀδικούντων, λάθρᾳ δὲ τοῦτο πραττόντων, δώσει δίκην; καὶ γὰρ τούτων οἱ μὲν ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντες* ['ΕΑΝ ΜΕΝ 'ΟΜΟΛΟΓΩΣΙ] *ζημιοῦνται, οἱ δὲ λαθόντες καὶ ἔξαρνοι γενόμενοι κρίνονται ἐν τοῖς δικαςηρίοις. εὑρίσκεται γὰρ ἡ ἀλήθεια ἐκ τῶν εἰκότων.* Multa equidem vidi mirifica et absurda emblemata, sed quod esset stolidius et manifestius quam illud 'ΕΑΝ ΜΕΝ 'ΟΜΟΛΟΓΩΣΙ

de reis manifestariis dictum, videre me non memini. Itaque nihil amplius addo praeter locum, unde interpolatio nata est § 113. οἱ δὲ νόμοι κελεύουσι τῶν κλεπτῶν ΤΟΥϹ ΜΕΝ ΌΜΟΛΟΓΟΥΝΤΑϹ θανάτῳ ζημιοῦσθαι, τοὺς δ' ἀρνουμένους κρίνεσθαι. Nullum esse confessioni locum ἐάν τις ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλῷ, ne suspicantur quidem.

Tenue indicium magnam labem mihi patefecit *de Fals. Leg.* § 131. in his: ταῦτα μὲν οὖν ὁ κατήγορος μεμηχάνηται, τὰ δ' ἐν Φωκεῦσι διεφθάρη πράγματα πρῶτον μὲν [διὰ] τὴν τύχην, ἣ πάντων ἐϛὶ κυρία, ἔπειτα [διὰ] τὸ μῆκος τοῦ χρόνου καὶ τὸν δεκαέτη πόλεμον. Tres libri caeteris meliores e. k. l. utramque διά omittunt. Cogitanti mihi quid hoc rei esset, venit in mentem τὸ μῆκος τοῦ χρόνου nominativum esse et repente mihi ob oculos exoritur vera lectio, quae haec est: τὰ δ' ἐν Φωκεῦσι διέφθειρε πράγματα πρῶτον μὲν ἡ τύχη, ἣ πάντων ἐϛὶ κυρία, ἔπειτα τὸ μῆκος τοῦ χρόνου, et sic manifestum emblema καὶ τὸν δεκαέτη πόλεμον ultro excidit. Videor mihi erroris originem et progressum perspicere. Ad verba καὶ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου adscripserat nescio quis διὰ τὸν δεκαέτη πόλεμον, quod alius per copulam καί, ut assolet, recepit in textum καὶ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου καὶ διὰ τὸν δεκαέτη πόλεμον. Tum facili lapsu gliscere coepit error et natum est καὶ διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου καὶ τὸν δεκαέτη πόλεμον. Nempe corrector aliquis διά posuit loco *suo* scilicet. Itaque διὰ τὴν τύχην quoque erat scribendum, quo facto activum διέφθειρε necessario in passivum διεφθάρη convertendum erat. Vide nunc mihi quam apte sint omnia composita et quam commode defluat oratio: τὰ δ' ἐν Φωκεῦσι διέφθειρε πράγματα πρῶτον μὲν ἡ τύχη, ἣ πάντων ἐϛὶ κυρία, ἔπειτα τὸ μῆκος τοῦ χρόνου, — τρίτον δ' αὐτοὺς καθεῖλεν ἡ — ϛάσις, τέταρτον δ' ἡ Φαλαίκου ἄγνοια. Praeterea vitiose dictum est τὰ πράγματα διεφθάρη διὰ τὴν τύχην, quoniam neque διὰ τὴν τύχην pro ὑπὸ τῆς τύχης poni potest, et dea *Fortuna*, quae *in omni re dominatur* (Sall. *Cat.* 8), ἡ πάντων κυρία, in huiuscemodi sententia *subiectum* esse solet (ut grammatici loquuntur) et in nominativo poni, ut non dicatur τὰ πράγματα ὑπὸ τῆς τύχης διεφθάρη, sed τὰ πράγματα διέφθειρεν ἡ τύχη, vel ἐλυμήνατο vel ἀπώλεσεν. Exemplorum plena sunt omnia. Uno utar, quia tam lepidum est. Diphilus in Stobaei *Floril.* CIV. 16.

ὥσπερ κυαθίζουσ' ἐνίοθ' ἡμῖν ἡ τύχη
ἓν ἀγαθὸν 'ΕΠΙχέασα τρί' ἐπαντλεῖ κακά.

ubi dubitare non debebat Meinekius quin esset unice verum 'ΥΠΟχέασα, quia οἱ κυαθίζοντες solebant τὸν οἶνον 'ΥΠΟχέαντες εἶτα τὸ ὕδωρ 'ΕΠΙχεῖν.

Saepe insulsa magistrorum additamenta quod esset ab Oratore animose et inflammato pectore dictum debilitant et languidum et iners faciunt. Dixerat Aeschines in *Timarchea* § 118 vehementer et acriter: *magna iudicium circumstat corona iuniorum et seniorum, civium et hospitum* ex tota Graecia, οὓς μὴ νομίζετ' ἐμὲ θεωρήσοντας ἥκειν ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ὑμᾶς εἰσομένους εἰ μὴ μόνον εὖ νομοθετεῖν ἐπίςασθε, ἀλλὰ καὶ κρίνειν τὰ καλὰ καὶ τὰ μή, καὶ τιμᾶν τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς καὶ κολάζειν τοὺς ὀνείδη τὸν ἑαυτῶν βίον τῇ πόλει παρασκευάζοντάς. Sic dixerat Orator ardens animo rapido orationis flumine. Nunc per sciolos ita legitur κρίνειν τὰ καλὰ καὶ τὰ μὴ [καλὰ δύνασθε] καὶ [εἰ] τιμᾶν [ἐπίςασθε] τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς καὶ [εἰ θέλετε] κολάζειν κτέ. Praeterea pro ὀνείδη emendandum est ὄνειδος.

Iam singulas Aeschinis orationes deinceps relegam et si quid inciderit animadversione dignum paucis animadvertam. Ordiar a *Ctesiphontea*, quam nuper longe quam vulgo solet emendatiorem edidit vir egregie doctus et acute cernens Andreas Weidner, qui longe maximam τῶν παρεμβεβλημένων partem expunxit, complura feliciter emendavit et de Codicibus sanum ac prudens iudicium tulit. Reliquit mihi spicilegium, ut ego aliis relinquam. Ex iis, quae mihi observata et notata sunt, nunc quidem potiora delibabo ac seligam caetera alio tempore editurus in lucem.

Tamquam boni ominis causa primam ponam Bakii mei emendationem, qua primum in *Ctesiphontea* additamentum § 2. expunxit. Dixerat Orator: ἐβουλόμην μὲν ΆΝ (sic leg. pro οὖν) — τοὺς νόμους — ἰσχύειν, ἵν' ἐξῆν πρῶτον μὲν τῷ πρεσβυτάτῳ τῶν πολιτῶν σωφρόνως ἐπὶ τὸ βῆμα παρελθόντι ἄνευ θορύβου καὶ παραχῆς ἐξ ἐμπειρίας τὰ βέλτιςα τῇ πόλει συμβουλεύειν. Vide nunc scioli quid designaverint: de suo addiderunt alii ὥσπερ οἱ νόμοι προστάττουσιν, alii ὥσπερ οἱ νόμοι κελεύουσιν, quae verba interposita inter τῶν πολιτῶν — σωφρόνως pro Aeschineis legebantur, donec Bakius fraudem patefecit.

Considerent velim iuniores vel in hoc uno loco, quam sit sublesta et Punica fides librorum Mss. quibus nonnulli nihil non credendum esse iudicant. Necessarium est ἐβουλόμην μὲν ἄν (*vellem*), at illi ἐβουλόμην μὲν οὖν unanimi consensu exhibent: necessarium est ex *certa* sermonis lege ἵν' ἐξῇν, at illi omnes fideli concordia dant ἵνα ἐξῇ: praeterea omnes ad unum male sanum scioli emblema constanter servant.

Post pauca editur § 3. γράφουσί τινες ῥᾳδίως παρανόμους γνώμας καὶ ταῦτα ἕτεροί τινες τὰ ψηφίσματα ἐπιψηφίζουσιν. Emenda καὶ ταύτAC ἕτεροί τινες ἐπιψηφίζουσιν expuncto τὰ ψηφίσματα, ut in § 124. ὁ τὰς γνώμας ἐπιψηφίζων et § 128. *de Fals. Legat.* § 65. τοὺς προέδρους ἐπιψηφίζειν τὰς γνώμας, et alibi saepius.

In vicinia legitur οὐκ ἐκ τοῦ δικαιοτάτου τρόπου λαχόντες προεδρεύειν, — ἂν δέ τις τῶν ἄλλων βουλευτῶν ὄντως λάχῃ [κληρούμενος προεδρεύειν] κτέ. O putidum emblema et auribus molestum! Belle κληρούμενος addidit quasi vero quisquam aliter quam κληρούμενος possit λαχεῖν, et nemo umquam sic locutus est, quum sit perfrequens ἔλαχον βουλεύειν, προεδρεύειν, δικάζειν et sim.

In § 7. duplex emblema exime: μηδὲν ἡγεῖσθαι μικρὸν [εἶναι] τῶν τοιούτων ἀδικημάτων, et [ἐπὶ] πολὺν ἤδη χρόνον. Ἡγεῖσθαι μικρόν sine εἶναι est *contemnere*; ἡγεῖσθαι et νομίζειν si εἶναι additum habent de *opinione* dicuntur sine actione: contra τοὺς αὐτοὺς φίλους καὶ ἐχθροὺς νομίζειν, χείρω νομίζειν τινά, ἡγεῖσθαί τι μικρόν, θεοὺς νομίζειν et sim. infinitivum εἶναι non admittunt. Aristophanes *Nub.* 1078.

χρῶ τῇ φύσει, σκίρτα, γέλα, νόμιζε μηδὲν αἰσχρόν.

et vs. 819.

τὸ Δία νομίζειν ὄντα τηλικουτονί.

In § 8. πάντες οἱ πολῖται παρακαταθέμενοι τὴν πόλιν ὑμῖν [καὶ τὴν πολιτείαν διαπιστεύσαντες] κτέ. Huius loci prior pars Athenis scripta est, posterior in urbe Constantini. Praeterea leg. ἐὰν ἐξελέγξω pro ἐξελέγξωμεν.

Aeschines in *Ctesiph.* § 10. ἠσχύνοντο γὰρ οἶμαι οἱ δικασταὶ εἰ φανήσεται αὐτὸς ἀνὴρ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει [τυχὸν δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ] πρῴην μέν ποτε ἀναγορευόμενος ὅτι στεφανοῦται ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης — μικρὸν δ' ἐπισχὼν — κλοπῆς ὠφληκώς. Si quis hoc aget, turpe emblema manifestum tene-

bit. Consideret mihi quid sit πρῴην μέν, et μικρὸν δ' ἐπισχών, et sentiet *brevem* moram hanc dici dierum fortasse aliquot aut pauculorum mensium, nedum anni integri. Praeterea quum idem homo *in eodem magistratu* et laudem tulisse dicatur et paullo post damnatus esse, necessario sequitur et honorem et poenam intra *unius* anni partem eum meruisse. Quam ridiculum est igitur ΤΤΧΟΝ ΔΕ ΚΑΙ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ, quoniam *necesse* est intra unius anni spatium id ita evenisse.

In § 11. κατιδὼν δέ τις ταῦτα [νομοθέτης] τίθησι νόμον καὶ μάλα καλῶς ἔχοντα [τὸν] διαρρήδην ἀπαγορεύοντα τοὺς ὑπευθύνους μὴ ςεφανοῦν. Optime Weidner νομοθέτης delevit. Appellatur ὁ νομοθέτης *auctor legis*, ὁ θεὶς τὸν νόμον, ubi de *certa* lege sermo est. Deinde τόν delendum, quod soloecum est: dicitur ὁ νόμος ὁ ἀπαγορεύων et νόμος (τις) ἀπαγορεύων. *Bona* lex ἀττικιςί dicitur νόμος καλῶς ἔχων, et *optima* (pro πάγκαλος aut κάλλιςος) νόμος ΚΑΙ ΜΑΛΑ καλῶς ἔχων.

Ibid. § 11. τούτων γάρ [τινες] τῶν τοὺς ὑπευθύνους ςεφανούντων — οἱ μὲν φύσει μέτριοί [εἰσιν], εἰ δή τίς ἐςι μέτριος τῶν τὰ παράνομα γραφόντων, ἀλλ' οὖν προβάλλονταί γέ τι πρὸ τῆς αἰσχύνης. Eiiciendum est τινες, quia τούτων — οἱ μὲν φύσει μέτριοι copulata sunt. Cur εἰσιν expungendum sit loci compositio docet. Poterat dicere οἱ μὲν φύσει μέτριοι προβάλλονται γοῦν τι, sed ἀττικώτερον est οἱ μέτριοι ἀλλ' οὖν προβάλλονταί γέ τι, neque propterea verborum constructio mutatur: itaque nullus verbo εἰσιν locus superest. Opponuntur inter se οἱ ΜΕΝ φύσει μέτριοι ἀλλ' οὖν προβάλλονταί γέ τι —, ὁ ΔΕ Κτησιφῶν κτέ. Similis locus est in § 86. τοὺς μὲν πρώτους χρόνους ἀλλ' οὖν προσεποιοῦνθ' ὑμῖν εἶναι φίλοι. et in § 157. ἀλλὰ ταῖς γε διανοίαις ἀποβλέψατ' αὐτῶν εἰς τὰς συμφοράς.

Tum in verbis προσγράφουσι γὰρ [πρὸς τὰ ψηφίσματα] ςεφανοῦν τὸν ὑπεύθυνον ἐπειδὰν λόγον καὶ εὐθύνας τῆς ἀρχῆς δῷ, reseca πρὸς τὰ ψηφίσματα, quod et plane supervacuum est et male Graece enuntiatum.

In § 13. λέξουσι δέ — ὡς ἄρα — οὐκ ἔςι ταῦτα ἀρχή —, ἀρχὰς δὲ [φήσουσιν] ἐκείνας εἶναι, ἃς οἱ θεσμοθέται ἀποκληροῦσιν. Tralaticium emblema vides. In tali re ubi praecessit, ὡς, ὅτι, ὡς ἄρα fit transitus ad accusativum cum infinitivo, sed se raro hanc occasionem omittunt et aliquod *dicendi* verbum

fulcro supponunt, ut in aliis *iubendi*, veluti in § 15. [κελεύει].

Similiter fecerunt in § 36. λέξουσιν ὡς εἰσὶ τῇ πόλει δύο νόμοι — ἕτερον δ' εἶναι νόμον [φήσουσιν] ἐναντίον τούτῳ. — κατὰ δὴ τοῦτον τὸν νόμον [φήσουσι] γεγραφέναι τὸν Κτησιφῶντα, et tertium in § 189. — λέγειν ὡς οὐ δίκαια ποιῶ —, οὐδὲ γὰρ Φιλάμμωνα [φησὶ] τὸν πύκτην Ὀλυμπίασι ςεφανωθῆναι νικήσαντα Γλαῦκον κτέ.

Levius fortasse videatur, sed in exquisita Atheniensium elocutione nihil debet contemni, itaque verbo dicam in § 16. ὑμέτερον ἔργον[ἐςὶν] ἀπομνημονεύειν, verbum substantivum induci oportere. Ἔργον noto et frequenti hoc usu neque articulum recipit neque ἐςίν. Quod apud Herodotum edebatur V. 1. νῦν ἡμέτερον [τὸ] ἔργον, ex libris nunc emendatum est. Recte Weidner § 20 dedit: οὐδὲ γὰρ πάτριον αὐτοῖς, ubi in libris ἐςιν incerta sede volitat.

In § 21. εὐθὺς ἀρχόμενος τῶν νόμων [λέγει] »ἀρχὴν ὑπεύθυνον" φησὶ »μὴ ἀποδημεῖν." eiice molestum λέγει: tum scribe τὸν ὑπεύθυνον οὐκ ἐᾷ et in sqq. ἑνὶ δὲ λόγῳ ἐνεχυράζει [ὁ νομοθέτης] τὰ τῶν ὑπευθύνων vitiose abundat ὁ νομοθέτης et loco non suo positum est.

In § 26. καὶ οὐ κατηγορῶν αὐτῶν οὐδ' ἐπιτιμῶν λέγω ἀλλ' ἐκεῖνο ὑμῖν ἐνδείξασθαι βούλοΜΑΙ ὅτι κτέ. Verborum compositio arguit vitium. Emenda βουλόμΕΝΟC.

In § 29. δεύτερον δὲ ὅσοι τι διαχειρίζουσι τῶν τῆς πόλεως ὑπὲρ τριάκονΤΑ ἡμέρας, τρίτον δ' ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται καὶ εἴ τινες ἄλλοι [αἱρετοὶ] ἡγεμονίας δικαςηρίων λαμβάνουσι. Scribe ὑπὲρ τριάκοΝΘ' ἡμέρας, et importunum αἱρετοί expunge.

In sqq. optime Scheibe expulit verba τούτους αἱρετοὺς ἄρχοντας εἶναι, quae nullo pacto cum reliquis connecti possunt.

In § 34. ἐν τῷ δήμῳ ἐν Πυκνί, satis est, credo: nunc adhaesit pueriliter ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

In § 36. παρέξονται νόμον οὐδὲν προσήκοντα [τῇδε] τῇ γραφῇ facile agnosces spurium esse τῇδε.

In § 42. καὶ ταῦτ' ἔπραττον οὐχ ὥσπερ οἱ ὑπὸ τῆς βουλῆς τῆς ὑμετέρας ςεφανούμενοι ἢ ὑπὸ τοῦ δήμου πείσαντες ὑμᾶς καὶ [μετὰ ψηφίσματος] πολλὴν χάριν καταθέμενοι, ἀλλ' αὐτοὶ προελόμενοι ἄνευ δόγματος ὑμετέρου. Excidit articulus ΟΙ ὑπὸ τοῦ δήμου, *quia alii sunt* quos Senatus, *alii* quos populus eo honore orna-

bat. Deinde πείσας τὸν δῆμον (vel πιθών, ut veteres dicebant) et μετὰ ψηφίσματος idem est, quemadmodum οὐ πείσας ὑμᾶς (πιθών) idem est quod ἄνευ δόγματος ὑμετέρου. Priscum πιθών bis habet Aristophanes, in *Ran.* 1168. οὐ πιθὼν τοὺς κυρίους, et in *Pluto* 949:

οὔτε τὴν βουλὴν πιθών
τὴν τῶν πολιτῶν οὔτε τὴν ἐκκλησίαν.

formula iuris est ex antiquis legibus. Recurrit eadem interpolatio apud Aeschinem § 43. κἀκεῖνοι μὲν [μετὰ ψηφίσματος] πείσαντες ὑμᾶς, οὗτοι δ' ἄνευ ψηφίσματος, sed praestat Weidnero parere, qui pannum aliunde assutum totum dissuendum et abiiciendum censuit.

Quod sequitur συνιδὼν δή τις ταῦτα [νομοθέτης] τίθησι νόμον eodem laborat vitio quod supra notavimus.

In § 44. οὔτ' ἐναντίον τοῖς πρότερον κειμένοις νόμοις τιθείς [οὐ γὰρ ἔξεστιν]. Ain' vero? Ergo quod non licebat Athenis fieri non solebat? Opinatus est sciolus deesse aliquid ad sententiae concinnitatem et nihil reperire potuit quod esset aliquanto melius quam insulsum οὐ γὰρ ἔξεστιν.

In § 45. ὅταν οὖν ἀποδείξῃ τοῖς μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς στεφανουμένοις εἰς τὸ βουλευτήριον ἀναρρηθῆναι, τοῖς δ' ὑπὸ τοῦ δήμου [στεφανουμένοις] εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τοῖς δ' ὑπὸ τῶν δημοτῶν [στεφανουμένοις] καὶ φυλετῶν ἀπείπῃ μὴ κηρύττεσθαι τοῖς τραγῳδοῖς κτέ. Quicumque vel nasum habet vel aurem τὸ ψυχρὸν τοῦτο καὶ κακόφωνον παρέμβλημα οὐ καρτερήσει ἀκούων. In talibus ellipsis non elegans est, sed prorsus necessaria. Equidem, qui *aurem habeo Batavam*, miror quo pacto istis tamdiu parci potuerit ab iis, qui teretes et fastidiosas aures habere putantur.

In § 46. οὐδ' ἂν ἰδιώτης οὐδὲ εἷς οὕτως ἀγεννὴς γένοιτο ὥστε ὃν αὐτὸς ἔδωκε στέφανον ἅμα ἀνακηρύττειν καὶ ἀφαιρεῖσθαι [καὶ καθιεροῦν]. Atqui, o bone, τὸ ἀφαιρεῖσθαι ταὐτόν ἐστι τῷ καθιεροῦν, ut res ipsa docet et verba in proximo: τὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ στέφανον οὐδεὶς καθιεροῖ (poterat et ἀφαιρεῖται dicere) ἀλλ' ἔξεστι κεκτῆσθαι.

In § 47. ἵνα κηρυττόμενος μείζω χάριν εἰδῇ τῶν στεφανούντων ὑμῖν [ἢ τοῖς στεφανοῦσιν]. Reiskius optime sensit articulum requiri, ἵν' Ὁ κηρυττόμενος, quem nemo sequitur. Turpe emblema, quod cum omnium plausu H. Wolfius primus delevit,

omnes libros obsidet, quamquam nihil hac annotatiuncula futilius esse potest. Ergo tam puerilia iam in antiquissimis Codicibus circumferebantur.

In § 48. ἀπομνημονεύετε αὐτοῖς ὑποβάλλειν· [ναὶ] εἴ ΓΕ σέ τις ἄλλη πόλις ϛεφανοῖ. Vehementer mihi istud NAI de fraude suspectum. Vocula ΓΕ apud veteres assentientis est et tam saepe etiam apud poëtas contra metrum inutile istud NAI in simili re interpolatum vidi, ut etiam h. l. inducendum esse censeam. Cf. § 21. ὦ Ἡράκλεις, ὅτι ἦρξα μὴ ἀποδημήσω; ἵνα ΓΕ μὴ — δρασμῷ χρήσῃ. Aeschylus *Prometh.* 385.

οὔκουν, Προμηθεῦ, τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι
ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;
ΠΡΟΜ. ἐάν τις ἐν καιρῷ ΓΕ μαλθάσσῃ κέαρ.

In Codice Vossiano est: ναί, ἐάν τις, ut apud Euripidem in *Andromache* vs. 242.

τί δ'; οὐ γυναιξὶ ταῦτα πρῶτα πανταχοῦ;
ΝΑΙ. καλῶς ΓΕ χρωμέναισιν, εἰ δὲ μή, οὐ καλά.

et vs. 575.

οὔκουν ἐκείνου τἀμὰ τἀκείνου τ' ἐμά;
ΝΑΙ. δρᾶν εὖ, κακῶς δ' οὔ, μηδ' ἀποκτείνειν βίᾳ.

ubi scribendum δρᾶν Γ' εὖ, namque ΓΕ non NAI est assentiendi vocabulum, ut in *Andromache* vs. 247.

ὁρᾷς ἄγαλμα Θέτιδος εἴς σ' ἀποβλέπον;
μισοῦν ΓΕ πατρίδα σὴν Ἀχιλλέως πόθῳ.

id est ΝΑΙ ὁρῶ, ut sequiores loquebantur. Similiter ΓΕ positum videbis in *Andromache* vs. 892, 894, 896, 898 et in *Ione* vs. 277.

ἐκ γῆς πατρός σου πρόγονος ἔβλαϛεν πατήρ;
Β. Ἐριχθόνιος ΓΕ· τὸ δὲ γένος μ' οὐκ ὠφελεῖ.
ἦ καί σφ' Ἀθάνα γῆθεν ἐξανείλετο;
Β. εἰς παρθένους ΓΕ χεῖρας οὐ τεκοῦσά νιν.
δίδωσι δ', ὥσπερ ἐν γραφῇ νομίζεται;
Β. Κέκροπός ΓΕ σώζειν παισὶν οὐχ ὁρώμενον.

Itaque vehementer mihi suspecta est scriptura apud Herodotum I. 159. Κυμαίους κελεύεις τὸν ἱκέτην ἐκδιδόναι; τὸν δὲ αὖτις ἀμείψασθαι τοισίδε· ΝΑΙ. ΚΕΛΕΤΩ. ἵνα ΓΕ ἀσεβήσαντες θᾶσσον ἀπόλησθε. Rectissime apud Lysiam legitur I. 12. ἐπειδὴ δ' ἐγὼ ὠργιζόμην καὶ ἐκέλευον αὐτὴν ἀπιέναι »ἵνα σύ ΓΕ, ἔφη, πειρᾷς

ἐνταῦθα τὴν παιδίσκην." Eodem modo Herodotus, credo, dixerat: ἀμείψασθαι τοισίδε· »ἵνα ΓΕ θᾶσσον ἀπόλησθε, et Aeschines: — αὐτοῖς ὑποβάλλειν· Εἴ ΓΕ σέ τις ἄλλη πόλις ςεφανοῖ.

In § 49. λέγει γὰρ οὕτως ἐν τῷ ψηφίσματι· καὶ τὸν κήρυκα ἀναγορεύειν ἐν τῷ θεάτρῳ [πρὸς τοὺς Ἕλληνας] ὅτι κτέ. Ecquis serio credit in ipso psephismate πρὸς τοὺς Ἕλληνας scriptum fuisse? Imo vero ἀναγορεύεται πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, credo, caeteri Graeci qui in theatro sedentes haec audiebant non possunt in psephismate commemorari. Itaque expunge πρὸς τοὺς Ἕλληνας.

In eadem § 48 bis aliis verbis sine ulla causa idem dicitur sic:

[ἀποδέδεικταί σοι τόπος ὅπου δεῖ τοῦτο γίγνεσθαι.]
ἀπείρηταί σοι ἔξω τῆς ἐκκλησίας μὴ κηρύττεσθαι.

priora insiticia sunt.

In § 51. τὰ περὶ τὴν τοῦ τραύματος γραφὴν [αὐτῷ] συμβεβηκότα, non minus spurium est αὐτῷ quam Δημοσθένης in iis, quae continuo sequuntur: ὅτε εἷς ὢν τῶν τριηράρχων [Δημοσθένης], quod summo iure Weidner eiecit. Tum pro καὶ ταῦτα ΗΔΗ τὰ περὶ Μειδίαν, emenda καὶ ταῦτα ΔΗ, ut in re omnibus nota, quemadmodum dicitur τοῦτο ΔΗ τὸ λεγόμενον in proverbio, et sim.

In § 55. in melioribus libris est μέχρι τῆς ἀτυχίας ΤΩΝ ἐν Χαιρωνείᾳ, in deterioribus τῶν in τῆς mutatum videbis. Quin tu potius τῆς ἀτυχίας expungis? μέχρι τῶν ἐν Χαιρωνείᾳ usitatum est dici, nisi si quis tragoedias ciet et lachrymas movet, quibus hic quidem nihil est loci.

In § 55. meliorum librorum auctoritatem secutus expulerim ὁποίου τούτων τῶν τεττάρων αὐτοῦ καιρῶν κατηγορῶ, et sequens καί. Recte illa leguntur in § 56. ἀποκρίνομαι ὅτι ἁπάντων τῶν τεττάρων καιρῶν κατηγορῶ [σου], οὓς σὺ διαιρεῖ, nisi quod σου interpolatum est.

In sqq. ita scripserim: ἵν' οὖν μήθ' οὗτος ἰσχυρίζηται ὑμεῖς τε προειδῆτε [ἐγώ τε ἀποκρίνωμαι] ἐναντίον σοι τῶν δικαςῶν — ἀποκρίνομαι ὅτι ἁπάντων κτέ. Bellissimum est in vulgata: ἵν' ἀποκρίνωμαι — ἀποκρίνομαι.

In § 57. πάνυ προσδοκῶ ἐπιδείξειν τοῖς δικαςαῖς τῆς μὲν σωτηρίας τῇ πόλει τοὺς θεοὺς αἰτίους γεγενημένους καὶ τοὺς φιλαν-

θρώπως καὶ μετρίως τοῖς τῆς πόλεως πράγμασι χρησαμένους, τῶν δὲ ἀτυχημάτων ἁπάντων Δημοσθένην [γεγενημένον αἴτιον]. Miror in tali sententia verbum προσδοκῶ, quod non habet locum ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν: *exspectamus* ea quae non sunt in nostra potestate, quae quem exitum aut eventum habitura sint nescimus: itaque mendosum est *exspecto me iudicibus esse demonstraturum*. Verum esse suspicor πάνυ ΜΟΙ ΔΟΚΩ ἐπιδείξειν.

Deinde arcte sunt coniungenda τούς ΤΕ θεοὺς καὶ τοὺς — χρησαμένους. Quid autem eo homine facias qui addiderit γεγενημένον αἴτιον? Olim est a Tayloro explosum. Apposui ut liquido appareret quam futiles homunciones nobis praeclara antiquitatis monumenta suis ineptiis sordibusque inquinaverint.

Si quis in libris tam flagitiose interpolatis cautus et suspicax diligenter consideraverit quod scriptum est in § 58. exspecto fore ut mihi assentiatur locum hunc ita constituenti: ὑμῖν γὰρ ἐξεγένετ' ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν προτέραν εἰρήνην ποιήσασθαι μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων καὶ προϊόντος τοῦ χρόνου παρ' ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων ἀπολαβεῖν τὴν ἡγεμονίαν. τούτων Δ' ἀπεστερήθητε διὰ Δημοσθένην καὶ Φιλοκράτην καὶ τὰς τούτων δωροδοκίας. *Absque istis fuisset*, inquit, ET *priorem pacem una cum communi Graecorum concilio componere*, ET *procedente tempore a Graecis volentibus imperium recuperare potuissetis*. Hanc sententiam tam simplicem et rei tam convenientem aliena multa e locis vicinis congesta penitus nunc obscurarunt et paene deleverunt. Nempe inter τῶν Ἑλλήνων et καὶ προϊόντος τοῦ χρόνου interpolatum est: εἴ τινες ὑμᾶς εἴασαν περιμεῖναι τὰς πρεσβείας ἃς ἥτε ἐκπεπομφότες κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν εἰς τὴν Ἑλλάδα παρακαλοῦντες ἐπὶ Φίλιππον, quae res et incommode nunc narratur et permoleste hic interponitur, quum recte et suo loco commemoretur § 84. πρῶτον μὲν ὅπως μὴ περιμείνητε (scrib. περιμενεῖτε, ut statim: ὅπως μὴ — ψηφιεῖσθε) τοὺς πρέσβεις, οὓς ἥτε ἐκπεπομφότες παρακαλοῦντες ἐπὶ Φίλιππον κτέ. Idem homo, qui haec male repetivit in §67. de suo inseruit ἐπανελθόντων τῶν ὑμετέρων πρέσβεων, et in § 68. ἧκον οἱ Φιλίππου πρέσβεις, οἱ δ' ἡμέτεροι ἀπεδήμουν [παρακαλοῦντες τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ Φίλιππον]. Quo usque tandem, o sciole, quisquis es, abutere patientia nostra? Patere tuas fraudes nonne sentimus?

In § 60. εἴ τινες ὑμῶν [ἐκ τῶν ἔμπροσθεν χρόνων] ἥκουσιν οἴκο-

θεν τοιαύτην ἔχοντες τὴν δόξαν, ὡς ἄρα ὁ Δημοσθένης οὐδὲν πώποτε εἴρηκεν ὑπὲρ Φιλίππου συςὰς μετὰ Φιλοκράτους —, ὅςις οὕτω διάκειται μήτ' ἀπογνώτω μηδὲν μήτε καταγνώτω, πρὶν ἂν ἀκούσῃ. Ecquid opus erat dicere opinionem quam quis de ea re domo attulerit *superiore tempore* conceptam fuisse? Inter ὅςις et ΟΥΤΩ arbitror οὖν (ΟῩ) excidisse, quod interponitur ubi post longiorem verborum circuitum sententiae filum resumitur. Deinde μήτε ἀπογνῷ μηδὲν μήτε καταγνῷ reponam, quia omnibus ita est mos dicere, non ἀπογνώτω et καταγνώτω.

In § 62. εἰσέρχεται [βουλευτὴς] εἰς τὸ βουλευτήριον Δημοσθένης οὔτε λαχὼν οὔτ' ἐπιλαχών, ἀλλ' ἐκ παρασκευῆς πριάμενος. Quia Aeschines negat Demosthenem senatorem fuisse, sed eum malis artibus in curiam irrepsisse criminatur, sequitur βουλευτής ex interpolatione esse natum. Emendate scriptum est § 125. εἰσελθὼν εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ μεταςησάμενος τοὺς ἰδιώτας.

In § 63. scribendum πρέσβεις αὐτοκράτορας ἀποςέλλειν περὶ εἰρήνης, pro ὑπὲρ τῆς εἰρήνης. Articulo locus non est, et legati *de* pace, non *pro* pace mittuntur.

Post pauca: ὁ μέν γε τὴν ἐξουσίαν ἔδωκε τοῦ δεῦρο κήρυκα καὶ πρέσβεις πέμπεσθαι, ὁ δὲ τῇ πρεσβείᾳ σπένδεται. Omnia haec spuria sunt: prorsus sunt supervacanea; male Graecum est πέμπεσθαι pro πέμπειν; falsum est τὴν ἐξουσίαν ἔδωκε pro ἐκέλευσεν ἐλέσθαι δέκα πρέσβεις οἵτινες ἀξιώσουσι τὸν Φίλιππον δεῦρο πρέσβεις ἀποςέλλειν, quod non est hercle idem.

In § 66. οἱ δ' ἀποδόμενοι [καὶ κατακοινωνήσαντες] τὰ τῆς πόλεως ἰσχυρὰ μεγάλης ὀργῆς ἦσαν ἄξιοι. Verbum κατακοινωνεῖν praeter hunc locum semel tantum legitur apud Demosthenem πρὸς Ζηνόθεμιν pag. 889, 6. ᾑρεῖτο αὐτὸς κερδᾶναι ἢ κατακοινωνήσας τούτοις τῆς ὠφελείας τούτους ποιῆσαι μερίτας. Est κοινωνεῖν *participare*, *partem alicui impertiri*, et κατά significat *dolo malo* id fieri, *contra officium et fidem*, ut in κατελεεῖν, καταχαρίζεσθαι et sim. Sed apud Aeschinem absurdum verbum est; *qui vendidit* non potest eius rei quam vendidit partem alteri impertiri. Quanto melius et acrius est οἱ ἀποδόμενοι τὰ τῆς πόλεως ἰσχυρά.

In § 70. μὴ μόνοι μηδ' ἀπαράσκευοι πολεμήσαιμεν ἃ νῦν ἡμῖν παθεῖν συνέβη, corrigendum ὃ pro ἅ, quia de *una certa* re sermo

est. Similiter in § 105. ἃ (lege ὃ) τετόλμηκεν οὗτος γράψαι.

In § 81. εἰ τῶν συμπρεσβευόντων καὶ τοῦ Φιλίππου κατήγορος ἀναφανείη, imo vero συμπρέσβεων. Participium recte ponitur *dum legatione funguntur:* nunc dudum defuncti sunt, deinde post pauca τοὺς δὲ ἄλλους [συμπρέσβεις] κινδυνεύσειν dele emblema; πρέσβεις saltem dedisset; sed hoc quoque inutile est ac melius abest.

In § 82. ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα ᾔδειμεν πρότερον. Nemo Atticorum dicebat ᾔδειμεν, sed ᾖσμεν. Tolle idem vitium ex § 175. εἰ ὑμεῖς μὴ συνᾔδειτε, imo vero συνῆσε. Vide supra pag. 382. sq.

In § 83 καὶ τὸ τελευταῖον ςεφανώσας τοὺς μετ' Ἀριςοδήμου — τὴν μὲν εἰρήνην διέλυσε τὴν δὲ συμφορὰν [καὶ τὸν πόλεμον] κατεσκεύασεν. Corrige τὴν μὲν εἰρήνην ἔλυσε, deinde expunge καὶ τὸν πόλεμον; non possunt haec inter se componi ἡ συμφορὰ καὶ ὁ πόλεμος, namque ἡ συμφορά est τὸ πέρας τοῦ πολέμου, et ineptum est, si quem calamitatis bello acceptae auctorem dixeris, addere et belli auctorem eum fuisse, praesertim ubi eum *pacem rupisse* iam dixeris. Non opponuntur inter se *pacem rupit* et *belli auctor fuit*, namque est unum et idem, sed *pacem rupit* et *calamitatis* nostrae, quam bellum attulit, *auctor exstitit.*

In § 85 verbo dicam quae mihi vera scriptura esse videatur: nempe haec: ἐν πέντε ἡμέραις ἐβοηθήσατε αὐτοῖς καὶ ναυσὶ καὶ πεζῇ δυνάμει, καὶ πρὶν τριάκονθ' ἡμέρας διελθεῖν ὑποσπόνδους Θηβαίους ΑΦΕΝΤΕϹ ΚΑΙ κύριοι τῆς Εὐβοίας γενόμενοι τάς τε πολιτείας ἀπέδοτε ὀρθῶς καὶ δικαίως τοῖς παρακαταθεμένοις. Vulgatur Θηβαίους ἀφήκατε (vitiosa forma pro ἀφεῖτε) κύριοι τῆς Εὐβοίας γενόμενοι καὶ τάς τε πόλεις κτέ.

In § 86. τηλικαῦθ' ὑφ' ὑμῶν εὖ παθόντες οἱ Χαλκιδῆς οὐ τὰς ὁμοίας ὑμῖν ἀπέδοσαν [χάριτας], ἀλλ' ἐπειδὴ τάχιςα διέβητε εἰς Εὔβοιαν — τοὺς μὲν πρώτους χρόνους ἀλλ' οὖν προσεποιοῦνθ' ὑμῖν εἶναι φίλοι, ἐπεὶ[δὴ] δὲ [τάχιςα] εἰς Ταμύνας παρήλθομεν κτέ. Vides ἐπειδὴ τάχιςα perperam esse repetitum, quum sententia solum ἐπεί postulet. Praeterea χάριτας quoque spurium est. Veteres dicebant τὴν ὁμοίην et τὰς ὁμοίας ἀποδιδόναι. Herodotus VI. 62. τὴν ὁμοίην διδόναι dixit et τὴν ὁμοίην φέρεσθαι, et IV. 119. τὴν ὁμοίην ἡμῖν ἀποδιδοῦσι. VI. 21. οὐκ ἀπέδοσαν τὴν ὁμοίην, IX. 78. τὴν ὁμοίην ἀποδιδούς. Eodem modo dice-

bant εἰς τὰς ὁμοίας ἰέναι. Plato in *Philebo* pag. 13. D. καὶ τάχ' ἀνιόντες (scrib. ΑΝ ΙΟΝΤΕC) εἰς τὰς ὁμοίας ἴσως ἄν πως ἀλλήλοις συγχωρήσαιμεν, et in *Phaedro* p. 236. C. εἰς τὰς ὁμοίας [λαβὰς] ἐλήλυθας supervacuum λαβάς deleverim.

In antiquissimo Aeschinis Codice F χάριτας a secunda manu additum est.

In § 87. ὁρῶν τὸ στρατόπεδον τὸ τῆς πόλεως εἰς δεινὰς δυσχωρίας κατακεκλημένον. libri partim εἰς δεινάς, partim εἴς τινας exhibent. Componenda est duplex scriptura sic εἰς δεινάς τινας δυσχωρίας.

In § 88. οἱ στρατιῶται οἱ ὑμέτεροι — ἄνδρες ἐγένοντο, scribendum cum parte librorum ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐγένοντο, id est *fortiter pugnaverunt*, ἄνδρες εἶναι dicuntur ἀττικιστί *magni viri*, *egregiis artibus praediti*, (ut apud Thucyd. IV. 28. εἰ ἄνδρες εἶεν οἱ στρατηγοί) quod in gregarios milites non cadit. Homericum est ἀνέρες ἔστε, φίλοι, Athenienses in ea re constanter dicebant γένεσθε ἄνδρες ἀγαθοί, et ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος ἀπέθανεν, unde ἡ ἀνδραγαθία nomen invenit.

In § 91. ταῦτα διανοηθείς tralaticium vitium est pro ταῦτα ΔΗ διανοηθείς.

Inficetum, si quod aliud, emblema maculat locum § 93. ἀλλ' ὁ μισοτύραννος Δημοσθένης, ὡς αὐτὸς προσποιεῖται, ὅν φησι Κτησιφῶν τὰ βέλτιστα λέγειν καὶ πράττειν, ἀπέδοτο μὲν τοὺς καιροὺς τοὺς τῆς πόλεως κτέ. quasi vero ironia non satis appareret. Cf. § 73. ὁ γὰρ μισαλέξανδρος καὶ μισοφίλιππος ὑμῖν οὑτοσὶ ῥήτωρ δὶς ἐπρέσβευσεν εἰς Μακεδονίαν ἑξὸν μηδ' ἅπαξ ὁ νυνὶ κελεύων κτέ. et *de Fals. Legat.* § 14. παρελθὼν δ' ὁ μισοφίλιππος Δημοσθένης κατέτριψε τὴν ἡμέραν ὅλην. Apparet autem arcte coniuncta fuisse Δημοσθένης ὅν φησι Κτησιφῶν κτέ. neque interponi posse Δημοσθένης [ὡς αὐτὸς προσποιεῖται] ὅν φησι κτέ.

In § 93. τὰς μὲν βοηθείας ὡς δεῖ τὴν πόλιν πρότερον ποιεῖσθαι τοῖς ἀεὶ δεομένοις τῶν Ἑλλήνων, τὰς δὲ συμμαχίας [ὑστέρας] μετὰ τὰς εὐεργεσίας. Opponuntur inter se πρότερον et μετὰ τὰς εὐεργεσίας: itaque ὑστέρας vitiose abundat.

In § 94. εἰς τοῦτο προήχθη Καλλίας μὲν [ὁ Χαλκιδεὺς] ὕβρεως κτέ. Calliam esse Χαλκιδέα satis apparet ex § 85, et homo erat omnibus notus. Itaque et hinc expulerim ὁ Χαλκιδεύς et ex § 86. Καλλίας [ὁ Χαλκιδεὺς] ὃν Δημοσθένης μισθαρνῶν ἐνεκωμίαζεν.

Odiose arguitur Demosthenes § 99 id facere quod omnes sine crimine saepe facimus: ὧν τὰ σώματα οὐχ ἑόρακε τούτων τὰ ὀνόματα λέγει. Emenda: ὧν τὰ σώματα οὐΔΕΙC ἑόρακεν, id est τῶν οὐδαμοῦ ὄντων.

In § 99. διὸ καὶ σφόδρα ἄξιός ἐςι μισεῖσθαι. Melius apud Stobaeum *Floril.* II. 48 ᾗ καὶ σφόδρα ἄξιος. Etiam alibi ᾗ in διό conversum vidi. In *Timarch.* § 44. ᾗ δὴ καὶ πάνυ χαίρω.

In § 100. γράφει ἐλέσθαι πρέσβεις εἰς Ἐρέτριαν, — καὶ πάλιν ἑτέρους εἰς Ὠρεόν [πρὸς τοὺς Ὠρείτας]. manifestum emblema, si quod aliud. Ecquid autem insulsius et puerilius dici potest quam ἐλέσθαι πρέσβεις εἰς Ὠρεὸν πρὸς τοὺς Ὠρείτας?

In § 108. οἱ ἀμφικτυόνες ἐψηφίσαντο Σόλωνος εἰπόντος [Ἀθηναίου τὴν γνώμην], praeter ea quae Weidner rectissime expunxit et ab Aeschinis persona aliena et apud Athenienses auditores perinepta deleverim quoque Ἀθηναίου τὴν γνώμην. Graecum est Σόλωνος Ἀθηναίου εἰπόντος, sed absurda compositio est Σόλωνος εἰπόντος Ἀθηναίου, ut si quis vellet dicere Θουκυδίδης ξυνέγραψεν Ἀθηναῖος. Sexcenties in psephismatis legitur ὁ δεῖνα εἶπεν et hinc τοῦ δεῖνα εἰπόντος. Nemo umquam his addit τὴν γνώμην.

In § 111. μηδὲ δέξαιντο αὐτΩΝ τὰ ἱερά. unice verum est αὐτΟΙC, ut in tali re constanter dicitur pro παρ' αὐτῶν. Exemplorum copiam collegerunt Porsonus et Schaeferus ad Euripidis *Hecubam* vs. 533:

δέξαι χοάς ΜΟΙ τάσδε κηλητηρίους.

Aliud est δέχεσθαί τι παρά τινος, aliud δέχεσθαί τί τινι. Ostendat discrimen Homerus Iliad. Ω. 429.

ἀλλ' ἄγε δὴ τόδε δέξαι ἐμεῦ πάρα καλὸν ἄλεισον.

aut Odyss. Ο. 282.

ὡς ἄρα φωνήσας οἱ ἐδέξατο χάλκεον ἔγχος.

et Iliad. Ρ. 208.

τῶν ποινὴν ὅ τοι οὔτι μάχης ἐκ νοςήσαντι
δέξεται Ἀνδρομάχη κλυτὰ τεύχεα.

et Iliad. Ο. 87.

Θέμιςι δὲ καλλιπαρήῳ | δέκτο δέπας.

In his δέξαι ἐμεῦ πάρα dicit qui *donat aliquem* munere, δέξαι μοι qui quid *alteri tradit* vel *offert* quod servet, quod custodiat, quod loco suo ponat. Hector ex proelio redux *arma*

uxori *tradit* et Andromache τὰ τεύχεα τῷ Ἕκτορι δέχεται, ubi παρὰ τοῦ Ἕκτορος ridiculum esset quasi ea uxori *dono* dedisset. Sic Themis poculum *tradit*, *offert*, quod qui oblatum accepit Θέμιςι δέκτο δέπας. Est igitur hoc necessarium in iis, quae mortales Diis *offerunt*, ut Pindarus apud Porson. l. l. οἷσι γὰρ ἂν Φερσεφόνα ποινὰν παλαιοῦ πένθεος δέξηται, et Euripides:

σὺ δέ μοι θυσίαν ἄπυρον δέξαι.

et Aristophanes:

τὰ σφάγια δέξαι ταῖς γυναιξὶν εὐμενής.

et eadem omnium ratio est. Mortales non *donant* deos aliquo munere, quod est absurdum, sed *offerunt* preces, vota, sacrificium. Itaque Dii immortales θυσίαν, ἱερά, ποινὴν ΤΟΙϹ ΆΝΘΡΩΠΟΙϹ δέχονται. Astydamas apud Porson. inducit Hectorem ad famulum ita dicentem

δέξαι κυνῆν μοι, πρόσπολε,
μή μοι φοβηθῇ παῖς.

tradit ei galeam, ne filiolus extimescat, non *dono dat*, et sic in caeteris discrimen est tam perspicuum quam certum. Itaque Aeschines scripserat in § 111. μηδὲ δέξαιντο αὐτΟΙϹ τὰ ἱερά, et iisdem verbis in § 121.

Tenendum est autem genus hoc loquendi antiquissimae Graecitati proprium esse. Ad Iliad. B. 186.

δέξατό οἱ σκῆπτρον πατρώϊον.

est Aristarchi annotatio haec: ἡ διπλῆ ὅτι ἀρχαϊκώτερον ἐδέξατο αὐτῷ τὸ σκῆπτρον ἀντὶ τοῦ παρ' αὐτοῦ. Itaque in poësi Epica, Lyrica, Tragica frequens esse videbis: apud caeteros sicubi vetus carmen sive formula verbis antiquis concepta recitatur, ut apud Aeschinem ll. cc.

Duplex emblema adhuc delitescit § 115. ταύτης τῆς ἀρᾶς καὶ τῶν ὅρκων καὶ τῆς μαντείας [γενομένης] ἀναγεγραμμένων ἔτι καὶ νῦν, οἱ Λοκροὶ οἱ Ἀμφισσῆς [μᾶλλον δὲ οἱ προεςηκότες αὐτῶν] ἄνδρες παρανομώτατοι ἐπειργάζοντο τὸ πεδίον. Nihil minus Aeschines cogitat quam Amphissensium omnium facinora in paucos principes conferre, qui ipse ferro et igne eorum omnium villas et agros exsciderit § 123. et, ne caetera tangam, quam absurdum est οἱ προεςηκότες αὐτῶν ἐπειργάζοντο τὸ πεδίον.

In § 116. Ἀθηναῖοι ἀπὸ Μήδων καὶ Θηβαίων ὅτε τἀναντία τοῖς Ἕλλησιν ἐμάχοντο. malim ὅτ' ἐναντία, sed mira est haec

verborum compositio ἐναντία τοῖς Ἕλλησι μάχεσθαι, pro ἐναντία τὰ ὅπλα τίθεσθαι. sed cf. Thucyd. I. 29. III. 55.

In § 120. ἐγὼ μὲν — βοηθῶ τῷ θεῷ — καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ καὶ φωνῇ καὶ πᾶσιν οἷς ἂν δύνωμαι, imo vero καὶ πᾶσιν οἷς δύναμαι. Dicitur enim οἷς ἂν δύνωμαι in re *futura* et *incerta:* ἢ μὴν βοηθήσω οἷς ἂν δύνωμαι, sed in re certa et praesente βοηθῶ οἷς δύναμαι.

In § 128. ἡμεῖς μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες ἈθηναῖΟΙ, ΚΑΤΕμείναμεν, requiritur *domi mansimus*, ΟΙΚΟΙ ἐμείναμεν, ut in noto versiculo:

οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

Post pauca: πλὴν μιᾶς πόλεως, ἧς ἐγὼ οὔτ' ἂν τοὔνομα εἴποιμι μήθ' ΑΙ συμφοραὶ παραπλήσιοι γένοιντο αὐτῆς μηδενὶ τῶν Ἑλλήνων. locus est impeditus et male compositus. Intelligerem ΜΗΤΕ Cυμφοραὶ παραπλήσιοι γένοιντο ΤΑΙC αὐτῆς μηδενὶ τῶν Ἑλλήνων. Optime habet, μηδενὶ τῶν Ἑλλήνων γένοιντο συμφοραὶ ταῖς τῶν Θηβαίων παραπλήσιοι, ubi neque articulus in ΑΙ συμφοραί ullo modo addi potest, neque omitti in ΤΑΙC τῶν Θηβαίων.

Eritne mihi multis verbis opus ut vincam § 128 οὐκ ἐπιδημοῦντος ἐν Μακεδονίᾳ τοῦ Φιλίππου [ἀλλ' ἐν Σκύθαις οὕτω μακρὰν ἀπόντος], inepte interpolata esse verba quae a caeteris distinxi? In sqq. § 129 ita scripserim: τοὺς μὲν ἐναγεῖς καὶ τῶν πεπραγμένων αἰτίους μετέςησαν, τοὺς δὲ δι' εὐσέβειαν φεύγοντας κατήγαγον. ἐπειδὴ δὲ οὔτε τὰ χρήματα ἐξέτινον τῷ θεῷ τούς τ' ἐναγεῖς κατήγαγον καὶ τοὺς κατελθόντας ὑπὸ τῶν Ἀμφικτυόνων ἐξέβαλον κτέ. Vulgo legitur μετεςήσαντο, τοὺς δέ et καὶ τοὺς εὐσεβεῖς κατελθόντας διὰ τῶν ἀμφικτυόνων. Est aliquid inter μετασῆσαι et μετασήσασθαι: hoc est *arbitros removere* e concilio, concione, curia, ut in § 125. εἰσελθὼν εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ μετασησάμενος τοὺς ἰδιώτας, et alibi passim, illud est ἐκβαλεῖν, *in exilium eiicere*. Tum εὐσεβεῖς vitiose abundat et κατελθεῖν ὑπὸ τῶν Ἀμφικτυόνων, non διά, linguae Atticae ratio requirit et usus.

Quod acerrime Aeschines dixerat § 130 unum vocabulum a sciolo insertum fregit. Dixerat οὐδεμίαν τοι πώποτε ἔγωγε μᾶλλον πόλιν ἑόρακα ὑπὸ μὲν τῶν θεῶν σωζομένην, ὑπὸ δὲ τῶν ῥητόρων ἀπολλυμένην. Metuebat nescio quis ne ipse Aeschines

in oratorum numero contineretur et ipse sibi maledicceret. Neque recte habet verborum structura in ὑπὸ τῶν ῥητόρων ἐνίων.

In § 152. ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς — οὐ περὶ τοῦ κύριος ἑτέρων εἶνΑΙ ΔΙαγωνίζεται ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας. Vera lectio est εἶναι Ἀγωνίζεται. Ubi plures inter se de palma, de praemio *contendunt* διαγωνίζονται, ubi unus de capite, de salute, de bonis omnibus *dimicat* ἀγωνίζεται. Rex Persarum dicitur iam non *de imperio*, sed *de salute dimicare*. Vides unde vitium natum sit. Sine mendo legitur § 134. περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας Ἀγωνίζεται, et alibi passim. Διαγωνίζεσθαι dicuntur etiam illi qui *de summa rerum* decernunt, ut in § 147 et 148, sed *dimicare* est ἀγωνίζεσθαι et κινδυνεύειν περί τινος.

In § 143. τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἀναλωμάτων τὰ μὲν δύο μέρη ὑμῖν ΑΝέθηκε, — τὸ δὲ τρίτον μέρος Θηβαίοις, expuncta praepositione scribendum ὑμῖν ΕΘΗΚΕ, quod in hac re usitatum et necessarium verbum est.

Post pauca pro εἰ μὴ δεῖ ληρεῖν verbis transpositis lege εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν. hoc enim et rei natura postulat et confirmat scriptorum usus. Demosthenes *de Cor.* p. 325, 1. εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν. *de Fals. Leg.* p. 425, 5. ταῦτα νὴ τὴν Δήμητρα, εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν, εὐλαβείας οὐ μικρᾶς δεῖται, et aliis locis.

In § 148. Φιλίππου — πρεσβεΙΑC ἀποςέλλειν μέλλοντος, imo vero πρέσβΕΙC, legationem *unam* missurus erat ad omnes Graecos, qui arma consociaverant.

In § 156. τοὺς ταλαιπώρους Θηβαίους, οὓς φυγόντας διὰ τοῦτον ὑποδέδεχθε τῇ πόλει, sententia postulat ΦΕΥγοντας, *exulantes*, *extorres patria*.

Expunctis tot emblematis nunc contra iuvat quae olim perierunt supplere. Editur § 159. Δημοσθένης οὐ τὴν ἀπὸ ςρατοπέδου μόνον τάξιν ἔλιπεν ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ τῆς πόλεως..... τριήρη προσλαβὼν ὑμῶν καὶ τοὺς Ἕλληνας ἠργυρολόγησεν. In eandem sententiam dixit § 253. ἔλιπε μὲν τὴν ἀπὸ ςρατοπέδου τάξιν, ἀπέδρα δ' ἐκ τῆς πόλεως. Nunc dixisse putem: — τάξιν ἔλιπεν ἀλλὰ καὶ τὴν (πατρίδα ἐγκατέλιπε· γενομένης γὰρ τῆς συμφορᾶς εὐθὺς ᾤχετ' ἀπιὼν) ἐκ τῆς πόλεως κτέ.

In § 163. εἰ γάρ τοι — πολεμικῶς εἶχεν [ὥσπερ καί φησι] πρὸς Ἀλέξανδρον supervacua et molesta verba deleverim.

In § 179. οἴεσθ' ἄν ποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐθελῆσαί τινα

ἐπασκεῖν εἰς τὰ Ὀλύμπια — εἰ ὁ στέφανος ἐδίδοτο μὴ τῷ κρατίστῳ, ἀλλὰ τῷ διαπραξαμένῳ; in re tam manifesta nihil opus est respondere. Responderat tamen sciolus in margine libri [οὐδεὶς ἄν ποτ' ἠθέλησεν ἐπασκεῖν]. Statim addit: νῦν δ' οἶμαι διὰ τὸ σπάνιον καὶ περιμάχητον καὶ καλὸν καὶ ἀείμνηστον εἶναι τὸ νικῆσαι ἐθέλουσί τινες τὰ σώματα παραΚΑΤΑθέμενοι καὶ τὰς μεγίστας ταλαιπωρίας ὑπομείναντες κινδυνεύειν. Mendosum est παρακαταθέσθαι et expuncta altera praepositione scribendum τὰ σώματα παραθέμενοι, quo sensu apud Homerum legitur Odyss. B. 237. σφὰς παρθέμενοι κεφαλάς. et Γ. 75. ψυχὰς παρθέμενοι, et vulgo παραβάλλεσθαι dicitur, id est περὶ τῶν σωμάτων κινδυνεύοντες.

In § 181 haec tantum genuina esse arbitror: πότερος ὑμῖν ἀμείνων ἀνὴρ εἶναι δοκεῖ Θεμιστοκλῆς ἢ Δημοσθένης; Ornaverunt haec scilicet homunciones in hunc modum Θεμιστοκλῆς [ὁ στρατηγήσας ὅτ' ἐν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ τὸν Πέρσην ἐνικᾶτε] ἢ Δημοσθένης [ὁ νυνὶ τὴν τάξιν λιπών]. Bellam oppositionem vides: ὁ στρατηγήσας — ὁ τὴν τάξιν λιπών. et haec dicendi infantia cui tandem ab Attico oratore profecta esse videatur? ὅτε ἐνικᾶτε et τὸν Πέρσην? Expunctis his quisquiliis lux oritur.

In § 182. ἐπιδειξάτω τοίνυν Δημοσθένης [ἐν τῷ αὐτοῦ λόγῳ] εἴπου γέγραπταί τινα τούτων τῶν ἀνδρῶν στεφανῶσαι. Ita inseritur ἐν τῷ αὐτοῦ λόγῳ, quasi ea res demonstrari posset. Expuncto frigido emblemate melius apparebit eam rem, quia satis inter omnes constet numquam factam esse, demonstrari non posse. Itaque continuo ita pergit: ἀχάριστος ΑΡ' ἦν ὁ δῆμος;

In § 183. ἐφ' ᾧτε μὴ ἐπιγράφειν τὰ ὀνόματα τὰ ἑαυτῶν. Certus et constans loquendi usus postulat ἐπιγράψειν, ut in § 114. ἐφ' ᾧ τε βοηθΗΣΕΙΝ, et ubi non? Tum scribe ἐπὶ μὲν τῷ πρώτῳ, et post pauca: ἐπὶ δὲ τῷ τρίτῳ [ἐπιγέγραπται Ἑρμῇ] putidum additamentum reseca.

In Epigrammate § 185.

μᾶλλόν τις τάδ' ἰδὼν καὶ ἐπεσσομένων ἐθελήσει
ἀμφὶ ξυνοῖσι πράγμασι μόχθον ἔχειν.

in vetere scriptura ΈΠΕΣΣΟΜΕΝΩΝ inerat ἐπ' ἐσσομένων, ut in § 178. ἐπὶ τῶν νυνὶ καιρῶν ἢ ἐπὶ τῶν προγόνων, et passim.

In § 187. ἔγραψε δὲ πρῶτον μὲν — δοῦναι χιλίας δραχμάς, — ἔπειτα [κελεύει] στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ αὐτῶν ἕκαστον. Ipsa loci compositio ἔγραψε πρῶτον ΜΕΝ — ἔπειτα clamat spurium

et insiticium esse κελεύει, et utrumque infinitivum δοῦναι et ςεφανῶσαι pendere a verbo ἔγραψε.

In § 189. οὐδὲ γὰρ Φιλάμμωνα [φησὶ] τὸν πύκτην Ὀλύμπια ςεφανωθῆναι νικήσαντα Γλαῦκον τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον [πύκτην]. De φησί interpolato supra vidimus. Quam sit πύκτην stolide repetitum apparet. *Pugiles*, credo, *cum pugilibus* committebantur, et Aeschinis verba mea facio ὥσπερ ἡμᾶς ἀγνοοῦντας ὅτι τοῖς πύκταις ἐςὶν ὁ ἀγὼν πρὸς ἀλλήλους.

In § 191. εἴ τις εἰσίοι γραφΗΝ παρανόμων εἰς τὸ δικαςήριον, scribe una literula minus εἴ τις εἰσίοι γραφή. Sic Attici loquuntur, ut in § 197. ὅταν εἰσίῃ γραφὴ παρανόμων εἰς τὸ δικαςήριον et *de Fals. Leg.* § 14. εἰσήει ἡ γραφὴ εἰς τὸ δικαςήριον, quam formam natura rei postulat, et Graece loquentium omnium confirmat usus.

In § 193. ἤδη δ' ἐκ τῶν τεχνῶν τῶν Δημοσθένους αἰσχρὸν ἔθος ἐν τοῖς δικαςηρίοις παραδέΧΕCΘΕ· μετενήνεκται γὰρ ἡμῖν τὰ τῆς πόλεως δίκαια. Sine controversia emendandum est παραδέΔΕΧΘΕ, ut vel sequens perfectum μετενήνεκται demonstrat. *Iamdudum* id usu receptum esse queritur. Non erat cur Weidnerus εἰς τὰ δικαςήρια requireret, ut in *Timarchea* 178. πάντων ἀδικώτατον ἔθος εἰς τοὺς ἀγῶνας παραδέχεσθε. Nempe ἐν τοῖς δικαςηρίοις, (ut in eodem *Timarcheae* loco ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τοῖς δικαςηρίοις) dicitur de locis, ubi id quod reprehendit fieri soleret. Caeterum in *Timarchea* quoque παραδέΔΕΧΘΕ restituendum est. Scribae saepius δέχεσθε et δέδεχθε inter se confuderunt.

In § 195. caetera a Weidnero recte sunt constituta in hunc modum: Ἀρχῖνος γὰρ ὁ ἐκ Κοίλης ἐγράψατο παρανόμων Θρασύβουλον τὸν Στειριέα (Στειριᾶ scrib.) ἕνα τῶν συγκατελθόντων καὶ εἷλε νεωςὶ γεγενημένων αὐτῷ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς οὐχ ὑπελογίσαντο οἱ δικαςαί, sed fugit eum verba ἕνα τῶν συγκατελθόντων ab imperito magistello esse interpolata. Quid? Thrasybulus, cuius virtute et consilio omnia illa gesta sunt, qui Phylen occupavit, qui remp. et libertatem solus restituit, dicine potuit εἷς τῶν συγκατελθόντων, quasi gregarius miles aut unus de multis fuisset? Quid igitur sibi volunt verba νεωστὶ γεγενημένων αὐτῷ τῶν εὐεργεσιῶν? et post pauca ὥσπερ τότε αὐτοὺς φεύγοντας ἀπὸ Φυλῆς [Θρασύβουλος expunge] κατήγαγεν? Resecto futili additamento omnia habent optime.

In § 196. *εἰ γάρ τις ἐν δημοκρατίᾳ τετιμημένος ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ, ἣν [οἱ θεοὶ καὶ] οἱ νόμοι σώζουσι, τολμᾷ βοηθεῖν τοῖς τὰ παράνομα γράφουσι καταλύει τὴν πολιτείαν ὑφ' ἧς τετίμηται.* Nihil hic loci est *Diis* immortalibus, qui omnem Oratoris argumentationem pervertunt *de solis legibus* cogitantis. Saepius hoc Aeschines inculcat liberae civitatis salutem *in legibus* esse positam, ut in *Timarchea* § 29. in *Ctesiphontea* § 6. iisdem fere verbis. Idem nunc quoque dixerat, quum nescio quis importune *pius et deorum cultor* Deorum quoque mentionem necessariam esse opinatus est.

Quia igitur *τὴν δημοκρατίαν οἱ νόμοι σώζουσι* (non *ὁ νόμος*) repone in § 198. *νόμους αἰτεῖ* pro *νόμον*. Recte in § 202. *ἐπὶ τοὺς νόμους καλεῖς.*

Nulla est dubitatio quin § 202. *ἐὰν δὲ — παρακαλῇ Δημοσθένην μάλιστα μὲν μὴ προσδέχεσθε [κακοῦργον ἄνθρωπον*, pro his in e. h. k. l. est *σοφιστήν, οἰόμενον ῥήμασι τοὺς νόμους ἀναιρήσειν]*. verba quae uncinis inclusimus male repetita sint e. § 16. *ὑμέτερον ἔργον — ὑποβάλλειν αὐτοῖς ὅτι οὐ προσδέχεσθε κακοῦργον σοφιστὴν οἰόμενον ῥήμασι τοὺς νόμους ἀναιρήσειν.*

In § 203. *ἄφθονα δήπου [καὶ πολλὰ] ἔχων*, emblema manifestum si quis hoc agit, namque *ἄφθονα* aliquanto plus est quam *πολλά*. Neque minus apertum in § 204. *μικρὰ μὲν περὶ τῶν ἰδίων εἶπον, τὰ δὲ πλεῖστα περὶ τῶν δημοσίων [λέγω]*. Miror Weidnerum emunctae naris hominem opinari *praesens tempus λέγω maxime accommodatum esse* (vel potius, ut nunc inepte scribere saeculum est, *ADCONmodatum*), *quod orator in hac parte accusationis vixdum absoluta* quodammodo *etiam nunc versari videtur*. Ipse, credo, non sine risu haec releget, et illud *quodammodo* melius relinquet iis, qui verba corrupta et sensu vacua *quodammodo* interpretari satagunt.

In § 205 scribe: *οὐ γὰρ εἰσαῦθίς ποτε βούλεται πρὸς τὸ παράνομον ἀπολογεῖσθαι ἀλλὰ — εἰς λήθην ὑμᾶς [βούλεται] τῆς κατηγορίας ἐμβαλεῖν.* Quis in tali verborum compositione *οὐ γάρ — ἀλλά idem verbum* umquam repetiit?

In § 208. *τῷ πολλάκις μὲν ἐπιορκοῦντι, ἀεὶ δὲ [πρὸς τοὺς αὐτούς] μεθ' ὅρκων ἀξιοῦντι πιστεύεσθαι δυοῖν θάτερον ὑπάρξαι δεῖ [ὧν οὐδέτερόν ἐστι Δημοσθένει ὑπάρχον] ἢ τοὺς θεοὺς καινοὺς ἢ τοὺς ἀκροατὰς μὴ τοὺς αὐτούς.* Ecqua fraus potest esse manifestior?

Etiam dicendi genus ἐςὶν ὑπάρχον Graeculum arguit, sed dudum prius emblema Dobraeus, alterum ego confutavimus. Suspicor et tertium latere in verbis ἢ τοὺς θεοὺς καινοὺς ἢ τοὺς ἀκροατάς [μὴ τοὺς αὐτούς]. Καινός eo sensu frequens est: utar uno exemplo ut vitio liberem. In Euripidis *Ione* vs. 652.

καὶ τοὺς μὲν ἐξέπεμπον, οἱ δ' ἥκον ξένοι,
ὥσθ' ἡδὺς ἀεὶ καινὸς ὢν καινοῖσιν ἦν,

imo vero καινὸς ΈΝ καινοῖσιν. *Qui saepius peierat*, inquit, *et semper sibi credi postulat, eum aut* Deos *novos habere oportet aut* auditores.

In § 211. ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μὲν ςέφανον δέχομαι, τὸν δὲ καιρὸν ἀποδοκιμάζω [ἐν ᾧ τὸ κήρυγμα γίγνεται]· οὐ γὰρ δεῖ ἐφ' οἷς ἡ πόλις ἐκείρατο ἐπὶ τούτοις ἐμὲ ςεφανοῦσθαι. Emblema arguitur et ex sententia non idonea et ex importuna sede.

In iis quae sequuntur iterum ellipsis non tantum elegans et venusta, sed in Attico oratore prorsus necessaria a sciolo expleta est: ἀλλ' οἶμαι ταῦτα μὲν ἂν εἴποι ἀνὴρ ὄντως βεβιωκὼς μετ' ἀρετῆς, ἃ δὲ σὺ λέξεις [εἴποι ἂν] κάθαρμα ζηλοτυποῦν ἀρετήν.

Qui aurem habent in § 214 ὁ μὲν γὰρ Κτησιφῶν οὐ τὸ καθ' αὑτόν φησι φοβεῖσθαι, ἐλπίζειν γὰρ δόξειν ἰδιώτης εἶναι, ἀλλὰ τὴν τοῦ Δημοσθένους ἐν τῇ πολιτείᾳ δωροδοκίαν [φησὶ φοβεῖσθαι] καὶ τὴν ἐμπληξίαν καὶ δειλίαν, mecum insulsum emblema furcillis expellent. Vide etiam in quam incommodam sedem irrepserit.

Vitium inest in verbis § 218 σὺ δ' οἶμαι λαβὼν μὲν σεσίγηκας, ἀναλώσας δὲ κέκραγας. Manifesto mendosum est perfectum σεσίγηκας. In uno Codice est σιγήσας, verum est σιγᾷς. Demosthenes haec verba repetens *de Corona* § 82. ὦ βλασφημῶν περὶ ἐμοῦ [καὶ λέγων] ὡς σιωπῶ μὲν λαβών, βοῶ δ' ἀναλώσας. Idem est enim βοῶ et κέκραγα, quemadmodum σιωπῶ et σιγῶ. Sciolus nescio quis κέκραγας perfectum esse ratus utrumque verbum *exaequavit* scilicet.

In § 224. ἔφησθα γὰρ τοὺς τῆς πόλεως ἅλας περὶ πλείονος ποιΗCACΘAI τῆς ξενικῆς τραπέζης. In aliis libris est ποιΘICΘAI. Ultra scriptura est potior? Demosthenes ipse dixerat: τοὺς τῆς πόλεως ἅλας περὶ πλείονος ΠΟΙΟΥΜΑΙ, non ἐποιησάμην. Ergo facilis optio est. Eadem verba cum novo vitio leguntur *de Fals. Leg.* § 22: τοὺς γὰρ τῆς πόλεως ἅλας [καὶ τὴν δημοσίαν τρά-

πεζαν] περὶ πλείστου δή φησι ποιεῖσθαι. Explicuit aliquis quid esset τοὺς τῆς πόλεως ἅλας et in margine annotavit τὴν δημοσίαν τράπεζαν. Recte, modo in margine ponatur. In concitata et ardente oratione cumulari haec possunt ποῦ δ' ἅλες; ποῦ τράπεζα; ποῦ σπονδαί; ταῦτα γὰρ ΤΡΑΓΩΙΔΕΙ περιϊών Demosth. *de Fals. Leg.* p. 430, 15. sed Demosthenes quum haec diceret serio et graviter calumniam refutabat.

In § 299. οὐ Δημοσθένους ἦν ὁ λόγος ἀλλ' ἀνδρὸς στρατηγοῦ μεγάλα μὲν τὴν πόλιν ΚΑΤειργασμένου, λέγειν δὲ ἀδυνάτου, neque ΚΑΤεργάζομαι in ea re dicitur sed ἐργάζομαι, et μεγάλα nihil est nisi aut ἀγαθά addideris aut κακά. In Xenophontis *Anabasi* IV. 5. 28 pro vulgata lectione ἦν ἀγαθόν τι τῷ στρατεύματι ἐξηγησάμενος φαίνηται, non poenitet correxisse ἦν ἀγαθόν τι τὸ στράτευμα ἐργασάμενος φαίνηται. Demosthenes p. 431, 15. τῶν τὰ μέγιστ' ἀγαθὰ ὑμᾶς εἰργασμένων, et sic omnes loquuntur. Ergo Aeschines quoque dixerat: μεγάλα μὲν τὴν πόλιν 'ΑΓΑΘΑ εἰργασμένου.

In § 250. θαυμάζω δ' ἔγωγε ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, [καὶ ζητῶ] πρὸς τί ἂν ἀποβλέψαντες ἀποψηφίσαισθε τὴν γραφήν. Qui adscripsit καὶ ζητῶ non intellexit quid esset θαυμάζω, in quo *nesciendi* notio inest, ut in Latinis:

sed tamen admiror quo pacto *iudicium illud*
fugerit.

θαυμάζω πῶς ἀπέφυγε τὴν γραφήν, id est *nescio* et *non intelligo* quo pacto sit absolutus.

In § 251. εἰ μέν τις τῶν τραγικῶν ποιητῶν τῶν μετὰ ταῦτα ἐπεισΑΓόντων ποιήσειεν ἐν τραγῳδίᾳ τὸν Θερσίτην ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων στεφανούμενον οὐδεὶς ἂν ὑμῶν ὑπομείνειεν. Vitium est in ἐπεισαγόντων, neque enim verbo ἐπεισάγειν locus est et requiritur *futurum*. Emenda ἐπεισιόντων. Tragici poëtae ipsi chorum introducebant in scenam. Aristophanes *Acharn.* vs. 10.

ὁ δ' ἀνεῖπεν· εἴσαγ', ὦ Θέογνι, τὸν χορόν.

et sic dicuntur εἰσιέναι et post praeconia ἐπεισιέναι. Eximet omnem dubitationem locus in § 153. πότερ' οἴεσθε — πλείω δάκρυα ἀφήσειν ἐπὶ ταῖς τραγῳδίαις καὶ τοῖς ἡρωϊκοῖς πάθεσι τοῖς μετὰ ταῦτ' ἐπεισΙΟΤΣΙΝ.

In § 251 ὅταν τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον στεφανῶτε, οὐκ οἴεσθε ἐν

ταῖς τῶν Ἑλλήνων δόξαις συρίττεσθαι; imo vero *οὐκ* ΑΝ *οἴεσθε*; *nonne putatis* FORE *ut Graeciae sibilis explodamini?*

Duo vocabula a sciolo praepostere addita Oratoris sententiam prorsus pessumdederunt § 231. *οἱ μὲν γὰρ πατέρες ὑμῶν τὰ ἔνδοξα καὶ λαμπρὰ τῶν πραγμάτων ἀνετίθεσαν τῷ δήμῳ, τὰ δὲ ταπεινὰ καὶ καταδεέστερα εἰς τοὺς ῥήτορας* [*τοὺς φαύλους*] *ἔτρεπον.*

Opponuntur inter se *ὁ δῆμος* et *οἱ ῥήτορες*, qui aliis nominibus *οἱ δημαγωγοί* et *οἱ τοῦ δήμου προστάται* et *οἱ πολιτευόμενοι* et *οἱ λέγοντες* appellabantur, et *οἱ φαῦλοι τῶν ῥητόρων*, (sic enim *ἀττικιστὶ* dicitur, non *οἱ φαῦλοι ῥήτορες*) sunt qui minus quam caeteri dicendo valent, quos in tali re omissis melioribus *τῷ δήμῳ* opponere velle absurdum esse opinor. Confirmant sequentia: *Κτησιφῶν δ' ὑμᾶς οἴεται δεῖν ἀφελόντας τὴν ἀδοξίαν ἀπὸ Δημοσθένους περιθεῖναι τῷ δήμῳ*, namque Aeschines quantumvis asperis Demosthenem maledictis usque proscindens tamen unum omnium Oratorum disertissimum esse non semel invitus fatetur. Metuebat scilicet sciolus ne Aeschines *omnes* oratores contemtim commemorans sibi ipse obtrectare videretur. Itaque ad *τοὺς ῥήτορας* adscripsit *τοὺς φαύλους scilicet.*

In § 236. *τὰς ταφὰς ἀνελόντα* mirificus error inest. Crimini datur Demostheni quod in novis munimentis aedificandis *sepulcra* et *monumenta* civium subverterit: itaque legendum ΤΟΥϹ ΤΑΦΟΥϹ non *τὰς ταφάς*, namque hoc Ionica dialectus habet, ut interdum *ταφαί* pro *τάφοι* dicatur, Attica non item. Quo sensu Attice *ταφαί* dicantur notum est et apparet in vicinia § 235. *οὐδ' ἐπὶ τὰς ταφὰς* [*καὶ ἐκφορὰς*] *τῶν τελευτώντων εἴων τοὺς προσήκοντας παραγενέσθαι*, ubi tamen sciolus admonuit, ut vides, *ταφάς* esse *ἐκφοράς*, si quis forte nesciret.

Corrupit sciolus compositionis concinnitatem § 241. in his: *εἰ γὰρ τολμήσει Κτησιφῶν μὲν Δημοσθένην παρακαλεῖν, οὗτος δ' ἀναβὰς ἑαυτὸν ἐγκωμιάσει, βαρύτερον τῶν ἔργων ὧν πεπόνθαμεν τὸ ἀκρόαμα γίγνεται.* Duo codd. *ἐγκωμιάζει*: adde unam literulam et habebis Oratoris manum *ἐγκωμιάζειν*. Ex verbo *τολμήσει* necesse est utrumque infinitivum et *παρακαλεῖν* et *ἐγκωμιάζειν* pendere. Nempe in structura *εἰ τολμήσει Κτησιφῶν* ΜΕΝ - *παρακαλεῖν*, *οὗτος* ΔΕ fieri non potest quin secundus infinitivus sequatur. Praeterea *ἐγκωμιάζειν* non habet futurum *ἐγκωμιάσω*, sed *ἐγκωμιάσομαι.*

In § 243. Ἰφικράτει δὲ ὅτι μόραν Λακεδαιμονίων ἀπέκτεινε. Mendosum esse ἀπέκτεινε omnes consentiunt. Weidner διέφθειρε reposuit; multo melius est κατέκοψε, si quis hostes *occidione occidit. Qui fieri potuit*, dixerit aliquis, *ut* κατέκοψε *in* ἀπέκτεινε *corrumperetur? Quae est haec inconsulta temeritas? Lacuna* est vetus imperite expleta. Fuerat μόραν λακεδαιμονίων * * * *: arripuit corrector quod primum in buccam venit, et nobis licet, credo, melius supplementum quaerere.

Ostendam alio loco saepius apud Aeschinem lacunas veteres incogitanter et temere esse expletas.

In § 255. τὰς δωρεὰς εἰς βελτίω σώματα καὶ ἄνδρας ἀξιολογωτέρους ΑΠΟθεσθε. Athenienses in ea re dicebant ΚΑΤΑθέσθαι, non ἀποθέσθαι, ut in χάριν, εὐεργεσίαν καταθέσθαι et sim. ut apud Thucyd. I. 128. εὐεργεσίαν δὲ ἀπὸ τοῦδε πρῶτον ἐς βασιλέα κατέθετο, et in dulcissimis (Menandri) versiculis apud Porphyrium περὶ ἀποχῆς II. 61.

εἰ μνημονεύεις τ' εὖ παθὼν φιλεῖς τ' ἐμέ
ἀπέχω πάλαι, φιλῖνε, παρὰ σοῦ τὴν χάριν.
τούτου γὰρ αὐτὴν ἕνεκα πρὸς σὲ κατεθέμην.

ubi multum de suavitate dicti detraxit Meinekius *Fragm. Com.* IV. 619 πάλιν pro πάλαι reponens.

CAPUT IV.

DEMOSTHENES περὶ Παραπρεσβείας. ISOCRATES. LUCIANUS. PLATO *de Republica*.

Transiturus ad Aeschinis orationem περὶ τῆς παραπρεσβείας primum Demosthenis accusationem diligenter relegi, in qua si quid aut a scribis vitiatum aut a sciolis interpolatum deprehendi paucis expromam. Longe alia plerisque videtur esse criseos Aeschineae ratio et Demostheneae. Aeschinis libros inter omnes constat neque antiquos esse admodum neque integrae fidei. Sunt autem duo pervetusti Parisinus g. apud Bekkerum et Coislinianus f., qui mihi saepius inspicienti saeculo circiter decimo exarati esse videbantur, sed iidem erroribus et mendis omne genus toti obsiti et cooperti, meliores autem testes et fideliores e. h. k. l. aetate recentissimi sunt. Contra Demosthenis libri Mss. supersunt et mirae vetustatis et fidei spectatissimae, in quibus principatum facile obtinet celebratus apud omnes Parisinus S, quem tanto opere nonnulli admirantur, ut ἀναμάρτητον et omni mendo vacuum esse praedicent, quos ego aut numquam excussisse Parisinum S. suspicor, aut in tali causa iudices esse reiiciendos. Neque hominum quisquam neque librorum ab errore immunis aut nunc est aut umquam fuit. Equidem saepius Parisiis librum egregium versavi, non ut varias scripturas colligerem, inanis enim ille labor est postquam Bekkerus demessuit segetem, Dubnerus meus spicas etiam tenuissimas legit, sed quia nihil criticam sive facultatem malis sive artem melius et acrius excitat, alit, acuit quam veterum librorum tractatio et rei palaeographicae assidua exer-

citatio. Equidem dici et mutum etiam in vetustissimo Parisino S. vetustatis experiris scili et vitia omne genus, et scioliorum et magistrorum annotationes etiam in illo teste quantumvis et vetusto et grari minime abesse. Multo minus frequentia insunt vitia et merda quam in deterioribus libris aliorum, sed aliquanto plura tamen reperias quam pleraque philologi et critici opinantur. Etiam nobilissimus Tricinus, in quo Isocratis orationes continentur, quamquam multo etiam est quam Parisinus S. emendatior, maculis tamen quibusdam et emblematis deformatus est, ut infra ostendam.

In celeberrimo Parisino statim in limine offendes pag. 10, 2 in his: ὡς ἐστι μάλιστα τοῦτο δεῖς καὶ τοιοῦτος ἐν καὶ δεινὸς ἀνήρ τοῦ τρέγαρι χρῆσθαι — ΤΡΕΨΤΑΙ καὶ κατεστάσεται τι τῶν ἄλλων πραγμάτων. Sensu vacuum et absurdum est τρέψεται et nihil aliud superest nisi ut veram scripturam ex ΤΡΕΨΗΤΑΙ sive ΤΡΕΨΗΤΕ perite eliciamus. Videor mihi olim Oratoris manum reperisse, quae haec est: Κλέψ τε καὶ καταστάσεται τι τῶν ἄλλων πραγμάτων. Sat nota sunt τὰ τοῦ Φιλίππου κλέμματα, et κλέπτειν τι cum καταστήσαι ipsa natura coniunctum.

Igitur ἀγαθῇ τύχῃ orationem Demosthenis περὶ παραπρεσβείας excutiamus, et si quid πάθος ὑποδέγγεται et vitium sonat videamus ecquid opis afferre possimus.

Ordiar ab emblemate manifesto p. 377, 25. ταῦτ' οὐ φανερά, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦτ' οὐχὶ βοᾷ [καὶ λέγει], ὅτι χρήματ' εἴληφεν Αἰσχίνης; Quid tibi videtur?

τὸ πρᾶγμα φανερόν ἐστιν, αὐτὸ γὰρ βοᾷ.

Nonne manibus tenemus fraudem? Nonne tamquam oculis cernimus librum veterem ita scriptum:

ταῦτ' οὐχὶ βοᾷ λέγει

aut ταῦτ' οὐχὶ βοᾷ καὶ λέγει

deinde, uti fit, ex ora libri irrepsit in textum. Βοᾶν est μεγάλῃ τῇ φωνῇ λέγειν, ut *de F. L.* p. 458, 14. τίς ὁ συστεναζεσθαι τὴν Ἑλλάδα καὶ Πελοπόννησον τὸν Φίλιππον βοᾶν, ὑμᾶς δὲ καθεύδειν; et p. 366, 20. οὐ γὰρ ἔγωγ' ἂν ἔδεισα οὐδενὶ οὐδὲν ὥστε μοι παρασάντας ἐνταυθοῖ βοᾶν εἴα πεπόηκεν. ἡ γὰρ ἀλήθεια καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτὰ βοᾷ, et p. 406, 5. βοῶντα ὡς εἰσαγγελεῖ καὶ γράφεται καὶ ἰοὺ ἰού. Quis ferat in his βοῶν

καὶ λέγων, βοᾶν καὶ λέγειν, βοῶντα καὶ λέγοντα? Nemo hercle. Itaque neque ταῦτ' οὐχὶ βοᾷ καὶ λέγει ullo modo ferendum. Eiusdem farinae est *pro Corona* pag. 253, 98: ὦ βλασφημῶν περὶ ἐμοῦ [καὶ λέγων] ὡς σιωπῶ μὲν λαβὼν βοῶ δ' ἀναλώσας. Vide quae supra p. 448. annotavimus ad Thucyd. IV. 11. ἐβόα [λέγων].

Dem. p. 344. 17. οἱ δωροδοκοῦντες [καὶ χρήματα λαμβάνοντες] παρὰ Φιλίππου. Quo tempore Codices nostri scribebantur δωροδοκεῖν significabat *largitione corrumpere*, ut apud Veteres δεκάζειν. Hinc passim videbis adscribi χρήματα λαμβάνειν. Vivo Demosthene quis tandem dixisset δωροδοκεῖν ΚΑΙ χρήματα λαμβάνειν? vel δωροδοκεῖν ΚΑΙ χρήμασι διαφθείρεσθαι? Tamen hodie ita sine ulla suspicione legitur apud Dem. *de Cor.* p. 240, 28 τῶν μὲν — δωροδοκούντων [καὶ διαφθειρομένων ἐπὶ χρήμασιν], et apud Dinarchum I. § 74 ἐδωροδόκει μὲν [λαμβάνων χρήματα] παρὰ Φιλίππου, et aliis locis. Nihil interest inter δωροδοκεῖν et χρήματα λαμβάνειν. Omnes qui largitione corrupti sunt dicuntur χρήματα λαβεῖν, εἰληφέναι et ἔχειν. Aristophanes Vespis vs. 100.

τὸν ἀλεκτρυόνα δ', ὃς ᾗδ' ἀφ' ἑσπέρας, ἔφη
ὄψ' ἐξεγείρειν αὐτὸν ἀναπεπεισμένον
παρὰ τῶν ὑπευθύνων ἔχοντα χρήματα,

id est δεδωροδοκηκότα. Itaque qui dicit ἐδωροδόκει λαμβάνων χρήματα nihil aliud dicit quam χρήματα ἐλάμβανε λαμβάνων χρήματα, sed Graeculi, quibus ἐδωροδόκει significat ἐδίδου χρήματα, διέφθειρεν ἐπὶ χρήμασιν, ἐδέκαζεν, ne quis erret ad δωροδοκοῦντες adscribunt: χρήματα λαμβάνοντες et ad ἐδωροδόκει eadem de causa λαμβάνων χρήματα, non ut vulgo διδούς.

Dem. p. 348, 13. καὶ παρασὰς ὁ μὲν ἔνθεν ὁ δ' ἔνθεν — ἐβόων, ἐξέκρουόν με, scrib. παρασάνθ' ὁ μὲν ἔνθεν κτέ.

Dem. p. 352, 25. ὧν ὑμεῖς προσετάξατε — ἐκεῖνος ἐκδέχεται τὴν αἰτίαν, ὃν οὐκ ἐμέλλεθ' ὑμεῖς οἶμαι δυνήσεσθαι κολάσαι. In Codd. post αἰτίαν est scholion: καί φησιν αὐτὸς αἴτιος γεγενῆσθαι.

Dem. p. 356, 16. ἐὰν δὲ μὴ ποιῶσι Φωκῆς ἃ δεῖ καὶ παραδιδῶσι — τὸ ἱερόν. Supple καὶ ΜΗ παραδιδῶσι, tum tolle emblema in μενόντων μὲν ὑμῶν οἴκοι [καὶ μὴ ἐξεληλυθότων].

Dem. p. 360, 2. καὶ πέμπτην εἶναι ταύτην ἡμέραν [ἐλογίζετ'] ἀφ' οὗ γεγόνασιν αἱ σπονδαί, neque verbo λογίζεσθαι locus est neque imperfecto: deleto ἐλογίζετο omnia recte procedunt.

Dem. p. 360, 10. τὸ μηδεμίαν τῶν πόλεων — ἁλῶναι — ἐκ προσβολῆς [κατὰ κράτος] bis idem dicitur.

Dem. p. 361, 14: τηλικούτων μέντοι καὶ τοιούτων πραγμάτων κύριος εἷς ἀνὴρ [Φίλιππος] γέγονε διὰ τούτους. Nihil opus erat eum nominare: satis sciebant, opinor.

Post pauca: ὅτε γὰρ νῦν ἐπορευόμεθα εἰς Δελφούς, scrib. νυνδὴ ἐπορευόμεθα, id est ἀρτίως, νεωςί, ὀλίγον ἔμπροσθεν.

Dem. p. 365, 20. μὴ δότω δίκην, imo vero μὴ ΔΙδότω.

Dem. p. 367, 23. ἐὰν λογίσησθε τὰς ἰδίας δαπάνας τὰς τῶν ςρατευομένων, suadente sententia scrib. ΠΡΟΣλογίσησθε.

Dem. p. 368, 2. scrib. φανερΩΣ ἐπιδείξας ὑμᾶς οὐχὶ βουλομένους pro φανερΟΥΣ. Post pauca pro θυσιῶν καὶ 'ΘΠΑΙΝΩΝ, quae non bene copulantur, requiritur καὶ ΠΑΙΑΝΩΝ. Similiter *pro Cor.* p. 300, 23. ζήλου καὶ χαρᾶς καὶ ἐπαίνων ἡ πόλις ἦν μεςή, suspicor παιάνων reponendum, ut p. 321, 17. κωμάζειν καὶ παιανίζειν ἐπὶ ταῖς τῶν Ἑλλήνων συμφοραῖς.

Dem. p. 396, 16. [ἴσως ἂν εἴποι], expunge. Arguit incongrua sedes.

Dem. p. 370, 8. ἀλλ' ὅσων οὗτος αἴτιος σκεψάμενοι καὶ χάριν, ἂν ταύτης ἄξιος ᾖ, καὶ τοὐναντίον ὀργήν, ἂν τοιαῦτα φαίνηται πεποιηκὼς ποιεῖσθε. Ad ποιεῖσθε in S. adscriptum: ἀπονείματε αὐτῷ γρ. Leg. καὶ χάριν, ἂν ταύτης ἄξιος ᾖ, ἀπονείματ' αὐτῷ, καὶ τοὐναντίον ὀργήν, deleto ποιεῖσθε.

Demosthenes p. 370, 17. dixerat: ἦν ἡμῖν πόλεμος πρὸς Φίλιππον; ἦν. ἐνταῦθ' ἐγκαλεῖ τις Αἰσχίνῃ; οὐδὲ εἷς. Supervenit sciolus qui adscripsit: βούλεταί τις τούτου κατηγορεῖν περὶ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ πραχθέντων; quae sententiam verbis inanibus onerant ac debilitant.

Similiter in vicinia p. 370, 24. Demosthenes dixit: μετὰ ταῦτα εἰρήνην τινὲς ἡμᾶς ἔπειθον ποιήσασθαι. ἐπείσθημεν· πρέσβεις ἐπέμψαμεν· ἤγαγον οὗτοι δεῦρο τοὺς ποιησομένους τὴν εἰρήνην. πάλιν ἐνταῦθα περὶ τούτου μέμφεταί τις Αἰσχίνῃ; οὐδὲ εἷς. sed noster sciolus pergit haec dilatare et addit: [φησί τις εἰσηγήσασθαι τοῦτον εἰρήνην ἢ ἀδικεῖν ὅτι δεῦρ' ἤγαγε τοὺς ποιησομένους;] quae vitiose abundant ex superioribus male repetita.

Dem. p. 371, 2. τί οὖν, ἄνθρωπε, λέγεις [εἴ τις ἔροιτό με] καὶ πόθεν ἄρχει κατηγορεῖν: Satisne evidens interpolatio est? Tum scribe ὤνθρωπε.

Dem. p. 372, 10. εἰρήνη μὲν οὖν δι' ἐκείνους, ἐπικίνδυνος δὲ καὶ σφαλερὰ καὶ ἄπιστος διὰ τούτους γέγονε [δωροδοκήσαντας]. Multo criminosius dicitur expuncto emblemate, quod aliena sede collocatum concinnitatem loci corrumpit.

Dem. p. 373, 21. μάλιστα μὲν [εἰ οἷόν τε] ἀποκτείνατε, εἰ δὲ μή κτέ. Usitata admodum haec interpolatio est.

Dem. p. 375, 23. πολλοὺς ἔφη τοὺς θορυβοῦντας εἶναι, ὀλίγους δὲ τοὺς στρατευομένους ὅταν δέῃ. Quid est evidentius quam στρατευCομένους requiri? Ne ὅταν δέῃ quidem Editores admonuit. Saepe vidi in verbis in — εύω exeuntibus futuri C negligenter omitti: apud Dem. 95, 19 S. exhibet εἰ γὰρ μήτε εἰσΟΙCΕΤΕ μήτε αὐτοὶ στρατεύΕCθε, pro στρατεύCεσθε, et adhuc editur p. 1174, 2. ᾤχετο μετὰ τῶν ἄλλων στρατευόμενος pro στρατευCόμενος.

Dem. p. 380, 14. ἔκφρων ἦν καὶ ὅλος πρὸς τῷ λήμματι [καὶ τῷ δωροδοκήματι]. est idem, sed λῆμμα eo sensu paullo infrequentius est.

Dem. p. 383, 2. ὑπὸ τούτων ἐδιδάχθη [καὶ ταῦτ' ἤκουσεν] ἃ καὶ πρότερόν ποτ' εἶπον πρὸς ὑμᾶς. plus est ἐδιδάχθη quam ἤκουσεν.

Dem. p. 384, 28. dixit: πρῶτον μὲν τοίνυν εἰρήνη γέγονεν αὐτοῖς —, εἶτα τῶν ἐχθρῶν ἄρδην ὄλεθρος, deinde ad ἐχθρῶν annotavit nescio quis Φωκέων. Poterat parcere operae.

Dem. p. 388, 16. χωρὶς δὲ τούτων δυοῖν χρησίμοιν οὐ διαμαρτήσεσθαι τὴν πόλιν [ἡγούμην] πλευσάντων ἡμῶν. Scioli inutile fulcrum supposuerunt praeter veterum loquendi consuetudinem.

Dem. p. 392, 27. τί δήποτε; ὅτι τότε μὲν [τὸ τὴν εἰρήνην ὡς τάχιστα γενέσθαι] ΤΟΤΤ' ἦν ὑπὲρ Φιλίππου. Quid est τοῦτο? Nempe τὸ πάσῃ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ χωρεῖν. Ergo emblema est manifestum.

Dem. p. 393, 12. ἐγὼ μὲν τοίνυν τοὺς αἰχμαλώτους ἀνασώζειν καὶ ζητεῖν praeter rei naturam. Tu corrige ἀναζητεῖν καὶ σώζειν.

Dem. p. 393, 26. διὰ ταῦτ' ἐδίδοτο. ξένια δ' ἦν (ἡ) πρόφασις. Optime S. ξένια δὴ πρόφασιν.

Dem. p. 304, 10. μὴ δυνήσεσθαι μεΤΑ ΤΑῦτα, emend. δυνήσεσθαί με ταῦτα.

Dem. p. 395, 15. ἃ δ' οὗτοι ἐνίκων — ἅπαντ' ἀ-
Sententia postulat ἀπόλωλεν, quod est in S. «
abiectum.

Dem. p. 397, 26. τοῦτο τοίνυν αὐτὸ ἄνευ

ἔς' ἀδίκημα [τὸ Θρᾴκην καὶ τὰ τείχη προέσθαι], abiice insulsum glossema: τοῦτο monstrat id quod praecedit καὶ Θρᾴκην προδέδωκε Φιλίππῳ.

Dem. p. 399, 22. ὅπως τὰ δόξαντα καὶ δυνηθῶσι ποιῆσαι, transpone καὶ ποιῆσαι δυνηθῶσιν, quia καὶ ποιῆσαι separari non possunt.

Dem. p. 401, 18. ἤρετο Σάτυρον — τίνα ἐν ἑαυτῷ μικροψυχίαν — ἐνεορακώς κτέ. corrig. τίΝ' Ἑαυτῷ, quia dicebant ἐνορῶ σοι, non ἐν σοί.

Dem. p. 402, 13. quod erat in ora libri vetusti adscriptum ΈΤΕΡΟΝ CΥΜΠΟCΙΟΝ iocularіter in textum irrepsit.

Dem. p. 403, 5. ἔξω δ' αὑτῆς οὖσα ὑπὸ τοῦ κακοῦ [καὶ τοῦ πράγματος] ἡ γυνὴ ἀναπηδήσασα προσπίπτει πρὸς τὰ γόνατα τῷ Ἰατροκλεῖ. Bellum additamentum καὶ τοῦ πράγματος in tam atroci malo!

Dem. p. 403, 24. ποῖον οὖν ἐρεῖς βίον ὃν οὐ βεβίωκας, ἐπεὶ ὅ γε βεβιωμένος σοι τοιοῦτος φαίνεται; sensu vacua legis. Quaesivit Demosthenes: ποῖον οὖν ἐρεῖς βίον; tum ipse sibi respondit: ὃν οὐ βεβίωκας ἐπεί κτέ.

Dem. p. 406, 5. τοῦτ' ἀποςρέφει τὴν γλῶτταν, ἐμφράττει τὸ ςόμα, ἄγχει, ardentibus his verbis adhaesit perfrigidum scholion: σιωπᾶν ποιεῖ.

Dem. p. 407, 11. οὐ μὰ Δί' οὐκ ἀπηγόρευε καλεῖν, Graecum est ἀπηγόρευε ΜΗ καλεῖν, ut 406, 27. et ubique.

Dem. p. 410, 2. ἐφοβούμην ἐγὼ [μὴ διὰ τούτους ἀπόλωμαι] reseca pannum assutum ex. p. 396, 7. δεδιὼς μὴ συμπαραπόλωμαι διὰ τούτους. Verba ἐφοβούμην ἐγώ respondent praecedentibus: ἐφοβοῦ περὶ σεαυτοῦ, ubi σεαυτῷ usitatius est.

Dem. p. 411, 16. περιέρχεται τὴν ἀγορὰν κύκλῳ, supple ΚΑΤΑ τὴν ἀγοράν. Passim legitur περιϊέναι κατὰ τὴν ἀγοράν. Dem. *de Cor.* p. 332, 9. κατὰ τὴν ἀγορὰν περιέρχομαι, et IV. 10. XXI. 134. XXIII. 80. XXV. 85. et alibi.

Dem. p. 412, 10. ἂν γὰρ ἅπαντά τις ἐκφύγῃ ΤΑΛΛΑ, τούς γε οὐδένα βουλομένους εἶναι τοιοῦτον οὐ διαφεύξεται. Non potuit τἆλλα illo loco poni. Multo acrius Demosthenes dixerat: ἂν γὰρ ἅπαντά τις ἐκφύγῃ, ἀλλὰ τούς γε κτέ.

Dem. p. 412, 28. ἔτι καὶ ταῦτ' ᾤετο δεῖν ἐθελοντὴς ἀναλίσκειν

[λύεσθαι τοὺς αἰχμαλώτους]. Iam dixerat id Demosthenes et ea verba cum caeteris non apte componuntur.

Dem. p. 413, 20. πότερον χρημάτων — ἢ προῖκα — ἀδωροδοκήτως. Ineptum ἀδωροδοκήτως e margine libri irrepsit. cf. p. 429, 10. et προῖκα et ἀδωροδοκήτως inter se permutantur passim, sed coniunguntur numquam.

Dem. p. 415, 12 ad fratres Aeschinis ita dicit: εἰ δὲ δὴ καὶ ἐν αὐτοῖς οἷς ἐτιμᾶσθε ἠδίκηκέ τις ὑμῶν καὶ ταῦτα τοιαῦτα πόσῳ μᾶλλον ἂν μισοῖσθε δικαίως [ἢ σώζοισθε], emblema est pessimi generis, quo sententia verborum tota pervertitur. De *salute* aut *exitio* cogitari non potest, namque non rei sunt sed advocati. Sententia est expuncto emblemate haec: ὅσῳ μείζονος μίσους δίκαιοί ἐσε τυγχάνειν, si beneficiis a populo in vos collatis male utimini, *quanto* MAIORE *odio digni estis!* inquit.

Dem. p. 416, 24. περιϊὼν ἐρεῖ· πῶς; τί; τοὺς δικαστὰς ἀπαγαγὼν ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως ᾠχόμην τὸ πρᾶγμ' αὐτῶν ὑφελόμενος. Quid significat πῶς; τί; nihil. At tu corrige: ἐρεῖ· πῶς τι τοὺς δικαστὰς ἀπαγαγὼν ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως κτέ. Attici dicebant πῶς τι, ut πηνίκ' ἄττα et ὁπηνίκ' ἄττα. Plato in *Ione* p. 530. A. καὶ πῶς τι ἡγωνίσω; et saepius. vid. Stallbaum ad Plat. *Hipp. Maior.* p. 297. E. πῶς τι ἄρ' ἂν ἀγωνιζοίμεθα; qui perperam assentitur iis, quibus πῶς τί videtur esse scribendum. Ut dicitur φαύλως τι, κάλλιόν τι, et πηνίκ' ἄττα, sic et πῶς τι id est ποῖόν τινα τρόπον.

Dem. p. 416, 28. καὶ 'ΕΠΙ τοῖς δικαστοῖς ἔλεγες, imo vero 'ΕΝ τοῖς δικαστοῖς, ut ἐν τῷ δικαστηρίῳ.

Dem. p. 417, 9. ὅσῳ γὰρ αὖ σε πλείους ἢ ἐκεῖνον αἰτιῶνται θεώρησον ὡς ἔχει. Verba θεώρησον ὡς ἔχει sensu carent. In S. legitur ὡσ εἴσηι. Emenda: — αἰτιῶνται ὧδ' εἴσει, *sic scies*, deleto θεώρησον.

Dem. p. 420, 2. duplex interrogatio est cum responso duplici: Εἶτ' οὐ σὺ σοφιστής; Καὶ πονηρός γε. Οὐ σὺ λογογράφος; Καὶ θεοῖς ἐχθρός γε.

Dem. p. 421, 18. οὐ λέγειν εἴσω τὴν χεῖρ' ἔχοντ', Αἰσχίνη, δεῖ, οὔ, ἀλλὰ πρεσβεύειν [εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα]. Male sit inepto magistello, qui praeclarum locum sic corrupit! Recita locum et senties pannum esse assutum.

Dem. p. 427, 15. καὶ γὰρ εἰ μὴ τὰς μάχας μηδὲ τὰς ε

τείας μηδὲ τοὺς κινδύνους, ἐν οἷς ἦσαν ἐκεῖνοι λαμπροί, συμβαίνει καιρός [ἀλλ' ἄγεθ' ἡσυχίαν ὑμεῖς ἐν τῷ παρόντι] ἀλλὰ τό γ' εὖ φρονεῖν αὐτῶν μιμεῖσθε. Deleto additamento Demosthenes et idem dicet idque multo melius dicet.

Dem. p. 428, 12 νὴ Δί' ἀλλ' ὅπΩC ἔτυχε ταῦτα τὰ γράμμαθ' ἕςηκεν, corrig. ὅπΟΥ ἔτυχεν, id est ἐν τῷ ἐπιτυχόντι τόπῳ.

Dem. p. 429, 23. οὐ τοίνυν τὰ παλαί' ἄν τις ἔχοι μόνον εἰπεῖν, — ἀλλ' ἐφ' ὑμῶν τουτωνὶ [τῶν ἔτι ζώντων ἀνθρώπων] πολλοὶ δίκην δεδώκασιν. Turpissimum in paucis additamentum. Attigimus iam antea. Vid. ad Thucyd. III. 100.

Dem. p. 432, 28. καὶ τοῦτον ἀπώλεσε [τὸν Τίμαρχον]. omnia quae praecedunt de Timarcho dicuntur.

Dem. p. 433, 22. ὃς ἐν ταῖς πομπαῖς ἄνευ τοῦ προσώπου κωμάζει. Risum movet ἄνευ τοῦ προσώπου. Scribebatur προσῶ, id est προσωπείου, ut apud Theophrastum in Charact. VI. δυνατὸς ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα καὶ προσωπεῖον οὐκ ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ. Narrant Grammatici apud Atticos veteres πρόσωπον pro προσωπεῖον poni solere, quod neque vidi umquam nec credo verum esse.

Dem. p. 433, 28. εἰς ὅσην ἀτιμίαν τὴν πόλιν — καταςήσασα ἔχει, est haec perfecti temporis periphrasis, ἐπαινέσας ἔχω pro ἐπῄνεκα, ζηλώσας ἔχω pro ἐζήλωκα, καταςρεψάμενος ἔχω pro κατέςραμμαι, et sim. Itaque quia καθίςημι perfecto activo caret, restabat ut καταςήσας ἔχω diceretur.

Dem. p. 438; 12. τίς γάρ ἐσθ' ὁ τὸν Ἴσχανδρον προσάγων; sine mora repone προσΑΓαγών.

Dem. p. 438, 25. ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε ἅττα μέν ποτε διελέχθη [καὶ ἐδημηγόρησεν] αὐτὸς ἂν εἰδείη. Nihil prorsus erat causae cur bis idem diceretur. Proprium in legato verbum est διαλέγεσθαι, ut in nota formula πέμπειν πρέσβεις οἵτινες διαλέξονται.

Dem. p. 439, 18. ἐπεὶ δ' ἀφίκετο εἰς Μακεδονίαν καὶ τὸν ἐχθρὸν εἶδε τὸν αὑτοῦ καὶ τῶν Ἑλλήνων, addidit sciolus [τὸν Φίλιππον], si quis forte nesciret. Athenienses probe sciebant.

Dem. p. 441, 28. οἱ δ' ἐπὶ τοῖς καλῶς πραχθεῖσιν ἔπαινοι τῶν οὕτω τετελευτηκότων ΊΔΙΟΝ κτῆμά εἰσιν. Quam friget in tali sententia ἴδιον. Erant virorum fortium laudes *sempiternae*, κτῆμα ἐσαεί, itaque emenda Ἀΐδιον κτῆμά εἰσιν.

Est in omnibus libris manifestum glossema p. 442, 19. ὁ

ΤΕΩC [πρώην] προσκυνῶν τὴν θόλον, omnes recte πρώην eiecerunt. Sciolus ne sciebat quidem quid esset τέως, et arripuit πρώην temere, quia sententiae id satis convenire putabat. Emendate legitur apud Scholiastam Platonis ad *Hipparchum* p. 229. D. τέως δηλοῖ τὸ προτοῦ. Δημοσθένης· ὁ τέως προσκυνῶν τὴν θόλον.

Dem. p. 443, 3. ἐμισθώσατο — τοῦτον — ὅπως — τῶν τὰ δίκαια βουλομένων [ἡμῶν] πράττειν περιέςαι. Insiticium esse ἡμῶν absurda collocatio arguit. Praeterea multo praestat id auditoribus cogitandum relinquere.

Dem. p. 445, 25 τὰ τῶν συμμάχων τῶν ἡμετέρων [Φωκέων] τείχη κατεσκάπτετο, nimis probe sciebant omnes, de quibus haec dicerentur. Si Phocenses nominare voluisset ita dixisset: τὰ δὲ τῶν Φωκέων τῶν ἡμετέρων συμμάχων τείχη κατεσκάπτετο.

Dem. p. 446, 20. ὅτι γὰρ ταῦθ' ἁπλῶς δεδωροδόκηΝται καὶ τιμὴν ἔχουσιν ἁπάντων τούτων οὗτοι. Editores videntur οὗτοι δεδωροδόκηνται coniungere, quasi esset idem quod δεδωροδοκήκασι, quod non melius est quam χαίρομαι. Scribendum δεδωροδόκΗται ταῦτα, id est: ὑπὸ τῶν δωροδοκούντων προειμένα ἐςὶ καὶ καταπροδεδομένα.

Post pauca ita editur: δέδοικα μὴ τοὐναντίον οὗ βούλομαι [ποιῶ] σφόδρα ἀκριβῶς δεικνύναι πειρώμενος διοχλῶ πάλαι τοῦτ' αὐτοὺς ὑμᾶς εἰδότας. Coniuncta sunt δέδοικα μὴ διοχλῶ, et ποιῶ stolide interpolatum est ab aliquo, qui Atticam structuram τοὐναντίον οὗ βούλομαι non satis caperet.

Dem. p. 447, 26. ἔςω γὰρ πάνΤΑ ΤΑληθῆ λέξειν τουτονί. Diu dicere poterat si *omnia quae vera essent* vellet dicere. Corrig. πάντ' Ἀληθῆ, id est *omnia*, quae dicturus sit, *vera esse*.

Dem. p. 449, 10. τούτων γὰρ ἁπάντΩΝ ἡμῖν αἴτιος σὺ δέδειξαι, duabus literulis repetitis scrib. — ἁπάντΩΝ ΩΝ ἡμῖν αἴτιος σὺ δέδειξαι.

Dem. p. 450, 2. Φίλιππον μὲν οὐκ ἐθαύμασα, τοὺς δ' αἰχμαλώτους [ἐθαύμασα] ἔσωσα non est haec interpolatio, sed dormitantis scribae hallucinatio. Quam rideret homo, si eam per tot annos tot hominibus pereruditis imposuisse sciret.

Continuo post editur οὗτος δ' ἐκείνου μὲν προὐκαλινδεῖτο — ὑμῶν δ' ὑπερεώρα. Si cogitaveris, displicebit ὑπερεώρα et *praesens* requiri senties. Vera lectio est in S. ὑπεροραι (sic.), sed

spreta est. Mirabantur inepti tempora *diversa* inter se componi.

Non uno mendo laborat locus Demosthenis p. 450, 28. *παντάχῶς συμφέρει*, inquit, *τουτονὶ ἐαλωκέναι*. Philippus enim aut sanior erit et mutabit mores et fallaciis abstinebit, si videbit poenas dedisse quos habebat fraudum suarum adiutores, aut retinebit artes veteres, et vos *τοὺς ὁτιοῦν ἂν ἐκείνῳ ποιήσαντας ἀνῃρηκότες ἐκ τῆς πόλεως ἔσεσθε*. Nihil deëst et prorsus absoluta est sententia. In libris additur [*ἂν τούτους ἀνέλητε*], quae inepte et vitiose abundant. Sed quod continuo sequitur: *οἳ γὰρ οἰόμενοι δίκην ὑφέξειν τοιαῦτα ἔπραξαν, ἂν τὰ παρ' ὑμῶν αὐτοῖς ἐφεθῇ, τί οἴεσθε ποιήσειν*; Quid sibi vult *οἳ* ΓΑΡ? Nempe excidit aliquid, quo *γάρ* referebatur, veluti hoc: »*Si non damnabitis improborum audaciam ipsi ultro augebitis.* Nam quid eos impunitate proposita non designaturos putatis?"

Nullus hodie superest Codex Graecus praestantior et emendatior quam est Isocratis Urbinas, qui *solus* locis innumeris ipsam Oratoris manum incorruptam servavit. Itaque ingeniosae iuventuti, in qua est scintilla criticae facultatis, non est fructuosior exercitatio quam mendosas scripturas veteres cum emendatis Urbinatis lectionibus componere et ad hanc lucem vitiorum et errorum, quibus adhuc omnes omnium editiones inquinatae sunt, origines et diversa genera omnia spectare ut *plane idem* mendum apud alios delitescens deprehendere ac tollere discant. Idem cum insigni emolumento ac fructu iuvenes paullo acutiores et in aliis pluribus facturi sunt et imprimis in Dionysio Halicarnassensi, si mendosas vulgatae scripturas comparare volent cum veris lectionibus, quae et ex Urbinate Codice et e Chigiano prodierunt. Habent enim hoc librarii et correctores, ut *τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν* peccare et hallucinari soleant, unde fit ut quae vitia in Isocrate Urbinas, in Dionysio Chigianus cum Urbinate sanaverint, *eadem ipsa* tu in aliis scriptoribus commissa certa emendatione corrigere possis. Si mei arbitrii res foret, equidem iuniorum Criticorum *τὸ σκυλακῶδες* hac lege compescuerim, ut nihil a se excogitatum expromerent nisi alicubi idem eodem modo corruptum ac sanatum aut ex *bono Codice* aut a bono Critico proferre possent. Quam multae

ineptae et malesanae correctiunculae et παραδιορθώσεις ex hac lege numquam in lucem prodiissent!

Sed quia »*vitiis nemo sine nascitur*" et »*optimus ille est qui minimis urgetur*", plurimum abest ut Urbinas liber sit ab erroribus immunis. Passim et ipse mendosus est et omni vitiorum genere inquinatus, cuius rei fides in exemplis mihi posita esto. Et nunc quidem pauculis utar ad alia properans; longe plures alias σὺν θεῷ exhibiturus. Percurram orationes quatuor priores paullo diligentius, ex caeteris paucula seligam, et pleraque verbo tantum indicabo.

Isocrates p. 4. c. δι' ὧν ἄν μοι δοκοίης ἐπιτηδευμάτων πλεῖστον πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι. Leg. δοκϵΙC pro δοκοίης. Coniuncta sunt ἂν — ἐπιδοῦναι. Sexcenties sic peccatur, praesertim apud Demosthenem et Platonem.

Isocr. p. 6. b. οὕτω γὰρ τοῖς μὲν οὐκ ἀπεχθὴς ἔσει, τοῖς δὲ φίλος γενήσει. Scrib. ἀπεχθΗCϵΙ.

Isocr. p. 7. a. ἔλπιζε γὰρ αὐτὸν καὶ περὶ σὲ γενέσθαι τοιοῦτον. L. γενΗCεσθαι.

Isocr. p. 8. b. κοινὴ γὰρ ἡ τύχη καὶ τὸ μέλλον ἀόρΑτον, imo vero ἀόρΙCτον.

Isocr. p. 9. c. ἀγαθόν τι λέγε περὶ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἀπαγγϵΛΛοντας. Fieri id non potest. L. ἀπαγγεΛΟΥΝτας, et p. 11. d. rescribe: τὸν μετ' εὐνοίας συμβουλεύCοντα χαλεπῶς εὑρήσεις, pro συμβουλεύοντα.

Isocr. p. 16. c. καλῶς ἔχει τὸ — νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις, absurde dictum. Emenda νΟΥθετεῖν τΑC μοναρχίΑC, ut paullo post: εἴτις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειεν. Cf. p. 23. b, 24. d. et imprimis 87. d.

Isocr. p. 17. d. τοσούτῳ μᾶλλον τὴν αὐτοῦ διάνοιαν ἀσκήσεις, corr. τὴν αὐτὸς αὐτοῦ διάνοιαν.

Isocr. p. 18. b. ζήτει νόμους — οἵτινες — ποιοῦσιν certa lex cogitandi loquendique iubet reponere ποιΗCουσιν.

Isocr. p. 23. d. οὔτε τῶν ΜΑΘΗμάτων τοῖς ὠφελιμωτάτοις. Optime Urbinas τῶν ΘΡϵΜμάτων, sed spernitur ab omnibus. Oblique notat Isocrates τὴν τῶν Ἀθηναίων ὀρτυγομανίαν, quibus αἱ ὄρτυγες proprie θρέμματα appellabantur. Vid. Platonem *de Legg.* p. 789. B. et Stallbaum. ad *Lysidem* p. 211. E. I nobis *coturnices* scioli in *disciplinas* converterunt.

Isocr. p. 24. d. ὥϛε μὴ μόνον ἀκουϛοὺς ἡμῖν ἀλλὰ καὶ θεατοὺς γενέσθαι. O absurdam lectionem pro μὴ μόνον ἀκΡΟΑΤΑϹ ἡμᾶς ἀλλὰ καὶ θεατΑϹ γενέσθαι. Cf. p. 80. c.

Isocr. p. 25. b. ὁ μηδὲν ὢν αὐτὸς [χρήσιμος] οὐδ' ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειεν. Pone in margine, ut p. 28, c. τοὺς λόγους τοὺς καὶ [κατὰ] μικρὸν ἡμᾶς ὠφελεῖν δυναμένους, ubi κατά cum loci sententia pugnat.

Isocr. p. 30. a. μᾶλλον ἢ Φϵρεσθαι μετὰ τοῦ πλήθους. Isocrates dixerat ΦΥρεσθαι, cum contemtu et fastidio, ut in Platonis *Gorg.* p. 465, c. φύρονται ἐν ταὐτῷ καὶ περὶ ταὐτὰ σοφιϛαὶ καὶ ῥήτορες, et passim φύρεσθαι est μολύνεσθαι.

Isocr. p. 33. b. οὕτως ὁσίως καὶ καλῶς ἐπεμελήθην τῶν πραγμάτων, vera lectio est ὁσίως ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΩϹ ἐπεμελήθην noto usu ὁσίως μὲν περὶ τοὺς θεούς, δικαίως δὲ περὶ τοὺς ἀνθρώπους. Praecedens ΚΑΙ sequens ΔΙ absorpit et sic ΚΑΙΩϹ in καλῶς *correctum* est.

Isocr. p. 39. c. ἃ πάσχοντες ὑΦ' ἑτέρων ὀργίζεσθε ταῦτα τοῖς ἄλλοις μὴ ποιεῖτε, Graecum est τοὺς ἄλλους.

Urbinas p. 41. a. exhibet τὰς τῶν σωμάτων εὐτυχίας, pessime pro εὐϵΞίας. Lacuna ϵΥ * * ΙΑϹ male expleta est.

Isocr. p. 43. a. ἀλλ' οὐ τοὺς μὲν ἀσφαλῶς τοὺς δ' ἐπιδεικτικῶς, emenda 'ΑΦϵλῶς. Saepissime sic errant scribae, qui ἀσφαλής noverant, ἀφελής non item. Similiter ἀφέλεια solet in ἀσφάλεια converti.

Isocr. p. 49. a. ἃ παρὰ τῶν ἄλλων ἓν [παρ'] ἑκάϛων χαλεπόν ἐϛι λαβεῖν, ut Graeca sit oratio tolle male repetitam praepositionem.

Isocr. p. 53. b. μηδ' εἰς κίνδυνον καθιϛάναι τὴν πόλιν (ΤΗΝ add.) ὑπὲρ τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους προκινδυνεύσασαν.

Isocr. p. 54. a. τὸν λόγον ΚΑΤεϛησάμην περὶ τῆς ἡγεμονίας, emenda 'ϵΝεϛησάμην, ut apud Romanos *orationem institui*, ut in noto loco p. 288. e. ἐγὼ γὰρ ἐνεϛησάμην μὲν αὐτὸν (τὸν λόγον) ἔτη γεγονὼς ὅσαπερ ἐν ἀρχῇ προεῖπον.

Isocr. p. 54. c. οὐ μὴν ἐλάττω (Γϵ add.) Τϵκμήρια, vides cur necessarium γε perierit. Eadem de causa supple p. 57. a. τοιαύταις (ΔΗ) διανοίαις χρώμενοι.

Isocr. p. 60. d. οἵτινες ἔτλησαν ἐπιδεῖν, emenda ἐτόλμησαν, quia ἔτλησαν poëtarum est et Isocrates verbis poëticis de industria abstinet.

Isocr. p. 60. e. Athenienses, inquit, πρὸς χιλίας καὶ διακοσίας τριήρεις μόνοι ναυμαχεῖν ἐμέλλησαν, οὐ μὴν εἰάθησαν (ΓΘ add.). καταισχυνθέντες γὰρ Πελοποννήσιοι τὴν ἀρετὴν αὐτῶν καὶ νομίσαντες προδιαφθαρέντων μὲν τῶν ἡμετέρων οὐδ' αὐτοὶ σωθήσεσθαι, κατορθωσάντων δ' εἰς ἀτιμίαν τὰς αὐτῶν πόλεις καταςήσειν ἠναγκάσθησαν μετασχεῖν τῶν κινδύνων. Turpi vitio hic locus laborat sed sanabili. Cogita quinam tandem dicantur τὰς τῶν Πελοποννησίων πόλεις εἰς ἀτιμίαν καταςήσειν, namque activum est καταςήσειν et regit accusativum τὰς αὐτῶν πόλεις, et καθιςάναι τινὰ εἰς ἀτιμίαν est idem atque ἀτιμίαν τινὶ περιάπτειν. Facile senties haec dici *de Atheniensibus victoribus*. Lacedaemonii ita cogitabant: ἢν μὲν τὰ τῶν Ἀθηναίων προδιαφθαρῇ οὐδὲ αὐτοὶ σωθησόμεθα, κατορθώσαντες δὲ τὰς ἡμετέρας πόλεις εἰς ἀτιμίαν καταςήσουσι. Quid est igitur scribendum? Vidimus supra p. 434 inter se confundi πολεμήσαντα — πολεμησάντων, τυχόντα — τυχόντων, ἰόντος — ἰόντων, quia scribebatur πολεμησᾶν, τυχοῦ, ἰοῦ. Scribe igitur et hoc loco: κατορθωσᾶν δ' εἰς ἀτιμίαν — καταςήσειν et exibit κατορθώσαντας δὲ (τοὺς Ἀθηναίους), et nihil supererit difficultatis. Mutata repente periodi forma sciolis hiantibus imposuit.

Isocr. p. 62. e. scribendum ἑβδομήκοντ' ἔτη διετελέσαΜΘΝ — ἀςατίαςοι πρὸς ΗΜᾶς αὐτούς. Vulgata lectio πρὸς ΣΦᾶς αὐτούς soloeca est et qui διετέλεσαν reponunt augent malum.

Tralaticium mendum obsidet verba Isocratis p. 63. b. ἄφθονον καὶ ῥᾴθυμον αὐτοῖς κατεΣΤήσαντο τὸν βίον, pro κατεΚΤήσαντο. Dicebant veteres promiscue κεκτῆσθαι βίον et κατακεκτῆσθαι, ut apud Simonidem:

οἷον τόδ' ἡμῖν θηρίον προσέπτατο,
τὸ ζωΐων κάκιςον ἔκτηται βίον;

et in dramate Satyrico Alexandri regis Athenienses deridentis apud Athenaeum p. 596. A.

ὅτε μὲν ἔφασκον δοῦλον ἐκτῆσθαι βίον
ἱκανὸν ἐδείπνουν.

Quemadmodum autem Κτᾶσθαι et ἽΣτασθαι saepe confundi videmus, sic etiam multo saepius κτήσασθαι et στήσασθαι inter se mutant locum.

Isocr. p. 64. e. καταποντιςαὶ μὲν τὴν θάλατταν κατέχουσι,

ΠΕΛΤΑΣΤΑΙ δὲ τὰς πόλεις καταλαμβάνουσιν. Nil iuvat versiculus Aristophanis *Acharn.* 159.

καταπελτάσονται τὴν Βοιωτίαν ὅλην.

namque hi quidem πελταςαί ex Thracia ab Atheniensibus mercede conducti agros hostiles depopulabantur, Isocratis πελταςαί qui sint et unde sint nemo novit. Isocrates ipse feret opem et nos expediet p. 280. a. οὐδεὶς ἂν αὐτοὺς — ἐπαινέσειεν οὐδὲν μᾶλλον ἢ τοὺς καταποντιςὰς καὶ ΑΗΙCΤΑC. Grati accipiamus igitur veram lectionem hanc: λῃςαὶ δὲ τὰς πόλεις καταλαμβάνουσιν.

Nonnumquam Urbinas lectiones exhibet manifesto mendosas et absurdas, quas homines docti incogitanter recipiunt, veluti p. 66. d. ἀναγκάζονται πολεμεῖν τοῖς ἐλευθέροις ἀξιοῦσιν εἶναι, praeter Isocratis sententiam pro τοῖς ἐλευθερΟΥΝ ἀξιοῦσιν.

Corrupit pessime sciolus verba Isocratis p. 69. a. ὅταν τὰ μὲν τῶν βαρβάρων καταςῇ καὶ διὰ μιᾶς γένηται γνώμης, ἡμεῖς δὲ πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ νῦν [πολεμικῶς] ἔχωμεν. Nulli adverbio hic locus est: omnia sunt in ὥσπερ νῦν quod si quis interpretari vult non πολεμικῶς significat sed κακῶς καὶ ςασιαςικῶς. Barbarorum fidelem concordiam Graecorum inter se dissidiis opponit. Demosthenes *de Cor.* p. 245, 19. (Philippus) καὶ πρότερον κακῶς τοὺς Ἕλληνας ἔχοντας πρὸς ἑαυτοὺς καὶ ςασιαςικῶς ἔτι χεῖρον διέθηκεν.

Isocr. p. 69. d. τελευτῶντες οὕτως αἰσχρῶς ἀπηλλάΓΗCΑΝ ὥςε κτέ. Scribendum αἰσχρῶς ἀπήλλαξαν. Dicebant Graeci ἀπαλλάττομαι ἀζήμιος, ἀθῷος et sim. sed εὖ, καλῶς, κακῶς, καταγελάςως, αἰσχρῶς ἀπαλλάττω. Dem. *de Cor.* p. 246, 17. χεῖρον ἡμῶν ἀπηλλάχασιν, et ubi non?

Isocr. p. 71. b. οὐκ ἀριςίνδην ἐΕΠειλεγμένους, necessarium est in tali re verbum ἐκλέγειν, non ἐπιλέγειν, *electi* sunt non *allecti*. Restitue igitur ἐξειλεγμένους.

Multo etiam peior et ineptior est confusio eiusdemmodi in vicinia p. 71. b. Rex Persarum ducibus Graecorum per insidias necatis ἀπιοῦσιν αὐτοῖς ΤισσαΦέρνην καὶ τοὺς ἱππέας ΣΥΝέπεμψεν, ain' vero? συνέπεμψεν *dedit viae comites*, imo vero *immisit* in eos ἐΕΠέπεμψεν.

Isocr. p. 71. e. καὶ τελευτῶντες ΥΠ' αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις καταγέλαςοι γεγόνατιν, emenda ἐΕΠ' αὐτοῖς *ante ipsam regiam*,

ut ἐπ' αὐταῖς ταῖς βασιλέως θύραις, ἐπ' αὐτῇ τῇ Βαβυλῶνι. Graeci inter se iurarunt templa a barbaris combusta se non refecturos p. 73. b. ἵν' ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγενομένοις ᾖ τῆς τῶν βαρβάρων ἀσεβείας, scrib. ὑπομνήμαΤΑ, quoniam unumquodque templum erat ὑπόμνημα.

Isocr. p. 73. d. πολλῶν μὲν οἱ πατέρες ἡμῶν μηδισμοῦ θάνατον κατέγνωσαν, male Graece dictum pro ἐπὶ μηδισμῷ, ut ἐπὶ λακωνισμῷ, ἐπὶ προδοσίᾳ, et sim. multa.

Post pauca p. 73. d. τῶν μύθων ἥδιστα συνδιατρίβομεν τοῖς Τρωϊκοῖς καὶ Περσικοῖς, δι' ὧν ἔστι πυνθάνεσθαι τὰς ἐκείνων συμφοράς, scrib. ἥδιστ' ΈΝδιατρίβομεν et ἐξ ὧν pro δι' ὧν.

Isocr. p. 74. c. οὐκ ἄδηλον 'ΩC ἂν διατεθεῖεν, Graecum est in tali re aut ΠΩC aut "ΟΠΩC.

Isocr. p. 76. b. μᾶλλον χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς ἀλλΗΛων κακοῖς ἢ τοῖς αὐτῶν ἀγαθοῖς, imo vero ἐπὶ τοῖς "ΑΛΛΩΝ κακοῖς. Communis librorum error et frequens.

Isocr. p. 77. b. ὅπως ὡς τάχιστα τὸν ἐνθένδε πόλεμον εἰς τὴν ἤπειρον διοριοῦμεν, ὡς μόνον ἂν τοῦτ' ἀγαθὸν ἀπολαύσαιμεν τῶν κινδύνων. Primum emenda ἐξοριοῦμεν pro διοριοῦμεν. Est aliquid inter *definire* (διορίζειν) et *exterminare* (ἐξορίζειν), neque difficilis optio est. Prorsus idem mendum obsidet locum Platonis *de Legibus* p. 873. e. τὸ δὲ ὀφλὸν ἔξω τῶν ὅρων τῆς χώρας ἀποκτείναντας ΔΙορίσαι, imo vero ἐξορίσαι, ut statim post p. 174. a. huc respiciens scripsit: τὸ δὲ ὀφλὸν ἐξορίζειν καθάπερ ἐρρήθη τὸ τῶν ζῴων γένος. Deinde supplendum τοῦτΟ ΤΑγαθόν, ut apud Aristophanem *Ecclesiaz.* 426.

ἵνα τοῦτ' ἀπέλαυσαν Ναυσικύδους τἀγαθόν.

Nunc ex caeteris Isocratis orationibus locos aliquot selectos subiungam.

Isocr. p. 100. a. πρὶν ἄν τις τοὺς "Ελληνας — παύσῃ τῆς μανίας τῆς νῦν αὐτοῖς ἐνΈCΤηκυίας, emenda ἐνΤΈΤηκυίας. Quidquid penitus infixum haeret dicitur ἐντετηκέναι τινί. Eadem opera emendabis Themistium p. 251. b. ὅταν δέ τινα ἴδητε διΟΙκούμενον μὲν ὡς κορυφαῖόν τε καὶ ἄκρον φιλοσοφίας, ΠΡΟΈCτηκότα δὲ οἷς ἄρτι εἶπον. Nonne vides διΟΓκούμενον et ΠΡΟCΤΈτηκότα verum esse?

Isocr. p. 120. d. ταύτην γὰρ τὴν χώραν οἰκοῦμΈΝ 'ΈΝδόντων μὲν Ἡρακλειδῶν, ἀνελόντος δὲ τοῦ θεοῦ, syllaba male repe

est: scribe ΔΟΝΤΩΝ μὲν τῶν Ἡρακλειδῶν. Cf. p. 122. a.

Isocr. p. 150. e. αἰ μεγάλην αἰσχύνην τῇ πόλει περιΠΟΙοῦσιν, emenda περιΑΠΤουσιν, ut apud Demosthenem p. 1401, 8. αἰσχύνην μᾶλλον ἢ τιμὴν περιΑΠΤΟΝΤΑ, et Platonem in *Apol.* p. 35. a. αἰσχύνην τῇ πόλει περιΑΠΤΕΙΝ, et passim.

Isocr. p. 165. c. οὔτε πρὸς χρηματισμὸν οὔτε πρὸς δόξαν οὔτε πρὸς ἃ δεῖ πράττειν οὔθ' ὅλως πρὸς εὐδαιμονίαν οὐδὲν ἂν συμβάλοιτο κτέ. Corruptum est οὔτε πρὸς ἃ δεῖ πράττειν. Dixisset saltem πρὸς τὸ τὰ δέοντα πράττειν, sed periodi concinnitas nomen aliquod requirit cum tribus caeteris compositum. Suspicor fuisse in vetusto et corroso libro οὔτε πρὸς ΑΔΕΙ * * *, deinde explevisse aliquem ἃ δεῖ πράττειν, quum esset manus Isocratis πρὸς ΑΔΕΙΑΝ, id est οὔτε πρὸς ἄδειαν, *neque ad* SECURITATEM. Recte dicuntur *bonae artes* (ἀρετή) opes, gloriam, *securitatem* et felicitatem omnem parere.

Isocr. p. 218. c. οἵτινες ἂν αὐτοὺς εὐσεβῶς κάτω κατακαλέσωνται, emenda εὐσεβῶς ΕΠΙκαλέσωνται, non est enim aliud verbum de iis, qui Deorum *opem implorant*, quam ἐπικαλεῖσθαι.

Isocr. p. 247. a. νησύδρια — ἃ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων οὐδ' ἴσασιν, non est hoc satis in tam gravi sententia. Reponenda esse videtur Attica locutio οὐδ' εἰ γέγονεν ἴσασιν. Demosthenes p. 248, 5. Σέρρειον δὲ καὶ Δορίσκον — οὐδ' εἰ γέγονεν οἶδα. vid. *Nov. Lectt.* p. 107.

Isocr. p. 254. b. στρατόπεδον αὐτῷ (Lacedaemonii Cyro) συναγαγόντες (καὶ add.) στρατηγὸν [Κλέαρχον] ἐπιστήσαντες ἀνέπεμψαν ἐπ' ἐκεῖνον (Artaxerxem). Aliena manus ex *Anabasi* inseruit Κλέαρχον. Isocrates enim probe noverat id quod Xenophon sedulo dissimulavit, Spartanos *publice* Cyrum adiuvisse copiis, quibus Chirisophum praefecerunt. vid. Diodorum Siculum XIV. 12. ἐξέπεμψαν δὲ καὶ (οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ Κύρῳ) πεζοὺς στρατιώτας ὀκτακοσίους ἡγεμόνα Χειρίσοφον καταστήσαντες. Obiter et obscure narrat idem Xenophon in *Anabasi* I. IV. 2, 3.

Isocr. p. 273. b. ἀφ' ὧν καὶ πόλεμοι πλεῖστοι καὶ κίνδυνοι μέγιστοι συνέπεσον. Mendosum est πόλεμοι, namque in κίνδυνοι insunt bella, et *plurima* bella nimium est. Corr. καὶ ΠΟΝΟΙ πλεῖστοι.

Mirificum emblema nos ludificatur apud Isocratem p. 291. e. Isocrates dederat: καταγελαστότατον ὅτι τούτοις μὲν ἀπιστοῦσιν οἷς

μέλλουσι τὴν δικαιοσύνην παραδώσειν, salse et lepide sciolus adscripsit *παρ' ὧν δεῖ λαβεῖν αὐτούς*, quae verba post *ὅτι* inserta totam loci perelegantem compositionem penitus evertunt.

Similiter p. 311. e. quum Isocrates dixisset contemtim de improbo calumniatore, *συκοφάντην δ' ὄντα τὸν πράγματά μοι παρέχοντα*, adscripsit aliquis *τὸν γεγραμμένον accusatorem*, quae nunc ita recepta sunt ut vulgo legatur *τὸν [γεγραμμένον καὶ] πράγματά μοι παρέχοντα*, inepte.

Isocr. *περὶ Ἀντιδόσεως* p. 82. *μήτε κληροῦσθαι τῶν ἀρχῶν [ἕνεκα]*, absurdum *ἕνεκα* a sciolo est, qui quid esset *κληροῦσθαι τῶν ἀρχῶν* ignorabat. Plura dicam ad Aeschinis *Timarcheam*.

Isocr. *περὶ Ἀντιδόσεως* p. 89. *τοὺς δὲ συκοφάντας ἀτιμΗτέον*. Scribae permiscere solent Homericum *ἀτιμᾶν* et Atticum *ἀτιμάζειν* et, quod toto coelo diversum est, *ἀτιμοῦν*. Luce clarius est *ἀτιμΩτέον* esse emendandum.

Isocr. *περὶ Ἀντιδ.* p. 117. *οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ὑπειλήφασιν ἀδολεσχίαν καὶ μIκρολογίαν εἶναι τὰ τοιαῦτα τῶν μαθημάτων*. Hoc quidem nemo umquam existimavit, sed *μΩρολογίαν εἶναι*.

Ibid. p. 123. *οὕτως ἀNέγραπται καὶ συγκέχυται πολλὰ τῶν κατὰ τὴν πόλιν*. scrib. *ἀNTέγραπται in contrarium versa sunt*.

Ibid. p. 354. a. *οὐ πρότερον ἐπαύσαντο πρὶν ἠνάγκασαν ΟMOIους γενέσθαι ταῖς αἰτίαις ταῖς λεγομέναις περὶ αὐτῶν* pro absurdo *ὁμοίους* si reposueris *ΕNOXους* clara lux affulgebit.

Quamquam omnia Graeculorum additamenta aut frigida sunt aut stulta, omnium tamen stolidissimum genus est eorum, quae cum scriptoris consilio et loci sententia pugnant: veluti p. 74. Isocrates de Lysandri gloria detrahens contemtim: *καίτοι χρὴ στρατηγὸν ἄριστον νομίζειν οὐκ εἴ τις μιᾷ τύχῃ τηλικοῦτόν τι κατώρθωσεν ὥσπερ Λύσανδρος*, supervenit sciolus qui addidit: *ὃ μηδενὶ τῶν ἄλλων διαπράξασθαι συμβέβηκεν*. At haec frontibus adversis inter se concurrunt, dixeris. Non mirum: duo enim loquuntur, non unus.

Multa simul emblemata *ἀπροσδιόνυσα* apparent *περὶ Ἀντιδ.* p. 69. sqq. veluti: [*ὅπερ αὐτοῖς τῆς περὶ Λεῦκτρα συμφορᾶς εὕροι τις ἂν αἴτιον γεγενημένον*], quod neque verum est nec quidquam facit ad rem. Tum (*ὁ Περικλῆς τὴν Σάμον*) *ἀπὸ διακοσίων [νεῶν] καὶ χιλίων ταλάντων κατεπολέμησεν*, perinepte interpositu est *νεῶν*. De *pecunia ἀπό* dicitur, non de *copiis*, ut p. 7

ταύτην εἶλεν ἀπὸ τῶν χρημάτων, ὧν αὐτὸς ἐπόρισεν, et sic passim. Deinde p. 71 scrib. ὑμεῖς μὲν γὰρ Ἐχειροτονεῖτε στρατηγοὺς τοὺς εὐρωστοτάτους — ὡς διὰ τούτων διαπραξΟμενοί τι τῶν δεόντων, pro χειροτονεῖτε et διαπραξΑμενοι. Post pauca: αὐτὸς ἦν περὶ ἅπερ χρὴ [φρόνιμον εἶναι] τὸν στρατηγόν, consueta ellipsis perperam expleta est. Tum p. 71 sub fin. δεύτερον τί προσήκει τὸν στρατηγὸν τὸν ἀγαθόν; supplendum τί ΠΟΙΕΙΝ προσήκει. Alias in hac vicinia interpolationes indicavit Bekkerus.

Isocr. p. 367 b. οὕτω τὴν βουλὴΝ Ἔθεσαν οἱ βουλόμενοι συκοφαντεῖν, nihil est ἔθεσαν, at tu repone τὴν βουλὴν ΔΙέθεσαν. Saepe videbis N sequens ΔΙ absorbere.

Isocr. p. 383. c. οὓς — ἐστεφανώσατε ὅτ' οὐδ' οὕτω ῥᾴδιον ἦν ὥσπερ νῦν τυχεῖν ταύτης τῆς τιμῆς, emenda ὅτ' οὐδΕΠΩ οὕτω ῥᾴδιον ἦν, *quum* NONDUM *tam facile esset.*

Isocr. p. 392. b. τετρωμένον αὐτὸν καὶ βαδίζειν οὐ δυνάμενον ἀλλ' ΟΛΙΓοψυχοῦντα ἀπεκόμισα ἐπὶ τὸ πλοῖον. Neque huius loci est ὀλιγοψυχεῖν neque Isocrateae aetatis. Rep. ἀλλΑ ΛΙΠοψυχοῦντα, *animo deficientem.*

Unum addam p. 394. d. περὶ γὰρ ἄλλων πολλῶν ΠΕΡΙφερόμενοι περὶ τούτου ταὐτὰ γιγνώσκουσιν. *in hac una re omnes consentiunt*, inquit, *quum in aliis multis* — quid? CIRCUMFERANTUR? Apage ineptias. Quid igitur? *dissentiant*, ΔΙΑφερόμενοι.

Subiiciam his unam observationem, unde de Codicis Urbinatis fide et auctoritate iudicari poterit. Est Atheniensibus praeter ψέγειν triplex verbum *reprehendendi* et *vituperandi*: ἐπιτιμᾶν τινί, ἐπιπλήττειν τινί et ἐπιλαμβάνεσθαί τινος cum consueta periphrasi ἐπιτίμησιν, ἐπίπληξιν, ἐπίληψιν ποιεῖσθαι, et passivo sensu ἔχειν. Exemplorum plena sunt omnia. Audi nunc Isocratem p. 177 c. πρὸς μὲν οὖν τοὺς εἰκῇ τὰς 'ΤΠΟλήψεις ποιουμένους οὐ χαλεπὸν ἀντειπεῖν, et p. 227. c. ἐγὼ δ' εἰ μὲν ἄλλος τίς μοι τὸν τρόπον τοῦτον ἐπέπληττεν ἡγούμην ἂν αὐτὸν πεπαιδευμένως ἐπιτιμᾶν, σοὶ δ' οὐ προσήκει ταύτην ποιεῖσθαι τὴν 'ΤΠΟληψιν, et p. 264. a. — εἰκότως ἂν ἐπιτιμῴμην, — ἀλλὰ γὰρ οὔτ' ἀμελεῖν καλῶς ἔχει τῶν τοιούτων 'ΤΠΟλήψεων — οὔτ' αὖ πολὺν χρόνον ἀντιλέγοντα διατρίβειν. Luce clarius est Isocratem scripsisse 'ΕΠΙλήψεις et 'ΕΠΙληψιν et 'ΕΠΙλήψεων. Nonne? Est aliquid inter ἐπιλαμβάνεσθαι et ὑπολαμβάνειν. Iam inspicito mihi aliquis Urbinatis scripturas. Rectissime p. 117. c.

ἐπιλήψεις servavit solus, sed in ὑπόληψιν et ὑπολήψεων cum caeteris omnibus fideliter conspirat.

Sic igitur sese res habet: optimus et antiquissimus quisque liber ut plurima habet emendatiora quam caeteri omnes, sic alia plurima perinde mendosa et omni corruptelae genere inquinata exhibet, ut caeteri omnes. Partem tantum vitiorum tollunt, bonam partem nobis tollendam relinquunt.

Mirum dictu est quam saepe in libris antiquioribus et nondum a correctorum natione contaminatis in scriptura absurda et sensu vacua verae lectionis manifesta vestigia supersint. Reperi nuper apud Lucianum correctionem certam et evidentem et fere dixerim *Madvigianam*, omnes veritatis numeros habentem, quam mox Madvigii *Adversaria* relegens et ab altero olim praereptam et a Madvigio festinante, ut opinor, spretam et reiectam esse video. Itaque feram opem. Est locus Luciani in *Navigio seu Votis* § 86. Editur: εὖγ' ὑπέμνησας· ἐγὼ δὲ νήφειν ᾤμην καὶ σὺ παρὰ τὸ φανεῖσθαι τὴν γνώμην, sine sensu. In καὶ ϹΤΠΑΡΑΤΟΦΑΝΕΙϹΘΑΙ τὴν γνώμην nihil aliud latet quam καὶ ΤΠΑΡΑΠΟΦΑΙΝΕϹΘΑΙ id est καὶ ὕπαρ ἀποφαίνεσθαι τὴν γνώμην. Caeteri sodales tamquam *ebrii* et *somnianies* mirifica quaedam vota comminiscendo optabant (ita per iocum convenerat), cuius rei immemor Lucianus admonitus: *recte mones*, inquit: *ego me* sobrium esse *opinabar et* vigilantem (non *in somnis*) *sententiam dicere*. Quid his simplicius, quid evidentius? Quam perlucet vera lectio in ϹΤΠΑΡΑΤΟΦ. Miratus scriba quid esset ΚΑΙΤΠΑΡΑΠΟΦΑΙΝ. et παρά se videre putans καὶ σὺ pro ΚΑΙΤ et παρὰ τὸ pro ΠΑΡΑΠΟ ineptus supposuit. Madvigius p. 732 de hoc loco agens »*hoc* (καὶ σὺ παρὰ τὸ φανεῖσθαι) *mendosum esse olim intellectum est*". Facile credo. »*sed* παραποφανεῖσθαι (videtur sic aliquis coniecisse) *verbum habet novum, verbi tempus pravum, sententiam ineptam; atque haec duo cadunt etiam in Hirschigii scripturam* ὕπαρ ἀποφανεῖσθαι". Imo vero Hirschigius in ὕπαρ rem acu tetigit, et si *verbi tempus pravum* in ἀποφαίνεσθαι convertisset emendationem loci plane absolvisset. Nam quod addit Madvigius: »*neque enim de sententiae declaratione agitur.*" ἀποφαίνεσθαι· γνώμην nihil aliud est quam: λέγειν τὰ ἐμοὶ δοκοῦντα.
rum est Graeculum in ΚΑΙΤΠΑΡ haesisse, namque

sum vocabulum est ΥΠΑΡ et raro ex scribarum manibus intemeratum elabitur, quod paucis ostendere iuvat. Lucianus in *Philopseude* § 38. scripserat: τοῦ ἥρως ΥΠΑΡ διαλεχθέντος μοι, sed in libris est ad unum omnibus ΥΠΕΡδιαλεχθέντος sine sensu. Iacobitz: »*correxit Larcher ad Herod.* V. p. 317". Miratus unde haec esset Larchero insolita doctrina, optimo viro sed in talibus talpa caeciori, inspexi librum. Laudato Luciani loco »*il était aisé* (inquit) *de corriger* ὕπαρ διαλεχθέντος" *Je veux vous dire ce qu' Amphilochus m' a dit* en songe". — *Je n'ose m' attribuer cette correction de Lucien. Je crois l'avoir lue quelque part.*" Credo et ipse: praesertim quia ὕπαρ putabat esse *en songe. Bis* tantum in omnibus Luciani libris ὕπαρ scriptum fuerat, *bis* labem concepit. Similiter apud alios. Aristides in *Romae Encom.* vol. I. p. 350. πεπόνθασιν οἷον οἱ ἀφυπνισθέντες καὶ ἀντὶ τῶν ὀνειράτων ὧν ἀρτίως ἑώρων ἐξαίφνης ταῦτα ΠΑΡιδόντες, feliciter Reiskius ΥΠΑΡ ἰδόντες, simul corrige ταὐτά pro ταῦτα, *qui necopinato vident* eadem *vigilantes, quae modo in somnis vidissent.*

Sic et apud Phrynichum p. 423 in libris est ὑπερεντυγχάνει, cui Lobeck optime ὕπαρ ἐντυγχάνει reddidit. Apud Iamblichum *de vita Pythag.* § 57. olim edebatur: ὑπέρ τε καὶ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους pro ὕπαρ τε καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους, ut Kuster. coniecit et deinde in melioribus libris repertum. In archetypo Florentino diserte scriptum vidi ὕπαρ et ὕπνους. Erat olim ΥΠΑΡ unum ex rarissimis vocabulis. Praeivit omnibus ut solet Homerus duobus locis. Odyss. T. 547.

οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν ὅ τοι τετελεσμένον ἔσται.

et Odyss. Υ. 90.

ἐμὸν κῆρ
χαῖρ' ἐπεὶ οὐκ ἐφάμην ὄναρ ἔμμεναι ἀλλ' ὕπαρ ἤδη.

Post Homerum *semel* tantum in Lyricorum reliquiis comparet apud Pindarum *Olymp.* XIII. 94.

ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα ἦν ὕπαρ.

semel in Tragicis omnibus apud Aeschylum *Prometh.* 484.

κἄκρινα πρῶτος ἐξ ὀνειράτων ἃ χρὴ
ὕπαρ γενέσθαι.

Comicorum nemo umquam ὕπαρ dixit, neque Historicorum quisquam neque Oratorum usquam eo vocabulo utitur. Ergo

quater tantum apud Graecos omnes legitur usque ad Platonis aetatem. Plato utroque vocabulo ὄναρ et ὕπαρ saepissime usus est, unde in frequentissimo omnium usu esse coepit usque ad decrepitae aetatis Graeculos, qui tamen in novum errorem se induerunt et ὄναρ et ὕπαρ adverbia esse nescientes quasi nomina essent praepositionem addebant κατ' ὄναρ dicentes et καθ' ὕπαρ. Hinc graves τῶν ἀττικιςῶν querelae et irae. Audi Phrynichum in Polemonem Sophistam invehentem, qui κατ' ὄναρ dixerat p. 421. *adeo magna res est* (inquit) *verborum intelligentia*, ὅπου γε δὴ καὶ τὰ ἄκρα τῶν Ἑλλήνων πταίοντα ὁρᾶται. Mendose apud Hesychium circumfertur Καθ' ὕπαρ: κατ' ὄναρ. Bella interpretatio et Larchero digna, sed tu emenda ΚΑΙ ὕπαρ ΚΑΙ ὄναρ: ut dicitur οὔθ' ὕπαρ οὔτ' ὄναρ, et οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ. Nunc Platonem audiamus et maculas aliquot abstergeamus, si quid homunciones in rariore vocabulo peccarunt. Plato *de Legg.* p. 969. B. ὄντως δὲ ἔςαι σχεδὸν ὕπαρ ἀποτετελεσμένον, οὗ σμικρῷ πρόσθεν ὀνείρατος ὡς τῷ λόγῳ ἐφηψάμεθα. Agnoscisne Homericum ὕπαρ ἐσθλὸν ὅ τοι τετελεσμένον ἔςαι? In *Politico* p. 278. E. ἵνα ὕπαρ ἀντ' ὀνείρατος ἡμῖν γίγνηται. In *Theaeteto* p. 185. D. πότερον καθεύδομεν καὶ πάντα ἃ διανοούμεθα ὀνειρώττομεν ἢ ἐγρηγόραμέν τε καὶ ὕπαρ ἀλλήλοις διαλεγόμεθα; In *Philebo* p. 20 B. λόγων ποτέ τινων πάλαι ἀκούσας ὄναρ ἢ καὶ ἐγρηγορὼς νῦν ἐννοῶ περί τε ἡδονῆς καὶ Φρονήσεως. Iterum in *Politico* p. 277 D. κινδυνεύει γὰρ ἡμῶν ἕκαςος οἷον ὄναρ εἰδὼς ἅπαντα πάντ' αὖ πάλιν ὥσπερ ὕπαρ ἀγνοεῖν. Haec omnia sana et integra sunt, sed in libris *de Legg.* p. 100. A. καθ' ὕπνον δὲ οἷόν πού τις ἢ καὶ ὕπαρ [ἐγρηγορώς] ὠνείρωξε μαντευόμενος αὐτό, audisne interstrepentem sciolum? sed fallet neminem. Similiter *de Rep* p. 574. E. αἳ πρότερον μὲν ὄναρ ἐλύοντο [ἐν ὕπνῳ] ὅτε ἦν αὐτὸς ἔτι ὑπὸ νόμοις τε καὶ πατρὶ δημοκρατούμενος ἐν ἑαυτῷ, τυραννευθεὶς δὲ ὑπ' ἔρωτος οἷος ὀλιγάκις ἐγίγνετο ΟΝΑΡ ΥΠΑΡ τοιοῦτος ἀεὶ γενόμενος, ubi ἐν ὕπνῳ post ὄναρ illatum displicebit, ut opinor, etiam illis, quibus non placet quaedam *plenius dicta* resecari. *Nimis plena* haec quidem sunt et ultro aliquid effluit.

Concludam hunc locum emendatione loci apud Plutarch *Theseo* cap. 32. τοὺς πολλοὺς διετάραττε καὶ διέβαλλεν ὡς ἐλευθερίΑC ὁρῶντας, ἔργῳ δὲ ἀπεςερημένους πατρίδων καὶ

Dederat Plutarchus ὡς ὄναρ ἐλευθερίAN ὁρῶντας, nam probe sciebat ὄναρ esse adverbium pro καθ' ὕπνους, non nomen ut ὄνειρος vid. Wyttenb. ad *Moral.* p. 362. A. namque ὄναρ apud *Veteres*, nomen est et adverbium et saepissime legitur apud omnes. Sappho apud Hephaest. p. 69.

ζαελεξάμαν ὄναρ Κυπρογενήα,

et apud Demosthenem *de Cor.* p. 429, 18. ἃ μηδ' ὄναρ ἤλπισαν πώποτε, et passim, sed apud Plutarchum et sequiores ὄναρ semper est καθ' ὕπνους. Observandum denique est apud Veteres summa constantia in nominativo et accusativo ὄναρ dici, ut in *Vespis* 13.

καὶ δῆτ' ὄναρ θαυμαςὸν εἶδον ἀρτίως,

in casibus obliquis *semper* ὀνείρατος, ὀνείρατι, ὀνειράτων cett., ut in Platonis *Theaeteto* p. 201. d. ἄκουε δὴ ὄναρ ἀντ' ὀνείρατος. Ὄναρ enim *genitivum* non habet et ὀνείρατος caret *nominativo*.

Sic me res ipsa ad Platonem deduxit: vellem si liceret ex pulcherrimo quoque Dialogo locos quosdam potiores aliqua labe infectos in integrum restituere, sed et temporis angustiis exclusus et loci, nunc quidem satis habebo libros *de Republica* iterum diligenter lectitare et insigniores aliquot scribarum errores paucis redarguere.

Plato *de Rep.* p. 336. B. ὡς δὲ ΔΙεπαυσάμεθα — συςρέψας ἑαυτὸν ὥσπερ θηρίον ἧκεν ἐΦ' ἡμᾶς ὡς διαΡπασόμενος. Emenda ὡς δὲ ΔΗ ἐπαυσάμεθα et διαCπασόμενος. Namque διαπαύομαι λέγων est *intermitto* orationem post aliquam moram denuo dicturus, quod ab h. l. alienum est, et belluae διασπᾶσθαι solent praedam, *dilacerare*, *discerpere*, *dilaniare*, non διαρπάζειν, *diripere*. Idem mendum tollendum est ex libro *de Legg.* p. 807. B. προσήκει δὲ ἀργῷ καὶ ῥαθύμως καταπεπιασμένῳ ζῴῳ σχεδὸν ὑπ' ἄλλου διαΡπασθῆναι ζῴου τῶν σΦόδρα τετρυΧΩμένων μετ' ἀνδρείας τε ἅμα καὶ τῶν πόνων. Scrib. διαCπασθήσεται et τετρυμένων. Verbum τρύχεσθαι apud veteres et probatos scriptores habet perfectum τετρῦσθαι, quod scribae passim male mulcare consueverunt.

De Rep. p. 337. A. ταῦτ' ἐγὼ ἤδη — ὅτι σὺ ἀποκρίνασθαι μὲν οὐκ ἐθελήσοις, εἰρωνεύσοιο δὲ καὶ πάντα μᾶλλον [ποιήσοις] ἢ ἀποκρινοῖο, elegans Attica compositio inserto emblemate periit. Post

οὐδὲν ἄλλο ἤ, τί ἄλλο ἤ, πάντα μᾶλλον ἤ verbum ποιεῖν omittunt. Theophrastus περὶ Δειλίας cap. 25. — θεραπεύειν καὶ περισπογγίζειν καὶ — τὰς μυίας σοβεῖν καὶ πᾶν μᾶλλον ἢ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις.

De Rep. p. 343: B. τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντας — ἄλλως πως ἡγεῖ διαΝΟεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀρχομένους ἢ ὥσπερ ἄν τις πρὸς πρόβατα διατεθείη, absurdum est διανοεῖσθαί πως πρός τινα, sed vera lectio facile reperietur, quia in huiusmodi comparatione verbum *idem* repetendum est: itaque emenda διαΚεῖσθαι pro διαΝΟεῖσθαι et omnia expedita videbis. Τίθημι apud veteres constanter habet perfectum *passivum* κεῖμαι (non τέθειμαι), cuius rei indicia et exempla passim reperias apud omnes et in simplici τιθέναι — κεῖσθαι et in compositis omnibus. Plato *de Rep.* p. 484. D. τὰ ἐνθάδε νόμιμα — ΤΙΘΕϹΘΑΙ τε ἐὰν δέῃ [τίθεσθαι del.] καὶ [τὰ] ΚΕΙΜΕΝΑ φυλάττοντες σώζειν, ubi importunum τά dispungendum est. Quemadmodum sibi inter se respondent ὅρα — ὦπται et σκόπει — ἔσκεπται, sic in libro *de Legibus* p. 689. E. videbis: τεθήτω ταύτῃ. — Κείσθω γὰρ οὖν. et saepe τίθεσθαι — τεθῆναι — κεῖσθαι — τεθήσεσθαι coniuncta reperies ut verbi *eiusdem* tempora diversa, ut apud Platonem *de Legibus* p. 793. B. πάντων — τῶν ἐν γράμμασι τεθέντων τε καὶ κειμένων καὶ τῶν ἔτι τεθησομένων.

De Rep. p. 351. B. πόλιν φαίης ἂν ἄδικον εἶναι καὶ ἄλλας πόλεις ἐπιχειρεῖν δουλοῦσθαι ἀδίκως [καὶ καταδεδουλῶσθαι] πολλὰς δὲ καὶ ὑφ' ἑαυτῇ ἔχειν δουλωσαμένην; Grammaticus aliquis in margine explicuit quid esset ἔχειν δουλωσαμένην. Recte ille quidem, sed non erat id Platoni obtrudendum.

De Rep. p. 362. B. γαμεῖν ὁπόθεν ἂν βούληται, ἐκδιδόναι εἰς οὓς ἂν βούληται, ξυμβάλλειν [κοινωνεῖν] οἷς ἂν ἐθέλῃ. Emblema est manifestum. Plato promiscue utroque utitur passim, ut p. 486. B. idem esse videbis δυσξύμβολος et δυσκοινώνητος. Redeat igitur κοινωνεῖν in marginem. Eadem opera *de Legg.* p. 738. A. πρὸς ἅπαντα τὰ ξυμβόλαια [καὶ κοινωνήματα], tolle glossema.

De Rep. 364. C. reperta est dudum vera lectio Ἀιδοντες pro Διδόντες, sed nondum recepta. Similiter p. 605. D. pro ΚΑΙ ΑΙΔΟΝΤΑϹ τε καὶ κοπτομένους certa est Astii emendatio ΚΛΑΟΝΤΑϹ, sed ea quoque *laudatur et alget.*

De Rep. p. 365. A. *μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει*, imo vero *περιμένειν*, non enim ex Platonis sed ex haruspicum persona haec dicuntur.

De Rep. p. 373. D. *ἰατρῶν ἐν χρείαις ἐσόμεθα*, corrig. *ἐν χρείαι 'Εσόμεθα*, ut p. 410. A. *εἰς χρείαν ἰέναι*. p. 567. A. *ἐν χρείᾳ ἡγεμόνος*, et saepe alibi.

De Rep. p. 376. A. *ὃν μὲν ἂν ἴδῃ ἀγνῶτα χαλεπαίνει οὐδὲν δὲ κακὸν προπεπονθώς*. Molestum *δέ* eliminandum. Unde natum est? Plato *ἀττικιεί* dixerat ΟΤΔΕΕΝΚΑΚΟΝ, ut apud Alexidem Athenaei p. 379. A.

οὐδὲ ἓν κακόν
ἔχουσι καὶ κάμνειν λέγουσ' ἑκάστοτε.

Solent in his scribae turbas dare. *de Rep.* p. 461. C. scrib. *κύημα μηδὲ ἕν* pro *μηδέ γ' ἕν*, et p. 528. A. *ἢ οὐδὲ πρὸς ἑτέρους* pro *ἢ οὐ πρὸς οὐδετέρους*. Similiter apud Thucyd. V. 84. *τὸ μὲν πρῶτον οὐδετέρων ὄντες ἡσύχαζον*, annotatur: *γράφεται μεθ' ἑτέρων*. Haec vera lectio est: *οὐδὲ μεθ' ἑτέρων ὄντες*.

De Rep. p. 382. D. *πότερον διὰ τὸ μὴ εἰδέναι — ἂν ψεύδοιτο; — ἀλλὰ δεδιὼς τοὺς ἐχθροὺς [ψεύδοιτο]*; vel soloecismus fraudem patefacit.

De Rep. p. 388. E. *Οὔτε ἄρα — ἀποδεκτέον*. Vitiosum est *οὔτε*. Erat in libris ΟΤΤΑΡΑ id est *οὔτἄρα* Atticum pro *οὔτοι ἄρα*, sic ΜΕΝΤΑΝ male vulgo scribitur *μέντ' ἄν* pro *μέντἄν*.

De Rep. p. 491. D. *ἢ τούτους μὴ εἶναι θεῶν παῖδας, — μηδ' ἡμῖν ἐπιχειρεῖν πείθειν τοὺς νέους ὡς οἱ θεοὶ κακΑ γεννῶσι καὶ οἱ ἥρωες* (id est *οἱ τῶν θεῶν παῖδες*) *ἀνθρώπων οὐδὲν βελτίους*. Assentieris, credo, mihi *κακΟΤC γεννῶσι* restituenti.

De Rep. p. 400. E. *οὐχ ἣν ἄνοιαν οὖσαν ὑποκοριζόμενοι καλοῦμεν 'ΩC εὐήθειαν*. Quid sibi vult *ὡς*? Fort. *καλοῦμεν νῦν εὐήθειαν*.

In lepido loco p. 404. C. *οὔτ' ἰχθύσιν ἑστιᾷ καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ [ἐν 'Ελλησπόντῳ] ὄντας οὔθ' ἐφθοῖς κρέασιν*. Futile additamentum! et *ἐν* pro *ἐπὶ* risum movet.

De Rep. p. 411. A. *ὅταν τις μουσικῇ παρέχῃ κατΑΥλεῖν καὶ καταχεῖν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ὤτων — τὰς γλυκείας — ἁρμονίας*. Absurdum est *καταυλεῖν τῆς ψυχῆς τὰς ἁρμονίας*, sed olim vera lectio ab Heusdio reperta est *κατΑΝΤλεῖν*. Spreta est *illa quidem* ab Editoribus sed usque recurret et tandem reci-

pietur quia verissima est. Sed nondum sic loci emendatio est perfecta; καταντλεῖν et καταχεῖν est prorsus idem, sed καταχεῖν magis omnium usu protritum. Itaque καταντλεῖν καὶ καταχεῖν est loquacitas inanis. Deleto igitur emblemate scribendum: ὅταν τις μουσικῇ παρέχῃ καταντλεῖν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ὤτων — τὰς ἁρμονίας.

De Rep. p. 412. E. καὶ μήτε γοητευόμενοι μήτε βιαζόμενοι ἐκβάλλουσιν [ἐπιλανθανόμενοι] δόξαν τὴν τοῦ ποιεῖν δεῖν ἃ τῇ πόλει βέλτιστα. Interpolatum ἐπιλανθανόμενοι cum loci sententia pugnat. Ex iis quae continuo sequuntur apparebit quo pacto ἐπιλανθάνομαι in ea re differat a γοητεύομαι et βιάζομαι.

De Rep. p. 413. C. ὃ τοίνυν ἄρτι ἔλεγον, ζητητέον τίνες ἄριστοι φύλακες τοῦ παρ' αὐτοῖς δόγματος [τοῦτο ὡς ποιητέον ὃ ἂν τῇ πόλει ἀεὶ δοκῶσι βέλτιστον εἶναι αὐτοὺς ποιεῖν]. Plato iam bis idem multo melioribus verbis dixerat p. 412. D. et E.

De Rep. p. 416. C. ἥτις μήτε ΤΟΥϹ φύλακας ὡς ἀρίστους εἶναι παύσΟΙ αὐτοὺς κακουργεῖν τε μὴ ἐπαρΟΙ περὶ τοὺς ἄλλους πολίτας, emenda ΤΟΥ pro τούς et παύσει et ἐπαρεῖ. Barbarum est ἐπαροῖ. Frequens hoc apud Platonem vitium est ut pro *indicativi* futuris aut *optativus* aut *coniunctivus* soloece substituatur, veluti *de Legibus* p. 735. B. οὐκ ἄλλως μήποτε ἐπιχειρήσΗΙ — καθάρΗΙ — ἀποπέμψΗΙ — θεραπεύσΗΙ pro ἐπιχειρήσει, καθαρεῖ, ἀποπέμψει, θεραπεύσει. Barbarum quidem est καθάρῃ, sed neminem advertit.

De Rep. p. 422. D. καὶ μὴν καὶ ὄργανά γε μὴ ἔχων [παρέχεσθαι] ὑπὸ πενίας, dele emblema et scribe χείρους δημιουργοὺς διδάξΕΙ pro διδάξεται.

De Rep. p. 452. C. καὶ τοῦτο ἐνεδείξατο ὅτι μάταιος [ὃς γελοῖον ἄλλο τι ἡγεῖται ἢ τὸ κακὸν καὶ] ὁ γελωτοποιεῖν ἐπιχειρῶν πρὸς ἄλλην τινὰ ὄψιν ἀποβλέπων [ὡς γελοίου] ἢ τὴν τοῦ ἄφρονός τε καὶ κακοῦ ἢ σπουδάζειν πρὸς ἄλλον τινὰ σκοπὸν στησάμενος ἢ τὸν τοῦ ἀγαθοῦ, transpone mihi πρός in hunc modum: σπουδάζειν ἄλλον τινὰ σκοπὸν ΠΡΟστησάμενος, tum repone in margine ὃς γελοῖον ἄλλο τι ἡγεῖται ἢ τὸ κακόν, quae est paraphrasis verborum ὁ γελωτοποιεῖν — τε καὶ κακοῦ, expunge frigidum et supervacuum τοῦ γελοίου, et habebis locum Platone dignum.

Post pauca: πότερον δυνατὴ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη ἡ θήλεια τῇ τοῦ ἄρρενος γένους κοινωνῆσαι εἰς ἅπαντα τὰ ἔργα, scrib. πότερον

δυνατὴ Ἡ φύσις ἡ θήλεια expuncto ἀνθρωπίνη.

De Rep. p. 457. B. ἀτελῆ τοῦ γελοίου [σοφίας] δρέπων καρπόν. Pindarus dixerat τοὺς φυσιολογοῦντας (id est τοὺς μετεωρολέσχας)

ἀτελῆ σοφίας καρπὸν δρέπειν.

Stob. *Floril.* LXXX: 4. Plato quum vellet dicere »*risu inepto res ineptior nulla est*" salsissime pro σοφίας substituit τοῦ γελοίου. Adscripsit aliquis ex Pindaro σοφίας, atque nunc ridiculum in modum utrumque simul legitur sine sensu.

Post pauca videbis Λέγε δὴ ἴδω, ἔφη, emenda sodes φέρε δὴ ἴδω. Scriptum erat * ЄΡЄΔΗ et stulte expletum.

Dittographia est p. 464. E. οὐδ' αἰκίας δίκαι [ΔΙΚΑΙως] ἂν εἶεν ἐν αὐτοῖς. Simillimum huic vitium latet p. 505. A. ἢ ΔΙΚΑΙΑ καὶ τἆλλα προσχρησάμενα, at tu repone: ἢ ΔΗ ΚΑΙ τἆλλα.

De Rep. p. 477. E. praecedit εἰς τί γένος τιθεῖς; sequitur — ἢ εἰς ἄλλο γένος οἴσομεν; Viden' in ΟΙσομεν latere ΘΗσομεν, ἢ εἰς ἄλλο γένος θήσομεν?

De Rep. p. 488. C. πλεῖν ὡς [τὸ] εἰκὸς τοὺς τοιούτους. Tum expunge ἐπαινοῦντας in [ἐπαινοῦντας] ναυτικὸν μὲν καλοῦντας καὶ κυβερνητικόν κτέ. et scribe p. 488. E. μετεωροΚόπον pro μετεωροСΚόπον, de qua re diximus in Mnemos. 1873. p. 117.

De Rep. p. 491. B. τοιαύτην φύσιν καὶ πάντα ἔχουσαν οἷα προσετάξαμεν νυνδή [εἰ τελέως μέλλοι φιλόσοφος γενέσθαι], verba soloece concepta sententiam onerant et impediunt.

Pag. 492. B. ξυγκαθεζόμενοι ἀθρόοι [πολλοὶ] εἰς ἐκκλησίας ἢ εἰς δικαστήρια, sine vitio scriptum videbis p. 493. A.

Post pauca interpolatum est διπλάσιον θόρυβον παρέχωσι [τοῦ ψόγου καὶ ἐπαίνου].

Pag. 494. D. — ὑψηλὸν ἐξαρεῖν αὐτὸν σχηματισμοῦ καὶ φρονήματος κενοῦ [ἄνευ νοῦ] ἐμπιμπλάμενον. Pone in margine.

De Rep. p. 493. D. ἐάν τις τούτοις ὁμιλῇ — [πέρα τῶν ἀναγκαίων] ἡ Διομήδεια λεγομένη ἀνάγκη ποιεῖν αὐτῷ ταῦτα ἃ ἂν οὗτοι ἐπαινῶσιν. Graeculus nescio quis explicuit in margine quae esset ἡ Διομήδεια ἀνάγκη, irrepsit glossema et festivum locum maculat. Hinc sumsit Themistius suum p. 306. 2. Dind. μηδ' ἂν Διομήδεια αὐτῷ ἀνάγκη προσγένηται, ubi in libris est: μηδ' ἂν ἰδίωσ ἰδίᾳ αὐτῷ, quod ex Platone perite Petavius correxit. Aristophanes *Ecclesiaz.* 1029.

καὶ ταῦτ' ἀνάγκη μοῦσα; B. Διαφέρει γε.

De Rep. p. 496. c. ἢ γὰρ τοῦ τοῦ [ἄλλου] ἢ οὐδὲν τῶν ἔμπροσθεν γέγονεν. Dicebant veteres eo sensu ἢ τοῦ ἢ οὐδέν. Ut apud Herodotum III. 141. ἀναβεβήκασι δ' ἢ τοῦ ἢ ἀνδρὸς καὶ παρ' ἡμέας αὐτῶν, ubi vide Valckenaerium, et apud Xenophontem *Cyrop.* VII. V. 45. τούτων δὲ τῶν παρεστηκότων ἢ τινὰ ἢ οὐδένα οἶδα, ubi plura Dindorf.

De Rep. p. 503. A. στατέον ἀρχοντα καὶ ΓΕΡΑ ἀστεῖον καὶ ζῶντι καὶ τελευτήσαντι [καὶ ἄθλα], ad ΓΕΡΑ adscriptum est ἄθλα, deinde factum quod asserit.

De Rep. p. 505. B. εἰς ταὐτὸ ξυμβάλλεσθαι αὐτῷ τὰ μέρη ἐνγάκις ἐθέλει, τὰ πολλὰ δὲ διεσπασμένΗ φύσει, imo vero διεσπασμένΑ, nempe τὰ μέρη, et sic in Parisino A discrete scriptum est.

De Rep. p. 505. A. αὐτῷ τῷ ἰσοῦς ἴσμεν· [εἰ δὲ μὴ ἴσμεν] ἄνευ δὲ ταύτης εἰ ὅτι μάλιστα τἆλλα ἐπιστάμεθα οὐδ' ὅτι οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος. Bis aliis verbis idem dicitur in ἄνευ δὲ ταύτης et εἰ δὲ μὴ ἴσμεν. Utrum sit genuinum facilis adnotatio erat est. Quis tandem adscripsisset ἄνευ δὲ ταύτης, si fuisset in libris antiquis εἰ δὲ μὴ ἴσμεν?

De Rep. p. 505. B. τί δέ; τῶνδε οὐ φανερὸν ὡς δίκαια μὲν καὶ καλὰ πολλοὶ ἂν ἕλοιντο [τὰ δοκοῦντα], κἂν μὴ ᾖ, ἴσμεν τοῦτο πράττειν καὶ κεκτῆσθαι [καὶ] δοκεῖν, ex puncto duplici emblemate locus luce clarior est. Iustitiae et honestatis famam etiam falsam homines amplectimur, sed felicitatem veram, non simulatam, quaerimus.

De Rep. p. 510. B. ἀλλ' αὖθις, ἦν δ' 'ΕΓΩ. Post 'ΕΓΩ excidit 'ΕΡΩ, ἀλλ' αὖθις, ἦν δ' ἐγώ, ἐρῶ.

Dittographia est p. 515. B. οὐ ταὐτὰ ἡγεῖ ἂν τὰ παρόντα αὐτοὺς νομίζειν [ὀνομάζειν] ἅπερ ὁρῶεν; Solent νομίζειν et ὀνομάζειν inter se confundi: nunc utrumque coniunctum est, sed utrum verum sit nulla potest esse dubitatio.

De Rep. p. 521. c. ψυχῆς περιαγωγὴ ἐκ νυκτερινῆς τινος ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ΟΥΣΑΝ ἐπάνοδος, repone οὐσίαν pro οὖσαν et omnia erunt plana et perspicua. Vetus mendum est.

De Rep. p. 528. c. οὐκ ἂν πείθοιντο οἱ περὶ ταῦτα ζητητικοὶ μεγαλοφρονούμενοι. Non minus barbarum est μεγαλοφρονούμενοι pro μέγα φρονοῦντες quam Datidis χαίρομαι. Emenda μεγα-

λΑΥΧούμενοι, ut p. 395. D. γυναῖκα μιμεῖσθαι — πρὸς θεοὺς ἐρίζουσάν τε καὶ μεγαλαυχουμένην, et saepius alibi. Athenienses dicebant aut μέγα (μεῖζον, μέγιςον) φρονεῖν aut μεγαλαυχεῖσθαι, Graeculorum est μεγαλοφρονεῖν, quod saepe impune Atticis affricuerunt.

Variata repente verborum compositio turbavit scribas p. 528. C. in hisce: ἐπεὶ καὶ νῦν ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀτιμαζόμενα καὶ κολουόμενα, ὑπὸ δὲ τῶν ζητούντων λόγον οὐκ ἐχόντων καθ' ὅ τι χρήσιμα ὅμως πρὸς ἅπαντα ταῦτα βίᾳ ὑπὸ χάριτος αὐξάνεται, namque emendandum — κολουόμενα, τῶν δὲ ζητούντων λόγον οὐκ ἔχοντων. Poterat dicere τῶν μὲν πολλῶν ἀτιμαζόντων αὐτὴν καὶ κολουόντων, τῶν δὲ ζητούντων κτέ. sed variare maluit.

Nihil significat ποιουμένων p. 538. C. in verbis πατρὸς δὲ ἐκείνου καὶ τῶν ἄλλων ποιουμένων οἰκείων, at tu repone ΠΡΟΣποιουμένων οἰκείων. Saepe ob neglectum compendiolum et apud alios et apud Platonem ΠΡΟΣ et 'ΑΠΟ interciderunt.

De Rep. p. 541. C. οὐκοῦν καὶ περὶ ἄλλου οὕτως ὁτουοῦν ἤ τινος ἀρχῆς; vera lectio est καὶ περὶ ἄλλΗΣ οὕτως ὁτουοῦν ἀρχῆς. Mirantur homunciones ὁτουοῦν foeminini generis esse formam: itaque alius ἄλλΗΣ in ἄλλου refinxit, alius ad ὁτουοῦν 'ΗΣΤΙΝΟΣ adscripsit: hinc igitur vulgata nata est. Aelius Dionysius, doctissimus ἀττικιςής, operae pretium existimavit esse demonstrare Atticum του pro τινός foeminini et neutrius generis esse, non tantum masculini, ut vulgo erat in usu. Photius v. Του: καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ τάττεται, ὥσπερ τὸ τινός. 'Αριςοφάνης 'Αμφιαράῳ·

ταυτὶ τὰ κρέ' αὐτῷ παρὰ γυναικός του φέρω.

ἐπὶ δὲ οὐδετέρου Δαναΐσιν·

ἀλλ' εἴσιθ', ὡς τὸ πρᾶγμ' ἐλέγξαι βούλομαι
τουτί, προσόζειν γὰρ κακοῦ τού μοι δοκεῖ.

ἐπὶ δὲ ἀρρενικοῦ Φερεκράτης Κοριαννοῖ·

πάντως γάρ εἰσι τῶν φίλων ἑνός γέ του.

Nesciebant hoc magistelli, et hinc duplici modo veterem scripturam contemerarunt.

De Rep. p. 553. B. πταίσαντα ὥσπερ πρὸς ἕρματι [πρὸς] τῇ πόλει, multis ostendi alibi cur altera praepositio esset inducenda. vide supra p. 163. sqq. ubi quod in Platonis *Phaedone p. 67. D.* ὥσπερ ἐκ δεσμῶν [ἐκ] τοῦ σώματος alterum ἐκ delevi

egregie confirmatur verbis Iamblichi, cuius oratio ubique flosculis Platonicis tamquam gemmis distincta est, in *vita Pythag.* § 266. *τοῖς δ' ἄλλοις ἔθος εἶναι γηραιοῖς σφόδρα γενομένοις ὥσπερ ἐκ δεσμῶν τοῦ σώματος ἀπαλλάττεσθαι.* Similiter quod in *Phaedro* p. 250. D. *ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ [ἐν] τῷ ἐρῶντι ἑαυτὸν ὁρῶν λέληθεν* expunxi molestum *ἐν* usus Luciani testimonio, nunc multo etiam meliorem sponsorem dabo ipsum Platonem *de Legibus* p. 905. B. *ὡς ἐν κατόπτροις αὐτῶν ταῖς πράξεσιν ἡγήσω καθεωρακέναι τὴν πάντων ἀμέλειαν θεῶν.* Eadem comparationis forma eleganter usus est *de Rep.* p. 573. E. *ὥσπερ ὑπὸ κέντρων ἐλαυνομένους τῶν τε ἄλλων ἐπιθυμιῶν καὶ διαφερόντως ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἔρωτος.* Eiusdemmodi compositio scribarum socordia periit *de Legibus* p. 639. B. *κἂν δειλὸς ὢν ἐν τοῖς δεινοῖς ὑπὸ μέθης τοῦ φόβου ναυτιᾷ*, supple ΩC *ὑπὸ μέθης τοῦ φόβου ναυτιᾷ*, et nihil supererit difficultatis. Hinc simul apparet unde Menander sumserit suum

Postremo tamquam in speculum in patinas, Demea,
inspicere iubeo et moneo quid facto usus siet.

in *Adelph.* III. 3. 74. Graece dixeris:

ὡς εἰς κάτοπτρα τοὺς πίνακας, ὦ Δημέα,
βλέπειν κελεύω.

Item in sqq. *εἶτ' εἰς δικαστήριον ἐμπεσόντα [βλαπτόμενον] ὑπὸ συκοφαντῶν ἢ ἀποθανόντα ἢ ἐκπεσόντα ἢ ἀτιμωθέντα* spurium est et insiticium participium *βλαπτόμενον*, quo absurdius vocabulum magistellus excogitare numquam potuisset. *Passiva* esse *ἐμπεσόντα* et *ἀποθανόντα* et *ἐκπεσόντα* Graeculis in mentem venire non poterat: tam nihil in linguae antiquae usu cernebant! Itaque comminiscuntur aliquid de suo, quod cum *ὑπὸ συκοφαντῶν* utcumque coniungi posse opinentur. Badhamus primus fraudem sensit et ineptum *βλαπτόμενον* resecuit.

De Rep. p. 555. A. *κατὰ τὴν ὀλιγαρχουμένην πόλιν [ὁμοιότητι] τὸν φειδωλόν τε καὶ χρηματιστὴν τετάχθαι*, ex interpretamento natum *ὁμοιότητι* abiiciendum. Plane eadem interpolatio maculat locum similem p. 576. C. *ὅ γε τυραννικὸς κατὰ τὴν τυραννουμένην πόλιν ἂν εἴη [ὁμοιότητι].*

De Rep. p. 560. C. *οὔτε αὐτὴν τὴν ξυμμαχίαν παριᾶσιν οὔτε πρέσβεις πρεσβυτέρων λόγους* 'ΙΔΙΩΤΩΝ *εἰσδέχονται*, palmaria est Badhami mei emendatio ΔΙΩΤΩΝ, *δι' ὤτων εἰσδέχονται.*

De Rep. p. 561. A. ἐὰν εὐτυχὴς ᾖ, quod erat in libris vetustis ЄΥΤΥΧΗCΗI scribendum erat εὐτυχήσῃ. Similiter p. 578. C. ΔΥCΤΥΧΗCΗI scriptum est δυςυχὴς ᾖ quum δυςυχήσῃ oporteret.

De Rep. p. 564. A. ἡ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς [ἄγαν] δουλείαν μεταβάλλειν, manifestum emblema tenemus. In libertate homines *modum excedere* possunt, in servitute non possunt: non est enim ut est quaedam libertas *nimia*, sic etiam *nimia* servitus.

De Rep. p. 565. A. τοὺς ἔχοντας τὴν οὐσίαν ἀφαιρούμενοι διανέμοντες τῷ δήμῳ τὸ πλεῖςον αὐτοὶ ἔχειν. Periit necessaria oppositio sic restituenda 'ΟΛΙΓΑ, ὀλίγα διανέμοντες — τὸ πλεῖςον αὐτοὶ ἔχειν.

De Rep. p. 365. C. ἕνα (ΓЄ add.) τινα ἀεὶ δῆμος εἴωθε διαφερόντως προΐςασθαι ἑαυτοῦ. Certo usu in talibus dicitur εἷς γέ τις et εἷς γέ τις ἀεί, et ἕν γέ τι, ut ἀμωσγέπως, ἐξ ἑνός γέ του τρόπου, ἑνί γέ τῳ τρόπῳ, in quibus ΓЄ numquam omittur. Excidit "ЄN *de Rep.* p. 339. B. ἐπειδὴ γὰρ ξυμφέρον (ἕν) γέ τι εἶναι κἀγὼ ὁμολογῶ, ut p. 478. B. ἕν γέ τι δοξάζει ὁ δοξάζων, et sic passim.

De Rep. p. 568. B. καὶ ἔλεγε δῆλον ὅτι τούτους εἶναι [τοὺς] σοφοὺς οἷς ξύνεςιν, dele τούς. Poëta ipse dicebat οἱ ἐμοὶ ξυνόντες σοφοί, non οἱ σοφοί.

De Rep. p. 600. B. ἐπ' αὐτοῦ ἐκείνου [ὅτ' ἔζη], bis idem dicitur: a Platone illud, hoc a sciolo.

Post pauca p. 600. E. ἠνάγκαζον παρὰ σφίσιν ΟΙΚΟΙ ЄΙΝΑΙ, vitio natum ex ΟΙΚЄΙΝ, *apud se* habitare *coëgissent*, inquit, non *domi esse*.

In verbis liquidatis scribae *sexcenties* futuri temporis formas in praesentis refingunt. Loci innumerabiles eo mendo olim liberati nondum satis docuerunt Editores in tali re libros contemnere. Edi video *de Rep.* p. 601. E. ἐξαγγЄλλει — ἐπιτάξει — ὑπηρετήσει, et mox ἐξαγγЄλλει — ποιήσει. Nemo sic ipse scripsisset et Platonem ita scribere inepti opinantur. Sic retinetur p. 604. A. μαχЄΙσθαί τε καὶ ἀντιτЄΙνειν pro ἀντιτενεῖν, et similia multa perinde absurda.

De Rep. p. 612. B. οὐ τοὺς μισθοὺς οὐδὲ τὰς δόξας δικαιοσύνης ἐπηνέγκαμεν, quod olim conieceram ἐπηνέκαμεν id ipsum in op-

timo Parisino A. esse vidi. Nempe in Codice Folio 110. rect. scriptum est ἐπηινέγκαμεν et puncto notatum γ induci debet. Sciebam haec inter se confundi solere. Bis apud Aristidem II. p. 362 et 366 videbis pro ἐπήνεκεν scribi ἐπήνεγκεν, et apud Isocratem *Panathen.* p. 276. B. νῦν δ' ἐπηνεκότι σοι τὸν ἐμὸν λόγον, alii Codices ἐπενεγκόντι exhibent. In Platonis *Politico* p. 307. A. ἆρ' οὐ πολλάκις ἐπηνέκαμεν, in aliis est ἐπηνέσαμεν, in aliis ἐπηνέγκαμεν. Confusa inter se ἐπήνεσε et ἐπήνεγκε ostendimus supra p. 259.

De Rep. p. 615. C. τῶν δὲ εὐθὺς γενομένων καὶ ὀλίγον χρόνον βιούντων πέρι ἄλλα ἔλεγεν, emenda εὐθὺς 'ΑΠΟγενομένων. Sigla praepositionis neglecta est.

Post pauca p. 615. D. οὐχ ἥκει, φάναι, οὐδ' ἂν ἥξει δεῦρο. Soloeca oratio est. Sunt qui librorum vitiis decepti δέξεσθαι ἄν et δεξόμενος ἄν et sim. rectissime dici putant, sed in δέξομαι ἄν, ut opinor, haesitabunt et sibi diffident. Itaque aequo animo ferunt p. 492. C. τίν' οἴει καρδίαν ἴσχειν ἢ ποίαν [ἂν] αὐτῷ παιδείαν ἰδιωτικὴν ἀνθέξειν; Per rei naturam fieri non potest ut ἄν cum futuro componatur, quidquid scribae hallucinantur et semidocti subtilius quam verius disserunt. Quid ergo scripsit Plato? Cogita quid dicat: *non venit neque venturus est.* Quomodo igitur hoc Graece dicendum est? nempe sic: οὐχ ἥκει οὐδϵ ΜΗ ἥξει. Scriptum olim fuit ΟΥΔΕΜΗΗΞΕΙ, neglecto altero Η natum est οὐδ' ἂν ἥξει, quum οὐδὲ μὴ ἥξει esset vera lectio.

De Rep. p. 618. A. τυραννίδας — ἐν αὐτοῖς εἶναι τὰς μὲν διατελΕΙC, τὰς δὲ καὶ μεταξὺ διαφθειρομένας, Athenienses non διατελής dicebant sed διὰ τέλους, idque reponendum. Vitium natum ex scriptura διατέ.

De Rep. p. 620. C. ζητεῖν — βίον ἀνδρὸς ἰδιώτου ἀπράγμονOC. Platonis manum esse arbitror ἀπράγμονA, non ἀπράγμονος, et sic solent vicina vicinis saepissime praeter loci sententiam accommodari et exaequari. Βίος ἀπράγμων dicitur ut βίος ἡσύχιος, ἀκύμων et sim. multa.

De caeteris librorum *de Rep.* vitiis et de scripturis in optimo Codice Parisino A a me repertis alius dabitur dicendi locus.

CAPUT V.

AD AESCHINIS ORATIONEM

περὶ Παραπρεσβείας.

Audivimus acerrimam Demosthenis accusationem, nunc eadem diligentia defensionem audiamus et rei quoque verba, si quid detrimenti acceperunt, eadem cura in pristinam sanitatem restituamus.

In exordio tamquam in limine offendimus §. 1. in hisce: πρὸς ἄνδρας ὀμωμοκότας τῶν ἀντιδίκων ὁμοίως ἀμφοτέρων ἀκΟΥσεσθαι, namque ἀκΡΟΑσεσθαι requirimus, quod et in ipsa iurisiurandi formula legitur: καὶ ΆΚΡΟΑCΟΜΑΙ τοῦ τε κατηγόρου καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ὁμοίως ἀμφοῖν (Demosth. in *Timocr.* §. 151.), et in eo argumento constanter poni solet, et multo significantius est quam ἀκούσεσθαι.

Attende animum ecquid vitium sonet in §. 4. ἐμοὶ δ', ὦ Ἀθηναῖοι, συμβέβηκε τῆς Δημοσθένους ἀκούοντι κατηγορίας μήτε δεῖσαι πώποθ' οὕτως [ὡς ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ] μηδ' ἀγανακτῆσαι μᾶλλον [ἢ νῦν] μήτ' εἰς ὑπερβολὴν ὁμοίως ἡσθῆναι. Unus Codex sine praepositione ὡς τῇδε τῇ ἡμέρᾳ. Omnia haec spuria et insiticia sunt. Numquam se tanto opere expavisse narrat quam quum Demosthenem audiret accusantem, μήτε δεῖσαι πώποθ' οὕτως ὡς ὅτε τῆς Δημοσθένους ἤκουον κατηγορίας, hoc enim inest in verbis: ἐμοὶ συμβέβηκε τῆς Δημοσθένους ἀκούοντι κατηγορίας.

Praeterea non *uno* et *eodem* die tanta causa, ad quam concursus ex tota Graecia factus esse dicitur, peracta esse potest,

sed datum est reo spatium ad defensionem parandam, ut etiam hoc nomine *ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ hodierno die* gravissimam suspicionem moveat. Datus est enim reo *dies* ad causam dicendam *integer*, quod luce clarius apparet ex § 126. *ἐνδέχεται δὲ* (*καὶ* add.) *τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας ταῦτα πρᾶξαι· πρὸς ἕνδεκα γὰρ ἀμφορέας ἐν διαμεμετρημένῃ τῇ ἡμέρᾳ κρίνομαι.* Itaque fraus manifesta tenetur.

Soloeca oratio est § 6. *ἐγὼ δ' ἐπ' αὐτῷ τούτῳ δικαίως ἂν ὑπολαμβάνω μάλιϛα σωθήσεσθαι.* In antiqua et sana Graecitate *ἄν* cum futuro tempore componi per ipsam rei naturam nullo pacto potest. Sequiores etiam in his peccant et suas sordes antiquis scriptoribus affricant, quos nihil curabimus et Aeschini ex melioribus libris e. i. k. l. suum *σώζεσθαι* reddemus. Reddamus ei eadem opera in *Ctesiphontea* § 231. *ὅταν τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ϛεφανῶτε οὐκ (ἂν) οἴεσθε ἐν ταῖς τῶν Ἑλλήνων δόξαις συρίττεσθαι*, ubi *ἄν* necessarium interciderat. Sciolus futuri temporis notionem requiri sentiens neque eam in *ἂν σώζεσθαι*, ut in *ἂν συρίττεσθαι*, inesse intelligens, *σωθήσεσθαι* de suo substituit et sic mirifice se credidit fecisse.

In § 7. — *δέομαι ὑμῶν — ἐάν τι παραλίπω — ἐπερωτΑΝ με καὶ δηλοῦΝ — μηδὲν προκατεγνωκότΑC — ἀλλ' ἴση τῇ εὐνοίᾳ ἀκούοντΑC*, in optimis libris est *προκατεγνωκότЄC* et *ἀκούοντЄC*. Rectissime: namque *δέομαι ὑμῶν*, ut solet, *διὰ μέσου* est positum et emendandum *ἐπερωτΑΤЄ με καὶ δηλοῦΤЄ, ὅ τι ἂν ποθῆτε ἀκοῦσαι, μηδὲν προκατεγνωκότЄC — ἀκούοντЄC κτέ.*

In § 8. supple *μόνος — φαίνεται κηδεμὼν* "ΩΝ *τῆς πόλεως Δημοσθένης*, et in fine recipe ex libris: *οὐκ ἐμοὶ μόνον λοιδορούμενος ἀλλὰ καὶ τοῖς* 'ЄΜΟΙC pro *τοῖς* "ΑΛΛΟΙC. Quam saepe Demosthenes solet dicere ut *de Cor.* § 128. *σοὶ δὲ ἀρετῆς, ὦ κάθαρμα, ἢ τοῖς* COIC *τίς μετουσία*; Quid ad Aeschinem si Demosthenes *alios* maledictis insectatur?

In § 9. *ὃν δ' οὕτως ἀτιμάζει πάλιν ἐκ μεταβολῆς ὅπου τύχοι ὥσπερ Ἀλκιβιάδην ἢ Θεμιϛοκλέα κρίνων [οἳ πλεῖϛον τῶν Ἑλλήνων δόξῃ διήνεγκαν] ἀνῃρηκέναι μὲν αἰτιᾶται [με] τὰς ἐν Φωκεῦσι πόλεις, ἀπηλλοτριωκέναι δ' ἀφ' ὑμῶν τὸν ἐπὶ Θρᾴκης τόπον κτέ.* Primum expunge *με*, quod loci compositionem vitiat: *quem* tanto opere habet despicatui, *eum* Phocensium urbes pessumdedisse criminatur. Deinde Alcibiades et Themistocles magi-

stelli laudibus melius carebunt, quos non propterea Aeschines nominat quia Graecorum *erant celeberrimi*, sed quia plurimum olim et in pace et in bello valuerant et Graecorum omnium *potentissimi* fuerant: quos apud auditores Atticos satis erat nominare.

Utrum γάρ an γὰρ ἄν sit quoque loco scribendum nostrum est ubique decernere, quoniam scribae numquam desinunt haec temere inter se confundere. In poëtis castigantur ob metrum, in caeteris non item. Edi video § 11. οὕτω γὰρ [ἂν] μάλιϛα μεμνήσομαι, et § 12. ἅπαντας γὰρ [ἂν] ὑμᾶς οἴομαι — μνημονεύειν, absurde utrumque.

In § 12. βούλεται διαλύσασθαι πρὸς ὑμᾶς καὶ [τὴν] εἰρήνην ἄγειν, vitiose additus articulus est. Contra excidit syllaba in vicinis ἔδεῖτο ὑμῶν πρεσβευτὴν αὐτῷ πρὸς Φίλιππον ἐλέσθαι, imo vero ΠΡΟCελέσθαι, atque ita factum esse Aeschines narrat: ὑμεῖς προσείλεσθ' αὐτῷ Κτησιφῶντα πρεσβευτήν. Denique in extrema § deleto ἵν' scrib. εἴπως δύναιτο ἀπολαβΘΙΝ τὰ λύτρα.

Ubi semel satis constat scatere apud Aeschinem omnia inficetis sciolorum additamentis (ut in § 16 malesanum γενόμενος αἰχμάλωτος), satis est pauca quaedam veluti digito monstrare, ut in § 17. ὅτι καὶ σύμμαχος βούλοιτο [τῇ πόλει] γενέσθαι. et § 18. ἐλέσθαι πρέσβεις ὑμᾶς πρὸς Φίλιππον ἄνδρας δέκα, οἵτινες διαλέξονται [Φιλίππῳ] περὶ εἰρήνης καὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων [Ἀθηναίοις καὶ Φιλίππῳ]. Sic isti Oratorum monumenta interpretabantur scilicet: κοινῇ: τοῖς Ἀθηναίοις καὶ Φιλίππῳ δηλονότι. Atque ista nunc ipse Orator dixisse putatur, ὦ Μοῦσαι φίλαι!

Eiusdem farinae est in § 20. ὃν ᾔδειν συνειπόντα Φιλοκράτει [ὅτ' ἦν ἡ τῶν παρανόμων γραφή], verba et superflua sunt neque ἀττικιϛί concepta.

Elegans locutio Attica emblemate offuscata est in § 21. πηγὰς δὴ λόγων [ἀφθόνους] ἔχειν ἐπηγγέλλετο, nam in πηγαί multo melius *copiae* et *ubertatis* notio inest, quam vocula δή, ut in πλεῖϛοι δή, μέγιϛοι δή, egregie confirmat. Sic πηγὰς ἀφῆκε δακρύων et sim. dicebant, quibus nihil addi potest.

Iterum πρός excidit § 22. συνετάξαμεν (πρὸς) ἡμᾶς αὐτούς — τοὺς πρεσβυτάτους πρώτους λέγειν, namque *inter nos constituimus* aliter quam sic Graece dici non potest.

Non tantum Alcibiades et Miltiades sed etiam Aristides lau-

dibus adventiciis a sciolo ornatur § 23. ὁ δ' οὐδὲν ἄπρατον ἔχων μέρος τοῦ σώματος — ὡς ὢν Ἀριςείδης [ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος] δυσχεραίνει καὶ καταπτύει δωροδοκίας. Atheniensibus erat satis ὡς ὢν Ἀριςείδης, et putidum est addere ὁ τοὺς φόρους τάξας κτέ. Nomen ipsum significat τὸν ἀδωροδόκητον. Caeterum magistellus has laudes non suis verbis praedicat, sed corrasit partim ex *Ctesiphontea* § 258. Ἀριςείδην δὲ τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν, et ex *Timarchea* § 100.

Alium quemdam sciolorum morem observa in § 26. Εὐρυδίκης — προδεδομένης ὑπὸ τῶν δοκούντων [αὐτοῖς] εἶναι φίλων, Παυσανίου δ' ἐπὶ τὴν ἀρχὴν [αὐτῶν] κατιόντος.

Obiter exime emblema ex § 27. Ἀμφιπολιτῶν αὐτῶν [ἐχόντων] τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν τότε καρπουμένων, namque ἐχόντων praeterquam quod supervacaneum est etiam spurium et insiticium esse vocula τότε arguit.

Aliud additamentum facile agnoscitur in § 30. ἐπιτιμῶν ὅτι τὴν ἐκδοχὴν ἐποιήσατο [πρὸς τὴν πόλιν] τοῦ πολέμου, id est ὅτι παρὰ τοῦ πατρὸς τὸν πόλεμον ἐξεδέξατο. Fieri non potest quin πρὸς τὴν πόλιν ad τοῦ πολέμου referatur, sed non est haec Graeca compositio pro τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τὴν πόλιν. Quanto melius est verba vel sic prorsus otiosa et superflua resecare. Tum in § 31. περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς κτΗσεως τῆς χώρας scrib. κτΙσεως.

Mendosum est ἀντιποιῇ in § 33. εἰ δ' ἀντιποιῇ κατὰ πόλεμον λαβὼν εἰκότως ἔχειν, nihil aliud loci sententia postulat et fert quam εἰ δ' ἀντιλέγεις, *sin tu contra contendis.*

In § 34 πάντες προσεῖχον ὡς ὑπερβολάς τινας [δυνάμεως] ἀκουσόμενοι λόγων, expuncto δυνάμεως omnia habebunt optime, et in § 36. ἤρετό με εἰ τῶν Ἀθήνησι πραγμάτων ἐπιλέλησμαι καὶ τὸν δῆμον καταπεπονημένον καὶ σφόδρα ἐπιθυμοῦντα τῆς εἰρήνης [εἰ μὴ μέμνημαι], reseca ista ab eo addita qui simul genitivum et accusativum ab ἐπιλέλησμαι pendere mirabatur, et in § 38 τοῦτο δ' ἦν ἄρα ἀγχόνη [καὶ λύπη] τούτῳ, ardens vocabulum ἀγχόνη non fert languidum et iners λύπη sibi superimpositum. et in § 39. scribe: ἐπειδὴ δὲ κατέςρεψεν εἰς φιλανθρωπίαν λόγους Φίλιππος καὶ τὸ συκοφάντημα διέπιπτεν αὐτῷ, futili annotatione post συκοφάντημα inserta: ὃ προειρή-

ἐμοῦ πρὸς τοὺς συμπρέσβεις οὗτος ὡς ἐσομένου πολέμου καὶ διαφορᾶς αἰτίου, quae et vitiose abundant et alieno loco posita sunt. Disiungi non possunt τὸ συκοφάντημα διέπιπτεν αὐτῷ.

Praeterea in § 35. ὁ Φίλιππος θαρρεῖν τε παρεκελεύετο καὶ μὴ νομίζειν ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις διὰ τοῦτο οἴεσθαί τι πεπονθέναι, pro οἴεσθαι sententia clamat requiri aliquid quod *malum*, *detrimentum*, *incommodum*, *molestiam* aliquam significet. Simplicissimum omnium erat Philippum dicere: μὴ νομίζειν — κακόν τι πεπονθέναι.

In § 36. σφόδρα πάνυ σκυθρωπάσας. audi Aelium Dionysium apud Photium v. Πάνυ σφόδρα: ἀνάπαλιν δ' οὐ λέγουσιν (Ἀττικοὶ) σφόδρα πάνυ. Quam saepe apud Comicos legitur πάνυ σφόδρα. Plato *de Legg.* p. 627. A. πάνυ γὰρ ἔςι [καὶ] σφόδρα τὸ τοιοῦτον, expunge importunam copulam.

Scire velim in § 40. ἐξαίφνης κατὰ τὴν ὁδὸν παραδόξως καὶ φιλανθρώπως πρὸς ἕκαςον διελέγετο, quid sit παραδόξως πρός τινα διαλέγεσθαι. Emendandum παραδόξως ὡς φιλανθρώπως, ut dicitur θαυμαςῶς ὡς, θαυμασίως ὡς, ὑπερφυῶς ὡς, ἀμηχάνως ὡς. Sexcenties talia leguntur apud Platonem, veluti in *Phaedone* p. 102. A. θαυμαςῶς γάρ μοι δοκεῖ Ὥς ἐναργῶς καὶ σμικρὸν νοῦν ἔχοντι εἰπεῖν ἐκεῖνος ταῦτα. *de Rep.* p. 331. A. εὖ οὖν λέγει θαυμαςῶς Ὥς σφόδρα. *Sympos.* p. 200. A. ἐμοὶ μὲν γὰρ θαυμαςῶς δοκεῖ, ὦ Ἀγάθων, Ὥς ἀνάγκη εἶναι. *Phaedon.* p. 95. A. τοῦτον τὸν λόγον θαυμαςῶς μοι εἶπας Ὥς παρὰ δόξαν. *Gorg.* p. 471. A. νῦν δὲ θαυμασίως Ὥς ἄθλιος γέγονεν. *Theaet.* p. 157. D. ἀλλ' ἔμοιγε — θαυμασίως φαίνεται Ὥς ἔχειν λόγον. *Theaet.* p. 155. C. ὑπερφυῶς Ὥς θαυμάζω. *Sympos.* p. 173. C. ὑπερφυῶς Ὥς χαίρω. *Gorg.* p. 496. C. ὑπερφυῶς Ὥς ὁμολογεῖ. *Phaedon.* p. 66. A. ὑπερφυῶς, ἔφη ὁ Σιμίας, Ὥς ἀληθῆ λέγεις. *de Rep.* p. 527. E. οἷς μὲν οὖν ταῦτα ξυνδοκεῖ ἀμηχάνως Ὥς εὖ δόξεις λέγειν. Hinc emenda locum in *Gorg.* p. 481. B. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ ὑπερφυῶς (Ὥς add.) σπουδάζειν, et in *Phaedone* p. 76. E. ὑπερφυῶς, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Σιμίας (Ὥς add.) δοκεῖ μοι ἡ αὐτὴ ἀνάγκη εἶναι. Eodem modo Oratores loquuntur. Demosthenes p. 844, 5. θαυμαςῶς ἂν Ὥς εὐλαβούμην. p. 969, 9. θαυμαςῶς Ὥς ἐλυπήθην, et sic Aeschines dixerat: παραδόξως Ὥς φιλανθρώπως πρὸς ἕκαςον διελέγετο.

In § 42. Κτησιφῶντος, ὅσπερ ἦν ἡμῶν πρεσβύτατος, ὑπερβολὴν

τινα ἑαυτοῦ παλαιότητος καὶ πλήθους ἐτῶν εἰπόντος καὶ προσθέντος ὡς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ [καὶ βίῳ] οὐ πώποθ' οὕτως ἡδὺν οὐδ' ἐπαφρόδιτον ἄνθρωπον ἑωρακὼς εἴη, eliminanda sunt verba molesta καὶ βίῳ, et in § 43. ταῦτα μέντοι — οὔτ' ἂν σὺ [πρὸς τὸν δῆμον εἴποις] οὔτ' ἂν οὗτος, ἐμὲ δὴ λέγων, τολμήσειεν εἰπεῖν πρὸς Ἀθηναίους [ὡς ἦν Φίλιππος δεινὸς εἰπεῖν καὶ μνημονικός]. Sentisne quantum sententiam adiuveris sublato emblemate πρὸς τὸν δῆμον εἴποις? et ταῦτα, quod veluti manu monstrat ea quae continuo praecedunt, non admittit interpretationem in exitu loci positam. Eodem indicio arguitur emblema in § 50. καὶ ΤΑΥΤΑ ἐπράττομεν [ἃ ἐνταυθὶ γέγραπται].

In § 49. in vetere libro erat scriptum

ἐφ' ἅπασι δ' ἡμῖν ἀνίσταται τελευταῖος
Δημοσθένης

et sic importunum τελευταῖος irrepsit in textum. In sqq. ὁρῶν ἐπισημαινόμενον τὸν δῆμον καὶ δεδεγμένον τοὺς παρ' ἐμοῦ λόγους, intercidit praepositio. Lege ΑΠΟδεδεγμένον.

In § 51. οὐκ ἂν πολύ τι καταδεΗC εἴη necessarium est καταδεέστερος.

In § 52. συμπιεῖν δεινὸς ἦν (ὁ Φίλιππος), Φιλοκράτης ὁ μεθ' ἡμῶν δεινότερος. accipitur vulgo συμπιεῖν δεινός eo sensu ac si esset συμποτικός, ἐπίχαρις καὶ ἐπιδέξιος ἐν τοῖς συμποσίοις, quod neque cum δεινός satis apte quadrat neque veri est simile Philocratem unum omnium Atheniensium venustissimum ac festivissimum fuisse. Una syllaba deleta Philippum et Philocratem ex eorum virtutibus ac meritis ornabit. Dixerat Aeschines ΠΙΘΙΝ δεινός — Φιλοκράτης — δεινότερος. In ea re Philocrates omnium consensu primas ferebat. Ne forte dubites inspice § 112. οὐκ εἶπον ὡς καλὸς εἶ — οὐδ' ὡς δεινὸς CΥΜπιεῖν, σπογγιᾶς τὸν ἔπαινον ὑπολαμβάνων τοῦτον εἶναι, nam spongia πίνει μὲν συμπίνει δ' οὔ.

Saepe factum est ut scribae lacerum aut perrosum librum nacti lacunas supplerent de suo, ut plurimum temere et inconsulto, ut in § 60. προγράψαι τοὺς πρυτάνεις ἐκκλησίας δύο κατὰ τὸν νόμον, ἐν δὲ ταύταις βουλεύσασθαι περὶ τῆς εἰρήνης Ἀθηναίους, ὅ, τι δ' ἂν βουλεύσηται ὁ δῆμος τοῦτ' εἶναι κοινὸν δόγμα τῶν συμμάχων. Dabitur mihi βουλεύσηται absurdum esse. Supererat ΟΤΙΔΑΝ * * * CΗΤΑΙ. Nulla est optio: unum solum

verbum rei accommodatum est ὅ, τι δ' ἂν ΨΗΦΙσηται ὁ δῆμος.

Laeditur auris et violatur Attica loquendi consuetudo § 61. προγράψαι δύο ἐκκλησίας, τὴν μὲν τῇ ὀγδόῃ ἐπὶ δέκα, τὴν δὲ τῇ ἐνάτῃ [ἐπὶ δέκα]. Dixit de hoc usu Porphyrius in Scholiis Venetis ad Iliad. K. 252, ubi et alia multa attulit et perapposite hos Eupolidis versiculos:

δωδέκατος ὁ τυφλός, τρίτος ὁ τὴν κάλην ἔχων,
ὁ σιγματίας τέταρτός ἐσιν ἐπὶ δέκα,
πέμπτος δ' ὁ πυρρός, ἕκτος ὁ διεσραμμένος.

cui supra τὴν κάλην reddidimus pro τὴν καλήν.

Loquendi vitium emblema arguit § 62. οἱ μὲν γὰρ ἀπεφήναντο ἀναμεῖναι [τὴν πόλιν] τὰς Ἑλληνικὰς πρεσβείας, nemo enim in tali re τὴν πόλιν nominat sed τὸν δῆμον. Nunc neutro opus.

In § 64. ὅτι δ' οὐ ψευδῆ μόνον κατηγόρηκεν ἀλλὰ καὶ ἀδύνατα γενέσθαι μίαν μὲν αὐτὸς καθ' αὑτοῦ [Δημοσθένης] μαρτυρίαν μαρτυρήσει. Potuitne molestum nomen alieniore loco interponi?

Redargui iam antea manifestam fraudem § 66. λόγων γὰρ μὴ προτεθέντων εἰς τὴν ὑσέραν ἐκκλησίαν τῶν δὲ προέδρων κωλυόντων οὐκ ἦν εἰπεῖν. Antiqua scriptura erat ΛΟΓΟΝ — ΠΡΟΤΙΘΕΝΤΩΝ, qua in λόγων — προτεθέντων corrupta homuncio nihili et δέ interposuit et κωλυόντων de suo commentus addidit. Grave vulnus erat sed sanabile, et in clara luce fraus patet.

In § 72. τὴν οὖσαν ὨμολογΗμένως Ἀθηναίων, Athenienses pro *omnium consensu* dicebant ὁμολογουμένως. Menander in Stob. *Floril.* xcviii. 8.

τὸν ὄνον ὁρᾶν ἔξεσι πρῶτα τουτονί.
οὗτος κακοδαίμων ἐσὶν ὁμολογουμένως.
τούτῳ κακὸν δι' αὐτὸν οὐδὲν γίγνεται,
ἃ δ' ἡ φύσις δέδωκεν αὐτὰ ταῦτ' ἔχει.

ubi corrig. τούτῳ ΔΕ κακόν et δέδωκεν αὐτΩΙ ταῦτ' ἔχει.

In § 74. περὶ μὲν σωτηρίας τῆς πόλεως οὐδΕΝ ΈΝεχείρουν λέγειν, requiritur οὐδ' ἐνεχείρουν.

Puerilia admodum et insulsa additamenta insunt in § 74. τῆς ἐν Σαλαμῖνι [πρὸς τὸν Πέρσην] ναυμαχίας et post pauca τὴν ἐν Πλαταιαῖς [πρὸς τοὺς Πέρσας] πεζομαχίαν. Multis post Aeschinem saeculis ludi magister ista puerulis tradebat, quae nunc pro Atticis legimus.

In § 75 sq. perelegans verborum compositio fulcris quibus-

dam inutilibus et rapidum orationis flumen tardantibus deformata est, quae satis habeo indicare: τὴν Τολμίδου ζηλοῦν ϛρατηγίαν [κελεύων], et post pauca: καὶ τὴν τελευταίαν ἀβουλίαν [φυλάξασθαι] et προκαλουμένων [αὐτοὺς] Λακεδαιμονίων et εἴ τις [τῆς] εἰρήνης μνησθήσεται. Praeterea scribe τὴν ἄκαιρον ΦιλονΙκίαν non ΦιλονΕΙκίαν, et τὴν Μαραθῶνι μάχην non ἐν Μαραθῶνι.

Iterum haeremus in luto § 79. ὁμολογῶ συμβουλεῦσαι τῷ δήμῳ διαλύσασθαι πρὸς Φίλιππον καὶ τὴν εἰρήνην συνθέσθαι, ἣν σὺ νῦν αἰσχρὰν νομίζεις οὐδεπώποθ' ἁψάμενος ὅπλων, ἐγὼ δὲ ταύτην εἶναι πολλῷ φημὶ καλλίω τοῦ πολέμου. Proponam locum ut mihi constituendus et scribendus esse videtur: ἣν σὺ μὲν αἰσχρὰν ὀνομάζεις ὁ οὐδεπώποθ' ἁψάμενος ὅπλων, ἐγὼ δὲ πολλῷ καλλίω τοῦ πολέμου. Nota et frequens confusio est inter νομίζειν et ὀνομάζειν. In Aristophanis *Nubibus* 847 in libris est:

φέρ' ἴδω σὺ τουτονὶ τίνα νομίζεις; εἰπέ μοι.

pro σὺ τοῦτον τί ὀνομάζεις; εἰπέ μοι. et sic passim errari videbis. Reperto semel ὀνομάζεις et oppositio apparet σὺ μέν — ἐγὼ δὲ et locus sponte in veterem formam redit.

In § 81. ἐγὼ γὰρ — ἃ μὲν εἶδον ὡς εἶδον ὑμῖν ἀπήγγειλα, ἃ δ' ἤκουσα ὡς ἤκουσα. τίνα οὖν ἦν ἑκάτερα ΤΟΥΤΩΝ [ἅ τε εἶδον ἅ τε ἤκουσα] περὶ Κερσοβλέπτου; Ne pueris quidem illa admonitione erat opus.

In § 87. emenda τεΜόντας τὰ τόμια — ἐξορκίζεσθαι, pro τέΜΝοντας, quoniam τεμόντες πρῶτον τὰ τόμια εἶτα ἐξωρκίζοντο.

In § 91. postquam scribam iussit προσανάγνωθι δὴ καὶ τὸν χρόνον ὅϛις ἦν, idque scriba peregit: ἀκούετε ὅτι Μουνυχιῶνος [ἐψηφίσθη] τρίτῃ ἱϛαμένου, ut omnes in tali re facimus ipsa verba Scti repetit nil addens de suo, multo minus aliquid interponens. Itaque fraus perpluit.

Dixerat paulo ante § 90 ἀκούσατε δὴ τῆς Χάρητος ἐπιϛολῆς, qua recitata quaerit: ὁ Κερσοβλέπτης πόσαις πρότερον ἡμέραις ἀπώλεσε τὴν ἀρχήν [πρὶν ἐμὲ ἀπιέναι]; ὥς φησι Χάρης [ὁ ς γὸς καὶ ἡ ἐπιϛολή]. Duplex emblema vides. Audiver iudices profectos esse legatos Μουνυχιῶνος τρίτῃ l verant Cersobleptem amisisse imperium Ἐλα φθίνοντος. Itaque πρὶν ἐμὲ ἀπιέναι spurium est

de se uno debebat dicere, sed πρὶν ἡμᾶς ἀπιέναι aut πρὶν τοὺς πρέσβεις ἀπιέναι. In Χάρης [ὁ στρατηγός] non puto mihi quemquam contradicturum, qui meminerit quam saepe apud Aeschinem στρατηγός aut ὁ στρατηγός editores summo iure deleverint. Magno malo suo Athenienses noverant ὅτι στρατηγὸς ἦν ὁ Χάρης. Quid est denique ὥς φησι Χάρης [καὶ ἡ ἐπιστολή]. Poterat dicere ὥς φησι Χάρης ἐν τῇ ἐπιστολῇ, sed prorsus inutile erat et superfluum. Χάρης καὶ ἡ ἐπιστολή, ut opinor, perridiculum est.

In § 93 vera lectio mihi haec esse videtur: καὶ σεμνολογεῖ ἡμῖν ὡς οὐκ εἰδόσιν ὅτι Δημοσθένους υἱὸς εἶ νόθος τοῦ μαχαιροποιοῦ. Vulgo legitur σεμνολογεῖς et οὐκ εἰδόσι τούτοις (unus liber τοῦτο) ὅτι. Apud veteres Atticos σεμνολογεῖσθαι erat in usu, ut δικαιολογεῖσθαι, ἀκριβολογεῖσθαι, ὑψηλολογεῖσθαι, alia. Demosthenes *de Fals. Leg.* p. 421. σὺ δ' ἐκεῖ — καταισχύνας τούτους ἐνθάδε σεμνολογεῖ. Sequiores alternant.

Male irrepsit ἔφη § 100. ἐπορεύετο δὲ λυσόμενος τοὺς αἰχμαλώτους, ὡς [ἔφη] καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀρτίως εἴρηκεν.

Obsecrat iudices § 102. καὶ πρὸς τῶν θεῶν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὥσπερ καὶ τῆς κατηγορίας ἠκούσατε ὡς αὐτὸς ὁ κατήγορος ἐβούλετο [εἰπεῖν], οὕτω καὶ τῆς ἀπολογίας [εὐτάκτως] ἀκούσατε. Interpolatum est primum εἰπεῖν. Audiverant iudices Demosthenem, ut ipse *volebat*, id est ἄνευ θορύβου καὶ ταραχῆς καὶ προσέχοντες τὸν νοῦν. Eodem modo, id est silentio et attente, sua verba audiri vult Aeschines. Sentisne εὐτάκτως quoque esse interpolatum? In oratione sic formata ὥσπερ καί — οὕτω καί non est adverbio locus, nedum tam inepto adverbio quale est εὐτάκτως de iudicibus dictum. Nempe εὐταξία et εὔτακτος et εὐτακτεῖν virtus est *puerorum* et *militum*, ut contra ἄτακτος, ἀταξία, ἀτακτεῖν et ἀτάκτημα in puerili petulantia solemnem sedem habent. Apud sequiores εὐτακτεῖν est *abstinere rebus venereis*, ut in lepido loco Suetonii in *Domitiano* 10. *post abductam uxorem laudanti vocem suam* ΗΕΥΤΑΣΕΟ *dixerat*, cui viri docti optime ΕΥΤΑΚΤΩ illo sensu reddiderunt. Nusquam autem minus habet εὐτάκτως loci quam apud Athenienses iudices.

Subest aliquid fraudis § 103 in his: καὶ περὶ τῶν ἄλλων διαλεχθῆναι καὶ περὶ τῶν αἰχμαλώτων [εἰπεῖν]. Nihil interest *inter* διαλεχθῆναι et εἰπεῖν, neque addito εἰπεῖν numerosior fit

oratio et ad aures iucundior accidit. Διαλέγεσθαι proprium verbum est de legatis, ut Latinum *agere*, πέμπειν πρέσβεις οἵ τινες διαλέξονται. Praemittitur τὰ ἄλλα, sicuti assolet, ut id quod sequitur magis appareat emineatque. Sed sic necessaria est vocula τε, ut apud Herodotum τά τε ἄλλα καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι, et ita millies apud omnes. Integer locus erit ubi correxeris: καὶ περί τε τῶν ἄλλων διαλεχθῆναι καὶ περὶ τῶν αἰχμαλώτων.

Laborat sententia § 107. ἐψηφίσαντο οἱ συμπρέσβεις, κατ' ἄνδρα ἐπερωτώμενοC ἕκαςOC ἡμῶν, ὅ τι νομίζει συμφέρειν τοῦτο λέγειν. Vitium loci aperiet apposita vera lectio: ἐψηφίσαντο οἱ πρέσβεις κατ' ἄνδρα ἐπερωτώμενοI ἕκαςON ἡμῶν ὅ τι νομίζει συμφέρειν τοῦτο λέγειν. Οἱ συμπρέσβεις sunt collegae mei, quasi non Aeschines quoque rogatus sententiam dixerit. Eadem opera exime vitium ex § 105. ὡς ἴσασι πάντες οἱ συμπρέσβεις [ἡμῶν] nullus enim pronomini locus est, et expunge τι § 107. ἂν εἴπω τι μὴ δέον ἢ πράξω [τι] τῶν μὴ προστεταγμένων.

Scholion irrepsit in § 109 διεξῄει τὰς ὑπηρεσίας τὰς ὑπηργμένας εἰς Φίλιππον αὐτῷ, πρώτην μὲν τὴν τοῦ Φιλοκράτους συνηγορίαν [ὅτε ἔφευγε παρανόμων ἐξεῖναι γράψας Φιλίππῳ πρέσβεις πρὸς Ἀθηναίους ὑπὲρ εἰρήνης πέμπειν]. Multo melius et diligentius ea exposuit Aeschines supra § 13, neque opus erat eadem negligentius exposita nunc iterare.

In § 113 καὶ μικρὰ προεῖπON — λέγων ὅτι πέμψειαν ἡμᾶς Ἀθηναῖοι [πρέσβεις] οὐκ ἀπολογησομένους ἐν Μακεδονίᾳ περὶ ἡμῶν αὐτῶν κτέ. Usitatum est legatorum exordium: ἔπεμψαν ἡμᾶς οἱ δεῖνα, neque quisquam in tali re πρέσβεις addit.

τὸ πρᾶγμα φανερόν ἐςιν, αὐτὸ γὰρ βοᾷ.

Tum repone προειπΩN — ΄ΕλεγON pro προεῖπον — λέγων.

Statim post § 144. βραχέα δ' ὑπὲρ τῶν ὅρκων προειπὼν ἐφ' οὓς ἥκομεν [ἀπολῃψόμενοι], interpolatum est participium, namque perinde est dicere ἥκομεν ἐπὶ τοὺς ὅρκους (ut saepius appellatur ἡ πρεσβεία ἡ ἐπὶ τοὺς ὅρκους), et ἥκομεν τοὺς
λῃψόμενοι, sed utrumque coniungere nul
praepositio in [ἐφ'] οὓς delenda est
dum. Hoc igitur praestat.

In § 115. ἅμα δ' ἐξ ἀρχῆς διε
τὴν πρώτην σύνοδον [γενομένην] τῶν

[αὐτῶν] ἀνέγνων κτέ. Neque participium γενομένην locum tueri potest neque pronomen αὐτῶν, sed sunt haec usitata et tralaticia sciolorum additamenta.

Praeter veterum consuetudinem τι repetitum legitur § 115. ἐάν τις — ἢ συνειδῇ τι ἢ βουλεύσῃ [τι] κατὰ τῶν ἱερῶν, et in sqq. ἀττικιστὶ scribendum Δωριᾶς — Μηλιᾶς, Φωκέας pro Δωριέρας — Μαλιεῖς, Φωκεῖς. In his omnibus scribae ad aequalium consuetudinem εὐεπίφοροι antiquas formas obliterant. Itaque statim Ἐρετριᾶ scribendum pro Ἐρετριέα et similiter passim in similibus. Ἀττικιστὶ enim non aliter dicitur quam οἱ Δωριῆς, οἱ Φωκῆς, οἱ Μεγαρῆς et τοὺς Φωκέας (ultima longa), τοὺς Μεγαρέας, et praecedente vocali τοὺς Δωριᾶς, τοὺς Μηλιᾶς, τοὺς Πλαταιᾶς, et in genitivis τοῦ Λευκονοῶς, τοῦ Στειριῶς et similia omnia. Turbant semper in his librarii, sed loci poëtarum, grammaticorum auctoritates, librorum optimorum testimonia, et menda antiquissima Attici moris indubitata indicia servaverunt. In antiquissimo Platonis Codice Parisino A vidi passim a prima manu scriptum fuisse γονῆς, γραφῆς, δρομῆς, βαφῆς, βασιλῆς, in quibus omnibus male sedulus corrector ῆ eraso εῖ substituit. Prima manus ubique dederat ἡγεῖ, εἴσει, αἱρεῖ, χρήσει, προκαλεῖ, διανοεῖ, ἐνθυμεῖ, et sim. omnia, corrector tantum non ubique ει erasit et ηι reposuit; etiam λήσει in barbarum λήσηι mutavit. Ubi erat πῶμα *correxit* πόμα, ubi Atticum ἤ dedit ἦν. Prima manus *ubique* servavit ἑωράκη, ἐπεπόνθη, ἐδεδοίκη, ἤιδη et ἤιδησθα, at ille supposuit ubique ειν pro η et ἤιδεισθα pro ἤιδησθα. Bis prima manus dederat οὐκ ἐτός, bis ille substituit absurdum ἐτῶς. I nunc et crede correctoribus! Quanto melius antiquas et genuinas scripturas ubique reponemus sive libri tamquam aves addicunt sive refragantur.

In § 116 τὴν ἀρχὴν τῆς ϛρατείας ταύτης ὁσίαν καὶ δικαίαν ἀπεφηνάμην εἶναι, in uno Codice est θείαν καὶ δικαίαν. Ostendimus alibi quam facile OCIOC in ΘΕΙΟC abierit et contra.

Concinnitas membrorum violata mendum patefacit in his § 117. παρ' ὧν μὲν βοηθεῖς οὐκ ἀπολήψῃ χάριν — οὓς δ' ἐγκαταλείψεις [ἀδικήσεις] χρήσῃ ἐχθροῖς μείζοσιν, ἀλλ' οὐ φίλοις. I ἡ συμμετρία veras lectiones demonstrat παρ' ὧν μὲν βοηθ — οὓς δ' ἐγκαταλείψεις. Quod autem pro ἀδικήσεις repo beck ἀδικήσας correxit scioli additamentum ad ἐγκατ

Εγκαταλείπειν est in periculo *destituere* et *deserere* eum, quem defendere ac tueri te oportebat, itaque inest semper ἐν τῷ τινα ἐγκαταλείπειν ἀδικία τις. Praeterea ἀττικιστὶ Aeschines dixerat ἀπολήψει et χρήσει et scribarum vitio non suo videtur in talibus quidem μακεδονίζειν.

Opponuntur inter se § 118. ὁ μηδὲν προθυμηθεὶς ἐργάσασθαι ἀγαθόν et ὁ μηδὲν ὧν ἦν δυνατὸς ἐλλείπων. Imo vero ἐλλιπών. Nonne? Nostra ubique optio est utrum λειπών an λιπών sit scribendum, ἄγων an ἀγαγών, βάλλων an βαλών, φεύγων an φυγών. Nullum umquam vidi Codicem, in quo haec omnia non temere inter se confunderentur. Non sunt tamen ad dignoscendum difficilia, neque ullus est locus in quo utrum sit verius ambiguus haereas. Post pauca in § 120 πράττειν ἀγαθὸν ὅ τι ἂν δυνώμεθα ex certa formula transponendum ὅ τι ἂν δυνώμεθα ἀγαθόν.

In § 120. τοὺς γὰρ μικροπολίτας ὥσπερ αὐτΟΤC φοβεῖν τὰ τῶν μειζόνων ἀπόρρητα. Est Graeci sermonis ἰδίωμα in talibus dicere ὥσπερ αὐτΟC, idque ipsum est in libris melioribus. Tum scrib. ταῦτα οὐ διηγΗCθαί με φησὶν ἀλλ' ἐπηγγέλθαι, pro διηγήσασθαι, et expunge emblema τὴν Εὔβοιαν παραδώσειν, quod cum caeteris non apte iunctum est.

In § 122. παρακληθεὶς ὑπ' ἐμοῦ μετὰ τῶν ἄλλων συμπρέσβεων ΚΑΙ ΔΙερωτώμενος εἰ [τἀληθῆ καὶ] ταὐτὰ ἀπαγγέλλω πρὸς Ἀθηναίους ἅπερ πρὸς Φίλιππον εἶπον. Scioli est τἀληθῆ καί. Melius Aeschines ταὐτὰ — ἅπερ καὶ (nam hoc de more addendum) πρὸς Φίλιππον εἶπον. Praeterea scribe καὶ ἐρωτώμενος. Saepe ΔΙ ex praecedente ΚΑΙ natum animadverti, neque verbo composito ΔΙερωτᾶσθαι *certatim rogare et rogari* quidquam hic loci est.

De Demosthene dicitur § 122 καὶ ἐπαινούντων με τῶν συμπρέσβεων ἐπανασὰς ἐπὶ πᾶσιν οὐκ ἔφη με ὥσπερ ἐκεῖ εἶπον οὕτως ἐν τῷ παρόντι λέγειν ἀλλ' ἐκεῖ διπλασίως ἄμεινον. In his ἐπανασάς recte diceretur si Demosthenes iratus ei in barbam aut in oculos involasset, nunc ἀνασάς requiritur et διπλασίῳ, non διπλασίως.

In § 124 ὁ Βυζάντιος Πύθων, ἄνθρωπος περὶ τὸ γράφειν λόγους μέγα φρονῶν. Nemo sic veterum loquitur: certo et constanti usu omnes ubique μέγα [illegible] τινι dicebant. Itaque summo iure H. Wolfius a [illegible] commemoratus ἐπὶ τῷ γράφειν restituebat. Cur [illegible] rei natura [illegible] τῷ re-

quiritur. Nemo umquam aliter quam sic locutus est, et vitium est ex tralaticiis, ubi non ε̄ et π̄ inter se confusa videbis?

In § 126 ἄγωμεν δὲ καὶ τοὺς οἰκέτας καὶ παραδιδῶμεν εἰς βάσανον. Res ipsa clamat ἄγω et παραδίδωμι vera esse. Tum rescribe καὶ τὸν μὲν λόγον εἰ συγχωρήσΕΤΑΙ ὁ κατήγορος καταλύCΩ, pro συγχωρήσει (unus liber συγχωρήσει ταῦτα) et καταλύω. Athenienses enim συγχωρήσομαι dicebant et futurum συγχωρήσεται *postulat* respondens sibi futurum καταλύσω.

Una tantum literula amissa compositionis venustatem corrupit § 130. ἀλλ' ἔμοιγε νὴ τοὺς θεοὺς οὑτοσὶ δοκεῖ τοῦτο μόνον λογίζεσθαι ὅπως μεταξὺ λέγων εὐδοκιμήσει, εἰ δὲ μικρὸν ἐπισχὼν δόξει πονηρότατος τῶν Ἑλλήνων εἶναι οὐδὲ μικρὸν φροντιζΕΙ. Erat, credo, ΦΡΟΝΤΙΖΕῙ, id est φροντίζειν. Respondent sibi inter se λογίζεσθαι et φροντίζειν ambo ex δοκεῖ suspensa.

Apud Aeschinem continuo sequitur § 131. τὸ γὰρ αὐτὸ ηὔξησέ τε τῶν ἐν Φωκεῦσι τυράννων τὰ πράγματα καὶ καθεῖλε· κατέςησαν μὲν γὰρ εἰς τὴν ἀρχὴν τολμήσαντες τῶν ἱερῶν χρημάτων ἅψασθαι καὶ διὰ ξένων τὰς πολιτείας μετέςησαν, κατελύθησαν δὲ [ἀπορίᾳ χρημάτων] ἐπειδὴ κατεμισθοφόρησαν τὰ ὑπάρχοντα. Sentisne quam impediat et oneret sententiam venustissime compositam insipidum et iners emblema ἀπορίᾳ χρημάτων? Perinde est ac si quis diceret: τέως μὲν ἐτρύφησεν ἔπειτα δ' ἐπείνησε κακῶς ἀπορίᾳ χρημάτων ἐπειδὴ κατέφαγε τὰ πατρῷα. In utroque exemplo omissis verbis ἀπορίᾳ χρημάτων et idem dicetur et idem multo melius et acrius dicetur.

In § 133. τοὺς μέχρι τριάκοντα ἔτη [γεγονότας] ἐξιέναι praeter Atheniensium consuetudinem inseruit aliquis γεγονότας. Cf. quae annotavimus ad Xenophontis *Anabasin* II. 3. 12.

Post pauca: καὶ τοῖς σπονδοφόροις τοῖς τὰς μυςηριώτιδας σπονδὰς ἘΠαγγέλλουσι μόνοι τῶν Ἑλλήνων Φωκῆς οὐκ ἐσπείσαντο. Requiritur in ea re aliud compositum ΠΕΡΙαγγέλλουσι pro ἘΠαγγέλλουσι, quia οἱ σπονδοφόροι singulis civitatibus τὰς σπονδὰς ἐπαγγέλλουσι (luculentum exemplum est apud Thucydidem V. 49), sed universis περιαγγέλλουσιν. Cf. Thucyd. I. 116. II. 10.

In sqq. καὶ οἱ τὰ μυςήρια ἐπαγγέλλοντες (leg. περιαγγ.) μόνους τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀπέφηναν Φωκέας οὐ δεδεγμένους τὰς σπονδὰς ἀλλὰ καὶ τοὺς δεῦρο ἐληλυθότας πρέσβεις δεδΗκότας.

Tolle foedum barbarismum et δεδΕκότας repone. Quis Grae-

corum umquam aliter dixit quam δέδεκα, δέδεμαι et ἐδέθην? sed in perfecti futuro δεδήσομαι dicebant, ut apud Homerum πέφαμαι (ex ΦΕΝΩ) πέφαται. πέφανται, habet futurum πεφήσομαι Iliad. O. 140.

ἢ πέφατ' ἢ καὶ ἔπειτα πεφήσεται.

Δεθείς reddendum est Anacreonti apud Athenaeum p. 533. E. ubi legitur:

πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ ΤΙθεὶς αὐχένα, πολλὰ δ' ἐν τροχῷ,
πολλὰ δὲ νῶτον σκυτίνῃ μάστιγι θωμιχθείς.

imo vero ἐν δουρὶ ΔΕθεὶς — πολλὰ δ' ἐν τροχῷ. Praesens τιθείς aperte cum loci sententia pugnat. Sed haec obiter: ad Aeschinem revertor.

Evidens mendum est in § 136. Λακεδαιμόνιοι — διηπείλΟΥΝ ΤΟῖς τῶν Θηβαίων πρέσβεσιν. Nemo διαπειλεῖν dicebat, sed omnes διαπειλεῖσθαι ex certa Graecitatis lege secundum quam verba omnia, quae *contentionem* et *certamen* significant cum διά componuntur et formam *mediam* assumunt, ut βοᾶν — διαβοᾶσθαι, λέγειν — διαλέγεσθαι, διατοξεύεσθαι, διακοντίζεσθαι, et alia quam plurima. Itaque et ἀπειλεῖν — διαπειλεῖσθαι. Unica tantum exceptio est: *poculis certare* dicitur διαπίνειν, sed etiam διαπίνεσθαι, ut in noto epigrammate:

ἡ διαπινομένη Καλλίστιον ἀνδράσιν

apud Athenaeum p. 486. c.

Caeterum vides unde vitium natum sit. Sexcenties sic confunduntur -ον et -οντο, -ουν et -οῦντο, -ει et εῖτο, -αν et -αντο, si sequitur τό, τότε, τούς aut simile quid ab ΤΟ incipiens.

Iterum duae literulae perierunt § 138 Θετταλῶν δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἀμφικτυόνων στρατευόντων, imo vero CTCTρατευόντων. Frequens admodum est in libris antiquis literarum Τ et Υ confusio.

Memorabilis imprimis est scripturae varietas § 142. τοὺς μὲν ἐξεβεβλήκειν, τοὺς δ' ἐκώλυσα κατελθεῖν, et post pauca: συλλεγέντες οἱ Φεύγοντες Βοιωτῶν ἤρηνταί μοι συνηγόρους. Pro ἐκώλυσα in Codd. e. k. l. ἀπέλυσα legitur et pro Φεύγοντες in e. l. προάγοντες. Absurda haec quidem sunt, et vulgata
tone sanior. Dicam unde ista nata sint In C
Φεύγοντες est γοντες. Nil supererat in vetusto li
* * ΓΟΝΤΕC, supplent homunciones nihili de m

vocabulum bene Graecum sententiae securi. ΓΟΝΤΕϹ superest, ergo *προάγοντες* supplent: at rei non convenit; quid ad illos? Viden' nunc unde ineptum *ἀπέλυσα* prodierit? Perspicuum est: erat * * * ΛΤϹΑ, supplent quod in buccam venit *ἀπέλυσα*. ineptum est id quidem. Ecquid eos talia curare putemus? Sed nos curabimus et memores erimus si quando loci sententia necessariam emendationem suggesserit et literarum ductus pertinaciter refragantur.

In § 142. *οἱ δὲ ἀναίτιοι ἀποθνήσκειν ἔμελλον συναγορέυοντος δ' ἐμοῦ διεσώθησαν*. Aeschines dixit et scripsit *ἐσώθησαν*, non *διεσώθησαν*. In *διασώζειν* et *διασωθῆναι* notio inest periculi, ex quo quis longo *intervallo* aut *loci* aut *temporis* tandem ereptus est, ut *εἰς τὴν πατρίδα διεσώθη* et *τὴν ἐλευθερίαν διασώζειν*, id est *perpetuo servare*. Sed quid exempla cumulem in re notissima? Memento tantum *δι* adhaerere nonnumquam scribarum vitio contra omnium Graece loquentium certam rationem et usum.

Cur *σωτηρίαν* omissum est in libris optimis § 143 *εἰς τὴν τοῦ σώματος (σωτηρίαν)*? Scribebatur *σ̄ριαν*, quod quid esset indocti nesciebant.

In § 145. *διαβολὴ δὲ ἀδελφόν ἐϛι καὶ συκοφαντία*. Haeccine Graeca sunt? Eodem iure dixeris *Κάϛωρ ἀδελφός ἐϛι καὶ Πολυδεύκης*. Apage ineptias et rescribe *ἀδελφόν ἐϛι συκοφαντίᾳ*, et in sq. dele alterum *ἐϛι* quod auri molestum: *φήμη μὲν ἐϛιν —, συκοφαντία δέ [ἐϛιν] κτέ*.

In § 147. *σχεδὸν πρεσβύτατος τῶν πολιτῶν* restitue *σχεδόν* ΤΙ *Πρεσβύτατος* Attico more. Sequens Π praecedens ΤΙ ut saepe alias absorpsit. In vicinia video ridiculum vitium *Φατρίας* pro *Φρατρίας*, de quo alibi dixi. Tum § 148. *ἡ μὲν ἐμὴ μήτηρ ἔφυγε μετὰ τοῦ [αὐτῆς] ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον*, cavit sciolus ne cum *alieno* viro exulasse putaretur.

Post pauca in libris melioribus est *ὡς ἀνὴρ ἐνεγράφης λειποταξίου* recte emendant *ὡς ἀνὴρ εἶ, ἐγράφης*, sed eadem opera *λιποταξίου* emendatum oportuit pro ΛΕΙποταξίου.

Inutile et molestum fulcrum orationis inseruit nescio quis § 149. *οὐκ ἀγεννεῖς διατριβάς, ὡς σὺ βλασφημεῖς, [ἔχων] ἀλλ' ἐν γυμνασίοις διατρίβων καὶ μετ' Ἰφικράτους συνεϛρατευμένος*. *Pendet* *διατριβάς* ex participio *διατρίβων*, neque *διατριβὰς ἔχειν*

dicitur et διατριβὴν ἔχειν et παρέχειν toto coelo diversum est.

In § 150 scrib. ἐτόλμησας δὲ ΚΑΙ κατὰ τῶν ἐμῶν κηδεςῶν εἰπεῖν, vulgo καί abest a sq. κατά absorptum.

In § 151. Bekkerus, quod raro facit, spreta vera lectione quam habent caeteri libri omnes, ex uno vitiosam et aperte mendosam recepit. Edidit enim: πότερα γὰρ ἂν προσδοκᾷς αὐτοὺς εὔξασθαι μυρίους ὁπλίτας ὁμοίους Φίλωνι γενέσθαι — ἢ τρισμυρίους κιναίδους ΟΙΟCπερ σύ; Si in omnibus libris constanter οἷόσπερ σύ esset scriptum tamen certa emendatione οἵουσπερ σύ esset rescribendum, quod habent libri praeter unum omnes. Non pendet iudicium de ea re ex uno alterove loco vel sic vel aliter in libris scripto, sed collectis undique et optimorum scriptorum locis et Codicum praestantiorum testimoniis ex hisce omnibus Graecitatis ratio et consuetudo colligenda et firmiter stabilienda erit. His igitur omnibus collectis et expensis mihi quidem compertum est hanc esse Atticis certam et perpetuam attractionem ut pro κιναίδους ΤΟΙΟΥΤΟΥC οἷόσπερ σὺ εἶ, dicatur κιναίδους οἵΟΥCπερ σύ, ut apud Aristophanem *Acharn.* 601.

νεανίας δ' οἵΟΥC σὺ διαδεδρακότας.

Ubi dicendum erat τῶν τοιούτων οἷόσπερ αὐτός ἐςιν, dicebant (Xenophon Hellen. I. 4. 16.): οὐκ ἔφασαν δὲ τῶν οἵΩΝπερ αὐτοC ὄντων εἶναι καινῶν δεῖσθαι πραγμάτων. Apud Demosthenem *Androt.* p. 613, 10: μισεῖν τοὺς οἵΟΥCπερ οὗτος, exhibent Codices longe omnium optimi S. F. U. Ibidem p. 617, 25. οὐδ' οἵΟΙCπερ CΥ χρώμενοι συμβούλοις ἐπολιτεύοντο, consentiunt optimi testes S. F. Y. O. r. t. In *Timocratea* p. 758, 6. ubi eadem verba leguntur: οὐδ' οἵΟΙCπερ CΥ χρώμενοι συμβούλοις ἐπολιτεύοντο, omnes ad unum Codices in ea scriptura conspirant. Apud Demosthenem *de Falsa Legat.* p. 399, 23. τοὺς χρόνους ἀναιρῶν τῆς ΟΙΑ παρ' ὑμῖν ἐςι πολιτείας pro οἵα F. Q. O. t. u. v. Servant οἵας. Itaque legendum τῆς ΟΙΑC παρ' ὑμῖν πολιτείας. Apud Oratorem incertum, sed Demostheni et Hyperidi aequalem, κατ' Ἀριςογείτονος p. 799, 9. editur: πρόσεςι τοῖς οἷοC οὗτός ἐςι τὴν φύσιν, meliores libri S. Y. O. omittunt τοῖς, sed legendum τοῖς οἵΟΙC οὗτος τὴν φύσιν, similiterque apud Demosthenem *de Fals. Leg.* p. 421, 16. ἵν' εἰδῆθ' ὅτι καὶ Σόλων ἐμίσει τοὺς οἷοC οὗτος τὴν φύσιν, quamquam

omnes libri in οἷος conspirant, tamen est manifestum τοὺς οἵOTC οὗτος τὴν φύσιν emendari oportere, eademque de causa ibid. pag. 383, 11. δεῖν δέ τινας φίλους ὑπάρχειν τοὺς ἕκαςα πράξοντας ἐν ὑμῖν αὐτῷ καὶ διοικήσοντας οἷON αὐτὸς δή restituendum οἵOTC αὐτὸς δή, id est τοιούτους οἷος αὐτὸς δή ἐςιν.

Pessime et Aeschinis locum et plerosque alios corrupit Dindorfius in annotatione ad Demosthenis *Androtion.* p. 613, 10, et omisit locum Xenophontis τῶν οἵΩNπερ αὐτOC ὄντων, qui vel solus controversiam omnem dirimit.

In § 151. καὶ τίς αὐτὸν εἶδε πώποτε ἀσχημονήσαντα ἢ μεθ' ἡμέραν, ὡς σὺ φής, [ἐν τῇ πομπῇ τῶν Διονυσίων] ἢ νύκτωρ; Inducenda sunt verba quae a caeteris seiunximus. Quis enim odiosa in se aut suos dicta citra necessitatem repetit et propagat qui sit paulo acutior homo et dicendi peritus? Neque quidquam huiusmodi in Demosthenis oratione legitur.

In § 152. ἑνὸς ἐρωτήματος ἕνεκα — ᾧ νῦν ἤδη χρήσομαι. quid sibi vult in tali re ἤδη? Corrige νῦν δή, ut τότε δή: in talibus δή auget et acuit vim adverbiorum, et νυνδή cum praeterito tempore coniunctum significat ἀρτίως, ὀλίγον ἔμπροσθεν, νῦν δή cum praesenti tempore et futuro componitur.

Post pauca editur: ποίᾳ κρατηθεὶς ἡδονῇ ἢ τί πώποτε ἄσχημον ἕνεκα χρημάτων πράξας; In melioribus est ποίων κρατηθεὶς ἡδονῶν, sed quia κρατηθείς cum genitivo soloecum est correxit aliquis ποίᾳ — ἡδονῇ, infeliciter admodum. Supererat ποίων ''ΤΗΘΕΙCἡδονῶν, in quo non κραΤΗΘΕIC latebat sed 'ΗΤΤηθείς ἡττηθείς.

In § 153. σκέψασθε γὰρ ἀφροσύνην ἅμα καὶ ἀπαιδευσίαν ἀνθρώπου, ὃς τοιοῦτον ἔπλασε τὸ περὶ τὴν 'Ολυνθίαν γυναῖκα ψεῦδος κατ' ἐμοῦ. Primum scribe τἀνθρώπου pro ἀνθρώπου. Tralaticium hoc vitium est: dicitur ἄνθρωπος cum contemtu et odio et maledictum est perinde ac τὸ θηρίον, τὸ κάθαρμα. Deinde pro ἔπλασε τό repone ἐπλάσατο τό. Quidquid quis de suo finxit et commentus de nihilo est id dicitur πλάσασθαι, non πλάσαι. Abundant exempla: unum indico in proxima vicinia § 153 τινὸς ὄνομα πλασάμενος ὃς ἔτυχε παρών. Apud Demosthenem p. 268, 2 emenda τί λόγους πλάττΕI pro πλάττεις.

Inficetum et frigidum additamentum tolli debet ex § 154. ἔςι γάρ τις [ἐπιδημῶν ἡμῶν εἰς τὴν πόλιν] 'ΑριςοΦάνης 'Ολύνθιος.

In uno tantum libro est ἐν τῇ πόλει ἡμῶν ἐπιδημῶν, quod quia est paulo melius Bekkerus recepit. Sed omnia ista spuria sunt et supervacanea et vitiose dicta. Aristophanes patria capta et solo aequata Athenis exulabat: non est hoc ἐπιδημεῖν ἐν τῇ πόλει, nedum ἐν τῇ πόλει ἡμῶν, et εἰς τὴν πόλιν ἐπιδημῶν multo etiam peius est. Arcte erant coniungenda ἔςι γάρ τις Ἀριςοφάνης, ut ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δόλων, et ἦν δέ τις ἐν τῷ ςρατεύματι Ξενοφῶν.

Recte editores Turicenses in § 156 scripserunt τὰς δ' ἀνοσίους ταύτας τέχνας, ἃς οὗτος πρὸς τοὺς νέους ἐπαγγέλλεται, expuncto τῶν λόγων, quod in aliis post ἀνοσίους, in uno post ταύτας, in quinque melioribus etiam post τοὺς νέους interpolatum est: sic solent emblemata incerta sede volitare et hoc ipso indicio facillime deprehenduntur.

In § 157. ὡς ἐγὼ — οὐ κατάσχοιμι τὴν ὕβριν ἀλλὰ — μαςιγοίην αἰχμάλωτον γυναῖκα. Quod in plerisque est μαςιγοῖμι rectissime ut ἀνάττικον ex paucis video correctum. Haud scio an non κατάσχοιμι pro κατασχοίην eodem vitio laboret. Facile MI et HN confundatur.

In § 158. εἰ ὑμεῖς αὐτῷ ἐπιςεύσατε — ἀδίκως ἀπωλόμην ἄν. Non est haec Attica compositio ἀδίκως ἀπωλόμην ἄν. In uno libro est ἀπωλόμην ἂν ἀδίκως. Atheniensium est dicere ἀδίκως ἂν ἀπωλόμην, sed quis haec perturbasset? Ἀδίκως interpolatum est. Omnia sunt in ἀπωλόμην ἄν. Quam esset hoc iniquum et se *innocentem* periturum fuisse satis, opinor, ex caeteris apparet.

Sequitur ἐάσετε οὖν τὸν τοιοῦτον αὐτοῦ προστρόπαιον, μὴ γὰρ δὴ τῆς πόλεως, ἐν ὑμῖν ἀναςρέφεσθαι, in multis post πόλεως additur ὥστε. Verum est ΤΗϹΠΟΛΕΩϹΓϵ, id est μὴ γὰρ δὴ τῆς πόλεώς γε. Viden unde ὥστε prodierit? In talibus Γϵ perpetuo additur. Aeschines de *F. L.* § 139 οὐ γὰρ δὴ φθονεῖς Γϵ μοι τῶν εἰς τὸ σῶμα τιμημάτων et § 166. οὐ γὰρ δὴ τῇ Γϵ ἀληθείᾳ. In Isocrate p. 317. B. Urbinas servavit: οὐ γὰρ δὴ τοῦτό Γ' ἐςὶν εἰκός, caeteri τοῦτό ἐςιν. Demosthenes p. 150, 19. [illegible] γὰρ ἐκεῖνό Γ' ἂν εἴποις, et p. 378, 3. οὐ γὰρ δὴ δι' Γϵ, et alibi passim. Simillimum est loco Aesc[illegible] apud Demosthenem est p. 295, 8. τίς οὐχὶ κατέπτυ[illegible] μὴ γὰρ τῆς πόλεως Γϵ μηδ' ἐμοῦ. Obiter emenda

Halic. F. p. 235. μὴ γὰρ δὴ ταῖς ψυχαῖς ΤΕ καὶ διαθέσεσιν.

In § 159. εἰς ἀνάμνησιν τῶν κατηγορημένων ἀγαγεῖν βούλομαι, melius, credo, est ΑΓΕΙΝ, quod sexcenties in tali periphrasi poni solet.

In § 161. Oratoris esse arbitror: ἐπλούτουν τινὲς ἐκ τοῦ πολέμου, νῦν δὲ πέπαυνται. εἰρήνη γὰρ ἀργίαν οὐ τρέφει. Acre hoc dictum et vehemens in libris hebetatur hoc scholio: ἀπὸ τῶν ὑμετέρων εἰσφορῶν καὶ τῶν δημοσίων προσόδων, quod post πολέμου interpolatum est. Futilia et plane otiosa haec verba sunt: vitium sonat αἱ ὑμέτεραι εἰσφοραί, *tributa vestra*, et an tu putas Athenienses in pace et in otio τῶν δημοσίων προσόδων ἀποσχέσθαι?

Molesta vocula vitiat locum § 163. καὶ τῷ [γε] δῆλος ἦν εἰ μή γε ὥσπερ ἐν τοῖς χοροῖς προῇδον; Quis vidit umquam τίς γε? *Quid agis?* Graece dici non potest πῶς ἔχεις γε; ut opinor.

Post pauca legitur εἰ δὲ — συνῇδον μετὰ τῶν ἄλλων συμπρέσβεων τὸν παιᾶνα, sed μετὰ τῶν ἄλλων πρέσβεων legendum est. Multae, ut paullo ante dixit, aderant Graecorum legationes. Hi omnes una epulabantur et una cantabant. Praeterea οἱ συμπρέσβεις recte dicitur, ut in hoc ipso loco ἐκλήθην ἐπὶ τὰ ξένια μετὰ τῶν συμπρέσβεων, sed non item οἱ ἄλλοι συμπρέσβεις.

In § 165 in fine: σὺ δὲ εὐσεβὴς ὁ τῶν συσπόνδων κατήγορος; recte expuncta sunt verba καὶ τῶν συσσίτων, quae vulgo post συσπόνδων collocata in plurimis libris non comparent. In uno est ὁμοσπόνδων, quae forma potior videtur.

In § 164. κατηγάγετε — Θηβαίους καὶ πάλιν τούτοις ἐμάχεσθε ἐν Μαντινείᾳ. Imperfecto ἐμάχεσθε nullus locus est. Melius Bekkerus ex uno libro recepit ἐμαχέσασθε, quod vel invitis libris omnibus de coniectura erat reponendum.

In § 171. οὐ τοὺς Δημοσθένους ὑμᾶς οὐκ ἐῶν προγόνους μιμεῖσθαι [οὐ γάρ εἰσιν], ἀλλὰ τῶν καλῶν τῇ πόλει βουλευμάτων ζηλωτὰς εἶναι παρακαλῶν. Primum haereo in τῶν καλῶν τῇ πόλει βουλευμάτων, et quae sit dativi τῇ πόλει ratio non exputo. Perspicuum est quod in uno libro legitur τῶν καλῶν καὶ τῇ πόλει σωτηρίων βουλευμάτων ζηλωτὰς εἶναι. At fortasse coniectura est, dixerit aliquis. Quid si bona est et felix?

Tum expunge absurdum emblema οὐ γάρ εἰσιν. Quis ferat

dicentem οὐ γὰρ ἔχει Δημοσθένης προγόνους? et vulgata propter *praesens* εἰσίν est etiam absurdior. Lepide Menander in Stobaei *Floril.* LXXXVI. 6.

οὐκ ἐρεῖς ὅτῳ
οὐκ εἰσὶ πάππποι. πῶς γὰρ ἐγένοντ' ἄν ποτε;
εἰ μὴ λέγειν δ' ἔχουσι τούτους διά τινα
τόπου μεταβολὴν ἢ φίλων ἐρημίαν,
τί τῶν λεγόντων εἰσὶ δυσγενέςεροι;

Apparet in vicinia emblema solitum § 172 ἡ πόλις ἡμῶν εὐδόξησε μετὰ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν [πρὸς τὸν Πέρσην] καὶ τῶν τειχῶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων πεπτωκότων. Haeccine ab Attico oratore addita esse serio credi! Ἀττικιςί haec omnia ὁ Πέρσης, ὁ Μῆδος, ὁ Μακεδών cum *contemtu* et *fastidio* dicuntur de rege Persarum et Macedoniae, ut apud Xenophanem Athenaei p. 54. E.

πηλίκος ἦσθ' ὅθ' ὁ Μῆδος ἀφίκετο;

et alibi passim, quod in h. l. non cadit. Praeterea quorsum spectat mentio moenium a barbaris deiectorum? neque haec apte composita sunt. Omnia essent plana et perspicua si foret scriptum καὶ τὴν τῶν τειχῶν τῶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων πεπτωκότων ἀνάςασιν. Compara Demosthenem in *Leptinea* p. 478 ubi, *multa sunt*, inquit, *Cononis praeclara*, κάλλιςον δὲ πάντων ἡ τῶν τειχῶν ἀνάςασις, et aptissime sic inter se opponuntur πεπτωκέναι et ἡ ἀνάςασις. *Nostra respublica* inquit, *maxima laude floruit post victoriam Salaminiam et moenium Urbis a barbaris deiectorum instauralionem.*

In § 172. καταςάντες πρὸς Λακεδαιμονίους εἰς πόλεμον — Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος προκηρυκευσαμένου [πρὸς Λακεδαιμονίους] ὄντος προξένου σπονδὰς [τοῦ πολέμου] πεντηκονταετεῖς ἐποιησάμεθα, ἐχρησάμεθα δὲ αὐταῖς ἔτη τριακαίδεκα. Multo melior orator est Aeschines quam historicus, nam scatent haec erroribus, quorum uno tamen absolvendus est scribendo Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου pro Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος, namque hoc quidem constabat inter omnes cum Spartanis de bello componendo per Cimonem πρόξενον ὄντα esse actum. Utar Theopompi testimonio ut v eximam. Theopompus apud Schol. in Aristid. II. p. 21 λέμου συμβάντος πρὸς Λακεδαιμονίους ὁ δῆμος μετεπέμψο Κίμωνα νομίζων διὰ τὴν προξενίαν ταχίςην ἂν αὐτὸν

ποιήσασθαι, imo vero τάχις' ἄν. Dabitur, credo, mihi insulse repetitum πρὸς Λακεδαιμονίους inducendum esse, et σπονδὰς ποιεῖσθαι esse satis, non σπονδὰς τοῦ πολέμου.

In § 174. τῆς εἰρήνης ἐπεθυμήσαμεν Ἀνδοκίδην δ' ἐκπέμψαντες πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς συμπρέσβεις εἰρήνην ἔτη τριάκοντα ἠγάγομεν, ἣ τὸν δῆμον ὑψηλὸν ἦρεν. Si quis et haec et praecedentia et ea quae sequuntur composuerit cum Andocidis quae fertur Oratione περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης, statim animadvertet alterum ab altero sua sumsisse et κλοπήν manifestam tenebit. Compone mihi cum iis quae supra adscripsimus haec Andocidea p. 24, 12 ἐπεθυμήσαμεν πάλιν τῆς εἰρήνης καὶ ᾑρέθησαν δέκα ἄνδρες ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων πρέσβεις εἰς Λακεδαίμονα περὶ εἰρήνης αὐτοκράτορες, ὧν ἦν καὶ Ἀνδοκίδης ὁ πάππος ὁ ἡμέτερος. οὗτοι ἡμῖν εἰρήνην ἐποιήσαντο (leg. ἐποίησαν) πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη τριάκοντα, et post pauca: αὕτη ἡ εἰρήνη τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων ὑψηλὸν ἦρε. Quid videtur? tenemusne furem manifestarium? Componamus et ea quae apud Andocidem p. 23, 40 leguntur cum iis quae modo ex Aeschine descripsimus. Andocides igitur sic: ἡνίκα τοίνυν ἦν μὲν ὁ πόλεμος ἡμῖν ἐν Εὐβοίᾳ, Μέγαρα δὲ εἴχομεν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα εἰρήνης ἐπεθυμήσαμεν καὶ Μιλτιάδην τὸν Κίμωνος (imo vero Κίμωνα τὸν Μιλτιάδου) ὠτρακισμένον καὶ ὄντα ἐν Χερρονήσῳ κατεδεξάμεθα δι' αὐτὸ τοῦτο πρόξενον ὄντα Λακεδαιμονίων ὅπως πέμψαιμεν ἐς Λακεδαίμονα προκηρυκευσόμενον περὶ σπονδῶν. καὶ τότε ἡμῖν εἰρήνη ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη ΠΕΝΤΕ καὶ ἐνεμείναμεν ἀμφότεροι ταύταις ταῖς σπονδαῖς ἔτη τριακαίδεκα. Venit ad haec mihi in mentem quod ad Caecilium dicit Cicero in *Divin.* § 43. »*Tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil laboras, et si quid* EX VETERE ALIQUA ORATIONE — *ediscere potueris praeclare te paratum in iudicium venturum arbitraris.* Aeschines quoque res a maioribus praeclare gestas enarraturus EX VETERE ALIQUA ORATIONE quae vellet descripsit. Neque est ea res infrequens. *Fecerunt alii item boni.* Componamus autem etiam alia pauca:

Andocides p. 24, 5.	Aeschines § 173.
πρῶτον μὲν τὸν Πειραιᾶ ἐτειχίσαμεν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, εἶτα τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ βόρειον, ἀντὶ δὲ τῶν τριήρων,	ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐτειχίσαμεν τὸν Πειραιᾶ καὶ τὸ βόρειον τεῖχος ᾠκοδομήσαμεν,

αἳ τότε ἡμῖν ἦσαν παλαιαὶ καὶ ἄπλοι, αἷς βασιλέα καὶ βαρβάρους καταναυμαχήσαντες ἠλευθερώσαμεν τοὺς Ἕλληνας, ἀντὶ τούτων τῶν νεῶν ἑκατὸν τριήρεις ἐναυπηγησάμεθα καὶ πρῶτον τότε τριακοσίους ἱππέας κατεσησάμεθα καὶ τοξότας τριακοσίους Σκύθας ἐπριάμεθα.	ἑκατὸν δὲ τριήρεις πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις ἐναυπηγησάμεθα, τριακοσίους δ' ἱππέας προσκατεσκευασάμεθα καὶ τριακοσίους τοξότας Σκύθας ἐπριάμεθα.

et paucis interpositis:

Andocides	Aeschines
ἀνηνέγκαμεν χίλια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν καὶ νόμῳ κατεκλείσαμεν ἐξαίρετα εἶναι τῷ δήμῳ, τοῦτο δὲ τριήρεις	χίλια μὲν γὰρ τάλαντα ἀνηνέγκαμεν νομίσματος εἰς τὴν ἀκροπολιν,
ἄλλας ἑκατὸν ἐναυπηγησάμεθα, καὶ ταύτας ἐξαιρέτους ἐψηφισάμεθα εἶναι, νεωσοίκους τε ὠκοδομησάμεθα, χιλίους τε καὶ διακοσίους ἱππέας καὶ τοξότας τοσούτους ἑτέρους κατεσήσαμεν καὶ τὸ τεῖχος τὸ μακρὸν τὸ νότιον ἐτειχίσθη.	ἑκατὸν δὲ τριήρεις ἑτέρας ἐναυπηγησάμεθα καὶ νεωσοίκους ὠκοδομήσαμεν, χιλίους δὲ καὶ διακοσίους ἱππέας κατεσήσαμεν καὶ τοξότας ἑτέρους τοσούτους καὶ τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ νότιον ἐτειχίσθη.

Apud Andocidem omnia sunt uberiora, Aeschines omittit quae minus in rem suam faciant. Iuvat et sequentia componere:

Andocides	Aeschines
πάλιν δὲ διὰ Μεγαρέας πολεμήσαντες καὶ τὴν χώραν τμηθῆναι προέμενοι καὶ πολλῶν ἀγαθῶν σερηθέντες αὖθις τὴν εἰρήνην ἐποιησάμεθα, ἣν ἡμῖν Νικίας ὁ Νικηράτου κατειργάσατο. οἶμαι δ' ὑμᾶς ἅπαντας εἰδέναι τοῦτο ὅτι διὰ ταύτην τὴν εἰρήνην ἑπτακισχίλια μὲν τάλαντα νομίσμα-	πάλιν δὲ εἰς πόλεμον διὰ Μεγαρέας πεισθέντες κατασῆναι καὶ τὴν χώραν τμηθῆναι προέμενοι καὶ πολλῶν ἀγαθῶν σερηθέντες εἰρήνης ἐδεήθημεν καὶ ἐποιησάμεθα διὰ Νικίου τοῦ Νικηράτου καὶ πάλιν ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἑπτακισχίλια τάλαντα ἀνηνέγκαμεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν διὰ

τος εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνηνέγκαμεν, ναῦς δὲ πλείους ἢ τετρακοσίας ἐκτησάμεθα, καὶ φόρος προσῄει κατ' ἐνιαυτὸν πλέον ἢ διακόσια καὶ χίλια τάλαντα, καὶ Χερρόνησόν τε εἴχομεν καὶ Νάξον καὶ Εὐβοίας πλέον ἢ τὼ δύο μέρη· τάς τε ἄλλας ἀποικίας καθ' ἕκαστον διηγεῖσθαι μακρὸς ἂν εἴη λόγος.

τὴν εἰρήνην ταύτην, τριήρεις δ' ἐκτησάμεθα πλοίμους καὶ ἐντελεῖς οὐκ ἐλάττους ἢ τριακοσίας, φόρος δ' ἡμῖν κατ' ἐνιαυτὸν προσῄει πλέον ἢ χίλια καὶ διακόσια τάλαντα καὶ Χερρόνησον καὶ Νάξον καὶ τὴν Εὔβοιαν εἴχομεν, πλείας δ' ἀποικίας ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις ἀπεστείλαμεν.

Haec quoque omnia apud Andocidem sunt meliora et diligentius exposita, veluti Εὐβοίας πλέον ἢ τὼ δύο μέρη, Aeschines properans Εὔβοιαν ponit totam. Quod est in libris Aeschinis τὴν χώραν ΝΕμηθῆναι προέμενοι, Wolfius et Valckenarius emendarunt. Apud Andocidem sine vitio scriptum τὴν χώραν Τμηθῆναι προέμενοι. Caeterum Andocides et Aeschines argumento esse possunt historiam minime esse opus oratorium: adeo omnia sunt apud eos perturbata et confusa et variis erroribus implicita, idque in historia populari neque admodum antiqua. Andocides ita dicit: καὶ τότε ἡμῖν εἰρήνη ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη ΠΕΝΤΕ καὶ ἐνεμείναμεν ἀμφότεροι ταύταις ταῖς σπονδαῖς ἔτη τριακαίδεκα. Aeschines contra: σπονδὰς [τοῦ πολέμου] πεντηκονταετεῖς ἐποιησάμεθα, ἐχρησάμεθα δὲ αὐταῖς ἔτη τριακαίδεκα. Quoniam omnia ab Andocide sumsit, non potuit in ea re ducem suum deserere, itaque haec in concordiam redigenda sunt, et aut πέντε concepit vitium aut πεντηκονταετεῖς. Uter igitur vera refert? Andocides, testimonium dicente Thucydide I. 112. ὕστερον δὲ διαλιπόντων ἐτῶν τριῶν σπονδαὶ γίγνονται Πελοποννησίοις καὶ Ἀθηναίοις ΠΕΝΤΑετεῖς. Omittit gravis auctor, dum summam rerum succincte exponit, πάντα τὰ κατὰ μέρος, Cimonem Periclis psephismate ab exilio revocatum πρόξενον ὄντα τῶν Λακεδαιμονίων προκηρυκεύσασθαί τε καὶ σπονδὰς ποιῆσαι. Haec nobis Andocides, Aeschines, Theopompus, Plutarchus narraverunt. Thucydides haec tantum: σπονδαὶ γίγνονται πενταετεῖς. Ergo bene habet ἔτη πέντε, et fallunt libri Aeschinis. Plurimi *errores ex* notis numeralibus suscepti nos fallunt etiam in ad-

iectivis compositis, et πεντηκονταετεῖς in verae lectionis πενταετεῖς locum irrepsit.

Acta haec sunt anno 450 a. Chr. uno anno ante Cimonis mortem. Quod autem magna cum gravitate narrat Andocides et Aeschines securus repetit: ἐχρησάμεθα δὲ αὐταῖς ἔτη τριακαίδεκα, vehementer falluntur et mirifice omnia miscent et confundunt. Sexto post inducias quinquennales anno (445 a. Chr.) simul Euboea et Megara deficiunt et Spartani, postquam induciarum exierat dies, infesto exercitu Atticam invadunt, Thucyd. I. 115. Periclis virtute et consilio expedita res est. Plistonax rex Spartanorum decem talentis a Pericle εἰς τὸ δέον impensis agro Attico excessit καὶ Ἀθηναῖοι πάλιν ἐς Εὔβοιαν διαβάντες Περικλέους στρατηγοῦντος κατεστρέψαντο πᾶσαν, Thucyd. l. l. et οὐ πολλῷ ὕστερον σπονδὰς ἐποιήσαντο πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους τριακοντούτεις ἀποδόντες Νίσαιαν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα καὶ Ἀχαΐαν· ταῦτα γὰρ εἶχον Ἀθηναῖοι Πελοποννησίων. Thucyd. ibid. Ex his manifestum est quantus sit error in Andocidis narratione: ἡνίκα τοίνυν ἦν μὲν ὁ πόλεμος ἡμῖν ἐν Εὐβοίᾳ, Μέγαρα δ' εἴχομεν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα — Κίμωνα τὸν Μιλτιάδου — κατεδεξάμεθα κτέ. Confundit annum belli Euboici (445) et τὰς τριακοντούτεις σπονδὰς μετὰ τὴν Εὐβοίας ἅλωσιν, cum anno 450 et Cimonis reditu et ταῖς σπονδαῖς ταῖς πενταετέσιν, sed prodesse aliquid nobis vel sic potest ad turpissimum mendum ex Thucydide redarguendum et corrigendum. Gerentes in Euboea bellum, inquit, εἴχομεν Μέγαρα καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα, Thucydides autem confecto bello Euboico et pactis induciis reddidisse Athenienses narrat Νίσαιαν (id est Μέγαρα) καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα καὶ ΑΧΑΙΑΝ. Absurdum est dictu Athenienses reddidisse Ἀχαΐαν, quam non habebant. Ostendi ad Hyperidis Ἐπιτάφιον non ΑΧΑΙΑΝ sed ΑΛΙΑϹ Thucydidem scripsisse, id est καὶ Τροιζῆνα καὶ Ἀλιᾶς, quos quia tam tenues erant et inopes, Andocides praeteriit, sed περὶ Ἀγ
quidem οὐδὲ γρῦ. Ergo illae sunt multum celebratae ind
de quibus Thucydides II. 2. τέσσαρα μὲν γὰρ καὶ δέκ
μειναν (scrib. ξυνέμειναν) αἱ τριακοντούτεις σπο
μετ' Εὐβοίας ἅλωσιν. Nunc igitur patet erro
schinis in ἐχρησάμεθα δὲ αὐταῖς ἔτη τριακα
de Cimonis induciis haec erant dicenda (an

duciis Periclis (anno 445) et omnia plana sunt et expedita. Caeterum oratores Atticos in historia Atheniensium et in rebus paullo antiquioribus neque admodum esse versatos et saepius induisse se in errores mirificos ac paene incredibiles alio loco ostendam.

Bis idem dicitur in vulgata Aeschinis scriptura § 176. *τοσαῦτ' ἔχοντες ἀγαθὰ πόλεμον δι' Ἀργείους πρὸς Λακεδαιμονίους ἐξηνέγκαμεν* [*πεισθέντες ὑπ' Ἀργείων*] multo melius idem dicitur verbis *δι' Ἀργείους*.

Quod continuo addit *οὐκ εἰρήνην ποιησάμενοι ἀλλ' ἐκ προσαγμάτων ἠναγκασμένοι* sumsit ab Andocide *de Pace* p. 24, 40: *εἰρήνην ἐξ ἴσου ποιοῦνται πρὸς ἀλλήλους* —, *σπονδὰς δὲ* [*ὅταν κρατήσωσι κατὰ τὸν πόλεμον*] *οἱ κρείττους τοῖς ἥττοσιν ἐξ ἐπιταγμάτων ποιοῦνται*, ubi dele emblema et putidam repetitionem *victores quando bello vicerint*. Iterum p. 25, 1. *τότε μὲν οὖν σπονδαὶ κατ' ἀνάγκην ἐξ ἐπιταγμάτων ἐγένοντο*.

Vitiose additum est *εἶναι* in § 176. *ὅθεν σοφωτάτην πάντες τὴν πόλιν ἡγήσαντο* [*εἶναι*], non enim *opinabantur* sapienter admodum Athenienses fecisse, sed omnes Atheniensium prudentiam in ea re admirabantur. Vide supra pag. 484.

In § 177 *κἀνταῦθα ἀναφύντος τοῦ δήμου* — *ἄνθρωποι παρέγγραπτοι* [*γεγενημένοι πολῖται*] *καὶ τὸ νοσοῦν τῆς πόλεως ἀεὶ προσαγόμενοι* — *εἰς τοὺς ἐσχάτους ἡμῶν κινδύνους τὴν πόλιν καθιστᾶσιν*. Expunge *γεγενημένοι πολῖται*, omnia sunt in *παρέγγραπτοι*, nam sic appellantur qui malis artibus in civitatem irrepserunt. Eadem opera emendabimus locum in Theophrasti *Charact.* cap. 28. *τούτου ὁ μὲν πατὴρ ἐξ ἀρχῆς Σωσίας ἐκαλεῖτο, ἐγένετο δ' ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος ἐπειδὴ δὲ εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφη*. Dixerat homo maledicus: *ἐγένετο δὲ* — *Σωσίστρατος ἐπειδὴ εἰς τοὺς δημότας* ΠΑΡ*ενεγράφη*. Non poterat enim militare anteaquam in civium tabulas irrepsisset.

Deinde apud Aeschinem ex uno libro tolle mirificam traiectionem et ordinem verborum naturalem repone *εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους τὴν πόλιν ἡμῶν καθιστᾶσιν* deinde *ἐξεταστὰ δὲ καὶ ἀποστολῆς* scribe *ἀττικιστί*, non *ἀποστολεῖς*.

Paucis interpositis editur *καταλύοντες δὲ τὴν εἰρήνην, ᾗ ἡ δημοκρατία σώζεται, συναγωνιζόμενοι δὲ τοῖς πολέμοις ἐξ ὧν ὁ δῆμος καταλύεται*. Numerosius multo ex uno libro recipiemus:

εἰρήνην ἐξ ἧς — τοῖς πολέμοις ἐξ ὧν. Laeditur auris etiam verbis καταλύοντες — καταλύεται, sed consuetum est dicere λύοντες δὲ τὴν εἰρήνην.

In § 179. ἀδελφοὶ δέ, οἱ διαζυγέντες ἐμοῦ ζῆν οὐκ ἂν προέλοιντο, male et vitiose abundat praepositio. Graecum est ζῆν οὐν ἂν ἑλοίμην aut οὐκ ἂν δεξαίμην, non προελοίμην, id est *in animum inducam*, *propositum mihi habeam*, et requiritur *vivere nolint*, *mori malint*, quam a me seiuncti vitam agere. Tum expunge μέν in his καὶ ταυτὶ [μὲν] τὰ μικρὰ παιδία καὶ τοὺς κινδύνους οὔπω συνιέντα, ἐλεινὰ (non ἐλεεινά) δ' εἴ τι συμβήσεται ἡμῖν παθεῖν, et in fine ἀνάνδρῳ καὶ γυναικείῳ τὴν ὀργὴν ἀνθρώπῳ pro ἀνθρώπῳ τὴν ὀργήν.

In § 180. παρακαλῶ δὲ [καὶ ἱκετεύω σῶσαί με] πρῶτον μὲν τοὺς θεούς, δεύτερον δ' ὑμᾶς τοὺς τῆς ψήφου κυρίους, dele emblema, quod paulo post recte ac suo loco legitur: καὶ δέομαι σῶσαί με καὶ μὴ τῷ λογογράφῳ καὶ Σκύθῃ παραδοῦναι.

In § 181. quum acriter et animose dixisset Orator: οὐ γὰρ ὁ θάνατος δεινὸν ἀλλ' ἡ περὶ τὴν τελευτὴν ὕβρις, corrupit omnia sciolus qui de suo φοβερά addidit post ὕβρις, ut solent isti ellipses in oratione commota et ardenti pueriliter supplere, ἃ πῶς ποτ', ὦ σιδηροῖ, ἐκαρτερεῖτε ἀκροώμενοι;

Similiter minuitur et extinguitur dicti acrimonia interpolato molesto pronomine § 183. ἐγὼ γὰρ — τοῦ μηδὲν ἀδικεῖν [ὑμᾶς] κύριος ἦν, τοῦ δὲ μὴ ἔχειν αἰτίαν ἡ τύχη. Innocentem esse et omni culpa vacare appellatur τὸ μηδὲν ἀδικεῖν, ut apud Oratores passim et in Menandreo:

τὸ μηδὲν ἀδικεῖν καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ.

In § 183 initio μικρὰ Δ' ΕΙΠΩΝ ἤδη καταβαίνω, tres literulae interciderunt, quas sic revoca: μικρὰ Δ' ΈΤΙ ΕΙπών. In tali re ἔτι semper additur.

In ultima § denique παρακαλῶ δὲ Εὔβουλον μὲν ἐκ τῶν πολιτικῶν —, Φωκίωνα δ' ἐκ τῶν στρατηγῶν, [ἅμα δὲ καὶ δικαιοσύνῃ διενηνοχότα πάντων] scholion vides, quod ex libri margine in textum se insinuavit. In [illegible] non poterat Aeschines tam *invidiosa* laude [illegible] στρατηγῶν minus apte et co[illegible]

CAPUT VI.

DE LOCIS APUD EURIPIDEM INTERPOLATIS AUT CORRUPTIS.

Euripidis Tragoediae, ed. A. KIRCHHOFF.
Berol. 1855.

Poëtae Scenici Graeci, ed. G. DINDORF.
Lips. 1869.

Tout ce qu' on dit de trop est fade et rébutant.
BOILEAU.

AESCHYLI Tragoedias aut SOPHOCLIS emendare ὡς μὲν βούλομαι οὐ δύναμαι, ὡς δὲ δύναμαι οὐ βούλομαι, neque mihi ex saepe repetita lectione quidquam animadversum et repertum est huiuscemodi, quod nunc lubenter in lucem proferrem. Contra in Euripide sunt compluscula, unde nunc partem delibare iuvat. Permulta esse in Euripideis fabulis interpolata constat inter omnes. Quae aliena manus aut histrionis alicuius aut scioli inseruit, eorum bonam partem Criticorum principes et olim et nostra memoria sollerter deprehenderunt et obelo confixerunt. Adhaeret tamen etiamnunc hic illic aliquid sordium, quod mihi quoties ad eadem revertor semper *fatuum est nauseamque creat*, ut ille ait, quia quae a poëta praeclare dicta sunt vitiant, debilitant, frangunt, aut saltem onerant. Accedit in multis error quidam aut negligentia dicendi, quae in Graeculos sero natos cadit, in Euripidem non cadit, et sic ferme sciolus tamquam sorex suo se indicio prodit. Non me fugit quam caute et circumspecte sit in tali argumento versandu *sunt enim* quaedam nonnumquam a poëta addita quae si

sent eadem ῥῆσις multo mihi quidem praestantior et pulchrior videretur, sed valet in iis illud:

σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔςω, ἐμοὶ δὲ τάδε,

vel, ut ipse Euripides loquitur, *Suppl.* 467.

σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δὲ τἀντία.

neque quidquam prodest de talibus multa disserere adversus eos qui *aliter* sentiunt ἐάν τε μᾶλλον ἐάν τε ἧττον αἰσθητικοὶ ὦσιν. Proferam duos tantum Euripidis locos, qui si uno versu essent breviores me quidem aliquanto magis et delectarent et commoverent, neque tamen fraudis vel erroris suspicionem mihi nisi tenuem ac levem excitarunt. Alter est in *Hecuba* vs. 564.

ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν.

molle ac tenerum carmen, de quo multum venustatis meo quidem sensu detrahit versiculus additus:

κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.

omnia enim sunt in εὐσχήμως πεσεῖν, quae verba quod tibi cogitandum et imaginandum relinquunt aliquanto melius est et praeclarius quam

κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.

sed aliter sentientem quo redarguam non habeo, atque sic ab ipso poëta scribi *potuisse* non infitior.

Fuerunt tamen olim qui versum expungerent, quod ex scholio ad h. l. colligitur: ἔπεσεν, inquit, εἰς τὸ κακόζηλον, ὅπερ κακίζουσιν οἱ ὀβελίζοντες, qui mihi quidem magis poëtam ipsum quam scribas castigare videntur. In praeclaro loco *Orest.* vs. 255.

ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ 'πίσειέ μοι
τὰς αἱματωποὺς καὶ δρακοντώδεις κόρας·
αὗται γὰρ αὗται πλησίον θρώσκουσί μου.

nil miror Nauckio, singularis acuminis et acerrimi iudicii viro, versum tertium male additum et melius abesse videri, sed Euripidis, si quid iudico, ea culpa est, non librariorum, namque Euripides, si quis alius veterum poëtarum, quandoque dormitat et sibi impar modo eximia fundit, modo ad futilia ac paene dixerim puerilia delabitur, quod [illegible] iudis iuniorum potissimum gratia ostendam. [illegible] regia puella magna gravitate ita quaerit.

πῶς ἂν τότ' ὢν παῖς ταὐτὰ νῦν ἔχοι φάρη,
εἰ μὴ ξυναύξοινθ' οἱ πέπλοι τῷ σώματι;

et in *Troadibus* vs. 1043. Menelaum monet Hecuba ne in suam navim Helenam recipiat:

μή νυν νεώς σοι ταὐτὸν εἰσβήτω σκάφος.

cui ille:

τί δ' ἔστι; μεῖζον βρῖθος ἢ πάροιθ' ἔχει;

suspicatur bonus Menelaus metuere Hecubam ne Helena *pondere* corporis navim deprimat. Difficile est ad haec non in cachinnos erumpere: sed sunt haec pauca ipsius poëtae ἐλαττώματα multis et eximiis compensata virtutibus, itaque manus abstinenda est.

Eadem ratio est loci in *Medea* 1078.

καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾶν μέλλω κακά,
θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

haec Medeae sunt animo ardentis et ira percitae, sed quod additur

ὅσπερ μεγίστων αἴτιος κακῶν βροτοῖς.

Euripidis est de natura et ingenio humano meditantis. Mallem equidem Medeam solam audire, sed poëtae aliter visum. Contra in multis aliis non cum poëta nobis res est sed aut cum histrionum et sciolorum natione, qui vetera carmina multis modis interpolarunt, aut cum lectoribus in ora libri adscribentibus alterius carminis locum, cuius sibi in Euripide legendo subiisset memoria, ut in *Hecuba* 826 ad haec Euripidea:

ποῦ τὰς φίλας δῆτ' εὐφρόνας δείξεις, ἄναξ;
ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων
χάριν τίν' ἕξει παῖς ἐμή;

de quo loco in diversum abeunt veterum grammaticorum sententiae. Nempe ad Sophoclis *Aiacem*. 520:

ἀλλ' ἴσχε κἀμοῦ μνῆσιν· ἀνδρί τοι χρεών
μνήμην προσεῖναι τερπνὸν εἴ τί που πάθοι.

pervetus et doctus grammaticus annotavit: αἰδημόνως αὐτὸν ὑπομιμνήσκει τὰ τῆς εὐνῆς. — ὁ δέ γε Εὐριπίδης μαστροπικώτατα εἰσάγει τὴν Ἑκάβην λέγουσαν· Ποῦ τὰς φίλας δῆτ' εὐφρόνας — χάριν τίν' ἕξει παῖς ἐμή; et ad Euripidis locum alius: οὐ μαστροπώδεις οἱ λόγοι ἀλλ' ἀφαιρεθεῖσα τὸν τύχης ὄγκον εἰς πᾶν ὁτιοῦν καταβαίνει — δι' ὧν ἔμελλε θηρᾶσθαι βοήθειαν.

Equidem multo magis illorum probo sententiam qui haec reprehendunt, quam horum qui excusant et Hecubae temporibus convenire iudicant. Sed quin ab ipso poëta profecta sint nemo dubitat. Sed non minus certum est alienos ab *Hecuba* Euripidea esse duos senarios 814. sq.

ἐκ τοῦ σκότου τε τῶν τε νυκτέρων βροτοῖς
φίλτρων μεγίστη γίγνεται βροτοῖς χάρις.

quae nescio unde sumta annotavit aliquis in margine, quoniam sententiam continebant iis quae Hecuba dixit plane similem, ut in Aeschyli *Prometheo* ubi Nereïdum chorus ita canit:

σύθην δ' ἀπέδιλος ὄχῳ πτερωτῷ.

in libri ora adscriptum est: γείτονες ἄζωστοι ἔκιον. legenti enim Aeschylea nescio cui in mentem venit versiculi Hesiodei:

γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.

Expromam primum locos Euripideos complusculos, quos quoties relego semper mihi gravis interpolationis suspicio subit animum.

In *Hippolyto* vs. 1429. Diana ἀπὸ μηχανῆς ad Hippolytum exspirantem ita dicit:

καὶ σοὶ παραινῶ πατέρα μὴ φυγεῖν σέθεν, —
καὶ χαῖρ'· ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾶν
οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς.

omnia habent optime et graviter et magnifice dicta sunt. Sed ecce accedit alius versus inficetus et insulsus, qui corrumpit omnia:

ὁρῶ δέ σ' ἤδη τοῦδε πλησίον κακοῦ.

arguit fraudem vitiosa Graecitas: dixisset saltem:

ὁρῶ δέ σ' ΌΝΤΑ τοῦδε πλησίον κακοῦ.

sed sequiores Graeculi necessarium esse ὄντα neque sentiebant neque sciebant. Quanto melius resecto emblemate *prorsus idem* dicitur!

In eadem fabula vs. 906. animose quaerit ex Theseo filius:

τί χρῆμα πάσχει; τῷ τρόπῳ διόλλυται;

assuerunt pannum hunc:

πάτερ, πυθέσθαι βούλομαι σέθεν πάρα.

sunt haec Gregorio Nazianzeno quam Euripide digniora.
Iytus paullo ante dixerat: βουλοίμην δ' ἂν ἐκ σέθε·
puncto additamento relege locum aut a bono his
et senties quid distent aera lupinis.

In *Andromache* vs. 6.

νῦν δ' εἴ τις ἄλλη δυςυχεςάτη γυνή,
ἥτις πόσιν μὲν Ἕκτορ' ἐξ Ἀχιλλέως
θανόντ' ἐσεῖδον παῖδά θ' ὃν τίκτω πόσει
ῥιφθέντα πύργων Ἀςυάνακτ' ἀπ' ὀρθίων,
αὐτὴ δὲ δούλη.

inseruit hisce nescio quis post ὀρθίων inficetum hunc senarium:

ἐπεὶ τὸ Τροίας εἷλον Ἕλληνες πέδον.

qui praeterquam quod vitiose abundat (satis enim intelligimus id *capta urbe* evenisse) loci compositionem impedit corrumpitque.

Non est multo melior is, quem vs. 67 interpolarunt:

τί δρῶσι; ποίας μηχανὰς πλέκουσιν αὖ;
[κτεῖναι θέλοντες τὴν παναθλίαν ἐμέ.]

et vs. 198.

εἶπ', ὦ νεᾶνι, τῷ σ' ἐχεγγύῳ λόγῳ
πεισθεῖσ' ἀπωθῶ γνησίων νυμφευμάτων;
ὡς τῆς Λακαίνης ἡ Φρυγῶν μείζων πόλις
τύχῃ θ' ὑπερθεῖ κἄμ' ἐλευθέραν ὁρᾷς;
ἢ τῷ νέῳ τε καὶ σφριγῶντι σώματι
πλούτου τε μεγέθει καὶ φίλοις ἐπηρμένη;
[οἶκον κατασχεῖν τὸν σὸν ἀντὶ σοῦ θέλω.]

imo vero ἀπωθῶ γνησίων νυμφευμάτων, quorum immemor histrio aliquis aut sciolus sententiam sibi explendam esse opinatus est.

Iterum nos ludunt vs. 273.

δεινὸν δ' ἑρπετῶν μὲν ἀγρίων
ἄκη βροτοῖσι θεῶν κατασῆσαί τινα,
ὃ δ' ἔς' ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω
οὐδεὶς γυναικὸς φάρμακ' ἐξεύρηκέ πω.
[κακῆς· τοσοῦτόν ἐσμεν ἀνθρώποις κακόν.]

Euripidea sunt, me iudice, haec:

ὃ δ' ἔς' ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω
ΓΥΝΑΙΚΟΣ οὐδεὶς φάρμακ' ἐξεύρηκέ πω.

reliqua reddemus sciolo, qui loci vim fregit sententiamque vitiavit. Omnia sunt in γυναικός, quod *suo* loco reposuimus.

Peiorem etiam senarium interpolatum videbis vs. 810.

πόσιν τρέμουσα μᾶντὶ τῶν δεδραμένων
ἐκ τῶνδ' ἀτίμως δωμάτων ἀποςαλῇ.

non esse satis putavit aliquis et addidit de suo:

[ἢ κατθάνῃ κτείνασα τοὺς οὐ χρῆν κτανεῖν.]

quis nostrum non multo meliorem senarium pangere possit? Mirum est quanta fuerit infantia et incogitantia eorum, qui haec olim sic contaminarunt. In fabulae initio vs. 5.

ζηλωτὸς ἔν γε τῷ πρὶν Ἀνδρομάχῃ χρόνῳ,
νῦν δ' εἴ τις ἄλλη δυςυχεςάτη γυνή.

quid his verbis potest esse simplicius et apertius, sed histriones quid designaverint vide. Legebant νῦν ΔΗ τίς ἄλλη et commenti sunt de suo:

ἐμοῦ πέφυκεν ἢ γενήσεταί ποτε;

ubi δυςυχεςάτη *pro comparativo esse* inepti opinantur. Fraus est a veteribus deprensa: οἱ ὑποκριταί, inquiunt, τὸν ἴαμβον προσέθηκαν ὑπονοήσαντες εἶναι τὴν γραφὴν ΔΗ ΤΙC, ἵν' ᾖ οὕτως· νῦν δὴ τίς ἄλλη, καὶ ἀντὶ τοῦ συγκριτικοῦ τὸ δυςυχεςάτη φασίν, imperite, ut vides, et inepte, ut nihil supra. Itaque siquando in similia hisce incideris memento unde talia olim nascerentur.

Non illepidum est quod histriones in *Oreste* 1366 commenti sunt. Qui de summo tecto regiae trepidans se deiicere debebat idque se fecisse clamat:

ἐκ θανάτου πέφευγα —
κεδρωτὰ παςάδων ὑπὲρ τέραμνα.

is quo minus id faceret minusque in periculo foret tres versiculos de suo commentus est hosce:

ἀλλὰ κτυπεῖ γὰρ κλῇθρα βασιλείων δόμων,
σιγήσατ'· ἔξω γάρ τις ἐκβαίνει Φρυγῶν,
οὐ πευσόμεσθα τἀν δόμοις ὅπως ἔχει.

deinde citra capitis periculum percommode ex regia egreditur foras. Aperuit fraudem veterum aliquis, cuius hanc animadversionem in Codicibus Marciano et Vaticano reperi: ἐξιών τις ψοφεῖ. τοῦτο γὰρ ἔθος ταῖς θύραις. τούτους δὲ τοὺς τρεῖς ςίχους οὐκ ἄν τις ἐξ ἑτοίμου συγχωρήσειεν Εὐριπίδου εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν ὑποκριτῶν, οἵτινες ἵνα μὴ κακοπαθῶσιν ἀπὸ τῶν βασιλείων δόμων καθαλλόμενοι παρανοίξαντες ἐκπορεύονται τὸ τοῦ Φρυγὸς ἔχοντες σχῆμα καὶ προσωπεῖον, ὅπως ἂν διὰ θυρῶν εὐλόγως ἐξιόντες φαίνωνται. acutissime vidit quisquis est et vera monet. Verissimum etiam est quod addit: ἐξ ὧν δὲ αὐτοὶ λέγουσιν ἀν-

τιμαρτυροῦσι τῇ διὰ τῶν θυρῶν ἐξόδῳ. Φανερὸν γὰρ ἐκ τῶν ἑξῆς ὅτι ὑπερπεπήδηκεν. Rem certam et manifestam tamen neque Kirchhoffio probavit neque Dindorfio. In priore parte scholii deest aliquid ad sententiae integritatem, quod in hunc ferme modum explendum arbitror: ὅπως οὖν διὰ τῶν θυρῶν εὐλόγως ἐξιόντες φαίνωνται τοὺς τρεῖς τούτους στίχους παρενέβαλον.

In *Troadibus* vs. 18.

πολὺς δὲ χρυσὸς Φρύγιά τε σκυλεύματα
πρὸς ναῦς Ἀχαιῶν πέμπεται· μένουσι δέ
πρύμνηθεν οὖρον ὡς δεκασπόρῳ χρόνῳ
ἀλόχους τε καὶ τέκν' εἰσίδωσιν ἄσμενοι.

satis erat perspicuum μένουσι δὲ πρύμνηθεν οὖρον κτέ. de quibus diceretur. Tamen male sedulus aliquis subiecit de suo senarium perineptum:

οἱ τήνδ' ἐπεστράτευσαν Ἕλληνες πόλιν,

quem si nihil aliud importuna sedes suppositum esse argueret.

Ibid. vs. 239.

Ἑκάβη, πυκνὰς γὰρ οἶσθά μ' εἰς Τροίαν ὁδούς
ἐλθόντα κήρυκ' ἐξ Ἀχαϊκοῦ στρατοῦ.
[ἐγνωσμένος δὲ καὶ πάροιθέ σοι, γύναι.]
Ταλθύβιος ἥκω καινὸν ἀγγέλλων λόγον.

Bis idem dicitur intolerabilem in modum in οἶσθά με et ἐγνωσμένος σοι: praeterea in ἐγνωσμένος Δ∈ nullus est particulae locus, neque γύναι recte habet post Ἑκάβη. Adscriptus est in margine senarius ex alia Tragoedia:

ἐγνωσμένος δὲ καὶ πάροιθέ σοι, γύναι.

nam saepe Talthybius in Tragoediis Agamemnonis mandata perferebat, ut in *Hecuba* 499.

Ταλθύβιος ἥκω Δαναΐδων ὑπηρέτης
Ἀγαμέμνονος πέμψαντος, ὦ γύναι, μέτα.

In *Ione* vs. 1401. leve mendum perite correctum latentem interpolationem patefecit. Editur:

ὁρῶ γὰρ ἄγγος οὗ 'ξέθηκ' ἐγώ ποτε
σέγ', ὦ τέκνον, μοι βρέφος ἔτ' ὄντα νήπιον,
Κέκροπος ἐς ἄντρα καὶ Μακρὰς πετρηρεφεῖς.

credebant οὗ 'ξέθηκα esse ὅπου, ἵνα, ἐν ᾧ. Badhamus me docuit legendum esse οὐξέθηκ' ἐγώ ποτε, id est ὁρῶ τὸ ἄγγος ὃ ἐξέθηκα. Itaque mala manus inseruit olim:

σέγ', ὦ τέκνον, μοι βρέφος ἔτ' ὄντα νήπιον,

inficetum senarium, in quo et ΓΕ offendit sine ratione additum et inutile μοι et ἔτ' ὄντα βρέφος νήπιον, quasi non satis intelligeretur recens natum puerum a matre fuisse expositum. Simul arcte coniunguntur, ut erat necesse, ὃ ἐξέθηκα Κέκροπος ἐς ἄντρα καὶ Μακρὰς πετρηρεφεῖς, quem versum ob vulgatae vitium molestum et fere sensu vacuum nonnulli delendum censuerunt. Nunc reperta vera lectione in tuto est.

Histriones quam mali et miselli poëtae sint indicio est Rhesi prologus ab iis suppositus partim servatus in fabulae Argumento: ἕτερός τις φέρεται πρόλογος πεζὸς πάνυ καὶ οὐ πρέπων Εὐριπίδῃ. καὶ τάχα ἄν τινες τῶν ὑποκριτῶν διεσκευακότες εἶεν αὐτόν. deinde versiculos affert quales Tzetzes conscribillare solebat, in quibus non est mica salis ac dubites sitne sententia ineptior an verba. Contemnimus ista et ridemus, sed latitant etiam nunc apud Euripidem versiculi eiusdem farinae ab huiusmodi poëtastris interpolati, qui ne nos ludificentur semper sedulo cavendum.

Venio nunc ad locos quosdam Euripideos mendo affectos, quorum vera lectio nondum est a Criticis reperta. Laborat sententia in *Hecuba* vs. 310.

οὔκουν τόδ' αἰσχρὸν εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ
χρώμεσθ' ἐπεὶ δ' ὄλωλε μὴ χρώμεσθ' ἔτι;

In tali re oppositionis ratio postulat ut duo *diversa* tempora vel modi inter se componantur, ut in *Electra* vs. 336.

αἰσχρὸν γὰρ εἰ πατὴρ μὲν ἐξεῖλεν Φρύγας,
ὁ δ' ἄνδρ' ἕν' εἷς ὢν οὐ δυνήσεται κτανεῖν;

Frequens est illa compositio ut ex αἰσχρόν, δεινόν, ἄτοπον, ἄλογον et sim. bimembris sententia suspendatur, quarum altera id quod factum est narrat, altera id quod quis negat aut futurum esse aut fieri oportere, ut in Aristophanis *Pluto* vs. 329.

δεινὸν γὰρ εἰ τριωβόλου μὲν οὕνεκα
ὠφιζόμεσθ' ἑκάστοτ' ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ,
αὐτὸν δὲ τὸν Πλοῦτον παρείην τῷ λαβεῖν.

quibus similia leguntur apud omnes, praesertim apud Oratores. In Cyropaed. IV. II. 46. δεινὸν γὰρ τὰν εἴη, ὦ Κῦρε, εἰ ἐν θήρᾳ ΜΕΝ πολλάκις ἄσιτοι καρτεροῦμεν, — ὄλβον ΔΕ ὅλον πειρώμεν

θηρᾶν [εἰ] ἐμποδών τι ποιησαίμεθα γενέσθαι ἡμῖν; — [οὐκ ἂν πρέποντα ἡμῖν δοκοίημεν ποιεῖν], duplex emblema facile agnoscitur. Itaque Euripides quoque ita dixerat:

οὔκουν τόδ' αἰσχρὸν εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ
'Εχρώμεθ' ὡς δ' ὄλωλε μὴ χρΩΙμεσθ' ἔτι;

ubi semel 'Εχρώμεθ' amisit primam literam reliqua facile in vulgatam formam reficta sunt. In libris perantiquis prima cuiusque versus litera ab alio scriba rubro colore appingebatur, unde crebri errores nati sunt, ut in *Rheso* vs. 967. quum esset in vetusto libro:

* AION δὲ πένθος τῆς θαλασσίας θεοῦ | οἴσω.

stupor hominis explevit βαιόν, quum ῥᾷον ('PAION) deberet; sed nusquam peius erratum quam in *Electra* vs. 654, ubi erat in vetere libro:

* ϵX' ἡλίους ἐν οἴσιν ἀγνεύει γυνή,

pro (Δ)έχ' ἡλίους, sed substituit homuncio λέγ' ἡλίους sine sensu.

Una opera idem mendum tribus locis repetitum tollere licet. In *Phoenissis* editur vs. 155.

ποῦ δ' ὃς ἐμοὶ μιᾶς γένετ' ἐκ ματρός;

et in *Oreste* vs. 499.

αὐτὸς κακίων ἐγένετο μητέρα κτανών.

et in Aristophanis *Avibus* vs. 701.

ξυμμιγνυμένων δ' ἑτέρων ἑτέροις γένετ' οὐρανὸς 'Ωκεανός τε.

Porsonus, quod rarissime facit, versum elumbem et immodulatum procudit hunc:

αὐτὸς κακίων μητέρ' ἐγένετο κτανών.

tribrachys in ea divisione verborum non recte ponitur et multo severioribus legibus et dactyli usus et tribrachi in Tragoedia regitur, de qua re alibi dicam. Simplex admodum horum locorum emendatio est et eadem omnium. Corrig. ὃς ἐμοὶ μιᾶς ΓϵΓΟΝϵΝ ἐκ ματρός, et κακίων ΓϵΓΟΝϵ μητέρα κτανών, et ΓϵΓΟΝ' οὐρανός. De vivis et superstitibus perfectum γέγονα dicitur, γεγονὼς ἀφ' Ἡρακλέους, γέγονα οὐκ ἔλαττον ἢ τριάκοντ' ἔτη, *fratres* sunt οἱ ὁμόθεν γεγῶτες, et sic passim.

In *Phoenissis* vs. 418.

ἦν ταῦτα· κᾆτά Γ' ἦλθεν ἄλλος αὖ φυγάς.

intolerabile istud γε sexcenties a sciolis πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ

ῥυθμοῦ interpolatum compluribus locis etiamnunc reclamante sententia pertinaciter adhaeret. Corrig. κᾆτ' 'ΕΠῆλθεν ἄλλος. In *Hippolyto* vs. 696.

εἰ δ' εὖ Γ' ἔπραξα κάρτ' ἂν ἐν σοφοῖσιν ἦν.

vera lectio est: εἰ δ' 'ΕΞέπραξα et ᾗ pro ἦν. In *Hecuba* vs. 588. leg. δίοιδε ταἰσχρόν pro οἶδεν τό Γ' αἰσχρόν, et vs. 757. cum Porsono τίνος πρὸς ἄλλου; pro ineptissimo τίνος Γ' ὑπ' ἄλλου; In *Hippolyto* vs. 474.

ἄνθρωπος οὖσα κάρτα Γ' εὖ πράξειας ἄν,

emenda: κάρτ' ᾽ΑΝ εὖ πράξειας ἄν.

Vocula ἄν bis terve repetita passim reperitur, ut in *Andromache* vs. 914.

οὐκ ἂν ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις
βλέπουσ' ἂν αὐγὰς τἄμ' ἐκαρποῦτ' ἂν λέχη.

et in *Troad.* vs. 1233.

ἀφανεῖς ἂν ὄντες οὐκ ἂν ὑμνηθεῖμεν ἄν.

In *Alcestide* vs. 731.

εἴθ' ἀνδρὸς ἔλθοις τοῦδέ Γ' ἐς χρείαν ποτέ.

quam facile est emendare τοῦδ' ᾽ΕΤ' ἐς χρείαν. ut vs. 748.

γηράσκετ'· οὐ γὰρ τῷδέ Γ' ἐς ταυτὸν ϛέγος.

Elmsleius τῷδ' ᾽ΕΤ' ἐς ταυτόν correxit. In *Rheso* vs. 622. Dindorfium edidisse video:

Διόμηδες, ἢ σὺ κτεῖνε Θρῄκιον λεών
ἢ 'μοὶ πάρες ΓΕ, σοὶ δὲ χρὴ πώλων μέλειν.

bellissimum est πάρες ΓΕ pro παράσχες. Excidit syllaba in *Ione* vs. 373.

᾽μή γ' ἐπ' οἴκτόν μ' ἔξαγ' οὗ λελήσμεθα.

supple μή, μή γε, contra inserendum γε in vs. 306.

Εὔβοι' 'Αθήναις ἔϛι τις γείτων πόλις.
Β. ὅροις ὑγροῖσιν, ὡς λέγουσ', ὡρισμένη.

imo vero ὅροις γ' ὑγροῖσιν, quod est cum assensu respondentis. Sed expellendum est iterum ex *Iphigenia Aulid.* vs. 1572.

ἔλεξε δ', ὦ παῖ Ζηνός, ὦ θηροκτόνε,
δέξαι τὸ θῦμα τόδ' ὅ ΓΕ σοι δωρούμεθα.

imo vero: τοῦθ' ὅ σοι δωρούμεθα. quid absurdius est quam ὅ ΓΕ σοι δωροῦμαι?

In *Medea* vs. 597.

οἶσθ' ὡς μετεύξΕΙ, καὶ σοφωτέρα φανεῖ,

τὰ χρηστὰ μή σοι λυπρὰ φαινέσθω ποτέ,
μηδ' εὐτυχοῦσα δυστυχὴς εἶναι δόκει.

verum vidit Elmsleius, sed nemo utitur. Dixerat poëta: οἶσθ' ὡς μέτευξΑΙ, ut οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, οἶσθ' ὅ, τι ποίησον et sim. et verba καὶ σοφωτέρα φανεῖ posita sunt διὰ μέσου. Spernitur certa emendatio, quasi in vulgata acquiesci possit, quae manifesto absurda est. Qui ita dicit οἶσθ' ὅ, τι ποιήσεις; quaerit ab aliquo an sciat *quid facturus sit*, sed qui dat consilium non aliter quam οἶσθ' ὅ, τι ποίησΟΝ dicere potest. Sed recepta Elmsleii emendatione locus nondum est persanatus. Μέτευξαι more Graeco est μέτευξαι καὶ εὖξαι, ut in μετέδοξε, μεταγνῶναι, μεταβεβουλεῦσθαι et sim. Sic μεταλαβὼν ὄνομα καινόν est τὸ πρότερον ὄνομα ἀποθέμενος καὶ ἕτερον καινὸν λαβών. Itaque praecedens εὖξαι, quod in μέτευξαι continetur, bis in sqq. infinitivum pro imperativo requirit et haec est poëtae manus:

οἶσθ' ὡς μέτευξΑΙ (καὶ σοφωτέρα φανεῖ)·
τὰ χρηστὰ μή σοι λυπρὰ φαίνεσθΑΙ ποτε,
μηδ' εὐτυχοῦσα δυστυχὴς εἶναι δοκΕΙΝ.

ex eiusdem rei observatione duo apud Euripidem loci et plures apud alios in integrum restitui possunt. Editur in *Iphigen. Aulid.* vs. 545.

κἄτ' ἐπεὶ κατέσχες ἀρχὰς μεταΒΑΛὼν ἄλλους τρόπους
τοῖς φίλοισιν οὐκέτ' ἦσθα τοῖς πρὶν ὡς πρόσθεν φίλος.

et in *Cyclope* vs. 691.

πῶς εἶπας; ὄνομα μεταΒΑΛὼν καινὸν λέγεις;

an non sentis bis μεταΛΑΒών reponi oportere? Dicitur μεταβαλεῖν τοὺς τρόπους sed ἄλλους τρόπους μεταλαβεῖν, μεταβαλεῖν τοὔνομα, sed ἄλλο, ἕτερον, καινὸν ὄνομα μεταλαβεῖν, et sic ἔδοξεν est *placuit* sed μετέδοξε *repudiata priore sententia placuit*. vide supra ad Herodotum VII. 15.

In *Medeae* loco olim infinitivos reposuit Reiskius miro acumine in indaganda locorum sententia praeditus. »*Pendent infinitivi*, inquit, *a* μετεύξῃ." Sed omnium optime scholiasta vetus: μετάθου τὴν προτέραν εὐχὴν καὶ εὖξαι μηδέποτε τὸ χρηστόν σοι λυπηρὸν φαίνεσθαι. nihil his verius, nihil evidentius.

In *Andromache* vs. 50.

ἀπὼν
Δελφῶν κατ' αἶαν ἔνθα Λοξίᾳ δίκην

δίδωσι μανίας, ᾗ ποτ' εἰς Πυθὼ μολὼν
ᾔτησε Φοῖβον πατρὸς οὗ 'κτίνειν δίκην.

Bis repetitum δίκην et auri molestum et cum Euripidis consuetudine pugnat, qui in ea re fere constanter dixit αἰτεῖν δίκHN et διδόναι δίκAC, ut vs. 982.

πικρῶς δὲ πατρὸς φόνιον αἰτήσει δίκHN
ἄνακτα Φοῖβον· οὐδέ νιν μετάςασις
γνώμης ὀνήσει θεῷ διδόντα νῦν δίκAC.

et vs. 1079.

ὁ δ' εἶπε· Φοίβῳ τῆς πάροιθ' ἁμαρτίας
δίκAC παρασχεῖν βουλόμεσθ'· ᾔτησα γὰρ
πατρός ποτ' αὐτὸν αἵματος δοῦναι δίκHN.

et vs. 1141. δίκAC διδόντα. Itaque nunc quoque dederat: ἔνθα Λοξίᾳ δίκAC δίδωσι μανίας. Sed multo gravius mendum subest vs. 982. in verbis

πικρΩC δὲ πατρὸς φόνιον αἰτήσει δίκην
ἄνακτα Φοῖβον,

quae vitiosa esse consentiunt omnes, sed in sede vitii indaganda video aberrantes de via. αἰτήσει enim quod refingunt sanum est: latet mendum in πικρῶς et corrigendum:

πικρAN δὲ πατρὸς φόνιον αἰτήσει δίκην
ἄνακτα Φοῖβον.

saepe solet πικρός in iracunda et minaci oratione poni de ea re quae magnum aliquod malum et infortunium alicui allatura esse dicatur, quod quia nemo (quod sciam) de industria exposuit compluscula exempla apponam. Aristophanes *Thesmoph.* 850.

ἐγῷδα· τὴν καινὴν Ἑλένην μιμήσομαι.
B. πικρὰν Ἑλένην ὄψει τάχ' εἰ μὴ κοσμίως
ἕξεις.

et in *Avibus* 1468.

πικρὰν τάχ' ὄψει ςρεψοδικοπανουργίαν.

et vs. 1044.

οὐκ ἀποίσεις τοὺς νόμους;
πικροὺς ἐγώ σοι τήμερον δείξω νόμους.

Aeschylus in *Prometheo* vs. 739.

πικροῦ δ' ἔκυρσας, ὦ κόρη, τῶν σῶν γάμων
μνηςῆρος.

Sophocles in *Electra* vs. 470.

ὡς εἰ τάδ' ἡ τεκοῦσα πεύσεται πικράν
δοκῶ με πεῖραν τήνδε τολμήσειν ἔτι.

Euripides *Troad.* vs. 442.

αἳ σάρκα Φωνήεσσαν ᾄσουσίν ποτε.
πικρὰν Ὀδυσσεῖ γῆρυν.

et in *Alcestide* 266.

οἴμοι· πικράν γε τήνδε μοι ναυκληρίαν
ἔλεξας.

et in *Bacchis* vs. 357.

πικρὰν βάκχευσιν ἐν Θήβαις ἰδών.

et in *Electra* vs. 686.

ὅθεν γ' ἰδών σε δαιτὶ κοινωνὸν καλεῖ.
B. πικρόν γε συνθοινάτορ', ἣν θεὸς θέλῃ.

ubi pro ὅθεν γε reposuerim ἐνθένδ' ἰδών σε. add. *Med.* 402 et 1377. *Troad.* 66. Corruptus locus est in *Helena* vs. 449.

πικροὺς ἂν οἶμαί γ' ἀγγελεῖν τοὺς σοὺς λόγους.

Haec omnia plana sunt et perspicua, sed omnium optime πικρός quid sit apparet in Aristophanis versiculo apud Athenaeum p. 466, D.

πικρότατον οἶνον τήμερον πίει τάχα.

»*cum magno tuo malo et infortunio* vinum potabis hodie", et sic in caeteris ad unum omnibus; sed non est ovum ovo similius quam huic Aristophanis versiculo similis est Euripideus in *Cyclope* vs. 584.

οἴμοι· πικρότατον οἶνον ὄψομαι τάχα.

Praeiverat etiam nunc omnibus Homerus. In Odyss. P. 447. ubi Ulysses dixerat

ᾗσα δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας.

et post pauca:

αὐτὰρ ἔμ' ἐς Κύπρον ξείνῳ δόσαν ἀντιάσαντι.

intonat Antinous:

ᾗθ' οὕτως ἐς μέσσον ἐμῆς ἀπάνευθε τραπέζης,
μὴ τάχα πικρὴν Αἴγυπτον καὶ Κύπρον ἵκηαι.

Sic Bekkerus edidit, in Harleiano codice adscriptum est γρ. ἴδηαι. Haec demum vera lectio est:

μὴ τάχα πικρὴν Αἴγυπτον καὶ Κύπρον ΊΔΗΑΙ.

ut πικρὰν Ἑλένην ὄψει τάχα, et πικρότατον οἶνον ὄψομαι τάχα, et

πικροὺς ἐγώ σοι τήμερον δείξω νόμους.

Brunckius ad *Thesmoph.* 850 attulit ex Apollonio Rhodio III. 372 locum, quo haec scriptura magis etiam confirmatur.

οὐκ ἄφαρ ὀφθαλμῶν μοι ἀπόπροθι, λωβητῆρες,
νεῖσθ' αὐτοῖσι δόλοισι παλίσσυτοι ἔκτοθι γαίης,
πρίν τινα λευγαλέον τε δέρας καὶ Φρίξον ΊΔΕCΘΑΙ.

Ergo Euripides quoque eodem sensu Orestem minaciter dicentem induxerat:

πικρὰν δὲ πατρὸς Φόνιον αἰτήσει δίκην
ἄνακτα Φοῖβον.

quod a Phoebo paternae caedis poenas POPOSCIT *magno cum* MACTABIT *infortunio.* Populus dixisset: οἰμώξεται ὅτι τὸν Ἀπόλλωνα δίκην ᾔτησεν.

In *Electra* vs. 1032.

ἀλλ' ἦλθ' ἔχων μοι μαινάδ' ἔνθεον κόρην
λέκτροις τ' ἐπεισέΦρΗΚΕ καὶ νύμΦα δύο
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δώμασιν κατεῖχ' ὁμοῦ.

quod eram olim suspicatus perveterem esse Atticorum aoristum — ΕΦΡΗΚΑ ut ἧκα, ἔθηκα, idem Nauckius a Dindorfio laudatus perspexit. Disponam ordine quae mihi de hac forma observata et collecta sunt. Evasit intacta nostro loco, ubi diserte ἐπεισέφρηκε scriptum est, sed perierat eadem in *Herc. Furent.* vs. 1253.

ἔτ' ἐν γάλακτί τ' ὄντι γοργωπούς ὄφεις
ἐπεισέφρΗCΕ σπαργάνοισι τοῖς ἐμοῖς.

ubi certa emendatione ἐπεισέφρΗΚΕ Nauckius restituit. Superest vetusti aoristi certa memoria apud Hesychium:

Εἰσέφρηκεν: εἰσήγαγεν.
Ἐξέφρηκεν: ἀΦῆκεν.

et in plurali numero:

Ἀπέφρησαν: ἀΦῆκαν. Κρατῖνος Θρᾴτταις.

et in infinitivo:

Εἰσφρῆναι: εἰσάξαι.

ἐπεισέφρηκα habet coniunctivum ἐπεισφρῶ, ut ἔθηκα θῶ. Euripides *Alcest.* vs. 1056.

καὶ πῶς ἐπεισφρῶ τήνδε τῷ κείνης λέχει;

et participium ἐπεισφρείς ut θείς. Euripides in *Phaëthonte:*

μή τιν' Ἥφαιστος χόλον
δόμοις ἐπεισφρεὶς μέλαθρα συμφλέξῃ πυρί.

imperativus est ἔκφρες et εἴσφρες, ut ἄφες, κατάθες et sim. Comicus apud Herodianum περὶ Μ. Λ. p. 24, 24.

(ἀλλ' αὐτίκ') εἴσφρες μ' ὡς τὸ μειρακύλλιον.

et apud Aristophanem in *Vespis* vs. 162.

ἴθ', ἀντιβολῶ σ', ἔκφρεϹ με, μὴ διαρραγῶ.

ubi librorum ἔκφερε certa emendatione est a Buttmanno correctum.

Futuri exempla habet Aristophanes in *Vesp.* vs. 893.

εἴ τις θύρασιν ἡλιαστὴς εἰσίτω,
ὡς ἡνίκ' ἂν λέγωσιν οὐκ εἰσφρήσομεν.

et paullo ante vs. 156.

τί δράσετ', οὐκ ἐκφρήσετ', ὦ μιαρώτατοι;

et in *Avibus* vs. 193.

ἢν μὴ φόρον φέρωσιν ὑμῖν οἱ θεοί,
διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους
τῶν μηρίων τὴν κνῖσαν οὐ διαφρήσετε.

Euripides usus erat forma ἐκφρῶσιν in *Phoenissis* vs. 264.

ὃ καὶ δέδοικα μή με δικτύων ἔσω
λαβόντες οὐκ ἐκφρῶσ' ἀναίμακτον χρόα.

sed perierat: in libris est οὐ μεθῶσ' aut οὐ μεθῶσιν. Servata est poëtae manus in antiquo Scholio: οὐ μεθῶσιν: οἱ μὲν γράφουσιν οὐκ ἐκφρῶσιν. οἱ οὖν ὑποκριταὶ διὰ τὸ δυσέκφορον μετκπλάττουσι τὴν λέξιν. καὶ Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων ὅτε διαλαμβάνει περὶ τοῦ ΦΡΩ καὶ ταύτην τὴν χρῆσιν φέρει (sic leg. pro φησίν). Recte huc refert Dindorfius Photii locum οὐκ ἐκφρῶσιν: οὐκ ἐξαφῶσιν. Σοφοκλῆς, nam Sophoclis nomen pro Εὐριπίδης esse positum. Imperfecti temporis exemplum est apud Aristophanem in *Vesp.* vs. 126 sed misere corruptum:

ἐντεῦθεν οὐκέτ' αὐτὸν ἐξεφρίομεν.

sincerum est ἐξεφρει et vetus lacuna imperite expleta. Sine mendo evasit εἰσεφρούμην apud Euripidem *Troad.* vs. 653.

εἴσω μελάθρων κομψὰ θηλειῶν ἔπη
οὐκ εἰσεφρούμην.

sed labem concepit apud Demosthenem p. 473, 6. καὶ εἰσέφρουν ΤΟ ϛράτευμα, ubi necessarium est εἰσεφροῦνΤΟ τὸ ϛρά-

τευμα. Alia est in eadem forma corruptela apud Euripidem in *Cyclope* vs. 234.

καὶ τόν γε τυρὸν οὐκ ἐῶντος ἥσθιον
τούς τ' ἄρνας ἐξεΦΟροῦντο,

evidens est Musgravii emendatio ἐξεφροῦντο. Futurum εἰσφρήσεσθαι tulit aetatem apud Demosthenem p. 93, 17. οἶμαι — τούτους εἰσφρήσεσθαι μᾶλλον ἢ 'κείνῳ παραδώσειν τὴν πόλιν.

Nondum me poenitet in Xenophontis *Hellen.* VI. v. 43. οἱ ταχθέντες ἐν Θερμοπύλαις ἅπαντες εἵλοντο μαχόμενοι ἀποθανεῖν μᾶλλον ἢ ζῶντες ἐπεισΦΘρεσθαι τὸν βάρβαρον τῇ Ἑλλάδι, correxisse ἐπεισφρέσθαι. Reddendum esse censeo εἰσφρέσθαι Aristidi I. p. 496, 16. ubi editur: ἄμεινον Φωκεῦσι πολεμεῖν ἢ τοῦτον εἰσφρήσεσθαι, sed pro absurdo futuro aoristus εἰσφρέσθαι est reponendus. Iterum eadem forma restituenda est Aristidi I. p. 185. οὕτως ἐγώ φημι τῆς πόλεως οὐχ ἧττον τὸ ἐκπέμψαι παρ' αὐτῆς ἢ τὸ εἰσΦΘρεσθαι τοὺς δεηθέντας πρὸς τὴν παρὰ τῶν Ἑλλήνων εἶναι χάριν. Nihil est εἰσφέρεσθαι, sed opponuntur inter se ἐκπέμψαι in *coloniam* et εἰσφρΘσθαι in *urbem*.

Superest una quaestio. Quae fuit olim praesentis temporis forma? Nusquam locorum huius temporis vola aut vestigium reperitur. Philoxenus, qui de verbis *monosyllabis* agens de verbo ΦΡΩ disseruit, fortasse ex analogia tantum ex — *ἔφρει*, — *εφρούμην* — *φρήσω* suum ΦΡΩ commentus est. Aoristi autem forma — *ἔφρηκα* et — *ἔφρησαν* et — *φρῆναι* et medium — *φρέσθαι* et imperativus — *φρες* et coniunctivus — *φρῶ* et participium — *φρείς* extra omnem controversiam posita sunt.

Haec igitur sunt veterum Graecorum. Sequiores antiquitatis reliquias male recoquentes commenti sunt aoristum *εἰσέφρησα* et *εἰσέφρησα ἐμαυτόν*. Quod autem semel apud Aristotelem reperitur *εἰσπιφράναι* aperte pugnat cum antiquis formis in — *φρες* et — *φρείς* et est adeo *τοῦ πονηροῦ κόμματος*.

In *Supplicibus* vs. 590.

σοὶ δὲ προσάσσω μένειν,
Ἄδραστε, κἀμοὶ μὴ 'ναμίγνυσθαι τύχας
τὰς σάς.

mendosum est *ἀναμίγνυσθαι*, quod in ea re poni non potest, et unice verum et rei accommodatum est *ἐξομόργνυσθαι*. Apud

Homerum frequens est ὀμόργνυσθαι et compositum ἀπομοργνύναι et ἀπομόργνυσθαι, in χεῖρ' ἀπομόργνυ (Iliad. Σ. 414), et saepissime ἀπομόργνυσθαι κόνιν, ἱδρῶ, ἱδρῶτα, ἰχῶ, ἀφρόν, αἷμα, δάκρυ et δάκρυα: nempe δάκρυ in animi commotione, δάκρυα in *fletu*. Itaque de Thersite recte dicitur Iliad. B. 269.

ἀλγήσας δ' ἀχρεῖον ἰδὼν ἀπομόρξατο δάκρυ.

et de Ulysse Odyss. P. 304

αὐτὰρ ὁ νόσφι ἰδὼν ἀπομόρξατο δάκρυ.

sed mendum est in Iliad. Σ. 124.

καί τινα Τρωϊάδων καὶ Δαρδανίδων βαθυκόλπων
ἀμφοτέρῃσιν χερσὶ παρειάων ἁπαλάων
ΔΑΚΡΥ ὀμορξαμένην ἀδινὰ ςοναχῆσαι ἐφείω.

in tam uberi fletu scribendum: δάκρυ' ὀμορξαμένην, ut in iocoso fragmento Euripidis (Antiatt. Bekk. 85. 11.) Εὐριπίδης Συλεῖ·

βαυβῶμεν εἰσελθόντες, ἀπόμορξαι σέθεν
τὰ δάκρυα.

Apud Athenienses in usu est ἐξομόργνυσθαι, quod est *abstergere*, contactu suo *sordes alicui affricare*, et *contagione implere*, *polluere*, *contaminare*. *Abstergere* est in *Hippolyto* vs. 653.

ἀγὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι.

et in *Electra* vs. 501.

ἐγὼ δὲ τρύχει τῷδ' ἐμῶν πέπλων κόρας
δακρύοισι τέγξας ἐξομόρξασθαι θέλω.

et in *Oreste* vs. 209.

ἐκ δ' ὄμορξον ἀθλίου
ςόματος ἀφρώδη πέλανον ὀμμάτων τ' ἐμῶν.

Sordes affricare in *Herc. Fur.* vs. 1399.

ἀλλ' αἷμα μὴ σοῖς ἐξομόρξωμαι πέπλοις.

et figurate in *Bacchis* vs. 341.

μηδ' ἐξομόρξει μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί.

et apud Aristophanem *Acharn.* vs. 808.

οὐδ' ἐξομόρξεται Πρέπις τὴν εὐρυπρωκτίαν σοι.

hoc ipsum igitur Theseus ad Adrastum dixerat:

κἀμοὶ μὴ 'ξομόργνυσθαι τύχας | τὰς σάς.

Eodem sensu quo ἐξομόργνυσθαι populus ἀπομάττεσθαι dicere solebat, quod scribarum incuria periit in scurrili loco *Cyclopis* vs. 561.

ἀπομΥκτέον δὲ σοίγ', ὅπως λήψει πιεῖν.

cui Cyclops:

ἰδού. καθαρὸν τὸ χεῖλος αἱ τρίχες τέ μου.

estne satis perspicuum ἀπομΑκτέον verum esse? Cyclops enim ἀπομάττεται τό τε χεῖλος καὶ τὸν μύςακα cibo immunda, et ita dicit: ἰδού· καθαρὸν τὸ χεῖλος καὶ αἱ τρίχες.

Ἀπομυκτέον praeterquam quod spurcum est nauseamque movet cum reliqua parte loci pugnat.

In *Hippolyto* vs. 888.

ἄναξ, ἀπεύχου ταῦτα πρὸς θεῶν πάλιν.

pro ἀπεύχου, quod cum dicti sententia pugnat, quid poëta scripserit luculenter demonstrabit Plato in *Alcibiade* II. p. 142. D. κἂν εὔξαιντ' ἂν γενέσθαι —, ὀλίγον δὲ ἐπισχόντες ἐνίοτε παλινῳδοῦσιν 'ΑΝευχόμενοι ἅττ' ἂν τὸ πρῶτον εὔξωνται. et infra p. 148. B. ὅπως μὴ λήσει τις αὐτὸν εὐχόμενος μὲν κακά, δοκῶν δὲ τὰ (dele τὰ) ἀγαθά, ἔπειτ' ὀλίγον ἐπισχών, ὅπερ καὶ σὺ ἔλεγες, παλινῳδῇ 'ΑΝευχόμενος ἅττ' ἂν τὸ πρῶτον εὔξηται. Hoc ipsum Euripidi reddendum 'ΑΝεύχου ταῦτα *revoca*, *retracta has preces*. In multis ἀνά hanc vim habet, ut in ἀναθέσθαι πεττόν, vid. Harpocrat. v. Ἀναθέσθαι. Scite Hermippus

ἃ γὰρ τόθ' ἥσθην ταῦτα νῦν 'ΑΝήδομαι.

apud Phrynich. Bekk. p. 25, 19. et sunt multa alia his similia.

In *Alcestide* vs. 569.

Ἄδμητε, τολμᾷς ξενοδοΧεῖν; τί μωρὸς εἶ;

In Codicibus scriptorum Atticorum, quibus hodie utimur, omnibus duae ubique linguae inter se mixtae et confusae sunt mirificum et perineptum in modum. Altera est lingua Atticorum, altera vitiosa sequiorum συνήθεια. Loci sunt innumerabiles, ubi scribae et sero nati correctores linguae veteris formas deleverunt ut eas reponerent, quibus ipsi cum aequalibus omnibus uterentur. Nihil propemodum horum nos fallit: formas Atticas omnes optime novimus, novimus et quas formas vitiosas ἡ συνήθεια illis substituerit. Grammaticorum auctoritas, vetusti Codices, metrum, inveterata menda intus antiquam scripturam servantia, testimonia et indicia omne genus lectiones Atticas sanas et incorruptas a sequiorum negligentia et erroribus discernunt. Quid igitur causae est cur manifesta menda et certi errores ex Atticorum libris extirpari non possint?

Quidquid ex δέχομαι nascitur sine ulla exceptione habet K

pro X, ut apud Homerum δουροδόκη, ἰϛοδόκη, ξεινοδόκος, in Attica πανδοκεύς, δωροδόκος, καπνοδόκη, μυϛοδόκος, θυοδόκος et sic in caeteris ad unum omnibus. Ergo et ξενοδόκος *constanter* dicebant et ξενοδοκία et ξενοδοκεῖν. In compositis verbi δέχομαι literam X derivata habent, ἀναδοχή, ἀποδοχή, διάδοχος, ὑποδοχή caet. sed non sunt haec vocabula *antiqua* admodum. Graeculorum συνήθεια ad horum analogiam ex veteribus nonnulla, quae aetatem tulerant, refingebat. Quia ipsi dicebant ὑποδοχεύς et ὑποδοχεῖον antiquum πανδοκεύς et πανδοκεῖον ad illorum similitudinem praepostere convertebant. Quia ipsi dicebant ἀνάδοχος, διάδοχος, ἔκδοχος cett. vetus ξενοδόκος illis accommodarunt et sic ξενοδόχος, ξενοδοχία et ξενοδοχεῖν nata sunt. Licebat iis loqui quod vellent: sed non licebat in antiquitatis monumentis deleta vetere scriptura noviciam substituere, quod quum nihilominus sexcenties fecerint, nostrum est istorum indoctae impudentiae ire obviam, et quod inter omnes liquido constet solum esse probum et genuinum in lucem revocare, et homunciones nihili cum suis vitiis mendisque facessere iubere. Editoribus aliter visum. Kirchhoffius in secundis personis verborum passivorum formas Macedonicas in -η exeuntes pro -ει sedulo omnes retinuit. Melius in hac re Dindorfius, sed peccat idem in aliis. Satisne constat vivo Euripide verbum εἶναι habere imperfectum ἦ ante consonantem, non ἦν? Constat, et nemo melius id novit quam Dindorfius. Certumne est δωροδοκεῖν et ξενοδοκεῖν constanter Athenienses dixisse? Certum est idque Dindorfio perinde notum ac mihi. Cur igitur formas vitiosas diu post Euripidem mortuum sequiorum negligentia natas illi obtrudit invitissimo?

Mirum est quod in Attico verbo δωροδοκεῖν usu venit. Per aliquot saecula usu cesserat: χρήματα λαμβάνειν omnes dicebant. Deinde recoctum est et formam quidem pristinam servavit, sed significatio in contrarium detorta est notatque *corrumpere* largitione, non *corrumpi*, ut olim; est χρήματα διδόναι, non λαμβάνειν. Quae hinc nova librorum labes exstiterit ad Aeschinem ostendimus. Ubi novum δωροδοκεῖν pro διαφθείρειν ἐπὶ χρήμασι caput extulit, omnis antiqui verbi δεκάζειν idem olim significantis intelligentia extincta est. Itaque sicubi sententia δεκάζειν vel δεκάζεσθαι postulat, libri absurdum δικάζειν et δι-

κάζεσθαι exhibent et vetus scriptor *nihil dicit*. Ostendam multis ad Libanium, sed non me contineo quin unum saltem nunc expromam. In Theophrasti *Charactt.* cap. XXVI ὁ ὀλιγαρχικός, importunus homo, talia iacit: διὰ τοὺς συκοφάντας οὐκ οἰκητέον (leg. οἰκητόν) ἐστιν ἐν τῇ πόλει. et: ἐν τοῖς δικαστηρίοις δεινὰ πάσχομεν ὑπὸ τῶν δικαζομένων. In editione recenti homo doctus, cuius nomen οὐδὲν δέομαι λέγειν, recepit in textum ὑπὸ τῶν δικαζόντων. Dabisne mihi ὑπὸ τῶν δεκαζομένων esse verum? *Accusatores*, inquit, *calumniantur*, *iudices venales sunt*. Sed ad Euripidem redeo.

In *Alcestide* vs. 719. ubi Chorus dixerat:

παῦσαι δέ, πρέσβυ, παῖδα σὸν κακορροθῶν.

reponit Admetus ferociter et minaciter:

λέγ' ὡς ἐμοῦ λέξαντος. εἰ δ' ἀλγεῖς κλύων
τἀληθὲς οὐ χρῆν σ' εἰς ἔμ' ἐξαμαρτάνειν,

sed periit dicti sententia, quae tamen revocari poterit. Requiritur futurum pro λέξαντος et requiritur verbum acre et minax. Quin igitur emendamus

λέγ' ὡς ἐμοῦ 'ΛΕΓΞΟΝΤΟΣ.

Qui Graecos Codices triverunt non sunt nescii quam saepe λέξαι et ἐλέγξαι inter se confundantur.

In *Alcestide* vs. 371.

κατῆλθον ἂν καί μ' οὔθ' ὁ Πλούτωνος κύων
οὔθ' οὐπὶ κώπῃ ψυχόπομπος ἂν Χάρων
ἔσχον πρὶν εἰς φῶς σὸν κατασῆσαι βίον.

duo in his vitia insunt: neque enim Χάρων suo nomine appellari debebat, neque βίον sanum est. Sententia est πρὶν CΕ εἰς φῶς κατασῆσαι, sed pro σέ non poterat dicere σὸν βίον. Erat, credo, lacuna in utriusque senarii fine:

οὔθ' οὐπὶ κώπῃ ψυχόπομπος ἂν * *
ἔσχον πρὶν εἰς φῶς σὸν κατασῆσαι * *.

quid est igitur explendum? In priore γέρων, ut Charon dicatur οὐπὶ κώπῃ ψυχόπομπος γέρων, in secundo δέμας, et σὸν δέμας quam recte pro σέ dicatur, quis est Tragicorum lector qui nesciat? Sic in *Phoenissis* dicitur vs. 700. σὸν δέμας θηρώμενος pro σὲ ζητῶν, et in *Hippolyto* vs. 1412. et alibi.

In *Alcestide* vs. 724. in libris est

καὶ μὴν Διός γε μείζον' ἂν ζώοις χρόνον.

Kirchhoff. ζώοις dedit, Dindorf. ζῴης, quod verum est. Atticum ζῴης et ζῴη sic solent corrumpi, ut ad Lucianum ostendimus. Sed ut locus sanus sit eliminandum est absurdum ἄν et ita scribendum:

καὶ μὴν Διός γε μείζονα ζῴης χρόνον.

namque esse hanc *imprecationem* ostendit pater statim reponens:

ἀρᾷ γονεῦσιν οὐδὲν ἔκδικον παθών;

id est καταρᾷ τῷ πατρὶ οὐδὲν ἠδικημένος;

In *Alcestide* vs. 768.

ποτῆρα δ' ἐν χείρεσσι κίσσινον λαβών.

non puto Euripidem praesertim in dramate Satyrico et in ludicra hac parte fabulae Homericum χείρεσσι usurpasse, sed dixisse, ut omnes solebant, ἐν ταῖς χερσί.

Alcestidem esse drama Satyricum et ex ipsa fabula facile quis colligere potuisset et confirmat διδασκαλία antiqua, in qua est: πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς, δεύτερος Εὐριπίδης Κρήσσαις, Ἀλκμέωνι τῷ διὰ Ψωφῖδος, Τηλέφῳ, Ἀλκήστιδι. Tribus tragoediis de more τὸ σατυρικὸν δρᾶμα ἡ Ἄλκηστις quartum accessit. Acta est ἐπὶ Γλαυκίνου ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι ΠΘ, anno secundo Olympiadis LXXXV. a. Chr. 439. quo anno Sophocles superiore anno στρατηγός in bello Samiaco natus annos LVI primas tulit, Euripides anno aetatis XLI secundas.

In *Alcestide* vs. 818. ubi Hercules dixerat:

δόμων γὰρ ζῶσι τῶνδε δέσποται.

exclamat famulus:

τί ζῶσιν; οὐ κατοῖσθα τὰν δόμοις κακά.

verum non ita, credo, dixerat, sed

οὐκ ἄρ' οἶσθα τὰν δόμοις κακά;

ergo nescis —? quia nullo modo suspicari poterat Herculem mortem Alcestidis ignorare,

ὃς πρῶτα μὲν πενθοῦντα δεσπότην ὁρῶν
εἰσῆλθε κἀτόλμησ' ἀμείψασθαι πύλας.

vs. 763. Itaque ubi audivit ita dicentem δόμων γὰρ ζῶσι τῶνδε δεσπόται, quaerit admirabundus: *quid ais* vivunt; *an tu* ERGO *nescis cet.?*

Facilis erat error in antiqua scriptura ΟΥΚΑΡΟΙΣΘΑ, quia κάτοιδα apud Euripidem non est infrequens, ut in *Ione* vs. 1047. φράζετ' εἰ κατοίδατε. Ipsum κατοῖσθα legitur in *Orest.* 1184. *Troad.* 902.

In *Rheso* vs. 74.

οἱ δ' ἐν βρόχοισι δέσμιοι λελημμένοι.

Euripides ipse scripsisse videtur λελHICμένοι *capti*. Saepius Euripides ea forma usus est, quae vel sola demonstrat Atticos λῄζομαι dixisse (ut κλῄζομαι, χρῄζω) non λῃΐζομαι.

Ibid. vs. 115. in libris est:

νικώμενος μὲν τήνδε μὴ μόλῃς πόλιν.

Dindorf. Schaeferi coniecturam τήνδε μὴ οὐ μόλῃς recepit, unde nihil proficimus. Sententia est: *victus* non redibis *in urbem*, sed in Achivorum castris *peribis*. Itaque scriptum esse potuit:

νικώμενος μὲν οὔ τι μὴ μόλῃς πΑλιν.

Ibid. vs. 169.

χρυσὸς πάρεςιν, εἰ τόδ' αἰτήσΕΙ γέρας.

et vs. 181.

τί τοῦδε μεῖζον τῶνδέ μ' αἰτήσΕΙ γέρας;

sententia αἰτεῖν requirit, non αἰτεῖσθαι. Ergo bis repone αἰτήCΕΙC. Semel verbum αἰτεῖν evasit vs. 173.

σὺ δ' αἴτΕΙ πλὴν ςρατηλάτας νεῶν.

In *Rheso* vs. 208.

λύκειον ἀμφὶ νῶτΟΝ ἅψομαι δοράν
καὶ χάσμα θηρὸς ἀμφ' ἐμῷ θήσω κάρᾳ.

quia nemo in ea re ἅπτομαι, sed omnes constanter ἐνάπτομαι, ἐναψάμενος, ἐνημμένος dicebant, emenda: ἀμφὶ νῶτ' 'ΕΝάψομαι. In *Hercule Fur.* vs. 548.

θανάτου τάδ' ἤδη περιβόλαι' 'ΑΝήμμεθα.

bene correctum est 'ΕΝήμμεθα.

Ibid. vs. 333.

μισῶ φίλοισιν ὕςερΟΝ βοηδρομεῖν.

emenda e vs. 412.

φίλων νοσούντων ὕςερΟC βοηδρομεῖς.

et eadem opera vs. 443.

ἀλλ' ὕςερΟΝ μὲν ἦλθον ἐν καιρῷ δ' ὅμως.

restitue quod sine mendo legitur vs. 453. καίπερ ὕςερΟC μολών.

Ibid. vs. 479 Dindorfius edidit:

οὐ τούσδ' ἀριςῆς φασὶν Ἑλλήνων μολεῖν;
B. *κοὐ μεμφόμεσθά γ' ἀλλ' ἄδην ἐλαύνομαι.*

Sed ἀριςῆς nominativi forma est: aut ἀριςέας aut ἀρίςους

scribendum. Tum ἐλαύνομεν satius erat non tangere. Euripides uti voluit Homerica locutione ἄδην ἐλάαν κακότητος, quam legerat in Odyss. ε. 290.

ἀλλ' ἔτι μέν μίν φημι ἄδην ἐλάαν κακότητος.

et ea verba ita accepit ut Grammaticus nescio quis in Scholio ad h. l. ὁ δὲ νοῦς, inquit, οἶμαι αὐτὸν ἐμφορηθήσεσθαι δυςυχίας ἑτέρας. Opinabantur enim, ut idem scribit, τὸ ἄδην ἐλάαν esse τὸ κόρον σχεῖν τῆς κακίας. Falluntur, sed utuntur ipsi ea locutione quo sensu poëtam accipiebant, ut multis aliis quae ante Aristarchum nemo satis intelligebat. Itaque Euripides ratus ἄδην ἐλάαν esse κορεσθήσεσθαι, quum vellet dicere ἅλις ἔχομεν πόνου dixit ἄδην ἐλαύνομεν.

Magna est controversia utrum apud Homerum ἄδην ἐλόωσιν an ἐόωσιν, ἄδην ἐλάαν an ἐάαν sit scribendum. Euripides certe ἄδην ἐΛάαν legisse se sua imitatione declarat.

In Rheso vs. 259.

σκαιοὶ βοτῆρές ἐσμεν· οὐκ ἄλλως λέγΕΙC.

imo vero οὐκ ἄλλως λέγΩ, id est οὐκ ἀντιλέγω, ὁμολογῶ, noto et frequenti usu. Igitur in dissensu librorum facillima optio est. Cf. *Helen.* vs. 1104.

εἰ δ' ἤσθα μετρία τἄλλά γ' ἡδίςη θεῶν
πέφυκας ἀνθρώποισιν, οὐκ ἄλλως λέγω.

et in *Electra* vs. 1035.

μῶρον μὲν οὖν γυναῖκες, οὐκ ἄλλως λέγω.

et ibid. vs. 224.

μείνασ' ἄκουσον καὶ τάχ' οὐκ ἄλλως ἐρεῖς.

et in ipso *Rheso* vs. 164.

ναί· καὶ δίκαια ταῦτα κοὐκ ἄλλως λέγω.

et in *Orest.* vs. 702. οὐκ ἄλλως λέγω, et in *Phoenissis* vs. 360. et alibi.

In *Rheso* vs. 509.

δείξω δ' ἐγώ σοι χῶρον ἔνθα χρὴ ςρατόν
τὸν σὸν νυχεῦσαι τοῦ τεταγμένου δίχα.

quia 'ΕΝνυχεῦσαι requiritur suspicor olim fuisse:

ἔνθα χρὴ ςραΤΟΝ σὸν 'ΕΝνυχεῦσαι.

male repetitum ΤΟΝ necessariam praepositionem expulit.

In *Rheso* vs. 899.

ὄλοιτο μὲν Οἰνεΐδας

ὄλοιτο δὲ Λαρτιάδας,
ὅς μ' ἄπαιδα γέννας
ἔθηκεν ἀριςοτόκοιο.

in libris est ἀριςοτόκου, quod ut versui strophico responderet 892.

ἔκελσας ὀδὸν ποτὶ Τροίαν.

in Aldina nescio quis ἀριςοτόκΟΙΟ supposuit, qua forma Euripides uti non solet. Quid est igitur scribendum ut metro laboranti subveniatur? Nempe hoc:

ὅς μ' ἄπαιδα γέννας ἔθηκεν ἀριςοτόκΕΙΑΝ.

Quia Thetis in Iliad. Σ. 54. dixerat:

ὤ μοι ἐγὼ δειλή, ὤ μοι δυσαριςοτόκεια.

Euripides quum haec iuvenis pangeret ἀριςοτόκειαν quoque sibi credidit dicere licere.

In *Rheso* vs. 931. quum olim intellexissem esse corrigendum:

σὺ δὲ τοῦδ', Ἀθάνα, παντὸς αἰτία μόρου.

pro καὶ τοῦδ', idem video Kirchhoffio venisse in mentem, qui σὺ τοῦδ', Ἀθάνα, coniecit, sed multo melius addetur copula δέ, quam non arbitror in tali re omitti posse.

In vs. 938. αὐτανέψιος νεκροῦ τοῦδ' ὃν κατακτείνεις σύ, minime ferenda praesentis forma, quae eo est suspectior quia in libris est τοῦδ' οὖν κατακτείνασα, unde κατέκτεινΑC σύ pellucet.

Ibid. vs. 943.

μάτην ἄρ' ἡμᾶς Θρῄκιος CΤΡΑΤηλάτης,
ἐδέννασ', Ἕκτορ, τῷδε βουλεῦσαι φόνον.

convenit inter omnes non ςρατηλάτης sed *auriga* (ἡνίοχος) olim nominatum fuisse.

Itaque διφρηλάτης Portus reponebat, τροχηλάτης Valckenarius, mihi ζευγηλάτης potior lectio videtur: sed quidquid horum probaveris, vitium quo modo natum sit perspicuum est: in libro perroso supererat * * * ΗΛΑΤΗC, sciolus arripuit quod primum in buccam venit et ςρατΗΛΑΤΗC explevit. Pugnat cum poëtae sententia. Quid ad illum?

Haereo vs. 951. in verbis Hectoris:

οὐ μὴν θανόντι γ' οὐδαμῶς CΤΝήδομαι. —
φίλος γὰρ ἐλθὼν δυςυχῶς ἀπέρχεται.

quid hic loci est verbo *gratulandi* συνήδομαι? Scio esse quibus

συνήδομαι idem quod *ἐφήδομαι* esse videatur, sed non ego credulus illis. Apud Isocratem *de Pace* p. 167. c. *ἓν τοῦτο τῶν ἐγκυκλίων ταφὰς ποιεῖν καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτόν, εἰς ἃς πολλοὶ — ἐφοίτων οὐ συμπενθήσοντες τοὺς τεθνεῶτας ἀλλὰ συνησθησόμενοι ταῖς ὑμετέραις συμφοραῖς.* Manus Isocratis servata est apud Pollucem III. 101. *Ἰσοκράτης δ' ἔφη »καὶ συνΗΔόμενοι ταῖς ὑμετέραις συμφοραῖς" ἀντὶ τοῦ ἐφηδόμενοι.* Res ipsa clamat praesens *συνηδόμενοι* verum esse, quod ob *συμπενθήσοντες* mutatum est in Urbinate in *συνησθησόμενοι*, in caeteris in *ἐφησθησόμενοι*. Dixit Isocrates *συνηδόμενοι* pro *inter se gaudentes*, et apud Euripidem iuvenem inter *ἥδομαι* et *συνήδομαι* non multum credo interfuisse. Eodem modo Euripides verbo *συνήδομαι* usus est in *Hippolyto* vs. 1275.

Θησεῦ, τί τάλας τοῖσδε CTN*ήδει*; *quid miser ex his rebus* laetitiam capis?

In *Rheso* vs. 961.

οὐ γὰρ ἐς ταὐτόν ποτε
OTT' *εἶσιν* OTTE *μητρὸς ὄψεται δέμας.*

compositionis labes est manifesta. Conieci:

οὐ γὰρ ἐς ταὐτόν ποτε
ΞTN*εισιν οὐδὲ μητρὸς ὄψεται δέμας.*

omittebatur in libris vetustis prima versus cuiusque litera, unde turbae. Erat in libris olim vs. 967.

'AION δὲ πένθος τῆς θαλασσίας θεοῦ
οἴσω· θανεῖν γὰρ καὶ τὸν ἐκ κείνης χρεών.

nihili homuncio supplevit *βαιὸν δέ*, sine sensu. Tandem Musgravius verum repperit (P)AION id est *ῥᾷον δὲ πένθος — οἴσω.*

In *Rheso* vs. 973.

ὦ παιδοποιοὶ συμφοραὶ πόνοι βροτῶν,
ὡς ὅστις ὑμᾶς μὴ κακῶς λογίζεται,
ἄπαις διοίσει κοὐ τεκὼν θάψει τέκνα.

Quis non meminit se legere *ὅστις εὖ λογίζεται*, pro *ὅστις εὖ φρονεῖ*? itaque *ὅστις μὴ κακῶς λογίζεται* est *ὅστις μὴ κακῶς φρονεῖ*, sed officit sententiae *ὑμᾶς* interpositum, vitio quidem, namque tu repone:

ὥσΘ' ὅστις ὑμΩN μὴ κακῶς λογίζεται
ἄπαις διοίσει.

Similes loci sunt in Troad. vs. 402.

φεύγειν μὲν οὖν χρὴ πόλεμον ὅστις εὖ φρονεῖ.

et in *Androm.* vs. 1252.

κᾆτ' οὐ γαμεῖν δῆτ' ἔκ τε γενναίων χρεὼν
δοῦναι δ' ἐς ἐσθλοὺς ὅστις εὖ βουλεύεται.

Quod autem ad spectores se convertens dicit ὅστις ὑμῶν noli mirari. Saepius enim Euripides veluti argumenti oblitus spectatores admonet in cavea sedentes, ut in *Andromache* vs. 612.

τοῦτο καὶ σκοπεῖτέ μοι,
μνηστῆρες, ἐσθλῆς θυγατέρ' ἐκ μητρὸς λαβεῖν.

et iterum vs. 930.

πρὸς τάδ' εὖ φυλάσσετε
κλῇθροισι καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας.

et in *Supplicibus* vs. 919.

οὕτω παῖδας εὖ παιδεύσετε.

In *Oreste* vs. 1201.

καί νιν δοκῶ τὸ πρῶτον ἣν πολὺς παρῇ
χρόνῳ μαλάξειν σπλάγχνον.

mendosum est παρῇ: itaque Nauckius ῥυῇ coniecit, mihi ΠΝΕΗΙ verum videtur. Frequens est utraque metaphora haec a ventorum vehementia, illa ab aquarum: ὁ ποταμὸς ῥεῖ πολύς vel μέγας (Thucyd. II. 5.) et ὁ ἄνεμος πνεῖ πολύς vel μέγας vel λαμπρός. In *Bacchis* vs. 630.

ῥᾳδίως γὰρ αὐτὸν οἶσω κἂν ΠΝΕΩΝ ἔλθῃ μέγα.

ubi rescribe κἂν πνέων ἔλθῃ μέγΑC. Aristophanes *Equitt.* vs. 430.

ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη καὶ μέγας καθιείς
ὁμοῦ ταράττων τήν τε γῆν καὶ τὴν θάλατταν εἰκῇ.

et vs. 760.

πρὸς ταῦθ' ὅπως ἕξει πολὺς καὶ λαμπρὸς ἐπὶ τὸν ἄνδρα.

ut de venti procella haec dicuntur, et sic incertus Orator κατ. Ἀριστογείτονος p. 787, 20. ὡς πολὺς παρ' ὑμῖν ἔπνει καὶ λαμπρός. Ad eundem igitur modum Euripides dixerat ἣν πολὺς πνέῃ et κἂν πνέων ἔλθῃ μέγας. Emendata scriptura aetatem tulit in *Rheso* vs. 311.

ἔθραυε λαίφη τῆσδε γῆς πνέων μέγΑC.

Discrepat antiqua lingua a sequiorum συνηθείᾳ in verbis ΑΝΤΤΩ et ΕΞΑΝΤΤΩ, itaque formae veteres ubique in magno discrimine versantur et plerisque locis labem effugere non potuerunt.

Res tamen certa et nota est, et mendorum origo est manifesta. Cur ergo manifesto vitiosis parcitur? Veteres Attici constanter dicebant ἀνύτειν, ἐξανύτειν et καθανύτειν, quibus Graeculi sedulo supponunt ἀνύτειν, ἀνύττειν, ἀνύειν et κατανύτειν, κατανύειν. Ergo Euripidi reddendum in *Phoenissis* vs. 454.

βραδεῖς δὲ μῦθοι πλεῖςον ἀνύτουσιν σοφόν.

pro ἀνύουσιν. et in *Troad.* vs. 234.

ςείχει ταχύπουν ἴχνος ἐξανύτων,

pro ἐξανύων, et in *Hecuba* vs. 1145.

πλήθει γυναικῶν οὐδὲν ἤνυτον τάλας,

pro ἤνυον, et in *Bacchis* 1089 οὐχ ἤνυτον pro οὐκ ἤνυτον, similiterque in caeteris.

In *Phoenissis* vs. 589.

μῆτερ, οὐ λόγων ἔθ' ἀγὼν ἀλλ' ἀνάλωται χρόνος
οὐν μέσῳ μάτην, περαίνει δ' οὐδὲν ἡ προθυμία.

aliquanto acrius Eteocles dixerat: ἀλλ' ἀναλοῦται χρόνος οὐν μέσῳ. statim vult depugnare et quidquid interea effluit temporis *perire* clamat omnis morae impatiens. Veteres ἀναλοῦν dicebant non ἀναλίσκειν, ut in *Medea* 327. λόγους ἀναλοῖς et passim.

In *Hippolyto* vs. 232.

τί τόδ' αὖ παράφρων ἔρριψας ἔπος;
νῦν δὴ μὲν ὅρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας
πόθον ἐςέλλου, νῦν δ' αὖ ψαμάθοις
ἐπ' ἀκυμάντοις πώλων ἔρασαι.

Eruditissimus Grammaticus Boëthus, qui λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴν κατὰ ςοιχεῖον edidit, (quam in Photii Lexico superesse alibi demonstravimus) in v. Νῦν δή multis exemplis docet ἀττικιςὶ componi solere νυνδὴ μέν — νῦν δέ ut in hisce:

νυνδὴ μὲν ὤμνυς μὴ γεγονέναι, νῦν δὲ φῄς.

et apud Platonem: νυνδὴ μὲν — οὕτω ταῦτ' ἐτίθεμεν, νῦν δ' ἐπιλελήσμεθα, et apud incertum Comicum:

νυνδή μ' ἔπεισας μᾶλλον ἢ νυνὶ λέγων.

Idem duos ex Euripide locos attulit: Εὐριπίδης ἐν Ἱππολύτῳ· νυνδὴ μὲν ὅρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας πόθον ἐςέλλου· νῦν Δϵ ψαμάθοις ἐπ' ἀκυμάντοις. Recipienda hinc sunt νυνδή pro νῦν δή (quia in unum coalescit νυνδή ubi ἀρτίως significat, quare νυνδὴ μέν

eo sensu dicitur pro νῦν μὲν δή) et νῦν ΔΕ ψαμάθοις pro νῦν δ' αὖ.

In *Hippolyto* vs. 635.

σοφὴν δὲ μισῶ· μὴ γὰρ ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις
εἴη φρονοῦσα πλεῖον ἢ γυναῖκα χρή.

Dindorfius aut πλείον' aut »*quod probabilius est*" μεῖζον reponi iubet »*quod legitur* in *Heraclidis* vs. 979."

πρὸς ταῦτα τὴν θρασεῖαν ὅστις ἂν θέλῃ
καὶ τὴν φρονοῦσαν μεῖζον ἢ γυναῖκα χρή
λέξει· τὸ δ' ἔργον τοῦτ' ἐμοὶ πεπράξεται.

diversa confundens: aliud est μέγα, μεῖζον, μέγιστον φρονεῖν, aliud πολλά, πλείω φρονεῖν, οὐδὲν φρονεῖν, πολύ, πλέον φρονεῖν. Μέγα φρονεῖν est *magnos spiritus gerere* habetque nomen τὸ φρόνημα, sed εὖ, ἄμεινον vel βέλτιον, ἄριστα φρονεῖν et apud poëtas πολύ, πολλά et πλέον, πλεῖον, πλείω φρονεῖν est *sapere*, et habet nomen ἡ φρόνησις. Itaque ut φρόνημα et φρόνησις nullo modo inter se confundi possunt, sic neque μέγα φρονεῖν et εὖ φρονεῖν, neque μεῖζον φρονεῖν et πλέον, πλεῖον, πλείω φρονεῖν. Ubicumque φρονεῖν ponitur *de elatione animi ferocientis* additur μέγα, σμικρόν, ταπεινόν, τοσοῦτον, τηλικοῦτον, μεῖζον, ἔλαττον, omnia in *singulari* numero sine ulla exceptione. Si quid hic illic huic legi repugnat, scribarum errorem te tenere puta, ut in *Aiace* vs. 1120.

ὁ τοξότης ἔοικεν οὐ σμικρὸν φρονεῖν,

varia lectio σμικρά est manifesto mendosa. Multos de genere hoc errores ex Isocrate Urbinas sustulit, et optimus quisque liber ex aliis scriptoribus antiquis. Contra φρονεῖν *sapere* promiscue aut *singularem* numerum aut *pluralem* admittit, θνητὸν φρονεῖν et φρονεῖν θνητά vel ἀθάνατα. In lingua populi *nihil sapere* est οὐδὲν φρονεῖν et *plus sapere* φρονεῖν πλέον. Dixit Euripides in *Heraclidis* vs. 258.

σκαιὸς πέφυκας τοῦ θεοῦ πλείω φρονῶν.

quod perinde sanum est atque apud Platonem in *Hippia Minore* p. 371. A. τοῦ Ὀδυσσέως φαίνεται φρονεῖν πλέον. Sed mendosus locus est in *Heraclidis* vs. 933.

μείζΩ τῆς δίκης φρονῶν πολύ.

emendata lectio superest et in *Heraclidis* vs. 979.

καὶ τὴν φρονοῦσαν μεῖζΟΝ ἢ γυναῖκα χρή.

et in *Andromache* vs. 690.

φρονοῦσι δήμου μεῖζΟΝ ὄντες οὐδένες.

Ut *plus sapere* πλέον φρονεῖν dicitur, sic *minus sapere* apud Euripidem est in *Andromache* vs. 311.

ἀλλ' ἐφευρέθης | ἧσσον φρονοῦσα τοῦδε Μενέλεω.

In *Hippolyto* vs. 1061.

οἴμοι. τὸ σεμνὸν ὥς μ' ἀποκτείνει τὸ σόν.

mendosum est ἀποκτείνει, quod non est *enecat* ut apud Romanos, de iis quae *odio* sunt, sed propriam significationem numquam exuit, ut in *Oreste* vs. 1027.

σὺ μή μ' ἀπόκτειν', ἅλις Ἀπ' Ἀργείας χερός
τέθνηχ' ὁ τλήμων.

ubi Ὑπ' Ἀργείας χερός repone. Quid igitur scribendum est? *Odio* aliquem *enecare* dicitur κόπτειν τινά et κατακόπτειν, dicitur et ἀποκναίειν τινά et hoc ipsum Euripidi reddiderim: ὥς μ' ἀποκΝΑΙει. Quod est in libris ἀποκτενεῖ ex ἀποΚΝΘει pro ἀποκΝΑΙει facile nasci potuit. At est, dixerit aliquis, εὐτελὲς λεξίδιον τὸ ἀποκναίειν et comicum magis quam tragicum. In Aeschylo quidem, sed in Euripide ferendum, qui talia non aspernatur et saepius verbo διακναίειν utitur.

In *Medea* vs. 1398.

τάδε καὶ θρηνῶ κἀπιθΟάζω
μαρτυρόμενος δαίμονας.

recte κἀπιθΘάζω correxerunt, sed quod video eruditos homines ἐπιθειάζειν et ἐπιθεάζειν distinguere conari fugit eos ratio. In adiectivis θεῖος, λεῖος, τέλειος, Ἄρειος et sim. perit I quoties diphthongus ει ictum non habet et ab alia syllaba tamquam suffocatur et extinguitur: θεῖος et λεῖος et Ἄρειος formam non mutant, sed ex λεῖος nascitur λΘαίνειν et ἐπιλΘαίνειν, ex Ἄρειος πάγος formatur Ἀρθοπαγίτης, ex θεῖος ἐπιθΘάζειν, ex τέλειος τελΘοῦν et τελΘοῦσθαι, usu certo et perfrequenti. Pone ἐπιθΘάζειν in aoristo, quid fit? ἐπιθΘιάσας, non ἐπιθεάσας. Eadem est ratio in caeteris omnibus, quam veluti digito monstrasse nunc satis est. Ex Aelio Dionysio superest annotatio in Bekk. *Anecd.* p. 442, 16. et alibi, Ἀρᾶται: εὔχεται ἢ καταρᾶται. Φερεκράτης (Μυρμηκανθρώποις add. Suidas)

ὕστερον ἀρᾶται κἀπιθεάζει τῷ πατρί.

contra apud Thucyd. II. 75. τοσαῦτα ἐπιθειάσας, qui locus op-

time quid sit ἐπιθεάζειν declarat, nempe *Deos* scelerum vindices et ultores *invocare*. Ἐπιθοάζειν est dormitantium scribarum.

In *Medea* vs. 999.

τί δαὶ κατηφεῖς ὄμμα καὶ δακρυρροεῖς;

non est verbum Graecum κατηφεῖν, nedum Atticum et Euripideae aetatis. Corrige κατηφὲς ὄμμα, ut in *Heraclides* vs. 631. κατηφὲς ὄμμ' ἔχεις.

In *Andromache* vs. 106.

εἷλέ σ' ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης.

qui meminerit quam saepe ὀξύς et ὠκύς confundi soleant lubens, credo, reponet Ἑλλάδος ὀξὺς Ἄρης, ut in *Heraclidis* vs. 290.

μάλα δ' ὀξὺς Ἄρης ὁ Μυκηναίων.

In *Andromache* vs. 331.

φέρε δὴ διαπεράνωμεΝ λόγους.

requiritur singularis et corrig. διαπεράνωμΑΙ λόγους. Euripides utraque forma διαπεραίνω et διαπεραίνομαι perinde utitur.

In *Andromache* vs. 396.

ἀτὰρ τί ταῦτ' ὀδύρομαι, τὰ δ' ἐν ποσίν
οὐκ ἐξικμάζω καὶ λογίζομαι κακά;

scholion est ἐξικμάζω: — ἀναζητῶ, ἐρευνῶ, ἀπὸ τῶν θλιβόντων ἡ μεταφορά. imo vero ἀπὸ τῶν θηρώντων. Quae est igitur metaphora a *venatoribus* sumta? Credo ἐξιΧΝάζω pro ἐξιχνεύω.

In *Andromache* vs. 582.

ὅστις πρὸς ἀνδρὸς Φρυγὸς ἀπηλλάγης λέχος.

evidens mendum est in ἀπηλλάγης. Sententia postulat ἀφηρέθης et suspicor poëtam eodem sensu, sed exquisitius dedisse ἐσυλήθης λέχος, ut *Iphig. Aulid.* 1277. λέκτρα συλᾶσθαι, et in *Helena* 974. γυναῖκα τὴν ἐμὴν συλήσετε.

In *Andromache* vs. 590.

κἄτα θαυμάζειν χρεὼν
εἰ μὴ γυναῖκας σώφρονας παιδεύετε;

transpone γυναῖκας εἰ μὴ σώφρονας, quia μὴ σώφρονας, id est ἀκολάστους, dirimi non possunt. Sic pro τὰ ἄδικα dicitur τὰ μὴ δίκαια et τὰ μὴ ὕδικα, quae arctissime coniuncta divelli nequeunt, ut vs. 657.

εἶτ' ἐγὼ μὲν οὐ φρονῶ

μισῶν τὰ μὴ δίκαια, σοὶ δ' ἔνεςι νοῦς.

Ibid. vs. 640.

ἣν χρῆν σ' ἐλαύνειν τήνδ' ὑπὲρ Νείλου ῥοάς
ὑπέρ τε Φᾶσιν.

quo pacto molestum τήνδε removebimus? Dindorf. »*probabilius* τήν." Quid iuvat? At tu restitue ΤΗΛ' ὑπὲρ Νείλου ῥοάς. ut in Aeschyli *Persis*. vs. 251.

ὦ φίλοι, ποῦ τὰς Ἀθήνας φασὶν ἱδρῦσθαι χθονός;
Β. ΤΗΛΕ πρὸς δυσμαῖς ἄνακτος ἡλίου φθινάσμασιν.

In *Andromache* vs. 679.

ἣν δ' ὀξυθυμῇς σοὶ μὲν ἡ γλωσσαλγία
μείζων, ἐμοὶ δὲ κέρδος ἡ προμηθία.

sine controversia emendandum ὀξυθυμῇ, quia Athenienses omnes constanter ὀξυθυμεῖσθαι dicebant, non ὀξυθυμεῖν. Aelius Dionysius ἐν τοῖς Ἀττικοῖς Ὀνόμασι docet (Phot. in v.) Ὀ ξ υ θ υ μ ε ῖ σ θ α ι οὐχὶ ὀ ξ υ θ υ μ ε ῖ ν λέγουσιν (οἱ Ἀττικοί) τὸ ὀργίζεσθαι ἀκραχόλως, neque aliter est in libris nostris: quin igitur Atticis suum tandem reddimus?

In *Andromache* vs. 763.

ἀ δ' ἀρετὰ ΚΑΙ θανοῦσι λάμπει.

non *defunctis* virtus splendet, sed *etiam in defunctis*. Itaque emenda ΚΑΝ pro ΚΑΙ, κἂν θανοῦσι λάμπει.

Ibid. vs. 1234.

Λευκὴν κατ' ἀκτὴν ἐντὸς Εὐξείνου πόρου.

veram lectionem aperiet versus 245.

ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν ἀξένου πόρου.

quem locum describens Plutarchus *de exilio* p. 602. A. nunc scripsisse creditur:

ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν Εὐξείνου πόντου.

tam facile haec inter se mutant locum. Tribus locis repone idem Ἀξείνου π ό ρ ο υ. Iterum peccatur in re eadem *Rhes*. vs. 417.

Εὐξένου δ' ἀφικόμην | πόντου πρὸς ἀκτάς.

et iterum emendandum Ἀξένου. Tertium denique in *Iphigen. Taur*. vs. 1356.

εὔξεινον πόρον
Συμπληγάδων ἔσωθεν εἰσεπλεύσαμεν.

imo vero Ἄξεινον πόρον. Sine vitio est in Iphig. Taur. vs. 33. πόντον ἦλθεν Ἄξενον.

Obiter ex vs. 863 huius fabulae:

Ἀγαμέμνονός τε καὶ Κλυταιμνήςρας τόκος.

et in *Oreste* vs. 71.

ὦ παῖ Κλυταιμνήςρας τε κἀγαμέμνονος.

emenda absurdam lectionem in Iphigen. Taur. 230.

Ἀγαμέμνονος ΠΑΙ καὶ Κλυταιμνήςρας τέκνον.

In *Troadibus* vs. 80.

ἐμοὶ δὲ δώσειν φησὶ πῦρ κεραύνιον
βάλλειν Ἀχαιοὺς ναῦς τε πιμπράναι πυρί.

intolerabile est πῦρ — πυρί. Potuit dixisse πιμπράναι ΦΛΟΓΙ.

In *Troadibus* vs. 476.

ἧμεν τύραννοι κἀς τύραννν' ἐγημάμην
κἀνταῦθ' ἀριςεύοντ' ἐγεινάμην τέκνα.

in ΗΜΕΝ servata est manus Euripidis ἦ μὲν τύραννΟC, sed in abolenda forma Attica ἦ pro ἦν Graeculi omnes conspirant. Athenienses veteres *semper* ante consonantem ἦ dicebant, scribae *fere* semper ἦν supponunt. Certa res est testimoniis Criticorum veterum, auctoritate librorum, mendis pervetustis, constat inter omnes. Quid igitur cessamus Atticis suas formas restituere et credere malumus homuncionibus tam ineptis ut quum haberent ob oculos ΗΜΕΝΤΤΡΑΝΝΟC — ἐγημάμην — ἐγεινάμην, pro ἦ μέν scribant ἧμεν et τύραννΟC stolide et impudenter mutent in τύραννΟΙ.

In *Supplicibus* vs. 246.

τριῶν δὲ μοιρῶν ἡ 'ν μέσῳ σώζει πόλεις
κόσμον φυλάσσουσ' ὅντιν' ἂν τάξῃ πόλις.

lacuna vetus a sciolo inepte expleta est. Supererat: ὅντιν' ἂν τάξῃ * *. Quid desiderat sententia? Nempe ὅντιν' ἂν τάξῃ ΝΟΜΟC.

In *Supplicibus* vs. 347.

δράσω τάδ', εἶμι καὶ νεκροὺς ἐκλύσομαι
λόγοισι πείCων, εἰ δὲ μή, βίᾳ δορός.

pro πείσων, quod manifesto mendosum est, Dindorf. de Elmsleii coniectura πείσας substituit. Lenius corrigendum λόγοισι πείΘων, ut in vs. 248.

κἄπειτ' ἐγώ σοι σύμμαχος γενήσομαι;
τί πρὸς πολίτας τοὺς ἐμοὺς ΛΕΓΩΝ καλόν;

et passim in re simili.

In *Supplicibus* vs. 389.

κἂν μὲν θέλωσιν αἰνέσαι, παλίσσυτος
ϛεῖχ', ἢν δ' ἀπιϛῶσ' οἵδε δεύτεροι λόγοι.

nil erat opus fecialem re impetrata *redire* iubere. Quid multa? emenda:

κἂν μὲν θέλωσιν, αἰνέσαC παλίσσυτος | ϛεῖχ'.

In vs. 473. προσῆκόν Γ' οὐδὲν Ἀργείων πόλει, molestum γε expunge. Similiter in *Ione* vs. 445. τί μοι μέλει προσῆκόν Γ' οὐδέν, imo vero προσῆκον οὐδέν.

Ibid. vs. 590.

σοὶ δὲ προϛάσσω μένειν,
Ἄδραϛε, κἀμοὶ μὴ ξομόργνυσθαι τύχας
τὰς σάς· ἐγὼ ΓΑΡ δαίμονος τοὐμοῦ μέτα
ϛρατηλατήσω κλεινὸς ἐν κλεινῷ δορί.

quid sibi vult κλεινός? Non vult Adrasti contactu infortunio mactari, sed dux *novus* cum *novo* exercitu belli fortunam experiri. Itaque κΛινὸς ἐν κΛινῷ δορί, quod in uno Codice repertum sed spretum est. Saepe ΚΑΙΝΟC et ΚΛΘΙΝΟC (ΚΛΙΝΟC scribebant) inter se mutant locum.

In *Supplicibus* vs. 1104.

ἀλλ' οὐκέτ' ἐϛὶν ἥ γ' ἐμὴν γενειάδα
προσήγετ' ἀεὶ ϛόματι καὶ κάρα τόδε
κατεῖχε χειρί· πατρὶ δ' οὐδὲν ἥδιον
γέροντι θυγατρός.

ipsa natura et vitae usus suggerit κατεῖχε χερσίν, non χειρί, quo semel recepto metri labes sic optime sarcietur:

κατεῖχε χερσίν· οὐδὲν ἥδιον πατρί
γέροντι θυγατρός.

et sic arcte coniunguntur πατρὶ γέροντι, quae disiungi non debebant.

In *Ione* vs. 95.

τὰς Καϛαλίας ἀργυροειδεῖς
βαίνετε δίνας, καθαραῖς δὲ δρόσοις
ἀφυδρανάμενοι ϛείχετε ναούς.

Palmaria est Nauckii emendatio φαιδρυνάμενοι, quam a Dindorfio non statim receptam miror. Primus omnium Hesiodus dixerat *Oper.* 751. λουτροῖς χρόα φαιδρύνεσθαι, deinde caeteri omnes. Ne Graecum quidem esse arbitror ἀφυδραίνομαι et Hesychii glossam monstrose corruptam Ἀφαιδρύνεσθαι alio modo

procurandam censeo. Quid si ex (χρό)Α Φαιδρύνεσθαι supersint laciniae? Nil in Hesychio mirandum: in Codice est post Ἐσχάρᾳ πυρός: glossa Ἐσχατογοράων, in qua latet Ἔσχ' ἀγοράων Iliad. B. 275. Fuerat ЄCXATOPAΩN deinde supra TO corrector ΓO scripsit.

In *Ione* vs. 378.

ἂν γὰρ βίᾳ σπεύδωμεν ἀκόντων θεῶν
*AKONTA κεκτήμεσθα τἀγάθ', ὦ γύναι.

sententia postulat idem quod est in *Medea:*

κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.

et apud Sophoclem:

ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα.

quid igitur? 'ANONHTA κεκτήμεσθα, quod video olim a Stephano repertum, sed abiectum esse.

Ab eodem olim repertum vs. 251. ἔσχον pro ἔσχομεν.

οἴκοι δὲ τὸν νοῦν ἔσχON 'ЄNθάδ' οὖσά που.

quod tandem est a Dindorfio receptum.

Ibidem vs. 558.

πρὶν κόρην λαβεῖν Ἐρεχθέως; B. οὐ γὰρ ὕστερόν γέ πω.

in sententia tam perspicua neminem vidisse emendandum esse οὐ γὰρ ὕστερόν Γ' ЄTI. Eadem opera corrige vs. 525. ubi ἔτι et οὔπω inter se opponuntur:

ἐν δόμοις 'ЄCT', ὦ ξέν', οὔπω δῶμ' ὑπερβαίνει τόδε.

imo vero ἐν δόμοις ЄT', ὦ ξένε.

Ibid. vs. 612.

γέλωτ' ἐν αὐτοῖς μωρίαν τε λήψομαι
οὐχ ἡσυχάζων ἐν πόλει φόβου πλέᾳ.

optio datur inter duas lectiones: Codices habent φόβου πλέᾳ, conieceram, ψόφου πλέᾳ, quod video olim Stephanum coniecisse, sed Editores, qui tot aequalium leves suspiciunculas receperunt, ne mentione quidem dignati sunt. Tamen φόβου πλέα h. l. sensu vacat, et ἡσυχία, ἡσυχάζειν habent sibi contraria ψόφος et ψοφεῖν.

In *Ione* vs. 1274 sqq. rectissime sententiarum ordinem Dindorfius restituit in hunc modum:

ἴδεσθε τὴν πανοῦργον, ἐκ τέχνης τέχνην
οἵαν ἔπλεξε· βωμὸν ἔπτηξεν θεοῦ
ὡς οὐ δίκην δώσουσα τῶν εἰργασμένων.

ἀλλ' οὔτε βωμὸς οὔτ' Ἀπόλλωνος δόμος
σώσει σε.

sed nunc demum fit manifestum una litura delendum esse insulsum senarium

ὡς οὐ δίκην δώσουσα τῶν εἰργασμένων.

in tali re Euripides τῶν δεδραμένων δίκην ponere solet, et cur confugerit ad aram quid attinet dicere, praesertim ubi continuo addit: ἀλλ' οὔτε βωμὸς — σώσει σε.

In *Ione* vs. 1527.

τὰ δ' ἄλλα πρὸς σὲ βούλομαι μόνην φράσαι.
δεῦρ' ἔλθ'· ἐς οὓς σοι τοὺς λόγους εἰπεῖν θέλω
καὶ περικαλύψαι τοῖσι πράγμασι σκότον.

ad Aristophanis *Aves* vs. 1647.

δεῦρ' ὡς ἔμ' ἀποχώρησον ἵνα τί σοι φράσω.

est vetus Scholion: Ὅτι ὅμοιον τῷ τόπῳ ἐκείνῳ·

δεῦρ' ἐλθέ· σὺν σοὶ τἄλλα βούλομαι φράσαι.

apparet emendandum esse:

δεῦρ' ἔλθ' ἐϹ ΟΥϹ σοι τἄλλα βούλομαι φράσαι.

simul etiam hoc, credo, apparet hanc esse genuinam ac veterem loci Euripidei scripturam, et vulgatam ex interpolatione natam. Ecquid frigidius esse potest quam τοὺς λόγους εἰπεῖν θέλω, ubi dixeris: τὰ δ' ἄλλα βούλομαι φράσαι?

In *Iphigenia Taurica* vs. 104.

φεύγειν μὲν οὐκ ἀνεκτὸν οὐδ' εἰώθαμεν
τὸν τοῦ θεοῦ τε χρησμὸν οὐ κακιϛέον.

sententia est manifesto haec: *neque* SPERNENDUM *est oraculum Apollinis.* et κακίζειν, id est κακῶς λέγειν, ab hoc loco alienissimum. Quia *spernere* apud Tragicos frequenti usu est ἀτίζειν in promtu erat emendare οὐκ ἀτιϛέον. Idem Kirchhoffio in mentem venerat, sed uterque actum egimus. Olim Valckenarius οὐκ ἀτιϛέον correxerat teste Dindorfio ad Steph. Thes. v. Ἀτιϛέον. Dindorfius tamen maluit hanc coniecturam ἀτίζειν, neque id reprehendo, nam probabilis est, non certa, potestque aliud quid intercidisse: sed in vs. 328.

μυρίων γὰρ ἐκ χερῶν
οὐδεὶς τὰ τῆς θεοῦ θύματ' εὐτύχει βαλών.
μόλις δέ νιν τόλμῃ μὲν οὐ χειρούμεθα,
κύκλῳ δὲ περιβαλόντες ἐξεκλέψαμεν

πέτροισι χειρῶν Φάσγανα.

in quo loco tria menda olim deprehenderam et pro εὐτύχει εὐCΤΟχει, pro περιβαλόντες περιΛΛΒόντες et pro ἐξεκλέψαμεν ἐξεκΟψαμεν reposueram, video primam correctionem a Badhamo meo occupatam, a Bothio tertiam, sed neutram Dindorfius recepit, quamquam satis certum est in iaculando non εὐτυχίαν sed εὐςοχίαν apparere, et πέτροις Φάσγανα χειρῶν ἐκκλέπτειν tam mirificum est et ioculare, ut Dindorfius hoc agens vulgatam ἐξεκλέψαμεν non sine risu, sat scio, relecturus sit. Quid est in tali re usitatius quam ἐκκόπτειν *exculere*? Itaque exemplis nihil opus est, sed locum Plutarchi in *Praecept. Ger. Reip.* p. 812. B. quia tam lepidus est, describam: ἔτυχον ἐν ὁδῷ παῖδες ἐκ λάκκου τινὸς ἀςράγαλον ἐκκόπτοντες ἐκείνου παριόντος, ὧν οἱ μὲν ἔφασκον μένειν, ὁ δὲ πατάξας »οὕτως, εἶπεν, ἐκκόψαιμι Τιμησίου τὸν ἐγκέφαλον ὡς οὗτος ἐκκέκοπται."

In *Iphigen. Taur.* vs. 377.

οὐκ ἔσθ' ὅπως ἔτεκεν ἂν ἡ Διὸς δάμαρ
Λητὼ τοσαύτην ἀμαθίαν.

soloeca oratio est οὐκ ἔσθ' ὅπως ἔτεκεν ΑΝ. Emenda: ὅπως ἔτικτεν ἡ Διὸς δάμαρ, saepius enim Euripides Homerico more imperfectum ἔτικτον usurpat pro aoristo, ut in *Alcestide* vs. 16 γεραιὰν ἥ σΦ' ἔτικτε μητέρα, et sic in *Phoen.* 289. *Med.* 917. *Hippol.* 423. *Alcest.* 349, 649. *Androm.* 555. *Ion.* 1604.

ἐπεὶ δ' ἔτικτες τόνδε παῖδα κἀπέθου.

ubi cum aoristo componitur, et aliis locis.

In *Iphigen. Taur.* vs. 495.

χάριν δὲ δοῦναι τήνδε κωλύει τί σε;

transpone κωλύει σε τί; ut τί ictum habeat et sua sede sit collocatum.

In *Iphigenia Taur.* vs. 1015.

ἔτ' ἐν δόμοισι βρέτας ἐΦ' ᾧ πεπλεύκαμεν,

dicebant epici veteres πλεῖν μετά τι, μετὰ κῶας, μετὰ χαλκόν, Attici πλεῖν ἐπί τι. Nicochares ἐν Λημνίαις·

πλέομεν, ὦ κόρη | ἐπὶ κῶς.

sed ἐπί τινι in tali re nemo dicebat. Itaque leg.

ἔτ' ἐν δόμοισι ΤΟ βρέτας ἐΦ' Ὁ πεπλεύκαμεν.

Ibid vs. 1043.

ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς

σὲ καὶ σ' ἱκνοῦμαι, σὲ δὲ φίλης παρηΐδος.

antiquam et veram scripturam existimo hanc esse:

ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς ΙΚΕΤΙC ἱκνοῦμαι.

ut apud Sophoclem celebrato loco;

πρός νύν σε πατρός, πρός τε μητρός, ὦ τέκνον,
ἱκέτης ἱκνοῦμαι μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον.

In *Iphigen. Taur.* vs. 1415. Minerva ἀπὸ μηχανῆς ad Orestem absentem ita dicit:

μαθὼν δ', Ὀρέστα, τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς,
κλύεις γὰρ αὐδὴν καίπερ οὐ παρὼν θεᾶς,
χώρει λαβὼν ἄγαλμα.

Intolerabile est θεᾶς. Lacuna erat et arripuit aliquis quod primum in mentem venit. Equidem expleverim more Tragicorum καίπερ οὐ παρὼν ὅμως, ut apud Aeschylum *Sept.* 712.

πιθοῦ γυναιξὶ καίπερ οὐ στέργων ὅμως.

et in *Alcestide* vs. 956.

καίπερ οὐ δοκοῦνθ' ὅμως.

et in *Oreste* vs. 673.

κἀγώ σ' ἱκνοῦμαι καὶ γυνή περ οὖσ' ὅμως.

et aliis locis.

Praeterea addito articulo scribendum: χώρει λαβὼν Τἄγαλμα.

In *Iphig. Aulid.* vs. 724.

οἶσθ' οὖν ὁ δρᾶσον, ὦ γύναι, πιθοῦ ΔΕ μοι.

et ratio et usus loquendi respuunt δέ additum. Scribendum videtur πιθοῦ ΤΙ μοι, ut in *Oreste* 92. πίθοι' ἂν δῆτά μοί τι, et in hac ipsa fabula vs. 1435. τάδε δ' ἐμοὶ πιθοῦ.

In *Iphigen. Aulid.* vs. 887.

οἴχομαι τάλαινα, δάκρυόν τ' ὄμματ' οὐκέτι στέγει.

aliquanto suaviores erunt numeri si pro anapaesto δάκρυόν τ' reposueris trochaeum δάκρυ τ'. Contrario errore scribitur apud poëtam incertum in Schol. Ven. ad Iliad. Ψ. 254.

νύμφα φίλη, κἂν βλητὶ λίθῳ ἐνὶ δάκρυ ἧκας

pro δάκρυον ἧκας.

In *Iphigen. Aulid.* vs. 1436.

λέγ' ὡς παρ' ἡμῶν οὐδὲν ἀδικήσει, τέκνον.

quid hic verbo ἀδικεῖσθαι negotii est? sed prope abest id quod sententia flagitat:

παρ' ἡμῶν οὐδὲν ἀΤΤΧήσεις, τέκνον.

Frequens eo sensu ἀτυχεῖν est in Attica. Eupolis in *Anecd.* Bekk. p. 462, 2. Ἀτυχεῖν τὸ μὴ τυγχάνειν τινὸς ἀλλὰ διαμαρτάνειν. Εὔπολις Δήμοις·

λέγ' ὅτου πιθυμεῖς κοὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ.

perinde bene dicitur παρ' ἐμοῦ, ut in *Cyrop.* I. vi. 6. τοὺς ἀθέμιτα εὐχομένους ἔφησθα εἰκὸς εἶναι παρὰ θεῶν ἀτυχεῖν, et aliis locis.

Praeterea soloecum est ΠΑΡ' ἡμῶν ἀδικήσει. Graeculi sic loquebantur, Iulianus et Libanius, qui vel κακῶς πάσχειν παρά τινος dicebant. Poëtae pro ὑπό vel πρός τινος vel ἔκ τινος ponebant, non παρά τινος.

In *Bacchis* vs. 20.

εἰς τήνδε πρῶτΟΝ ἦλθεν Ἑλλήνων πόλιν.

frequenti errore scribitur pro πρώτην.

Ibid. vs. 171.

ὦ φίλταθ', ὡς σὴν γῆρυν ᾐσθόμην κλύων
σοφὴν σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν ὤν.

sententia clamat ΗΔόμην κλύων restitui oportere.

Ibid. vs. 256.

τῆς δυσσεβείας. ὦ ξέν', οὐκ αἰδεῖ θεούς;
Ἐχίονος δ' ὢν παῖς καταισχύνεις γένος.

interrogatio est et mutato accentu καταισχυνεῖς scribendum.

Ibid. vs. 495.

οὐκ οἶσθ' ὅτι ζῇς οὐδ' ὁρᾷς οὔθ' ὅς εἶ.

ostendimus supra ὁρᾶν et ὁρᾷν inter se permutari et ex huius loci laciniis hanc antiquam scripturam pellucere:

οὐκ οἶσθ' ὁ ΒΑΖΕΙC οὔθ' ὁ ΔΡᾷς οὔθ' ὅς εἶ.

In *Cyclope* vs. 271.

ἔγωγε τῷδε τοῦ Ῥαδαμάνθυος | πολλὰ πέποιθα.

unice verum existimo μᾶλλον πέποιθα, quod a Kirchhoffio occupatum esse video.

Ibid. vs. 430.

ὥσπερ πρὸς ἰξῷ τῇ κύλικι λελῃΜμένος

pro λελῃμμένος rescribendum esse censeo λελῃσμένος *captus*, ut in *Rheso* vs. 74

ἐν βρόχοισι δέσμιοι λελῃσμένοι.

et in *Troad.* vs. 375.

καὶ ταῦθ' ἑκούσης κοὐ βίᾳ λελῃσμένης.

et alibi. Contra λέλημμαι est *deprensus sum*, ut in *Ione* vs. 1115. οὔτι που λελήμμεθα — ἐκπορίζουσαι φόνον;

In *Cyclope* vs. 466.

ἔς' οὖν ὅπως ἂν ὥσπερ ἐκ σπονδῆς θεοῦ
κἀγὼ λαβοίμην τοῦ τυφλοῦντος ὄμματα
δαλοῦ;

optime Dobree emendavit ὡσπερεΙ Cπονδῆς, et comparavit Aeschinis locum de F. L. p. 39, 16. Δημοσθένης οὐκ ἔφη — γιγνώσκειν τῶν συμμάχων τοὺς συνεφαπτομένους ὥσπερ ἐν τοῖς σπένδουσι τῶν ἱερῶν.

Ibid. vs. 618.

ὡς μὴ 'ξεγερθῇ τὸ κακόν, ἔς' ἂν ὄμματος
ὄψις Κύκλωπος ἐξαμΙΛΛΗθῇ πυρί.

nondum poenitet correxisse olim ἐξαμαλδυνθῇ, id est ἀφανισθῇ, διαφθαρῇ, namque ἐξαμιλλᾶσθαι quid habet in tali re loci?

In *Cyclope* vs. 627.

ἡμεῖς μέν ἐσμεν μακρότερον πρὸ τῶν θυρῶν
ἑςῶτες ὠθεῖν ἐς τὸν ὀφθαλμὸν τὸ πῦρ.

Dobree: »μακροτέρω *mallem, si exstare vocem constaret*". Sensit vitium, sed non sustulit: legendum μακροτέρAN, qui est adverbii μακράν comparativus. Dicebant ἰέναι μακράν et μακροτέραν, et sim. ut in Platonis *Politico* p. 263. A. μακροτέρAN τοῦ δέοντος — πεπλανήμεθα exhibent optimi libri, caeteris μακρότερON servantibus. In antiqua poësi est forma μᾶσσον, ut in Odyss. Θ. 203.

ἥσειν ἢ τοσσοῦτον δίομαι ἢ ἔτι μᾶσσον.

vel μάσσον auctore Herodiano περὶ M. Λ. p. 37, 10. Eandem formam suspicor Euripidi esse reddendam in *Medea* vs. 907.

μὴ καὶ προβαίη μᾶσσον ἢ τὸ νῦν κακόν.

ubi pro μᾶσσον in libris μεῖζον circumfertur, sed μακρὰν προβαίνειν Graecum est, non μέγα, et μᾶσσον quid esset etiam docti nesciebant. Dixerat Hippocrates alicubi μᾶσσον: audi nunc quid Erotianus afferat: Μᾶσσον: Βακχεῖος μέν φησιν ἔλασσον, Ἡρακλείδης δ' ὁ Ταραντῖνος πλεῖον. Fallitur uterque, ut vides, sed turpiter Bacchius. Hesychius Μᾶσσον: πλέον, μεῖζον, μικρόν, ἔλασσον, hoc demum est interpretari! Itaque mirari noli cur vetus μᾶσσον in μεῖζον abierit.

In *Cyclope* vs. 687.

κακῶς γὰρ ἂν Τροίαν γε διεπυρώσαμεν
εἰ μή σ' ἑταίρων φόνον ἐτιμωρησάμην.

κακῶς sensu vacuum est. Erat olim scriptum *ΛΛΩC, quod quis oscitanter in κακῶς mutavit quum ἄλλως dare deberet, ut in *Heraclidis* vs. 962.

ἄλλως ἄρ' αὐτὸν αἰχμάλωτον εἵλομεν.

In *Heraclidis* vs. 282. miror Dindorfium retinuisse vulgatam scripturam:

μάτην γὰρ ἥβην ὧδέ γ' ἂν κεκτΩΙμεθα.

quasi non liquido constaret Atticos semper κεκτήμην dixisse, ut καθήμην, βεβλήμην, μεμνήμην et κεκλήμην, de qua re diximus in *Nov. L.* p. 223 sqq.

In *Heraclidis* vs. 494.

εἰ μή τι τούτων ἐξαμηχανήσομεν
ἡμᾶς μὲν ἄλλην γαῖαν εὑρίσκειν τινά,
αὐτὸς δὲ σῶσαι τήνδε βούλεσθαι πόλιν.

eiecit Dindorfius Nauckio auctore: non repugno, sed quod Dindorf. ἐξαμηχανήσομεν sanum putat et »*dignum interpolatore verbum*" non assentior. Sunt enim istae interpolationes frigidae, insulsae, inficetae, sed non insanae et sensu vacantes, et Graecitas quamquam non Euripide digna tamen tolerabilis est et usitata. Quid multa? dedisse videtur quisquis est:

εἰ μή τι τούτων μῆχαρ ἐξευρήσομεν.

In Aeschyli *Prometheo* vs. 605. libri exhibent:

τέκμηρον δ', τι μ' ἐπαμμένει
παθεῖν, τί μὴ χρὴ τί φάρμακον νόσου.

acute viri docti in MHXPH inesse senserunt:

τί MHXAP *H τί φάρμακον νόσου.

In *Helena* vs. 153.

ἄπεσι δὲ | κυσὶν πεποιθὼς ἐν φοναῖς θηροκτόνοις.

mirum accidit in tali re πεποιθώς, et ipsa rei natura suggerit γεγηθώς.

Ibid. vs. 281.

ὁ δ' ἀγλάϊσμα δωμάτων ἐμΟΥ τ' ἔφυ.

certa lex ἐμόν scribere iubet. Idem mendum tolle ex Aristophanis *Avibus* vs. 1640:

σοῦ γὰρ ἅπαντα γίγνεται | τὰ χρήματα.

imo vero σά, non σοῦ. Similia his ubique reperiuntur, ut in

Herc. Fur. vs. 453.

ὦ μοῖρα δυςάλαιν' ἐμΗ τε καὶ τέκνων.

In *Helena* vs. 1055.

παλαιότης γὰρ τῷ λόγῳ γ' ἔνεςί τις.

sententia manifesto haec est: δοκεῖ γάρ μοι ὁ λόγος κενός πως καὶ ἠλίθιος εἶναι, sed nihil huiuscemodi in παλαιότης inest. Credo olim scriptum fuisse ΤΑΙΟΤΗC omissa de more prima litera, deinde scriba aliquem inconsiderate παλαιότης dedisse quum (Μ)αταιότης deberet.

In *Hercule Furente* vs. 150.

τί δὴ ΤΟ σεμνὸν σῷ κατείργαςαι πόσει;

articulo non est locus: repone τί δῆΤΑ σεμνόν.

Ibid. vs. 247.

ὑμεῖς δέ, πρέσβΕΙC, ταῖς ἐμαῖς ἐναντίοι
γνώμαισιν ὄντες.

πρέσβεις non sunt *senes*, nam πρεσβῦται appellantur, sed *legati* praeter loci sententiam. Repone πρέσβυ, namque omnes inculpans unum ex omnibus alloquitur. Passim legitur ὦ πρέσβυ, ut vs. 512.

ὦ πρέσβυ, λεύσσω τἀμὰ φίλτατ' ἢ τί φῶ;

Lepide Aristophanes Agathonem παρῳδῶν in *Thesmoph.* 146 inducit dicentem:

ὦ πρέσβυ, πρέσβυ, τοῦ φθόνου μὲν τὸν ψόγον
ἤκουσα, τὴν δ' ἄλγησιν οὐ παρεσχόμην.

sed non ita dixerat, credo, sed τοῦ φθόνου μὲν τὸν ψόφον pro ψόγον, ut ὁ ψόφος τῶν ῥημάτων.

In *Hercule Furente* vs. 280.

ἐγὼ φιλῶ μὲν τέκνα, πῶς γὰρ οὐ φιλῶ;
ἄτικτον ἀμόχθησα.

non sunt haec formata more Graecorum, quibus πῶς γὰρ οὔ; consuetum est dicere ellipsi perpetua, quam si quis forte explere voluisset non φιλῶ fuisset repetendum, sed πῶς γὰρ οὐκ ἂν φιλοίην; vel πῶς γὰρ οὐ μέλλω φιλεῖν; dicendum, nam sensus est πῶς γὰρ ἂν δυναίμην τὰ τέκνα μὴ οὐ φιλεῖν; notissimo et perfrequenti usu, ut in *Rheso* vs. 751.

λυπρὸς μὲν οἶμαι τῷ θανόντι, πῶς γὰρ οὔ;

et passim. Corrigendum esse censeo:

ἐγὼ φιλῶ μὲν τἀμὰ τέκνα, πῶς γὰρ οὔ;

quia in frequentissima eius rei mentione Euripides promiscue aut τέκνα aut τἀμὰ τέκνα dicere solet, vid. *Phoen.* 970. *Med.* 787. *Iphig. Aul.* 735. *Herc. Fur.* 1223. Idem pronomen ex fuga retractum sanabit versiculum Euripidis apud Diodorum Siculum XX. 41, ubi editur:

τίς τοὔνομα τὸ ἐπονείδιστον βροτοῖς
οὐκ οἶδε Λαμίας τῆς Λιβυστικῆς θεοῦ;

edendum est:

τίς τοὐμὸν ὄνομα τοὐπονείδιστον βροτοῖς.

Ibid. vs. 327.

κἀγώ σ' ἱκνοῦμαι χάριτι προσθεῖναι χάριν. —
κόσμον πάρες μοι παισὶ προσθεῖναι νεκρῶν.

nulla auris haec ferre potest. Ex vs. 334.

ὅταν δὲ κόσμον περιβάλησθε σώμασιν.

emenda παισὶ ΠΕΡΙθεῖναι.

Ibid. vs. 488.

ὦ φίλτατ', εἴ τις φθόγγον εἰσακούσεται
θνητῶν παρ' Ἅιδῃ, σοὶ τάδ', Ἡράκλεις, λέγω.

Fuerunt olim qui θνητῶν interpretarentur esse τεθνηκότων! Elmsleius φθιτῶν coniecit; sed non est *futuro* locus et necessario praesenti tempore utendum, quo omnes homines in ea re uti solemus: *si quis est sensus in morte*, εἴ τις ἄρα ἐστὶν αἴσθησις τοῖς ἐκεῖ περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων, Lycurg. in Leocrat. §. 136. et sic alii saepius. Itaque reponendum id quod etiam Nauckio in mentem venisse video: εἴ τις φθόγγος εἰσακούεται θνητῶν παρ' Ἅιδῃ, *si qua vox* mortalium *in Orco exauditur*. Quivis de populo dixisset ἐξακούεται, sed εἰσακούεται Tragicis magis convenit τὰ κατημαξευμένα vitantibus. Dindorfius festinans, credo, utramque coniecturam recepit φθόγγος εἰσακούεται ΦΘΙτῶν παρ' Ἅιδῃ, praeter Euripidis sententiam.

Barbara forma deturpat locum Euripidis in *Herc. Fur.* vs. 566.

κρᾶτα δ' ἀνόσιον τεμὼν | ῥίψω κυνῶν ἕλκΗμα.

certa lex est in derivatis eandem formam apparere quae in perfecto passivo cernitur, nisi quod nomina in -ΜΑ penultimam semper habent productam, ut in καλεῖν (κέκλημαι) ἴγκλημα, ἐσθίω (ἐδήδεσμαι) ἔδεσμα, πίνω (πέπομαι) πῶμα, βαίνω (-βέβαμαι) βῆμα, βάλλω (βέβλημαι) βλῆμα, δῶ (δέδεμαι) ὑπό-

δημα, διάδημα, ςορέννυμι (ἔςρωμαι) ςρῶμα, et sic in caeteris ad unum omnibus. Ἕλκω habet *imperfectum* tantum et *futurum* εἷλκον et ἕλξω, caeterae formae sunt εἵλκυσα, εἵλκυκα et εἵλκυσμαι, ἀφείλκυσμαι, καθείλκυσμαι cet. Itaque nomen est necessario ἕλκΤCμα, et ἕλκΗμα non minus est barbarum quam εἵλκΗμαι. Sic et ἑλκυςικός, ἑλκυςήρ, ἑλκυςίνδα caeteraque omnia formantur, neque ulla potest esse dubitatio quin Euripides dixerit ῥίψω κυνῶν ἕλκΤCμα, ut apud Manethonem a Dindorfio laudatum in Steph. Thesauro:

οἰωνῶν κατάδειπνα κυνῶν θ' ἑλκύσματα δεινά.

Eadem opera et alteram eiusdemmodi formam barbaram ex Tragicis eximam. Editur in *Phoenissis* vs. 1384.

ᾔξαν δρΟμημα δεινὸν ἀλλήλοιν ἔπι.

et sic legitur δρόμημα et apud alios saepius et apud Euripidem in *Medea* 1169, *Troad.* 695. *Bacch.* 1083. Est tamen sine controversia δρόμημα barbarum: solum δεδράμηκα Graecum est et δράμημα, ut δραμητέον, sed quia δρόμος et δρομεύς et δρομικός et δρομάς et δρομαῖος et δρομάδην cum plurimis compositis unicuique erant in ore, antiquum et probum δρΑμημα hisce omnibus (ut veteres magistri loquuntur) συνεξέδραμεν et pro ΔΡΑ- assumsit ΔΡΟ-, quae forma ubique cum vitio ambulat et castiganda est. Verba in -δρομεῖν formantur ab adiectivis compositis, ut verba omnia in -τροφεῖν, -ςροφεῖν, -τροπεῖν, -νομεῖν, -φθορεῖν, -λογεῖν, caeteraque eiusdem analogiae sine ulla exceptione omnia. Ex his igitur -δρόμημα nasci poterat, e verbo simplici non poterat, et omnibus locis ΔΡΑμημα reponendum.

In *Hercule Fur.* vs. 1383.

Ἡρ. οὐκ ἂν δυναίμην· ἄρθρα γὰρ πέπηγέ μου.
Θη. καὶ τοὺς σθένοντας ΓΑΡ καθαιροῦσιν τύχαι.

sententia dicti, quae perspicua est, respuit γάρ et ἄρα postulat, ut in celebratis versibus:

ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος Ἄρ' ἦσθ', ἐγὼ δέ σε
ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' Ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ.

Ergo eras inane nomen, id est *nunc demum intelligo* te esse nomen sine re.

In *Electra* vs. 300 postquam Orestes dixerat:

λέξον δ' ἵν' εἰδὼς σῷ κασιγνήτῳ φέρω
λόγους ἀτερπεῖς.

et puellae idem se audire velle professae erant:

κἀγὼ τὸν αὐτὸν τῷδ' ἔρον ψυχῆς ἔχω.

respondet Electra:

λέγοιμ' ἄν, εἰ χρή, χρὴ δὲ πρὸς ΦΙΛΟΝ λέγειν.

sed dixerat, credo, πρὸς ΦΙΛΟΥC λέγειν, namque palam est eam et illi et his simul respondere.

Ibid. vs. 343.

τίνος δ' ἕκατι τάσδ' ἐπ' ἀγραύλους πύλας
ἥκουσιν ἢ 'μοῦ δεόμενοι;

sententia postulat ΗΤΟΥδεόμενοι, ἢ τοῦ δεόμενοι; ut in tali re omnibus consuetum est dicere.

In *Electra* vs. 494.

ἥκω φέρων σοι τῶν ἐμῶν βοσκημάτων
ποίμνης νεοχμὸν θρέμμ' ὑποσπάσας τόδε, —
παλαιόν τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε.

non placet Scaligeri πολιόν, sed olim scriptum fuisse arbitror γέρον τε θησαύρισμα, cui adscriptum παλαιόν deinde, uti fit, substitutum est. Γέρων pro παλαιός notissimum est, ut in *Herc. Fur.* vs. 26.

γέρων δὲ δή τις ἐς̣ὶ Καδμείων λόγος,

et γέρον pro παλαιόν multos habet auctores et testes. Etymologus M. p. 227, 10. affert γέροντα μῦθον et γέρον πρᾶγμα, ubi corrige γέρον γράμμα ex Aeschylo, cuius verba ὡς λέγει γέρον γράμμα ex antiquis Scholiis descripsit Eustathius ad Odyss. X. 184.

σάκος εὐρύ, γέρον, πεπαλαγμένον ἄζῃ.

Qui in hoc loco probe intellexerant παλαιόν anapaestum esse non posse optime in *Hercule Fur.* vs. 868.

μέλεος Ἑλλὰς ἃ τὸν εὐεργέταν
ἀποβαλεῖς, ὀλεῖς μανίΑΙσι λύσσας
χορευθέντ' ἀναύλοις.

dochmium restituerunt μανιάσιν λύσσαις, quemadmodum rectissime scribitur in *Oreste* vs. 326. ἐκλαθέσθαι λύσσας μανιάδος et vs. 370.

εἴ μ' ἐκφοβοῖεν μανιάσιν λυσσήμασιν.

et vs. 227.

κλῖνόν μ' ἐς εὐνὴν αὖθις· ὅταν ἀνῇ νόσος
μανίας ἄναρθρός εἰμι κἀσθενῶ μέλη.

Porsonus verum vidit νόσος μανιάς reponens, quod et per se satis certum est et confirmatur versu Sophocleo in *Aiace* 59:

ἐγὼ δὲ φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις
ὤτρυνον, εἰσέβαλλον εἰς ἔρκη κακά.

adscripsi haec quo magis appareret apud Herodotum VI. 75. κατελθόντα δὲ αὐτὸν αὐτίκα ὑπέλαβε μανίΗC νοῦσος ἐόντα καὶ πρότερον ὑπομαργότερον, verum esse μανιὰς νοῦσος.

In *Electra* vs. 645.

πῶς οὖν ἐκείνην τόνδε τ' ἐν ταὐτῷ κτενῶ;

sententia coniunctivum pro futuro postulat: πῶς οὖν — κτάνω;

In *Electra* vs. 813.

'ΕΚ τῶν καλῶν κομποῦσι τοῖσι Θεσσαλοῖς
εἶναι τόδ', ὅστις ταῦρον ἀρταμεῖ καλῶς.

Graecorum consuetudo fert ut 'ΕΝ τῶν καλῶν dicatur.

In *Electra* vs. 1145.

τοσήνδ' ἐγώ
δώσω χάριν σοί, σὺ δ' ἐμοὶ δίκην πατρός.

restituunt metrum sic: σὺ δὲ δίκην ἐμοὶ πατρός, sed δίκην πατρός non sunt dirimenda et Barnesio parendum corrigenti: σὺ δέ γ' ἐμοὶ δίκην πατρός. Saepe in δέ γε altera particula incuria omittitur.

Finem faciam in emendando loco ex *Supplicibus* vs. 582.

οὗτοι μ' ἐπαίρεις ὥστε θυμοῦσθαι φρένας.

fert loquendi usus et ratio ut in tali re futuro utamur, et Theseus dixerat οὗτοι μ' ἐπαρεῖς. Futura Attica ἀρῶ, ἐπαρῶ, ἀπαρῶ et ἀροῦμαι, in quibus omnibus α productum est, vix umquam in Codicibus sine malo evaserunt. Dixit de ea re Elmsleius ad *Heracl.* vs. 323. sed iuvat omnia sub uno conspectu ponere, ut de librorum fide iudicari possit, et aliquid novi adiicere. Unicus omnium locus est, unde scioli abstinuere manum, in *Iphig. Taur.* vs. 117.

ἐκ τερμάτων δὲ νόσον ἀροῦμεν πάλιν.

sed in *Medea* vs. 925. dederunt:

ἡμεῖς μὲν ἐκ γῆς τῆσδ' ἀπαίρομεν φυγῇ.

pro necessario ἀπαροῦμεν, et in *Troad.* vs. 1137.

ἡμεῖς μὲν οὖν ὅταν σὺ κοσμήσῃς νέκυν

γῆν τῷδ' ἐπαμπισχόντες αἰροῦμεν δόρυ.

pro ἀροῦμεν, et in *Helena* vs. 1598:

οὐκ εἰ' ὁ μέν τις λοῖσθον αἱρεῖται δόρυ,
ὁ δὲ — καθαιματώσει.

pro ἀρεῖται, et in *Herc. Fur.* vs. 254.

οὐ σκῆπτρα χειρὸς δεξιᾶς ἐρείσματα
αἱρεῖτε καὶ τοῦδ' ἀνδρὸς ἀνόσιον κάρα
καθαιματώσετε;

pro ἀρεῖτε, et in *Heraclidis* vs. 322.

ὑψηλὸν αἴρω καὶ λέγων τάδ' εὐφρανῶ.

pro ἀρῶ, et in *Iphig. Aulid.* vs. 125.

καὶ πῶς 'Αχιλεὺς
οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαίρει;

pro ἐπαρεῖ. Ad eundem igitur modum dederunt οὗτοι μ' ἐπαίρεις pro ἐπαρεῖς sibique in errando constant.

In *Supplicibus* denique vs. 776. in libris est:

ἀλλ' εἶεν αἴρω χεῖρ' ἀπαντήσας νεκροῖς
Ἅιδου τε μολπὰς ἐκχέω δακρυρρόους,

sed optime Elmsleius emendavit ἀλλ' εἶμ', ἐπαρῶ, quod quum merito reciperet Dindorfius sq. ἐκχέω mutato accentu in ἐκχεῶ convertit. Nollem factum, nam barbarum est ἐκχεῶ. Iudaei et Christiani, qui Graece balbutiebant magis quam loquebantur, in *praesente* tempore χύνω dicebant et ἐκχύνω (ex κέχυμαι perversa analogia fictum): *futurum* illis est ἐκχεῶ, ἐκχεεῖς, ἐκχεοῦσιν, cet. Athenienses praesentis et futuri formam eandem usurpant ut in καλῶ, τελῶ, γαμῶ, sic et in χέω cum compositis. Vidimus apud Menandrum supra p. 123 οὐχὶ δώδεκα κυάθους — ὑποχεῖς; et pag. 362. apud Aristophanem οὐ κατορύξεις — καὶ μύρον ἐπιχεῖς; et apud Platonem Comicum παραχέων ἔρχομαι, et apud Demosthenem: οὐδ' ἐγχεῖ μετὰ ταῦτα ὕδωρ οὐδεὶς ἐμοί. Futuri χέομαι est luculentum exemplum apud Isaeum VI. 51. πότερον δεῖ — εἶναι κληρονόμον καὶ ἐπὶ τὰ μνήματα ἰέναι χεόμενον καὶ ἐναγιοῦντα. ubi supplendum (χοὰς) χεόμενον. Futurum ἐγχέω recte legitur in *Cyclope* vs. 568.

Φέρ' ἔγχεον νυν. B. ἐγχέω· σίγα μόνον.

infundam, *taceas modo*, id est *si tacueris infundam*. Theocritus quum in futuri participio ἐγχέοντα dicere debuisset perperam contraxit formam et ita dixit X. 53.

εὐκτὸς ὁ τῶ βατράχω, παῖδες, βίος· οὐ μελεδαίνει
τὸν τὸ πιεῖν ἐγχεῦντα.

In fragmento Euripidis ἐν Θησεῖ Nauckius edidit (*Fragm. Trag.* p. 380).

κάρα τε γάρ σου συγχεῶ κόμαις ὁμοῦ
ῥανῶ πέδοι δ' ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο
αἱμοσαγῆ πρησῆρε ῥεύσονται κάτω.

in libris est συγχέω, quod vides esse sanissimum, tum αἱμοσαγεῖν πρησῆρες. Sed barbarum esse ῥεύσονται pro ῥυήσονται quis negabit? Emendandum igitur censeo:

κάρα τε γὰρ σὸν συγχέω κόμαις ὁμοῦ,
ῥανῶ πέδοι δ' ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο
αἱμοσαγεῖς πρησῆρες ΥΤΣονται κάτω.

Itaque intactam servabimus in *Supplicibus* scripturam librorum:

ἀλλ' εἶμ', ἐπαρῶ χεῖρ' ἀπαντήσας νεκροῖς.
Ἅιδου τε μολπὰς ἐκχέω δακρυρρόους.

In fragmento ἐκ τῆς Ἀντιόπης pag. 331 Nauckius dedit:

ἀλλ' ἐμοὶ πιθοῦ
παῦσαι μελῳδῶν, πολεμίων δ' εὐμουσίαν
ἄσκει· τοιαῦτ' ΑΕΙΔΕ καὶ δόξεις φρονεῖν,
σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίοις ἐπιστατῶν.

pro ΑΕΙΔΕ, quod non est huius loci, legerim τοιαῦτΑ Δ' ΕΡΔΕ καὶ δόξεις φρονεῖν.

Ibid. pag. 333.

εἰ δ' εὐτυχῶν τις καὶ βίον κεκτημένος
μηδὲν δόμοισι τῶν καλῶν ΠΕΙΡάσεται,
ἐγὼ μὲν οὔποτ' αὐτὸν ὄλβιον καλῶ,
φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα.

pro ΠΕΙΡάσεται, quod cum μηδὲν τῶν καλῶν componi nequit, corrigendum censeo ΠΕΠάσεται, id est κεκτήσεται, ἕξει.

Nunc Euripidem de manibus depono.

CAPUT VII.

AD AESCHINIS ORATIONEM

κατὰ Τιμάρχου.

Restat una pars operis, Aeschinis *Timarchea*, quam eadem cura qua caeteras diligenter recognoscam.

In § 5. *Iniquam*, inquit, *tyranni aut paucorum dominationem vis et praesidia armata defendunt, liberam remp. ius ac leges.* *Φυλακτέον δὴ τοῖς μὲν [ὀλιγαρχικοῖς καὶ τοῖς] τὴν ἄνισον πολιτείαν πολιτευομένοις τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ τὰς πολιτείας καταλύοντας, ὑμῖν δὲ τοῖς τὴν ἴσην καὶ ἔννομον πολιτείαν ἔχουσι τοὺς παρὰ τοὺς νόμους ἢ λέγοντας ἢ βεβιωκότας [κολάζειν].* Ultimum *κολάζειν* et sententia loci et compositio respuit, et *τοὺς παρὰ τοὺς νόμους λέγοντας* manifesto pendet ex *Φυλακτέον ὑμῖν*. Praeterea *ὀλιγαργικοῖς καὶ τοῖς* item interpolata sunt. Commemoratae sunt ab Oratore *τρεῖς πολιτεῖαι — τυραννὶς καὶ ὀλιγαρχία καὶ δημοκρατία*. *διοικοῦνται δέ*, inquit, *αἱ μὲν τυραννίδες καὶ* (add. *αἱ*) *ὀλιγαρχίαι τοῖς τρόποις τῶν ἐφεστηκότων, αἱ δὲ πόλεις αἱ δημοκρατούμεναι τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις*. Tertium easdem nominaturus orationem ita variavit ut *τοὺς τὴν ἄνισον πολιτείαν πολιτευομένους* appellaret quos modo *τὰς τυραννίδας καὶ τὰς ὀλιγαρχίας* dixerat. Magistellus *tertiam* deesse ratus suos *ὀλιγαρχικούς* addidit, imperite admodum, nam qui *ἀττικιεί* solerent *ὀλιγαρχικοί* appellari idque non ad imperium, sed ad insolentiam morum et arrogantiam pertinere nesciebat. Nunc quidem id nemo nescit: iuniores non poenitebit Theophrasti caput *περὶ ὀλιγαρχίας* lectitasse.

Quod autem Aeschines § 4 dicit: οὐκ ἀγνοῶ ὅτι ἃ μέλλω λέγειν φανεῖσθε καὶ ἑτέρων ἤδη πρότερον ἀκηκοότες, indicio est ex aliqua vetere oratione, sed nota et nobili, locum hunc esse desumtum.

Caeterum eiusdem sententiae priorem partem iisdem verbis conceptam posuit in *Ctesiphonteae* exordio § 23 sq. ut saepe solet sua repetere.

Continuo addit: ἐντεῦθεν γὰρ ἰσχύσετε ὅταν εὐνομῆσθε καὶ μὴ καταλύησθε ὑπὸ τῶν παρανομούντων [καὶ ἀσελγῶς βιούντων]. Ultima verba spuria sunt et expungenda. Verbum ζῆν habet ἀττικισί has formas ζῶ, βιώσομαι, ἐβίων, βεβίωκα, βεβίωταί μοι. Βιῶ et ἐβίουν nemo dicit sed ζῶ et ἔζων, ἔζης, ἔζη. Βιοῖ et similia Ionica sunt. Ζήσω apud Atticos *semel* et *iterum* comparet, ut in *Pluto* 263.

ψυχροῦ βίου καὶ δυσκόλου ζήσειν ἀπαλλαγέντας.

et semel in Platonis *Rep.* p. 465. D., namque altero loco p. 591. C. ζήσει interpolatum est. Caetera omnia sunt Graeculorum ἔζην, ζῆθι, ζῆναι, ἐβίωσα, βιώσας, ἔζησα, ἔζηκα, quibus nemo veterum usus est umquam, neque Plato in *Phaedone* p. 113. D. scripserat οἱ καλῶς καὶ ὁσίως βιώσαντες sed βιοῦντες. Βιῶναι habet βιούς, βιοῦντες, contra reliquorum similium analogiam δούς, γνούς et ἁλούς, et βιούς semper et ubique *aoristus* est, διαγαγὼν τὸν βίον, non διάγων. Fac periculum ubi voles, rem certam esse comperies. Διδασκαλικός est Platonis locus *de Rep.* X. p. 615. C. τῶν δὲ εὐθὺς γενομένων (emend. ἀπογενομένων *defunctorum*) καὶ ὀλίγον χρόνον βιούντων περὶ ἄλλα ἔλεγεν οὐκ ἄξια μνήμης. Ergo apud Aeschinem ἀσελγῶς βιούντων vitiosum est, et aut ζῶντες aut βεβιωκότες dictum oportuit. Nesciebat hoc sciolus et hoc indicio tenetur. Praeterea non sunt haec apte nexa οἱ παρανομοῦντες καὶ ἀσελγῶς ζῶντες, quia hoc in illo continetur, nempe παρανομοῦσιν οἱ ἀσελγῶς βεβιωκότες ὅταν δημηγορῶσιν.

In § 7. πρῶτον μὲν γὰρ (ὁ Σόλων ἐκεῖνος καὶ ὁ Δράκων) ἐνομοθέτησαν περὶ τῆς σωφροσύνης τῶν παίδων τῶν ἡμετέρων καὶ διαρρήδην ἀπέδειξαν ἃ χρὴ τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον ἐπιτηδεύειν καὶ ὡς δεῖ αὐτὸν τραφῆναι, ἔπειτα δεύτερον περὶ τῶν μειρακίων, τρίτον δ' ἐφεξῆς περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν οὐ μόνον περὶ τῶν ἰδιωτῶν

ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ῥητόρων. Diu me hic locus torsit, donec tandem et vitii sedem et veram lectionem simul reperirem relegens § 22. τοῦτον μὲν τὸν νόμον ἔθηκε περὶ τῶν μειρακίων —, οὓς δὲ ὀλίγῳ πρότερον ὑμῖν ἀνέγνω περὶ τῶν παίδων, οὓς δὲ νυνὶ μέλλω λέγειν περὶ τῶν ἄλλων ΆΘΗΝΑΙΩΝ. Haec est antiqua et vera lectio Ἀθηναίων, non ἡλικιῶν. Nunc omnia recte procedunt et optime habent: τρίτον δ' ἐφεξῆς περὶ τῶν ἄλλων ΆΘΗΝΑΙΩΝ οὐ μόνον περὶ τῶν ἰδιωτῶν ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ῥητόρων. Nempe πλὴν τῶν παίδων καὶ τῶν μειρακίων οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι ἅπαντες ἤτοι ἰδιῶταί εἰσιν ἢ πολιτεύονται. Paucis interpositis pergit Orator ita dicere: βούλομαι δὴ κἀγὼ νυνὶ πρὸς ὑμᾶς τὸν αὐτὸν τρόπον χρήσασθαι τῷ λόγῳ ὅνπερ τοῖς νόμοις ὁ νομοθέτης· οὕτω γὰρ ἄν μοι μάλιστα ὑπολαμβάνω τοὺς λόγους εὐμαθεῖς γενέσθαι. Iam vide mihi quid sciolus designaverit. Post ὁ νομοθέτης interpolavit haec: πρῶτον μὲν γὰρ διέξειμι πρὸς ὑμᾶς τοὺς νόμους οἳ κεῖνται περὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν παίδων τῶν ὑμετέρων, ἔπειτα δεύτερον τοὺς περὶ τῶν μειρακίων, τρίτον δ' ἐφεξῆς τοὺς περὶ τῶν ἄλλων ἡλικιῶν οὐ μόνον περὶ τῶν ἰδιωτῶν ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ῥητόρων, quae totidem verbis in proxime antecedentibus scripta sunt. Haeccine a facundo Oratore Attico sic dici potuisse putemus? Non hercle. Si mihi hoc dederis, redi ad superiora et diligenter considera haec verba: καὶ διαρρήδην ἀπέδειξαν ἃ χρὴ τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον ἐπιτηδεύειν [καὶ ὡς δεῖ αὐτὸν τραφῆναι]. Ain vero? Erantne haec *disertis verbis* lege praescripta? Credat Iudaeus Apella et Christiani οἷσιν οὐκ ἔνεστι νοῦς. Quam erat Graeci moris et Graecae libertatis ignarus magister, qui ista de suo addidit. Meliora et *plane contraria* docebit Aeschines ipse in hac ipsa oratione § 138.

In § 9 apponam locum, ut mihi scribendus et expurgandus videtur esse: ὁ γὰρ νομοθέτης — διαρρήδην ἀποδείκνυσι πρῶτον μὲν ὀπηνίκα προσήκει ἰέναι τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον εἰς τὸ διδασκαλεῖον καὶ ὀπηνίκα ἀπιέναι, καὶ τοὺς διδασκάλους τὰ διδασκαλεῖα καὶ τοὺς παιδοτρίβας τὰς παλαίστρας ἀνοίγειν μὲν μὴ πρότερον πρὶν ἂν ὁ ἥλιος ἀνίσχῃ, κλείειν δὲ πρὸ ἡλίου δεδυκότος. In libris pro ὀπηνίκα προσήκει est ἣν ὥραν προσήκει. Sic magistri ipsi loquebantur. Aristophanes *Av.* 1485.

πηνίκ' ἐστὶν ἄρα τῆς ἡμέρας;

Scholiasta: ἀντὶ τοῦ· ποία ὥρα ἐστὶ τῆς ἡμέρας; In sa

γμα interpolando corruperunt sic: ἀνοίγειν μὲν [ἀπαγορεύει] — κλείειν δὲ [προστάττει] κτέ. Neque Atticum est ἀπαγορεύει ἀνοίγειν sed μὴ ἀνοίγειν et ζεῦγμα est perelegans quo commodius decurrat oratio.

Pereleganter structam sententiam sciolus emblemate corrupit § 11 ὁ νομοθέτης ἡγήσατο τὸν καλῶς τραφέντα παῖδα ἄνδρα γενόμενον χρήσιμον ἔσεσθαι τῇ πόλει, ὅταν δ' ἡ φύσις κτέ. — παραπλησίους [ἡγήσατο] πολίτας ἔσεσθαι Τιμάρχῳ τουτῳί. Magistelli in longiore periodo fulcra supponunt tam molesta quam inutilia.

Iterum apponam locum ex § 13 vitio liberatum: διαρρήδην λέγει ὁ νόμος ἐάν τινα ἐκμισθώσῃ ἑταιρεῖν πατὴρ ἢ ἀδελφὸς ἢ θεῖος ἢ ἐπίτροπος ἢ ὅλως τῶν κυρίων τις, γραφὰς ἑταιρήσεως εἶναι κατά τε τοῦ ἐκμισθώσαντος καὶ τοῦ μισθωσαμένου, τοῦ μὲν ὅτι ἐξεμίσθωσε, τοῦ δὲ ὅτι, φησὶν, ἐμισθώσατο. Plana et perspicua et apte composita sic omnia sunt: διαρρήδην λέγει ὁ νόμος — γραφὰς ἑταιρήσεως εἶναι. Vide nunc mihi quae sit in libris lectio: διαρρήδην λέγει ὁ νόμος — τῶν κυρίων τις [κατ' αὐτοῦ μὲν τοῦ παιδὸς οὐκ ἐᾷ] γραφὰς ἑταιρήσεως εἶναι, κατὰ δὲ τοῦ μισθώσαντος. Quae scabrities orationis, scopas solutas, ut aiunt, vides et arenam sine calce. Interpolatus locus est ex § 18 κἀκεῖνο δέ μοι συνδιαμνημονεύσατε, ὅτι ἐνταῦθ' ὁ νομοθέτης οὔπω διαλέγεται αὐτῷ τῷ σώματι τοῦ παιδὸς ἀλλὰ τοῖς περὶ τὸν παῖδα, quibus assuit aliquis ex § 13 [πατρὶ, ἀδελφῷ, ἐπιτρόπῳ, διδασκάλοις καὶ ὅλως τοῖς κυρίοις], negligenter omisit θείῳ et διδασκάλοις addidit, qui non sunt κύριοι. Expuncto emblemate δέ in τε converti et participio ἐκμισθώσαντος necessariam praepositionem addidi.

In § 13 sequitur: καὶ ἴσα τἀπιτίμια ἑκατέρῳ πεποίηκε καὶ μὴ ἐπάναγκες εἶναι τῷ παιδὶ ἡβήσαντι τρέφειν τὸν πατέρα μηδὲ οἴκησιν παρέχειν [ὃς ἂν ἐκμισθωθῇ ἑταιρεῖν]. Quam primum reseca pannum et prorsus supervacaneum et alieno loco insertum. Eadem opera dele molestum pronomen in vicinia: ζῶντος μὲν αὐτοῦ — τελευτήσαντα δὲ [αὐτόν].

In § 15 (ὁ νόμος) ἐν ᾧ διαρρήδην γέγραπται Ἐάν τις ὑβρίζῃ εἰς παῖδα ἢ ἄνδρα ἢ γυναῖκα — γραφὰς ὕβρεως εἶναι [πεποίηκεν] καὶ τίμημα [ἐπέθηκεν] ὅ τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. Quis tandem istam scribendi negligentiam et socordiam ferre potest in quoquam scriptore, nedum in terso et venusto Attico oratore?

Sed expuncto additamento, quod ex § 46 huc invectum esse videbis, salva res est.

In § 18 ἐπειδὰν δ' ἐγγραφῇ εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον καὶ τοὺς νόμους [γνῷ καὶ] εἰδῇ τοὺς τῆς πόλεως καὶ ἤδη δύνηται διαλογίζεσθαι τὰ καλὰ καὶ τὰ μή, οὐκέτι ἑτέρῳ διαλέγεται ἀλλ' ἤδη αὐτῷ. Recte et ordine dicitur εἰδέναι τοὺς νόμους, sed τοὺς νόμους γνῶναι non item. Γνῶναι ponitur in re perplexa et obscura, quam quis cogitando perspexit et expedivit, ut aenigma. Apud Antiphanem Athenaei p. 450. B. Sappho cum patre ita confabulatur:

οὐδὲν λέγεις· πῶς γὰρ γένοιτ' ἄν, ὦ πάτερ,
ῥήτωρ ἄφωνος; B. ἦν ἀλῷ τρὶς παρανόμων.
A. παίζεις ἔχων. B. καὶ μὴν ἀκριβῶς γ' ᾠόμην
ἐγνωκέναι τὸ ῥηθέν, ἀλλ' ἤδη λέγε.

ut haec emendavimus et supplevimus in *Nov. Lectt.* p. 6. Leges autem quidquid iubent aut vetant perspicuum est unicuique ad intelligendum: itaque εἰδέναι in iis habet locum, γνῶναι non item.

In § 13. [ἐκ γὰρ τοῦ πράττεσθαί τινα ὧν οὐ προσῆκεν ἐκ τούτου τοὺς νόμους ἔθηκαν οἱ παλαιοί]. Duplex fertur scriptura ἔθηκαν et ἔθεντο. Discrimen est tam notum quam certum in foro Attico quidem: νόμον ὁ μὲν νομοθέτης τίθησιν, ὁ δὲ δῆμος τίθεται. Sexcenties legitur ὁ τιθείς, ὁ θεὶς τὸν νόμον, ubi τιθέμενος aut θέμενος absurdum esset. Contra ad cives suos dicit Aeschines § 178. ἐπιδέξιοι δ' οἶμαι φύντες ἑτέρων μᾶλλον εἰκότως καλλίους νόμους τίθεσθε, substitue τίθετε, vitiose et inepte dictum erit. Lectio ἔθεντο est in uno omnium optimo Codice Coisliniano mirae vetustatis et longe meliore et fideliore teste quam sunt reliqui omnes, ut alio loco ostendam. Substituit aliquis ἔθηκαν qui haec de legum latoribus dici oportere opinabatur. Noli tangere, sed totam illam annotatiunculam otiosam ac futilem in marginem remitte.

In § 19 recitantur verba legis: Ἂν τις Ἀθηναίων ἑταιρήσῃ μὴ ἐξέσω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι [ὅτι οἶμαι σεφανηφόρος ἡ ἀρχή] μηδ' ἱερωσύνην ἱεράσασθαι [ὃς οὐδὲ καθαρῷ διαλέγεται τῷ σώματι] μηδὲ συνδικησάτω τῷ δημοσίῳ μηδὲ ἀρξι ἀρχὴν μηδεμίαν μηδέποτε μήτ' ἔνδημον μήθ' ὑπερόριον μήτη ρωτὴν μήτε χειροτονητήν· μηδὲ κηρυκευσάτω μηδὲ πρεσβι

μηδὲ τοὺς πρεσβεύσαντας κρινέτω (lege κρινάτω) [μηδὲ συκοφαντείτω μισθωθεὶς] μηδὲ γνώμην εἰπάτω μηδέποτε μήτε ἐν τῇ βουλῇ μήτε ἐν τῷ δήμῳ μηδ' ἂν δεινότατος ᾖ λέγειν Ἀθηναίων. Putasne importunam ac levem suspicionem ὅτι οἶμαι ςεφανηφόρος ἡ ἀρχή ab ipso Oratore profectam? aut verba ὃς οὐδὲ καθαρῷ διαλέγεται τῷ σώματι? Sed levia haec sunt prae iis quae sequuntur μηδὲ συκοφαντείτω μισθωθείς. Hoc igitur iis solis, ut reliqua omnia, erat licitum qui sine labe vixissent! Miror quo pacto ista irrepserint, hoc unum video tam necesse esse ea expungere atque Τιμάρχῳ § 18. οὐκέτι ἑτέρῳ διαλέγεται ἀλλ' ἤδη αὐτῷ [Τιμάρχῳ], quod unanimi consensu (nec mirum) deleverunt omnes.

In § 20. ἵν' εἰδῆτε οἵων νόμων ἡμῖν κειμένων τετόλμηκε Τίμαρχος δημηγορεῖν ὁ τοιοῦτος τὸν τρόπον οἷον ὑμεῖς ἐπίςασθε. ad οἵων adscripsit aliquis ὡς καλῶν καὶ σωφρόνων, quae verba post κειμένων irrepserunt in textum.

In § 23 καὶ πῶς δὲ κελεύει τοὺς προέδρους χρηματίζειν; ἐπειδὰν τὸ καθάρσιον περιενεχθῇ καὶ ὁ κήρυξ τὰς πατρίους εὐχὰς εὔξηται προχειροτονεῖν [κελεύει τοὺς προέδρους] περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων, et post pauca τότ' ἤδη [κελεύει] λέγειν τῶν ἄλλων Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον οἷς ἔξεςιν. Pueriliter haec interponuntur. Magistelli paulo longiorem verborum complexum mente retinere non possunt et tamquam memoriae subsidia ista fulcra supponunt.

In § 24. erat in vetusto libro scriptum:

οἱ πρεσβύτεροι τῷ μὲν εὖ
φρονεῖν ἀκμάζουσιν, ἡ δὲ τόλμα διὰ τὴν ἀμπειρίαν τῶν πραγμάτων.
ἤδη αὐτοὺς ἄρχεται ἐπιλείπειν.

Annotatiuncula in margine ad verba εὖ φρονεῖν pertinens in textum recepta post ἐπιλείπειν sententiam loci ineptam et ridiculam reddidit.

In § 25 ὁ Ἀριςείδης ὁ τὴν ἀνομοίαν ἐπωνυμίαν ἔχων Τιμάρχῳ τουτῳί, magister adscribit: ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος, quae nunc ipse Orator dixisse putatur. Profecto necesse erat hoc Athenienses doceri!

In § 25 τοῦτ' ἔςιν ὑπόμνημα καὶ μίμημα τοῦ Σόλωνος σχήματος ὃν τρόπον ἔχων αὐτὸς διελέγετο τῷ δήμῳ [τῶν Ἀθηναίων]. Non est corrigendum τῷ Ἀθηναίων, sed abiiciendum emblema. Mirum si in alia civitate verba fecisset ad populum. Αὐτός additur, quia Solon aliis νόμους περὶ εὐκοσμίας scripserat.

In § 27. Ἃ συνιδὼν ὁ νομοθέτης διαρρήδην ἀπέδειξεν οὓς χρὴ δημηγορεῖν καὶ οὓς οὐ δεῖ λέγειν ἐν τῷ δήμῳ. Quam inepte composita haec sunt! Aeschines, credo, dixisset: οὓς χρὴ δημηγορεῖν καὶ οὓς μή. Sed salva res est: legislator neque lege sanxerat § 7. πῶς δεῖ τὸν παῖδα τὸν ἐλεύθερον τραφῆναι, neque h. l. οὓς χρὴ δημηγορεῖν. Non est legislatoris neque hoc neque illud. Quid igitur? οὓς ΟΥ χρὴ δημηγορεῖν, quo recepto inficetum emblema stare non poterit. Demonstrant id omnia quae sequuntur, unde primum alterum additamentum tolle: τίνας δ' οὐκ ᾤετο δεῖν λέγειν; τοὺς αἰσχρῶς βεβιωκότας. [τούτους οὐκ ἐᾷ δημηγορεῖν]. καὶ ποῦ τοῦτο δηλοῖ; Est operae pretium ipsa verba legis audire:

ΔΟΚΙΜΑΣΙΑ ΡΗΤΟΡΩΝ.

Ἐάν τις λέγῃ ἐν τῷ δήμῳ τὸν πατέρα τύπτων ἢ τὴν μητέρα ἢ μὴ τρέφων ἢ μὴ παρέχων οἴκησιν ἢ τὰς στρατείας μὴ ἐστρατευμένος ὅσαι ἂν αὐτῷ προσταχθῶσιν ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκὼς ἢ πεπορνευμένος ἢ ἡταιρηκὼς ἢ τὰ πατρῷα κατεδηδοκὼς ἢ ὧν ἂν κληρονόμος γένηται δοκιμασίαν ἐπαγγειλάτω Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος οἷς ἔξεσιν. Hoc est, opinor, *disertis verbis demonstrare* οὓς ΟΥ χρὴ δημηγορεῖν. Leguntur haec § 28—32, sed non sine sciolorum additamentis, primum § 28 [τοῦτον οὐκ ἐᾷ λέγειν.] νὴ Δία καλῶς γε. Credebat haec deesse magister neque sensit ex ipso Legis titulo Δοκιμασία Ῥητόρων id apparere. Tum in § 32 τούτους οὖν ἐξείργει ἀπὸ τοῦ βήματος cum interpretatione [τούτους ἀπαγορεύει μὴ δημηγορεῖν]. Aeschines certe τούτοις daturus fuisset.

In § 27. οὐκ ἀπελαύνει ἀπὸ τοῦ βήματος εἴ τις μὴ προγόνων ἐστὶ τῶν ἐστρατηγηκότων υἱός. Lepidum est προγόνων υἱός. Libri optimi τῶν omittunt. Optimum esse arbitror restituere: εἴ τις μὴ γονέων ἐστὶν ἐστρατηγηκότων υἱός. Splendidius est ad nobilitatis laudem *patrem* quam ex maioribus aliquem Praetorium habere.

In § 28. Δοκιμασία, φησὶ, ῥητόρων· Ἐάν τις λέγῃ ἐν τῷ δήμῳ τὸν πατέρα τύπτων ἢ τὴν μητέρα ἢ μὴ τρέφων ἢ μὴ παρέχων οἴκησιν, magister iterum inculcat suum [τοῦτον οὐκ ἐᾷ λέγειν]. Praeterquam quod ea verba inepte abundant, Aeschines τοῦτον, sed τούτους dicturus fuisset.

In § 29. ἄνθρωπε, τῇ πόλει ὑπὲρ ἧς τὰ ὅπλα μὴ τίθ

συμβουλεύειν ἀξίου. Haec vera scriptura est. Vulgo post *τίθεσαι* additur [*ἢ διὰ δειλίαν μὴ δυνατὸς εἶ ἐπαμῦναι*], quae acrem loci sententiam onerant et compositionem pervertunt.

In § 30 *τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς οἰκήσαντα καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθεῖναι.* Perinde est in tali re futurum ponere *διαθήσειν* aut *ἂν διαθεῖναι.* Futurum posuit paulo ante: *τὸν γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἐφ' ὕβρει πεπρακότα καὶ τὰ κοινὰ τὰ τῆς πόλεως ῥᾳδίως ἡγήσατο ἀποδώσεσθαι,* nunc *παραπλησίως ἂν ἡγήσατο διαθεῖναι* dedit. Nihilne subolet in *τὰ κοινὰ τὰ τῆς πόλεως?*

Δὶς ταὐτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχίνης.

namque *nihil prorsus* interest inter *τὰ κοινά* et *τὰ τῆς πόλεως.* In priore loco scribe: *πεπρακότα καὶ [τὰ κοινά] τὰ τῆς πόλεως,* in altero: *οἰκήσαντα καὶ τὰ κοινὰ [τῆς πόλεως] παραπλησίως ἂν ἡγήσατο διαθεῖναι.*

In sqq. insulsissime repetitum legitur *ὁ νομοθέτης* in his: *οὐδ' ᾤετο δεῖν [ὁ νομοθέτης] τὸν ῥήτορα ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα κτέ.*

Tralaticium emblema recurrit § 31. *χρήσιμα τὰ λεγόμενα ἡγήσατο εἶναι — οὐδ' ἂν εὖ πάνυ λεχθῇ συνοίσειν [ἡγήσατο] τοῖς ἀκούουσιν.*

Ubi bis idem dicitur ut § 32. *τούτους οὖν ἐξείργει ἀπὸ τοῦ βήματος, [τούτους ἀπαγορεύει μὴ δημηγορεῖν],* et secunda sententia nihil habet ponderis neque ad aures numerosior accidit, idque in libris tam flagitiose interpolatis, quid tu faciendum censes?

Multae interpolationes ipsorum Codicum testimoniis redarguuntur. Ut quisque liber est antiquissimus ita paucissimis additamentis inquinatum esse videbis. Quam multas fraudes patefecit perantiquus liber f Coislinianus? In § 33 exhibet: *ὑμεῖς δ' ἔτι προσέθεσθε καινὸν νόμον μετὰ τὸ καλὸν παγκράτιον ὃ οὗτος ἐπαγκρατίασεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὑπεραισχυνθέντες ἐπὶ τῷ πράγματι καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἀποκληροῦν φυλὴν ἐπὶ τὸ βῆμα ἥτις προεδρεύσει.* Caeteri omnes post *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ* interpungunt et ita scribunt *ὑπεραισχυνθέντες [γὰρ] ἐπὶ τῷ πράγματι καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν [νόμον ἐθήκατε καινὸν] ἀποκληροῦν,* quae Bekkerus recepit, cui vel *ἐθήκατε* pro *ἔθεσθε* fraudem aperire poterat.

In § 34. *ἔστι δ' οὐδὲν ὄφελος, ὦ Ἀθηναῖοι, [ζητεῖν] τοὺς τοιού-*

τους ἀνθρώπους ἀπελαύνειν ἀπὸ τοῦ βήματος ταῖς κραυγαῖς· οὐ γὰρ αἰσχύνονται. Expuncto ζητεῖν loci sententia optime habet, neque ζητεῖν *conari* significat sed πειρᾶσθαι. Ζητεῖν ponitur ubi quid *cogitando* reperiri potest, ut apud Aristophanem in *Nub.* 546.

οὐδ' ὑμᾶς ζητῶ 'ξαπατᾶν δὶς καὶ τρὶς ταῦτ' εἰσάγων.

Ecce iterum nostrum suppositicium κελεύει in § 33. τί προσέταξεν ὁ τιθεὶς τὸν νόμον; καθῆσθαι [κελεύει] τοὺς φυλέτας κτέ.

In § 34. τούτους μέντοι τοὺς νόμους εἶναι χρησίμους ἢ ἀχρήστους ἐφ' ὑμῖν ἐστιν· ἐὰν μὲν γὰρ κολάζητε τοὺς ἀδικοῦντας ἔσονται ὑμῖν οἱ νόμοι καλοὶ καὶ κύριοι, ἐὰν δ' ἀφιῆτε καλοὶ μόνον, κύριοι δ' οὐκέτι. Lubens Aeschines sua repetit, si quid sibi venuste et rotunde dixisse videtur. Iterum iisdem utitur § 100, ubi est vera lectio καλοὶ ΜΕΝ κύριοι δ' οὐκέτι. Saepissime μὲν et μόνον inter se permutantur.

Excusans se apud iudices Aeschines, quod verbis quibusdam spurcis et obscoenis usurus sit, ita dicit § 38: αἰσχρῶς οὕτω τυγχάνει βεβιωκὼς ὥστε τὸν τὰ τούτῳ πεπραγμένα διεξιόντα ἀδύνατον εἶναι εἰπεῖν [ὡς αὐτὸς βούλεται], ἐὰν μή τι καὶ τῶν τοιούτων φθέγξηται ῥημάτων. Quoties hunc locum relego offendo in verbis ὡς αὐτὸς βούλεται, quae et sententiae et structurae officiunt. Aut excidit aliquid aut molesta verba eliminanda sunt, quo facto omnia procedunt optime.

In § 40. ἵνα μή [με] τις εἴπῃ ὡς ἄρα λίαν ἀκριβολογοῦμαι ἅπαντα. Importunum et molestum pronomen tres libri omittunt. Optime.

Proverbio simile est Atticum ὡς αὐτὸ δείξει. In § 40 in aliis libris est αὐτὸ τοὔργον, in aliis αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. Hoc indicio optime glossemata deprehenduntur. Scribe ὡς αὐτὸ ἔδειξεν.

Soloecum est § 43. διαπειλησαμένου δὲ τοῦ Μισγόλα καὶ τοῦ Φαίδρου τοῖς ξένοις καὶ κελευόντων ἤδη ἀκολουθεῖν εἰς τὸ δεσμωτήριον, necessarium est διαπειλησαμένων.

Vehementer mihi de mendo suspecta sunt haec in § 45. αὐτὸ μὲν γὰρ τοὔνομα τοῦ ἔργου — οὐκ ἐγγράφω οὐδὲ ἄλλο γέγραφα οὐδέν κτέ. Ferri non potest ἐγγράφω quum praeced γέγραφα μαρτυρίαν Μισγόλᾳ et sequatur ἄλλο γέγραφα o Suspicor olim sic scriptum fuisse:

οὐκ ἐγγράφω οὐδὲ ἄλλο γέγραφα
οὐδέν

et γέγραφα in margine variam lectionem esse ad ἐγγράφω referendam. Itaque genuinum esse οὐκ ἐγγέγραφα οὐδὲ ἄλλο οὐδέν.

In § 46. εἰ γὰρ ὁ μὲν πράξας αἰσχυνεῖται καὶ προαιρήσεται χιλίας [μᾶλλον] δραχμὰς ἀποτῖσαι τῷ δημοσίῳ, ὁ δὲ πεπονθὼς δημηγορήσει, σοφὸς ὁ νομοθέτης ὁ τοὺς οὕτω βδελυροὺς ἐξείργων ἀπὸ τοῦ βήματος. Nullus locus est adverbio μᾶλλον, cui nihil neque in verbis neque in cogitatione respondet. Irrepsit ex praecedenti loco: ἐὰν δὲ προαιρῆται ἐκκλητευθῆναι μᾶλλον ἢ τἀληθῆ μαρτυρεῖν, ubi μᾶλλον optime habet, sed προαιρῆται suspectum est quia αἱρεῖσθαι μᾶλλον dicitur non προαιρεῖσθαι. In exitu huius loci ubi exclamat orator magna voce σοφὸς ὁ νομοθέτης κτέ. una literula periit, nam requiritur σοφός γ' ὁ νομοθέτης. Sic enim aut ἦ σοφός in tali re exclamare solebant.

Vocabulum Atticum et rarum trahit post sese interpretamentum § 49. ἔνιοι μὲν γὰρ νέοι ὄντες προφερεῖς [καὶ πρεσβύτεροι] φαίνονται, ἕτεροι δὲ πολὺν ἀριθμὸν χρόνου γεγονότες παντάπασι νέοι. vid. Ruhnken. ad Tim. v. Σκληφρός et locum Pollucis ab eo indicatum: προφερὴς λέγεται ὁ τῷ μὲν χρόνῳ νεώτερος, τῇ δὲ ὄψει δοκῶν πρεσβύτερος.

In § 52. ἐὰν δὲ — ἐπιδείξω — οὐκέτι δήπου φαίνεται μόνον ἡταιρηκώς κτέ. duabus literulis transpositis scribe φανεῖται pro φαίνεται. Caeterum hic locus tam impeditus et vexatus est, ut equidem omnem emendationis spem deposuerim.

In § 53. ἀλλὰ διημέρευεν ἐν τῷ κυβείῳ
οὗ ἡ τηλία τίθεται καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας συμβάλλουσι καὶ κυβεύουσιν. Ex ora libri irrepsit annotatiuncula. Athenienses ea loca non κυβεῖα appellabant, sed σκιραφεῖα. Isocrates *Areop.* p. 149. c. οὐκ ἐν τοῖς σκιραφείοις οἱ νεώτεροι διέτριβον οὐδ' ἐν ταῖς αὐλητρίσιν, et in *Antid.* p. 491. οἱ δ' ἐν τοῖς καπηλείοις πίνουσιν, ἕτεροι δ' ἐν τοῖς σκιραφείοις κυβεύουσιν. Sequiores illa κυβεῖα et κυβευτήρια appellunt.

Interpolata est coniunctio ὡς § 67. ἵν' ὑμῖν ἐπιδείξω οἵους ἀπεργάζεται ἀνθρώπους τὸ ἐπιτήδευμα τοῦτο, [ὡς] καταφρονοῦντας μὲν τῶν θεῶν, ὑπερορῶντας δὲ τοὺς νόμους κτέ. Appositio haec est neque voculam ὡς admittit.

Frequens apud Aeschinem interpolatio est in his § 70. εἰπατέ μοι πρὸς [τοῦ] Διὸς καὶ [τῶν ἄλλων] θεῶν. Similiter erratum § 87. φέρε δὴ πρὸς [τοῦ] Διὸς καὶ [τῶν ἄλλων] θεῶν. In Demosthenis libris saepissime recte legitur, ut *de F. L.* p. 347. 2. καὶ πρὸς Διὸς καὶ θεῶν πειρᾶσθε συνδιαμνημονεύειν, et saepius alibi.

In § 79. ἃ γὰρ οὗτος ἔργῳ πράττων οὐκ ᾐσχύνετο, ταῦτ' ἐγὼ σαφῶς ἐν ὑμῖν εἰπὼν οὐκ ἂν ἐδεξάμην ζῆν, imo vero οὐκ ἂν δεξαίμην, ut *de Fals. Legat.* § 179. ἀδελφοὶ δέ, οἳ διαζυγέντες ἐμοῦ ζῆν οὐκ ἂν ἕλοιντο (non προέλοιντο), et passim in simili sententia, ut μή νυν ζῴην, τεθναίην, ἀπολοίμην εἴ σε δέδοικα, et sim.

Continuo sequitur § 80. ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους [ἐν οἷς οὗτος ἦν παρὰ τῷ Πιτταλάκῳ] καταπλεῖ δεῦρο ἐξ Ἑλλησπόντου Ἡγήσανδρος. Scholion futile irrepsit in textum: praeterea ἐν οἷς Graeculum sapit.

Impedita sunt et male composita quae sequuntur § 80. οὗτος ὁ Ἡγήσανδρος [ἀφικνεῖται], ὃν ὑμεῖς ἴσε κάλλιον ἢ ἐγώ, ἔτυχε [δὲ] τότε συμπλεύσας εἰς Ἑλλήσποντον ταμίας Τιμομάχῳ τῷ Ἀχαρνεῖ. Duobus verbis expunctis omnia aptissime decurrunt. Arctissime iungenda esse apparet Ἡγήσανδρος, ὃν ὑμεῖς ἴσε κάλλιον ἢ ἐγώ. Suspicor ἀφικνεῖται in margine adscriptum ad καταπλεῖ δεῦρο huc aberrasse, et sic δέ insertum.

Dittographia est § 57. καί πως [ἴσως] ἡγήσατο εἶναι αὐτὸν ἐγγὺς τῆς αὐτοῦ φύσεως, et interpolatum pronomen in verbis ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν [αὐτόν].

In § 62. ἐν παντὶ δὲ κακῷ γενόμενος ὁ Πιττάλακος, nemo sic Athenis loquitur, sed aut ἐν παντί dicebant aut ἐν παντὶ κακοῦ.

In § 64. ἐνταῦθα δὴ καταμεμψάμενος ἑαυτὸν ὁ Πιττάλακος καὶ ἐκλογισάμενος τίς ὢν πρὸς οὕστινας ἐπολέμει εὖ ἐβουλεύσατο — δεῖ γὰρ τἀληθῆ λέγειν — [ἡσυχίαν ἔσχε, in aliis ἡσυχίαν ἔχειν] καὶ ἠγάπησεν εἴ τι μὴ προσλάβοι καινὸν κακόν. Revocandum ex melioribus libris ὅστις ὢν πρὸς οὕστινας. Utroque modo recte dicitur τίς ὢν πρὸς τίνας πολεμεῖ, et ὅστις ὢν πρὸς οὕστινας ἐπολέμει. Praecedens ἐκλογισάμενος partem pronominis hausit. Deinde expunge manifestum emblema. Urbane dictum εὖ ἐβουλεύσατο acutis auditoribus erat satis. In fine transpone: εἰ μή τι προσλάβοι.

Forma barbara maculat locum § 67. οὐκοῦν καὶ αὐτὸν ὑμῖν καλέσω τὸν Ἡγήσανδρον. Apud veteres Athenienses καλέσω est coniunctivi aoristus, ut apud Sophoclem in *Philocletae* exitu:

φέρε νυν ἐλθὼν χώραν καλέσω.

et in *Pluto* 964.

φέρε νυν ἐγὼ τῶν ἔνδοθεν καλέσω τινά.

et alibi passim. Futurum est semper et ubique καλῶ et καλοῦμαι, ut et γαμῶ, γαμοῦμαι, et τελῶ, διατελῶ et ἀκοῦμαι (*medebor*). Retinetur σ post ε ubi antepenultima longa est αἰδέσομαι, ἀχθέσομαι, ἐπαινέσομαι, ἀρκέσω: quia in μάχομαι brevis est futurum habet μαχοῦμαι. Excipiuntur disyllaba ξέσω et σβέσω, sed χέω habet ἀττικισί futurum eiusdem formae χέω, ut supra vidimus, ὅπως ἐγχεῖς, οὐχ ὑποχεῖς sim. Sequiores, etiam qui sibi ἀττικώτατοι esse videbantur, magis magisque formis solutis utebantur καλέσω dicentes et καλέσομαι et διατελέσω et similia omnia. Hinc illae formae Veteribus obtrudi coeptae, quibus nusquam parcendum. Constat sero natas esse et vitio receptas. Grassatur ea labes in Homeri carminibus, apud Herodotum, apud Atticos omnes. Καλῶ ubi non manifesto apparet futurum esse intactum evadit, ut in vicinia § 67 διὰ τί οὖν αὐτὸν καλῶ; nil subolet sciolis et abstinent manum. Respondent sibi inter se οὐκοῦν καὶ αὐτὸν ὑμῖν καλῶ τὸν Ἡγήσανδρον, et διὰ τί οὖν αὐτὸν καλῶ, non sentiunt et antiqua forma salva est.

In § 70. οὐκ οἴεσθε τὸν Ἡγήσανδρον — ὑπερήφανα τὰ ἐπιτάγματα ἐπιτάττειν ὡς ταῖς τούτου ὑπερβολαῖς αὐτὸν δόξοντα μέτρια διαπεπρᾶχθαι; In omnibus libris est δόξαντα, absurda scriptura a Reiskio correcta. In omnibus Codd. *etiam optimis* participia futuri temporis et aoristi perpetuo inter se confunduntur, et nostra esse debet ubique optio. Feruntur passim absurdae scripturae et structurae, quas etiam in unanimi librorum consensu vitiosas et damnandas esse constat. Quid quum libros in iis sexcenties variare videmus?

In § 72. οὐ γὰρ ἔγωγε ὑπολαμβάνω οὕτως ὑμᾶς ἐπιλήσμονας εἶναι ὥς' ἀμνημονεῖν ὧν ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατε ἀναγιγνωσκομένων [τῶν] νόμων. Nota et consueta attractionis ratio articulum τῶν expungendum esse docet. Tam bonam occasionem non

omisit magister et continuo adscripsit: [ἐν οἷς γέγραπται ἐάν τις μισθώσηταί τινα Ἀθηναίων ἐπὶ ταύτην τὴν πρᾶξιν ἢ ἐάν τις ἑαυτὸν μισθώσῃ ἔνοχον εἶναι τοῖς μεγίστοις καὶ τοῖς ἴσοις ἐπιτιμίοις]. Haec omnia satis negligenter repetiit ex § 13. sqq. et quae illic et suo loco et recte dicta sunt, in scholio vitiose narrantur, veluti τοῖς μεγίστοις καὶ τοῖς ἴσοις ἐπιτιμίοις, sumtum ex § 13 καὶ ἴσα τἀπιτίμια ἑκατέρῳ πεποίηκεν. Ista omnia nunc pro Aeschineis leguntur! Omnibus his una litura deletis locum perpurgatum relege, et mihi, credo, assentieris.

In § 73. ἀλλὰ διὰ τοῦτο κρίνεται, ὅτι ταῦτα πράξας ἐδημηγόρει. Imo vero δημηγορεῖ. Imperfectum recte haberet si praecederet ἐκρίνετο.

Necessarium articulum excidisse facile senties § 74. ἀνάγκη δ' ἴσως ἔσται παραπλήσια (τὰ) παραδείγματα εἶναι τοῖς τρόποις τοῖς Τιμάρχου.

Manifestam sententiae labem aequo animo ferunt § 74. εἰ δή τις ὑμῶν ἔροιτο τοὺς ὁδῷ πορευομένους, τί νῦν οὗτος ὁ ἄνθρωπος πράττει; εὐθὺς ἂν εἴποιτε τοῦ ἔργου τοὔνομα, in his εἴποιτε clamat scribendum esse εἰ δή τις ὑμᾶς, non ὑμῶν.

Vehementer dubito de integritate scripturae § 75. τί χρὴ λέγειν ὅταν μειράκιον νέον καταλιπὸν τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις νυκτερεύῃ, τὴν ὄψιν ἑτέρων διαφέρον, καὶ πολυτελῆ δεῖπνα δειπνῇ ἀσύμβολον καὶ αὐλητρίδας ἔχῃ καὶ ἑταίρας πολυτελεστάτας καὶ κυβεύῃ καὶ μηδὲν ἐκτίνῃ αὐτὸς ἀλλ' ἕτερος ὑπὲρ αὐτοῦ; Restitue primum naturae ordinem μειράκιον νέον τὴν ὄψιν ἑτέρων διαφέρον καταλιπὸν τὴν πατρῴαν οἰκίαν κτέ. namque ea verba τὴν ὄψιν ἑτέρων διαφέρον aut aliunde interpolata alienam sedem occuparunt aut illic ubi reposui collocanda. Praeterea διαφέρων requiro et καταλιπών et ἀσύμβολος, quoniam omnes in talibus statim ad naturae genus recurrunt quod nunc in solo αὐτός servatum est. Quae sequuntur comparanda sunt cum lepidissimis Ephippi versiculis apud Athen. p. 572. c, quos emendatos apponam:

ὅταν τις ὢν νέος
ἀλλότριον ἐλθὼν ὄψον ἐσθίειν μάθῃ,
ἀσύμβολόν τε χεῖρα προσβαλεῖν βορᾷ,
τοῦτον διδόναι νόμιζε τῆς νυκτὸς λόγον.

vulgatur προσβάλῃ et

διδόναι νόμιζ' αὐτὸν σὺ τῆς νυκτὸς λόγον.
qui elumbis et Attico poëta indignus senarius est.

In § 80 ἀκριβῶς [εὖ] οἶδ' ὅτι κατέγνωτ' ἂν αὐτοῦ. alterum vitiose abundat neque est difficilis optio. Post pauca: εἴποιμ' ἄν· »διότι ἐπαρρησιάσασθέ μοι καὶ διείλεχθε." καὶ ὁπότε καὶ ποῦ (leg. ὅπου) ἕκαστος ἐγὼ ὑμᾶς ὑπομνήσω. ὅταν οὗτοσὶ ἀναβῇ ἐπὶ τὸ βῆμα ἐν τῷ δήμῳ, καὶ ὅτε ἐβούλευε πέρυσιν, ὅταν μνησθῇ τειχῶν ἐπισκευῆς ἢ πύργου ἢ ὡς ἀπήγετό που (lege ποι) τις εὐθὺς ἐβοᾶτε καὶ ἐγελᾶτε καὶ αὐτοὶ ἐλέγετε τὴν ἐπωνυμίαν τῶν ἔργων ὧν σύνισε αὐτῷ. Vides quam haec perverse et praepostere sint composita. Legendum censeo: ὁπόταν οὗτοσὶ — ἐν τῷ δήμῳ (ὡς ὅτε ἐβούλευε πέρυσιν) (εἶτα) μνησθῇ τειχῶν ἐπισκευῆς — εὐθὺς βοᾶτε καὶ γελᾶτε καὶ αὐτοὶ λέγετε κτέ.

In § 81 κατὰ τὸ ψήφισμα τὸ τούτου [ὃ οὗτος εἰρήκει] περὶ τῶν οἰκήσεων τῶν ἐν τῇ Πυκνί. Quid sibi volunt verba ὃ οὗτος εἰρήκει, et quid est λέγειν ψήφισμα? Nihil, opinor.

Emblema sustulit aculeum dicti in § 82 ἔφατε τὸν Αὐτόλυκον ἀληθῆ λέγειν· εἶναι γὰρ αὐτὸν ἔμπειρον [τούτων]. Ἔμπειρον ambiguum est et ridiculum; addideris τούτων, iocus periit. Paucis interpositis legendum οὐ γὰρ ἡμῖν πάτριον deleto ἐστιν, quod et hic et saepe alibi importunum adhaesit.

Quod sequitur: ἔχομεν δὲ τοιαύτην τινὰ συγγνώμην Τιμάρχῳ, plane sensu cassum est τοιαύτην τινά. Nihil aliud sententia loci aut fert aut postulat quam quod urbanitate Attica dici solet: ἔχομεν δὲ πολλὴν συγγνώμην Τιμάρχῳ.

In § 84. ὑμεῖς δ' ἐξεβάλετε αὐτὸν ὑπολαβόντες· ἴσμεν, ὦ Πύρρανδρε, ὅτι οὐ δεῖ γελᾶν τούτων ἐναντίον, ἀλλ' οὕτως ἰσχυρόν ἐστιν ἡ ἀλήθεια ὥστε πάντων ἐπικρατεῖ τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν. Supplendum ἴσμεν (μέν), ὦ Πύρρανδρε, et corrigendum ἐπικρατεῖν pro ἐπικρατεῖ.

In § 85 οὐκ οὖν ἄτοπον [ἂν εἴη], ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ μηδὲν μὲν ἐμοῦ λέγοντος αὐτοὶ βοᾶτε τὴν ἐπωνυμίαν τῶν ἔργων, ὧν σύνισε τούτῳ, ἐμοῦ δὲ λέγοντος ἐπιλέλησθε, καὶ μὴ γενομένης μὲν κρίσεως περὶ τοῦ πράγματος ἥλω ἄν, γεγονότος δ' ἐλέγχου ἀποφεύξεται; Tres boni libri omittunt ἂν εἴη, quod cum sententiae compositione pugnat. Bene haberet si optativus sequeretur. Tum pro ἐπιλέλησθε necessario requiritur futurum ἐπιλήσεσθε, quia in hac frequentissima apud Atticos dicendi forma ita componi-

tur id quod ante factum est cum iis quae iamiam futura sunt, ut appareat ea esse inter se incongrua, et magnae inconstantiae ac levitatis esse aut stultitiae ubi illa feceris haec aut facere aut non facere. Ut hoc loco: *nonne absurdum est quem in concione damnaveritis eum in iudicio absolvere?* Ipsa rei natura futurum postulat, quod in secundo ἀποφεύξεται salvum evasit, in priore ἐπιλήσεσθε in ἐπιλέλησθε corruptum est. Aliquot locos similes supra attuli pag. 569.

In § 85 ταύτην ἐγὼ ὑπολαμβάνω τὴν μαρτυρίαν μεμαρτυρῆσθαι ὑμῖν ὑπὸ τοῦ δήμου τῶν (unus τοῦ) Ἀθηναίων ἣν ἁλῶναι ψευδομαρτυριῶν οὐ καλῶς ἔχει. haec est vulgata librorum lectio, nisi quod duo meliores ὑπολαμβάνω μαρτυρίαν exhibent sine articulo. Tenui sed certo indicio interpolatorem deprehendi. Αὕτη ἡ μαρτυρία μεμαρτύρηται ὑμῖν plane idem est more Attico atque ταύτην τὴν μαρτυρίαν μεμαρτυρήκατε ὑμεῖς. Sexcenties praesertim ἀττικιστί sic ponitur *perfectum* passivum, βεβίωταί μοι pro βεβίωκα, εἴρηταί μοι, πέπρακταί μοι, κατηγόρηταί μοι, et in *Nubibus* 1436:

μάτην ἐμοὶ κεκλαύσεται, σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξεις.

et sic passim apud omnes. Si sic accipienda sunt verba ταύτην ἐγὼ ὑπολαμβάνω μαρτυρίαν μεμαρτυρῆσθαι ὑμῖν, de quo nulla est dubitatio, res ipsa clamat verba ὑπὸ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων absurdissime a sciolo esse interpolata, nam perinde est ac si legeretur ταύτην ὑμεῖς μαρτυρίαν μεμαρτυρήκατε ὑπὸ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, namque ὑπὸ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων non minus inepte in hac forma orationis abundant quam in illa, opinor. Nunc simul intelligitur sine articulo scribendum ταύτην ἐγὼ ὑπολαμβάνω μαρτυρίαν μεμαρτυρῆσθαι ὑμῖν, nam sensus est τοῦτο (id quod in concione omnes conclamavistis) ὑπολαμβάνω εἶναι μαρτυρίαν ἣν ὑμεῖς μεμαρτυρήκατε, cuius sententiae Attica forma est illa ipsa: ταύτην ὑπολαμβάνω μαρτυρίαν μεμαρτυρῆσθαι ὑμῖν, non τὴν μαρτυρίαν. Quod reliquum est ἣν ἁλῶναι ψευδομαρτυριῶν οὐ καλῶς ἔχει, uno tantum tenuissimo vitio laborat. In accentu erratum est et ψευδομαρτυρίων corrigendum. Sexcenties apud omnes sic peccatur, namque ex ipsa rei natura fere semper *genitivus* occurrit ψευδομαρτυρΙΩΝ ἑλεῖν, ἁλῶναι, φεύγειν, διώκειν, ὀφλεῖν, λαχεῖν, ἀγωνίζεσθαι et saepe ἐπισκήψασθαι. Analogia et usus ψευδομαρτύριΟΝ et ψευδομαρ-

τύριΑ verum esse docent, scribae ψευδομαρτυρίαι Graecum esse opinantur, quae forma cum analogia pugnans plane barbara est. Itaque et ψευδομαρτυριῶν ubique dederunt et κινδυνεύειν ἐν ψευδομαρτυρίαις et πῶς ἄν τις καταγνοίη ψευδομαρτυρίαν, quae Dindorfio ad Steph. Thesaurum imposuerunt. Unus Platonis locus nescio quo pacto intactus et integer evasit in *Theaet.* p. 148 B. ὥστε μοι δοκεῖ ὁ Θεόδωρος οὐκ ἔνοχος τοῖς ψευδομαρτυρίοις ἔσεσθαι, ad quam normam caeteri omnes loci tandem aliquando corrigantur.

In § 86 ἠτιάσατό τινας εἶναι οἵπερ ἄρα ἐνεχείρουν συνδεκάζειν τὴν ἐκκλησίαν καὶ τἆλλα δικαστήρια. Scribendum est ἐνεχείρουν δεκάζειν, praepositio ex praeced. ουν adhaesit. Calamitosum verbum est δεκάζειν. Graeculi sequiores pro δεκάζειν dicebant δωροδοκεῖν τινά pessime corrupto antiquo verbi usu, et δεκάζειν in veterum scriptis lectum et aliis modis vitiabant et in συνδεκάζειν, δικάζειν et συνδικάζειν corrumpebant. In § 87. Bekkerus nil mali suspicatus edidit ἀνάγκη ἦν — μαρτυρεῖν τὸν μὲν ὡς ἐδίκαζε, τὸν δὲ ὡς ἐδικάζετο. Quam saepe haec apud alios sint confusa alibi ostendam.

Inanis garrulitas arguit magistellum latitantem in § 87. προκειμένης ἑκατέρῳ ζημίας ἐκ τοῦ νόμου θανάτου [ὥσπερ ἐνθάδ' ἐάν τις μισθώσηταί τινα Ἀθηναίων ἐΦ' ὕβρει καὶ πάλιν ἐάν τις Ἀθηναίων ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος αἰσχύνῃ ἑκὼν μισθαρνῇ]. O intolerabilem loquacitatem! sed arguitur sciolus etiam ex oratione: ἐνθάδε apud Aeschinem est *hic Athenis*, apud sciolum *in hoc orationis loco*; sic etiam καὶ πάλιν est scholiastarum. Paulo ante scribe πᾶσα δήπου ἀνάγκη pro ἅπασα.

In § 89. Εἰ μὲν τοίνυν ἦν ὁ ἀγὼν οὑτοσὶ ἐν πόλει ἐκκλήτῳ —, εἰ δ' ὁ μὲν ἀγών ἐστιν Ἀθήνησι κτέ. Neminem vidisse emendandum esse ΈΠΕΙ δέ! Πόλλ' ἄρ' ἡμᾶς λανθάνει. Plane idem vitium insidet in § 130: εἰ μὲν μάρτυρας παρειχόμην περί τινος ἐπιστεύετε ἄν μοι, εἰ δὲ (imo vero ΈΠΕΙ δέ) τὴν θεὸν μάρτυρα παρέχομαι οὐ πιστεύετε;

Et forma loci et sententia laborat § 89. ἐπεὶ δὲ — οἱ αὐτοὶ δικασταί μοι καὶ μάρτυρές ἐστε τῶν λόγων ἐμοὶ μὲν ἀναμιμνήσκειν προσήκει, ὑμᾶς δέ μοι μὴ ἀπιστεῖν. Ἐμοὶ μὲν προσήκει — ὑμᾶς δέ. Quis sic loquitur? sed fac ὑμῖν esse, quae exibit sententia? *Iidem estis mihi*, inquit, *et iudices et testes.* Itaque *meum* est

ea quae facta sunt vobis in memoriam revocare, admonere vos earum rerum, quas ipsi probe scitis, *vestrum* est — quid putes? — ἐμοὶ μὴ ἀπιςεῖν. Sentisne quam sit hoc absurdum? Quae ipsi optime scitis et probe meministis ea mihi narranti nolite non credere. Apage ineptias. Quo pacto illae difficultates commode removeri possint mihi quidem non contigit reperire, λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος.

Quoniam praepositiones περί et ὑπέρ et apud reliquos et apud Aeschinem saepissime confunduntur, nemo dubitet § 89 reponere οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ μόνον ἐσπουδακέναι ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ (non περὶ) τῶν ἄλλων τῶν ταὐτὰ διαπεπραγμένων [αὐτῷ]. Supervacuum pronomen alieno loco positum expunge.

In § 29 πολλοὺς γὰρ ἤδη ἔγωγε ἔναγχος τεθεώρηκα — ἁλόντας· ἤδη δέ τινας — [οἶδα] νικήσαντας. Scribendum πολλοὺς γὰρ δή (non ἤδη) et inutile fulcrum οἶδα sciolo qui supposuit reddendum.

In § 94 οὐ γὰρ δὴ δοκεῖ εἶναι αὐτῷ δυνατὸν τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον πεπορνεῦσθαι καὶ τὰ πατρῷα κατεδηδοκέναι. Non ex sua persona haec dicit Aeschines, sed ex adversarii. Adde igitur unam literulam et scribe δοκεῖν pro δοκεῖ, quo facto expungi poterit φησί in sqq. τὸ μὲν γὰρ ἡμαρτηκέναι τι περὶ τὸ σῶμα παιδὸς εἶναι [φησὶ], τὸ δὲ τὰ πατρῷα κατεδηδοκέναι ἀνδρός.

In § 96. οὐ μόνον κατέφαγε τὰ πατρῷα ἀλλ' εἰ οἷόν τ' ἐςὶν εἰπεῖν καὶ κατέπιεν. καὶ γὰρ οὐδὲ τῆς ἀξίας ἕκαςον τῶν κτημάτων ἀπέδοτο [οὐδ' ἐδύνατ' ἀναμένειν τὸ πλέον καὶ τὸ λυσιτελοῦν] ἀλλὰ τοῦ ἤδη εὑρίσκοντος [ἀπεδίδοτο]. Et male compositum et κακόφωνον est ἀπέδοτο — ἀπεδίδοτο, et si quis praedia *abiecisse* dicitur, inepte additur, non exspectasse eum dum *melius venderet*, neque id ipsum Graece dici potest, τὸ πλέον καὶ τὸ λυσιτελοῦν ἀναμένειν. Deletis additamentis optime sic procedit oratio: καὶ γὰρ οὐδὲ τῆς ἀξίας ἕκαςον τῶν κτημάτων ἀπέδοτο, ἀλλὰ τοῦ ἤδη εὑρίσκοντος. οὕτως ἠπείγετο σφόδρα πρὸς τὰς ἡδονάς. Obiter in § 97 restitue οὐσίαν ἀφ' ἧς ἕτερος μὲν κἂν ἐλειτούργει more Attico pro μὲν ἂν καί.

In § 97 τούτῳ γὰρ κατέλιπεν ὁ πατὴρ οἰκίαν μὲν (γὰρ del.) ὄπισθεν τῆς πόλεως (*pone arcem*), ἐσχατιὰν δὲ Σφηττοῖ, — ἔτι δὲ πρὸς τούτοις γυναῖκα ἀμόργινα ἐπιςαμένην ἐργάζεσθαι [καὶ ἔργα λεπτά] εἰς τὴν ἀγορὰν [ἐκφέρουσαν]. Orator ἀττικιςί dixerat γυναῖκα ἀμόργινα ἐπιςαμένην ἐργάζεσθαι εἰς τὴν ἀγοράν. Exo-

riuntur magistri qui primum ἀμόργινα exponentes quid sit adscribunt ἔργα λεπτά, deinde ἐργάζεσθαι εἰς τὴν ἀγοράν quid esset non intelligentes perineptum participium ἐκφέρουσαν comminiscuntur de suo. Suidas: Εἰς ἀγορὰν ὑφαίνειν τὸ εἰς τὴν ἀγορὰν ἐκφέρειν τὰ ὑφαινόμενα. οὕτω Μένανδρος. Notus est acerbissimus iocus Demosthenis in prima *Philippica* p. 47, 11: τί οὖν οὗτοι ποιοῦσιν; πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς — οἱ λοιποὶ τὰς πομπὰς πέμπουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν. ὥσπερ γὰρ οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίνους, εἰς τὴν ἀγορὰν χειροτονεῖτε τοὺς ταξιάρχους καὶ τοὺς φυλάρχους, οὐκ ἐπὶ τὸν πόλεμον. Hoc igitur est ἀμόργινα εἰς τὴν ἀγορὰν ἐργάζεσθαι. Ipsa ἀμόργινα Hesychius dicit esse λεπτοϋφῆ ἐνδύματα, et Suidas: ἔστι δὲ σφόδρα λεπτὸν ὑπὲρ τὴν βύσσον ἢ τὴν κάρπασον. Vides ἀμόργινα et ἔργα λεπτά esse idem. Vulgata sic, credo, nata est. Erat in vetusto libro:

ἀμόργινα ἐπισαμένην ἐργάζεσθαι ἔργα λεπτά

Scribae antiquum obtinent et scholion addita copula receperunt in textum.

In § 99. οὐδὲ τούτου τοῦ χωρίου ἀπέσχετο ἀλλὰ καὶ τοῦτ' ἀπέδοτο δισχιλίων δραχμῶν καὶ τῶν θεραπαινῶν καὶ τῶν οἰκετῶν οὐδένα κατέλιπεν [ἀλλ' ἅπαντα πέπρακε]. Dissentiunt libri ἀλλὰ πάντας, ἀλλ' ἅπαντας, ἀλλ' ἅπαντα. Nihil est in his boni et tu pannum inepte assutum reseca.

In § 101. ἀπέδοτο ἃ ἦν αὐτῷ κτήματα ἄνευ τῶν ἀρτίως εἰρημένων χωρίον Κηφισιᾶσιν ἕτερον, ἀγρὸν Ἀμφιτροπῆσιν, ἐργαστήρια δύο ἐν τοῖς ἀργυρείοις. Male haec divisa sunt et quid sibi vult ἕτερον sic collocatum? Expunge ἀγρόν et ita scribe: χωρίον Κηφισιᾶσιν, ἕτερον Ἀμφιτροπῆσιν, ἐργαστήρια δύο, et nihil erit opus quaerere quid inter χωρίον et ἀγρόν intersit.

In § 108 legitur: τί δὲ προσδοκᾶτε; τὸν Ἀθήνησιν ὑβριστὴν οὐκ εἰς τοὺς ἄλλους μόνον ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ νόμων ὄντων, ὑμῶν ὁρώντων, ἐχθρῶν ἐφεστηκότων, τοῦτον αὐτὸν λαβόντα ἄδειαν καὶ ἐξουσίαν καὶ ἀρχὴν τίς ἂν ἐλπίσειεν ἀπολελοιπέναι τι τῶν ἀσελγεστάτων ἔργων; Quid significat h. l. τί δὲ προσδοκᾶτε; nihil, nisi sententia expleatur: τί δὲ προσδοκᾶτε τὸν Ἀθήνησιν ὑβριστὴν — ἀπολελοιπέναι τῶν ἀσελγεστάτων ἔργων; Sed pendent haec, inquies, ex verbis τίς ἂν ἐλπίσειεν. Nunc quidem, sed suppositicia ista sunt et delenda simul cum τι quod verbo ἀπολελοιπέναι adhaesit. Ubi semel τί δὲ προσδοκᾶτε male a caeteris

seiunctum est, exstitit sciolus aliquis qui locum correxit. Corrector! Post pauca scribe κατὰ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, οὐχ ἥκιςα δὲ [καὶ] κατὰ τοῦτο, non ταῦτα.

In § 106 οὗτος γὰρ ταύτην τὴν ἡλικίαν ἔχων ἣν ὑμεῖς ὁρᾶτε οὐκ ἔςιν ἥντινα [πώποτ'] οὐκ ἦρξεν ἀρχήν. Delendum est πώποτε, quod sententiae officit.

In § 111. τί οὖν ἐςιν, ὃ συμβουλεύω ὑμῖν; ἐὰν μὲν ἡ βουλὴ καταγνοῦσα τουτονὶ ἀδικεῖν καὶ ἐκφυλλοφορήσασα δικαςηρίῳ παραδῷ δότε τὴν δωρεὰν αὐτοῖς, ἐὰν δὲ μὴ [κολάσωσι] μὴ δῶτε. Repone καταγνοῦσα τουτουί pro τουτονί, quod soloecum est et manifestum emblema κολάσωσι tolle. Senatus Timarchum poterat δικαςηρίῳ παραδοῦναι, sed ipse κολάσαι non poterat.

Vide an sana sit et integra verborum compositio haec § 112. μὴ τοίνυν φανῆτε τῇ μὲν βουλῇ χαλεπήναντες καὶ πεντακοσίους ἄνδρας τῶν πολιτῶν ἀςεφανώτους ποιήσαντες ὅτι τοῦτον οὐκ ἐτιμωρήσατο, αὐτοὶ δὲ ἀφῆτε. Necesse erat dicere μὴ φανῆτε τῇ μὲν βουλῇ χαλεπήναντες — αὐτοὶ δὲ 'ΑΦΕΝΤΕC. Praeterea plurali numero opus est ἐτιμωρήσαντο.

In § 120 σκέψασθ' ἂν ἁπλοῦν καὶ ἐλευθέριον δόξω λόγον ὑμῖν λέγειν. Et ratio et usus postulant δοκῶ. Saepius sic peccatur.

Elegantem ellipsin interpolatio sustulit § 121. τόλμησον γὰρ εἰς τοὺς δικαςὰς βλέψας εἰπεῖν ἃ προσήκει [λέγειν] ἀνδρὶ σώφρονι τὰ περὶ τὴν ἡλικίαν. Tres libri omittunt λέγειν, quod etiam sine libris erat inducendum.

Optime legitur in tribus libris § 123 αὕτη μέν ἐςιν, ὦ Τίμαρχε, ἀπολογία ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ σώφρονος καὶ πεπιςευκότος τῷ βίῳ καὶ καταφρονοῦντος εἰκότως ἁπάσης βλασφημίας. Vulgo ἀπολογία moleste inter σώφρονος et καὶ interpositum flumen orationis impedit.

In § 126 inducit Demosthenem ita dicentem: »εἰ μὴ κἀμὲ δεῖ ὑπακούειν τοῖς ὄχλοις μὴ Δημοσθένην καλούμενον ἀλλὰ Βάταλον, ὅτι ταύτην ἐξ ὑποκορίσματος τίθης τὴν ἐπωνυμίαν ἔχω." εἰ δὲ Τίμαρχος ὡραῖος ἐγένετο καὶ σκώπτεται τῇ τοῦ πράγματος διαβολῇ καὶ μὴ τοῖς αὐτοῦ ἔργοις, οὐ δήπου διὰ τοῦτ' αὐτόν φησι δεῖν συμφορᾷ περιπεσεῖν. Ἐγὼ δέ, ὦ Δημόσθενες, κτέ. Ultima verba ἐγὼ δέ demonstrant ea quae praecedunt omnia ex Demosthenis persona esse dicta. Ergo scribe διὰ τοῦτ' αὐτὸν δεῖ συμφορᾷ περιπεσεῖν, et senties quam sit ita acrior et animosior oratio.

In § 127 verba Oratoris emendata et purgata proponam: περὶ δὲ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἀψευδής τις ἀπὸ ταὐτομάτου πλανᾶται φήμη κατὰ τὴν πόλιν καὶ διαγγέλλει τοῖς πολλοῖς τὰς ἰδίας πράξεις, πολλάκις δὲ καὶ μαντεύεται περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Vulgo legitur περὶ δὲ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον [καὶ τὸν λόγον καὶ τὰς πράξεις], quae sententiam onerant et obscurant: praeterea καὶ τὸν λόγον incerta sede in libris vagatur et repetitum πράξεις laedit aurem. In fine loci dedi πολλάκις δέ pro πολλὰ δέ. Frequens ea confusio est quia πολλάκις in libris antiquioribus scribitur πολλ̄.

In § 128 de fama loquens εὑρήσετε, inquit, καὶ τὸν Εὐριπίδην ἀποφαινόμενον τὴν θεὸν ταύτην οὐ μόνον τοὺς ζῶντας ἐμφανίζειν δυναμένην, ὁποῖοί τινες ἂν τυγχάνωσιν ὄντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς τετελευτηκότας ὅταν λέγῃ

φήμη τὸν ἐσθλὸν κἂν μυχῷ δείκνυσι γῆς.

Emendandum: ὁποῖοί τινες τυγχάνουσιν ὄντες. Lepidus Phaedri versiculus

en hic declarat quales sitis iudices,

Graece sonaret: ἰδού, οὗτοσὶ ἐμφανίζει ὑμᾶς, ὁποῖοί τινές ἐστε κριταί, ubi absurdum esset ὁποῖοί τινες ἂν ἦτε. Eadem igitur loci Aeschinei ratio est.

In § 129. πάντες οἱ δημοσίᾳ φιλότιμοι παρὰ τῆς [ἀγαθῆς] φήμης ἡγοῦνται τὴν δόξαν κομιεῖσθαι. Quid? an sunt igitur duae φῆμαι, ἥ τε ἀγαθὴ καὶ ἑτέρα τις οὐκ ἀγαθή? Non opinor. Ergo redde sciolo suum ἀγαθῆς.

In § 130 τίνι κέχρησθε φήμῃ περὶ Τιμάρχου; οὐχ ἅμα τοὔνομα λέγεται καὶ τὸ ἐρώτημα [εὐθὺς] ἐρωτᾶτε »ποῖος Τίμαρχος; ὁ πόρνος;" Cum duobus libris expunge εὐθύς, quod etiam invitis omnibus libris erat expungendum. Tardat sententiae rapiditatem et numquam in ea locutione additum reperies. Loquuntur omnes ut Menander noto versiculo:

ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις.

vide Valckenaer. ad Herod. III. 135. Unum Aeschinis locum addam ex § 187. οὐχ ἅμα Τίμαρχον ἀπολῦσαι ὁμολογήσετε καὶ τὴν κοινὴν παιδείαν ἀνατρέψετε;

In § 130 corrigendum esse ἐπεὶ δὲ τὴν θεὸν μάρτυρα παρέχομαι pro εἰ δέ, vid. ad § 89.

Fallax oppositionis species maculavit locum § 133. καὶ τὸ

κάλλος ὥσπερ οὐ πάλαι μακαριζόμενον ἂν τύχῃ σωφροσύνης [νῦν] ἐγκωμιάσεται. Non enim inter se contraria sunt πάλαι et νῦν, quod h. l. ineptum est, sed πάλαι μακαριζόμενον arguit inane et supervacaneum esse ἐγκωμιάζειν τὸ κάλλος *olim* ab omnibus laudatum.

In § 135 κἀνταῦθα δή τινα καταδρομὴν ὡς ἀκούω μέλλει ποιεῖσθαι [περὶ] ἐμοῦ ἐπερωτῶν εἰ οὐκ αἰσχύνομαι κτέ. Inducenda praepositio est. Κατατρέχειν τὴν χώραν ut καθιππάζεσθαι τὴν χώραν dicuntur pedites et equites qui agrum hostilem depopulantur. Thucydides VIII. 99. καὶ τῆς Χερσονήσου τι μέρος κατέδραμον. Herodotus IX. 14. ἡ δὲ ἵππος προελθοῦσα κατιππάσατο χώρην τὴν Μεγαρίδα. Significanter et lepidissime Aristophanes *Acharn.* 159

τούτοις ἐάν τις δύο δραχμὰς μισθὸν διδῷ
καταπελτάσονται τὴν Βοιωτίαν ὅλην.

Hinc Hesychius Καταπελτάσονται: καταδραμοῦνται, recte, et hoc usitate dicitur, illud κωμικῶς πέπαικται. Omnia haec figurate et tropice significant *invehi in aliquem*, *maledictis aliquem insectari* et servant accusativum. Scite Plato *de Legg.* VII. 806. c. τὸν ξένον ἐάσομεν τὴν Σπάρτην ἡμῖν οὕτω καταδραμεῖν; Aeschylus *Eumen.* 731.

ἐπεὶ καθιππάζει με πρεσβῦτιν νέος.

et 145.

νέος δὲ γραίας δαίμονας καθιππάσω.

Sequiores eorum verborum usum retinuerunt sed accusativis genitivos substituunt originem et rationem huius significationis ignorantes. Sic Bion ὁ Βορυσθενίτης a Diogene Laërtio IV. 47 dicitur πλείας ἀφορμὰς δεδωκέναι τοῖς βουλομένοις καθιππάσασθαι τῆς φιλοσοφίας, id est *omnibus qui philosophiam* exagitare *vellent.* Κατατρέχειν τινός eo sensu frequentissimum est. Aeschines Socraticus ἐν τῷ Ἀξιόχῳ πικρῶς Ἀλκιβιάδου κατατρέχει ὡς οἰνόφλυγος καὶ περὶ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας σπουδάζοντος apud Athenaeum in Platonis insectatione V. p. 220 c. et plurima alia apud Dindorfium ad Steph. Thes. qui quod dativo iunctum putavit apud Dionem Cassium 61, 10. τῶν συνόντων τοῖς δυνάσαις κατατρέχων, imprudenti aut festinanti excidit.

Quemadmodum igitur κατατρέχειν τινά dicitur, sic raphrasi dicebant καταδρομήν τινος ποιεῖσθαι, et καὶ

pro *insectatio* alicuius. Dabo exemplum ut emendem. Dionysius Halicarn. in *Epist. ad Cn. Pompeium* p. 752. Reisk. *εἰ μέν ἐστι μοι κατὰ Πλάτωνος λόγος τις καταδρομὴν περιέχων τοῦ ἀνδρὸς ὥσπερ Ζωΐλῳ τῷ ῥήτορι* (add. *Ὁμήρου*) *ἀσεβεῖν ὁμολογῶ, καὶ εἴγε βουληθεὶς ἐγκώμιον αὐτοῦ γράφειν λόγους τινὰς συγκαταπλέκω τοῖς ἐπαίνοις νόμους.* Absurda haec quidem sunt: lege *ψόγους τινὰς ἐγκαταπλέκω τοῖς ἐπαίνοις*, quo facto interpolatum *νόμους* ultro excidet. Dicebant igitur sequiores *κατά τινος ποιεῖσθαι καταδρομήν*, ut Polybius a Dindorfio indicatus XII. 23 *κατὰ τοῦ Ἐφόρου Τίμαιος πλείστην πεποίηται καταδρομήν*, Attici sine praepositione et omnino *περί τινος ποιεῖσθαι καταδρομήν* neque vetus est neque novum.

In § 135 *ἐπιδείξεσθαί μου φησὶν ὅσα πεποίηκα ἐρωτικὰ εἴς τινας ποιήματα καὶ λοιδοριῶν καὶ πληγῶν τινων ἐκ τοῦ πράγματος αἳ περὶ ἐμὲ γεγένηνται μαρτυρίας* [*φησὶ*] *παρέξεσθαι.* Lege *μάρτυρας παρέξεσθαι* et inutile fulcrum remove: namque *λοιδοριῶν μάρτυρες* sunt sed *μαρτυρίαι περὶ λοιδοριῶν.* Pro *ἐπιδείξεσθαι* in *omnibus* libris est *ἐπιδείξασθαι.* Pugnat apertissime cum loci sententia. Scribae nil morantur. Eodem modo in participiis stulte *-οντες* et *-αντες* permiscent, *-σάμενος* et *-σόμενος.* Et tamen eorum arbitrio nonnulli controversias de usu temporum dirimi postulant.

Lepidus et venustus homo candide fatetur § 136. *οὔτ' αὐτὸς ἐξαρνοῦμαι μὴ οὐ γεγονέναι ἐρωτικὸς καὶ ἔτι καὶ νῦν εἶναι, τάς τε ἐκ τοῦ πράγματος γιγνομένας πρὸς ἑτέρους φιλονικίας καὶ μάχας οὐκ ἀρνοῦμαι μὴ οὐχὶ συμβεβηκέναι μοι.* Scite omnia, sed in exitu et sententia et auris postulant ut scribatur *συμβεβηκέναι κἀμοί.* et paucis interpositis *carmina mea amatoria*, inquit, *ἐξαρνοῦμαι μὴ τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον ὃν οὗτοι διαφθείροντες παρέξονται*, dabisne mihi *διαφθείραντες* esse necessarium?

Ecce iterum Crispinus § 137. *ὁρίζομαι δ' εἶναι τὸ μὲν ἐρᾶν τῶν καλῶν καὶ σωφρόνων φιλανθρώπου πάθος καὶ εὐγνώμονος ψυχῆς, τὸ δὲ ἀσελγαίνειν — ὑβριστοῦ καὶ ἀπαιδεύτου ἀνδρὸς ἔργον.* Optime habent omnia. In Codd. est magistri additamentum *εἶναι ἡγοῦμαι* post *ἔργον* insertum. Apage.

In § 137. antiquitus in libris ferebatur haec scriptura

ὅσον δ' ἑκάτερον τούτων
ἀπ' ἀλλήλων ἀφέστηκε — *ὡς πολὺ διαφέρει*

ἐν τοῖς ἐφεξῆς ὑμᾶς πειράσομαι λόγοις διδάσκειν.

Eiusdem farinae est in sqq. ὁπότε γὰρ οἱ νομοθέται τὸ καλὸν τὸ ἐκ τῶν γυμνασίων κατιδόντες ἀπεῖπον τοῖς δούλοις μὴ μετέχειν τούτῳ αὐτῷ ἡγοῦντο ᾧ ἐκείνους ἐκώλυον τοὺς ἐλευθέρους προτρέπειν ἐπὶ τὰ γυμνάσια. redeat unde vitio irrepsit.

In § 139. ἀκύρου δ' οἶμαι καὶ ἀδυνάτου ἔτι ὄντος κρῖναι τὸν ὄντως εὔνουν καὶ μὴ τὸν ἐρῶντα σωφρονίζει καὶ τοὺς τῆς φιλίας λόγους εἰς τὴν φρονοῦσαν [καὶ πρεσβυτέραν] ἡλικίαν ἀναβάλλεται· τὸ δ' ἐπακολουθεῖν [καὶ ἐφορᾶν] φρουρὰν καὶ φυλακὴν σωφροσύνης ἡγήσατο εἶναι μεγίστην. Si quis τὴν φρονοῦσαν ἡλικίαν nominaverit, quid dicat satis intelligimus et insulsum est καὶ πρεσβυτέραν adiicere. In ΕΦΟΡΑΝ et ΦΡΟΥΡΑΝ veterem dittographiam suspicor inesse, et quid est magis quam ἐφορᾶν et ἐπισκοπεῖν a loci sententia alienum? Contra excidit aliquid initio ubi supplendum: τὸν ὄντως εὔνουν καὶ ΤΟΝ μή.

In § 141 καταφεύγειν ἐπὶ τοὺς εἰρημένους ἐν [τῷ] μέτρῳ λόγους. Et ratio et usus articulum deleri iubent. Archestratus noto versiculo

ἰχθύος αὐξηθέντος, ὃν ἐν μέτρῳ οὐ θέμις εἰπεῖν.

Ibid. λέξω δὲ πρῶτον μὲν περὶ Ὁμήρου, ὃν ἐν τοῖς πρεσβυτάτοις καὶ σοφωτάτοις τῶν ποιητῶν [εἶναι] τάττομεν. Miror quo pacto quis εἶναι adiecerit, sed planum est nullo pacto stare posse.

In § 143 λέγει γάρ που Ἀχιλλεύς — ὅτι τὴν ὑπόσχεσιν τὴν πρὸς τὸν πατέρα τοῦ Πατρόκλου [τὸν Μενοίτιον] ἄκων ἐψεύσατο· ἐπαγγείλασθαι γὰρ αὐτὸν εἰς Ὀποῦντα σῶν ἀπάξειν [ἦν γὰρ Ὀπούντιος], εἰ συμπέμψειεν [αὐτὸν] εἰς τὴν Τροίαν καὶ παρακαταθεῖτο αὐτῷ. Magistri est primum τὸν Μενοίτιον, deinde insulsissimum ἦν γὰρ Ὀπούντιος, tum αὐτόν, quod ex sequenti αὐτῷ cogitando supplendum. Praeterea ἀττικιεί scribendum est παρακατάθοιτο, ut ἐπίθοιτο, πρόοιτο, retracto accentu ut in ἀπόδοιτο.

Molestum imprimis est et aurem laedit quod scioli tam saepe de suo inserunt αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτὸν et αὐτοῦ et sim.

§ 145 οὕτως [αὐτὸν] ἰσχυρῶς ἐπένθησεν ὥστε παρὰ [θέτ [αὐτοῦ] μητρὸς προακούσας ὅτι — ἐν τῇ [αὐτοῦ] πατ

θανεῖται. Πενθεῖν absolute dicitur neque obiecto indiget, neque potuit αὐτόν magis alieno loco inseri quam inter οὕτως ἰσχυρῶς. Nihil causae est cur a *sua* matre audivisse dicatur in *sua* patria se moriturum. Sexcenties talia aut frigide aut stolide apposita animadvertes. Manifestum exemplum est in vicinia § 146 ὅπως — καὶ τελευτησάντων [αὐτῶν] τὰ ὀστᾶ ἐν τῇ αὐτῇ σορῷ κείσεται.

Praeterea nonne sentis quam puerile sit παρὰ [Θέτιδος] τῆς μητρός? *Agnoscisne* scioli *stilum?*

In § 147. ἀναγνώσεται ὑμῖν ὁ γραμματεὺς τὰ ἔπη τὰ περὶ τούτων ἃ Ὅμηρος πεποίηκεν, ne ultima frustra adiecta esse videantur, nam de solo Homero sermo est, suspicor Oratorem dixisse τὰ ἔπη ἃ περὶ τούτων Ὅμηρος πεποίηκεν.

In Homeri versu § 148 οὔ σε πρὶν κτεριῶ notabilis est scribae error qui quum describeret ΠΡΙΝΚΤΘΡΙΩ aliud agens πρὶν νυκτερινῶ dedit. Post pauca ἥπερ λάχε γεινόμενόν περ verum est γιγνόμενον περ *nascentem*. Locus Homeri non ab ipso Aeschine, quum orationem ederet, appositus est, sed in antiquis libris ex Homero suppletus, quia sine Homeri versiculis ea pars orationis legi non potest. Quae scriptura nunc apud Aeschinem circumfertur descripta est ex libris multo antiquioribus quam quibus hodie utimur, sed ad Aristarchi recensionem exacta nihil habet boni. Insunt versus insipidi et supervacanei

καὶ δὲ σοὶ αὐτῷ μοῖρα, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ,
τείχει ὑπὸ Τρώων εὐηγενέων ἀπολέσθαι.

[μαρνάμενον δῄοις Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο.] nam sic δῄοις scribendum non δῃΐοις. In eximia parte loci vera scriptura est:

μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε τιθήμεναι ὀστέ', Ἀχιλλεῦ,
ἀλλ' ὁμοῦ ὡς ἐτράφην περ ἐν ὑμετέροισι δόμοισιν.

quae vide quam interpolata sit in Aeschinis libris:

μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε τιθήμεναι ὀστέ', Ἀχιλλεῦ,
ἀλλ' ἵναπερ σε καὶ αὐτὸν ὁμοίη γαῖα κεκεύθῃ
χρυσέῳ ἐν ἀμφιφορεῖ τόν τοι πόρε πότνια μήτηρ,
ὡς ὁμοῦ ἐτράφεμέν περ ἐν ὑμετέροισι δόμοισιν.

ubi saltem κέκευθε pro κεκεύθῃ correctum oportuit post ἵναπερ id est οὗπερ, ὅπουπερ. Meliora sunt apud Aristarchum, qui *quem* versum in fine huius loci expunxit

ὣς δὲ καὶ ὀστέα νῶϊν ὁμὴ σορὸς ἀμφικαλύπτοι.
[χρύσεος ἀμφιφορεὺς τόν τοι πόρε πότνια μήτηρ.]

eius in Aeschinis Codicibus nullum est h. l. vestigium, sed interpolatus est in iis qui praecedunt.

In vs. Ψ. 88.

νήπιος οὐκ ἐθέλων ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς,

duplex olim ferebatur scriptura et vulgata et ἀμφ' ἀστραγάλῃσιν ἐρίσσας. Codices Aeschinis vulgatam servant, mihi multo potior et puero convenientior altera videtur ἀμφ' ἀστραγάλῃσιν ἐρίσσας, sed quidquid huius rei est, hoc certe mihi dabitur in Scholiis Venetis ad Iliad. Ψ. 86 pro ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ἐν ἀστρολογισταῖς emendandum esse ἀστραγαλισταῖς.

Etiam nunc multa apud Homerum vitiata circumferuntur. In vicinia video Ψ. 71.

θάπτε με ὅττι τάχιστα πύλας ἀΐδαο περήσω.

Annotatur: ἡ διπλῆ ὅτι λείπει τὸ ἵνα ἢ ὅπως. An haec igitur omitti possunt? qua lege? quo exemplo? Et immanis hiatus est θάπτε με ὅττι τάχιστα. Nihil supererit difficultatis in hac scriptura:

θάπτε μ' ὅπως ὥκιστα πύλας ἀΐδαο περήσω.

ut apud Theognidem est celebrato loco:

πάντων μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
φύντα δ' ὅπως ὥκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι.

sed cavendum ne me carminis Homerici dulcedo et suavitas a *Timarchea* abstrahat. Itaque illuc redeo.

In § 150. ὡς τοίνυν ἐξῆν ἂν αὐτῷ σωθῆναι male ἄν ex aliquot libris receptum video, quod numquam in tali re verbo ἐξῆν additur. Quicumque multos libros Mss. aut ipse versaverit aut lectiones ex iis congestas diligenter excusserit, concedet, credo, mihi nostri ubique esse arbitrii voculam ἄν pro re nata aut addere aut delere aut transponere, quia locis innumerabilibus aut male omissam aut perverse adiectam aut aliena sede collocatam apud omnes videmus. Paulo ante § 145 pro ἀπόμνυσι μηδὲν τούτων πράξειν in sex libris est μηδὲν ἂν τούτων πράξειν, quod recipient aliquando qui ἄν cum futuro tempore optime iungi opinantur et vitiosa ac futili subtilitate pessimas lectiones vindicant, quorum *argutias* acriter confutantem Madvigium impense probo.

In § 152. quamquam manifesto verum est

τοιοῦτός ἐσθ' οἷοισπερ ἥδεται ξυνών.

tamen video vitiosam vulgatam servari ἐστιν οἷσπερ. Quid his hominibus facias?

In § 153. καὶ τὰς κρίσεις — φησὶ ποιεῖσθαι ἐκεῖσε ἀποβλέπων πῶς τὸν καθ' ἡμέραν βίον ζῇ ὁ κρινόμενος καὶ ὅντινα τρόπον διοικεῖ τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν [ὡς παραπλησίως αὐτὸν καὶ τὰ τῆς πόλεως διοικήσοντα] καὶ τίσι χαίρει πλησιάζων. Non memini me interpellatorem vidisse molestiorem! At, o bone, Euripidea haec sunt, qui certe de Timarcho nihil cogitavit. Praeterea scribe πῶς — τίνα τρόπον (non ὅντινα) — τίσι.

Atticum attractionis genus turbas dedit § 154. ὁ δὲ Ἡγήσανδρος ἐκ τίνων ἐστὶν ἐπιτηδευμάτων; ἐκ τούτων ἐξ ὧν αὐτὸν πράξαντα οἱ νόμοι ἀπαγορεύουσι μὴ δημηγορεῖν, alii ἐκ τούτων ἃ τὸν πράξαντα. Verum esse arbitror: ἐκ τίνων ἐστὶν ἐπιτηδευμάτων; ἐξ ὧν τὸν πράξαντα οἱ νόμοι ἀπαγορεύουσι μὴ δημηγορεῖν. Similiter turbatum in vicinia: ὑμεῖς δὲ τί ὀμωμόκατε; ὑπὲρ αὐτῶν ψηφιεῖσθαι ὧν ἂν ἡ δίωξις ᾖ, imo vero ὀμωμόκατε; ψηφιεῖσθαι περὶ ὧν ἂν ἡ δίωξις ᾖ. In τῷ τῶν Ἡλιαστῶν ὅρκῳ apud Demosthenem κατὰ Τιμοκράτους p. 747, 14 pro καὶ διαψηφιοῦμαι περὶ αὐτοῦ οὗ ἂν ᾖ ἡ δίωξις eodem modo corrigendum: καὶ ψηφιοῦμαι (non διαψηφιοῦμαι, quod de uno iudice absurdum est) περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ δίωξις.

In § 157. τὸν ἀδελφιδοῦν τὸν Ἰφικράτους — ὁμώνυμον δὲ τοῦ νυνὶ κρινομένου [Τιμάρχου]. Satis, credo, iudices rei nomen noverant. Reus aut nomine appellatur Τίμαρχος οὑτοσί aut ὁ κρινόμενος, ὁ νυνὶ κρινόμενος dicitur. Lycurgus κατὰ Λεωκράτους p. 147, 40. δικαίαν καὶ εὐσεβῆ — τὴν ἀρχὴν τῆς κατηγορίας [Λεωκράτους] τοῦ κρινομένου ποιήσομαι. Fraus est manifesta. Post pauca, scribe τὸν ἀδελφὸν τοῦ ΜΕλησίου pro Μιλησίου.

Negatio periit § 158. περὶ δὲ τῶν ὁμοτρόπων τῶν Τιμάρχου φεύγων τὰς ἀπεχθείας ὧν ἥκιστά μοι μέλει μνησθήσομαι. Imo vero syllaba repetita ΟΥ φεύγων τὰς ἀπεχθείας, quod indicare satis est.

In § 160. postquam dixerat: ὧν ἑκὼν ἐπιλανθάνομαι et οὐ γὰρ βούλομαι et ἀπορεῖν ἂν εὐξαίμην, repente mutato numero pergit ἐπειδὴ δὲ ἑκατέρων προελόμενοί τινας διεξεληλύθαμεν — ὑμεῖς

ἤδη ἀποκρίνασθε πρὸς 'ΕΜΕ. Satin' apparet reponendum esse προελόμενός τινας διεξελήλυθα?

Tenemus falsarium § 160. ἐὰν δ' ἐπιχειρῶσι λέγειν ὡς οὐχ ἡταίρηκεν ὅσις μὴ κατὰ συγγραφὰς ἐμισθώθη — πρῶτον μὲν τοὺς περὶ [τῆς] ἑταιρήσεως νόμους μέμνησθε [ἐν οἷς οὐδαμοῦ μνείαν ὁ νομοθέτης περὶ συνθηκῶν πεποίηται, facile credimus]. οὐ γὰρ εἰ κατὰ γραμματεῖόν τις ἑαυτὸν κατήσχυνε τοῦτ' ἐξήτασεν ἀλλὰ παντελῶς ὅπως ἂν ἡ πρᾶξις γένηται τὸν πράξαντα κελεύει μὴ μετέχειν τῶν τῆς πόλεως [κοινῶν]. Eritne mihi multis verbis opus ad hanc scholii stoliditatem configendam? Non opinor. Fallere haec aliquem inter legendum possunt, et scriptae lectionis auctoritas potissimum in libro typis edito et ab editoribus correcto caliginem menti offundit. Nil suspicamur mali et sic stomacho tam duro plerique sumus ut lapides et saxa concoquamus. Sed qui Codicibus legendis assuetus per medios errores mendaque omne genus et perabsurda emblemata incedere se videt et suspicatur semper fraudis aliquid et cautus et semper hoc agens deprehendit et praesertim admonitus statim verum videbit et agnoscet. Articulum tollendum esse e verbis τοὺς περὶ [τῆς] ἑταιρήσεως νόμους vix opus est dicere. Sed aliud latet gravius. Quid sibi vult παντελῶς in παντελῶς ὅπως ἂν ἡ πρᾶξις γένηται? Nihil prorsus et est τοῦ παρόντος πράγματος παντελῶς ἀλλότριον. Quid ergo faciendum? Emendandum est παντΑΧΩC ὅπως ἂν ἡ πρᾶξις γένηται, id est κατὰ πάντα τρόπον ὄντιν' ἂν ἡ πρῶξις γένηται, ut apud Isocratem περὶ ἀντιδόσεως p. 442, 11 Bekk. πρὸς γὰρ τὸ παρὸν πανταχῶς ἕξει μοι καλῶς. Demosthenes *de F. L.* p. 450, 19. πανταχῶς συμφέρει τουτονὶ ἡλωκέναι. Menander Athenaei p. 243 B.

τὰ τῆς θεοῦ γὰρ πανταχῶς ἕξειν καλῶς.

Superest mihi magni ponderis argumentum, quo et praecedens emblema redarguatur et fraus in sqq. pateat. Considera mihi verba: πρῶτον μὲν τοὺς περὶ ἑταιρήσεως νόμους μέμνησθε. Rectene omnia? Imo vero duabus literulis expunctis τοῦ — νόμου μέμνησθε sine controversia restituendum. *Una* lex est περὶ ἑταιρήσεως, de § 20. λέγε αὐτοῖς καὶ τοῦτον τὸν νόμ
§ 22. τοῦτον μέντοι τὸν νόμον ἔθηκε κτέ. Itaque
lectione fraus perpluit in verbis ἐν ΟΙC οὐδαμοῦ

ma natum esse videmus post veterem scripturam ΤΟΥ — ΝΟΜΟΥ in τοὺς νόμους corruptam. Iam vide quid continuo sequatur: τὸν πράξαντα κελεύει (ὁ νόμος) μὴ μετέχειν τῶν τῆς πόλεως κοινῶν. εἰκότως· ὅστις γὰρ νέος ὢν ἀπέστη δι' αἰσχρὰς ἡδονὰς τῆς εἰς τὰ καλὰ φιλοτιμίας τοῦτον οὐκ ᾠήθη δεῖν πρεσβύτερον γενόμενον [ὁ τοὺς νόμους εἰσφέρων] ἐπίτιμον εἶναι. Manifestum est κελεύει et οὐκ ᾠήθη δεῖν de eodem dici et ὁ τοὺς νόμους εἰσφέρων multis indiciis spurium et insiticium esse arguitur. Primum moleste abundat, deinde importuno loco interpositum est, denique vitiose dictum pro ὁ τὸν νόμον θείς aut ὁ νομοθέτης. Et verbum εἰσφέρειν et praesens ὁ εἰσφέρων a loci sententia abhorrent. Magistelli ita loquuntur: ergo *habeant sibi serventque sepulchro.*

In § 162. ἔστω γὰρ ὁ μὲν μισθωσάμενος δίκαιος — ἢ πάλιν τοὐναντίον ὁ μὲν μισθωθεὶς μέτριος κτέ. Corruptelam secuta interpolatio est. Pro πάλιν requiritur ΈΜΠΑΛΙΝ quo recepto τοὐναντίον in marginem, unde venit, redibit. Ἔμπαλιν est ἀντιστρόφως noto usu.

In § 162. οὐκοῦν ὁ πρεσβύτερος ἀποδοθέντος τοῦ ὕδατος αὐτῷ [καὶ λόγου] — λέξει. Aut hoc aut illo utuntur: ἐν τῷ ἐμῷ λόγῳ aut ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι, sed nemo inepte utrumque coniungit.

Eodem modo male coaluit in unum § 164 ἐμισθώσατό με — ὁστισδηποτοῦν. Dicebant Athenienses ὁστισδή et ὁστισοῦν et ὁστισδήποτε, sed ὁστισδηποτοῦν praeter scribas hallucinantes nemo dixit umquam.

In § 164. ἔπειτ' οὐ πολλὴ κραυγὴ παρὰ τῶν δικαστῶν αὐτῷ ἀπαντήσεται; [τίς γὰρ οὐκ ἐρεῖ;] Ἔπειτ' ἐμβάλλεις εἰς τὴν ἀγορὰν ἢ στεφανοῖ ἢ πράττεις τι τῶν αὐτῶν ἡμῖν; Debilitat et frangit vim dicti iners et supervacaneum τίς γὰρ οὐκ ἐρεῖ; Saepe ἀπαντᾶν ponitur de iis, quae cum indignatione et ira alicui reponuntur. Apud Stobaeum *Floril.* LXV. 16 ubi in libris est πόθωσ ὑπὸ νομοθέταν τοιόσδε ἅπανταστ εἴτε λόγος, palmaria est emendatio Koenii, ποθ' ὡς ὑπὸ νομοθέτα τοιόσδε ἀπαντασεῖται λόγος, ad Gregor. Corinth. p. 278, quem vide.

Paulo ante repone οὗτος δὲ παραβαίνει (non ὑπερβαίνει) τὰς συνθήκας, et post pauca ἀνήρ τις (non εἷς) τῶν πολιτῶν, et in § 166. ἐπὶ τούτοις ἄξιον [ἐστὶν] ὀργισθῆναι, tolle ἐστίν.

Rectissime § 169. ἀσφαλῆ καὶ ῥᾴδιον τὸν καθ' αὑτοῦ ποιήσεται ἔπαινον, emendavit Bekkerus ποιήσει pro ποιήσεται. Ποιήσεται τὸν ἔπαινον τὸν καθ' αὑτοῦ ἀσφαλῆ καὶ ῥᾴδιον significat ἀσφαλῶς

καὶ ῥᾳδίως αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπαινέσεται, quod h. l. absurdum est.

In § 170 Δημοσθένης γὰρ — περιήει περὶ τὴν πόλιν θηρεύων νέους πλουσίους [ὀρφανοὺς], ὧν οἱ μὲν πατέρες τετελευτήκεσαν, αἱ δὲ μητέρες διῴκουν τὰς οὐσίας. Cur secluserim ὀρφανούς perspicuum est. Praeterea mendosum est περί in περιήει περὶ τὴν πόλιν, quasi vero porta urbis egressus circum urbem ambulasset. Repone consuetum περιήει κατὰ τὴν πόλιν.

In § 172 ἐκκοπεὶς ὁ δείλαιος ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν γλῶτταν ἀποτμηθεὶς ᾗ ἐπαρρησιάζετο πιστεύων τοῖς νόμοις καὶ ὑμῖν. Constanter ἀττικιστί dicitur ἐκκόπτειν τὸν ὀφθαλμόν, ἀποτέμνειν τὴν κεφαλήν, sed τὴν γλῶτταν ἐκτέμνειν. Percommode Suidas ex antiquo Lexico Rhetorico veram lectionem servavit v. Παρρησία: — Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου· »Νικόδημος δὲ ὑπὸ Ἀριστογόρου (ὑπ' Ἀριστάρχου) τετελεύτηκε βιαίῳ θανάτῳ ἐκκοπεὶς ὁ δείλαιος ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν γλῶτταν ἐκτμηθεὶς, ᾗ ἐπαρρησιάζετο πιστεύων τοῖς νόμοις."

In § 173. κατεπαγγέλλεται γὰρ — λήσειν μεταλλάξας τὸν ἀγῶνα — καὶ περιστήσειν τῷ μὲν φεύγοντι θαρρεῖν — ἐκπεπλῆχθαι δὲ τῷ κατηγόρῳ. Corruptum est περιστήσειν. Quid est περίστημί σοι θαρρεῖν? In omnibus libris est παραστήσειν, nam quod in uno legitur περι pro παρα tralaticio errore natum est. Compendia utriusque praepositionis tam inter se similia sunt ut oculis discerni non possint. In ΠΑΡΑCΤΗCΕΙΝ una literula corrupta est. Quid est ergo legendum? Reperies Suidae indicio v. Δεῦρο. — οἱ ῥήτορες ἐπὶ τόπου πάντες αὐτῷ χρῶνται, ὡς Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου· »καὶ ΠΑΡΑCΧΕΙΝ τῷ μὲν φεύγοντι θαρρεῖν, ὅταν αὐτὸς δεῦρο παρέλθῃ." Iam tu vides ΠΑΡΑCΧΗCΕΙΝ esse scribendum: — λήσειν — παρασχήσειν — ἐκκαλεῖσθαι. Pars veri in Codd. servata est, pars in vetere Lexico apud Suidam. Παρέχω σοι θαρρεῖν, ut δίδωμι θαρρεῖν satis notum est.

Continuo sequitur τοσούτους δὲ καὶ τηλικούτους ἐκκαλέσεσθαι παρὰ τῶν δικαστῶν θορύβους — ὥστ' οὐδὲ ἀπαντήσεσθαί με ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἀπολογησόμενον, ὅταν τὰς τῆς πρεσβείας εὐθύνας διδῶ. Pro ἐκκαλέσεσθαι non deest tralaticia discrepantia ἐκκαλέσασθαι, quam septem libri exhibent, sed ut ἐκκαλέσασθαι soloecum · ita ἐκκαλέσεσθαι est barbarum. Ἀττικιστί non alit· quam ἐκκαλεῖσθαι, quod scioli praesens esse rati vi

terea cum duobus libris scribe εἰς (non ἐπὶ) τὸ δικαστήριον. Perpetuo usu Attico dicitur εἰς τὸ δικαστήριον εἰσάγειν, εἰσιέναι sim. et quia τὸ δικαστήριον est iudicum nomen collectivum, *consilium*, ut in noto:

οἷον βροντᾷ τὸ δικαστήριον,

consequitur dicendum esse εἰσῆλθον εἰς ὑμᾶς et εἰσήγαγον εἰς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, non παρ' ὑμᾶς, πρὸς ὑμᾶς, ὡς ὑμᾶς. Nonnumquam libri peccant, sed sexcenties bona lectio incolumis evasit.

In § 175. ὥστθ' ὁ μὲν φεύγων κατηγόρει ὁ δὲ κατηγορῶν ἐκρίνετο, scribendum: ὁ δὲ κατήγορος. Accusator ὁ διώκων dici potest et solet, non item ὁ κατηγορῶν.

Obiter in § 176 dele ἐστὶ in his: ὑμέτερον ἔργον [ἐστὶ] πρὸς ταῦτα ἀντιτετάχθαι, et scribe οὐ καταφρονήσεσθε pro καταφρονηθήσεσθε.

In § 177. διὰ τί οἴεσθε — τοὺς νόμους μὲν καλῶς κεῖσθαι, τὰ δὲ ψηφίσματα εἶναι τῆς πόλεως καταδεέστερα καὶ τὰς κρίσεις ἐνίοτε τὰς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἔχειν ἐπιπλήξεις; [ἐγὼ τὰς τούτων αἰτίας ἐπιδείξω.] ὅτι τοὺς μὲν νόμους τίθεσθε ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις κτέ. Primum transpone τοὺς μὲν νόμους (non νόμους μέν). Saepe μέν negligenter traiectum videbis. Deinde inficetum emblema expelle, quod sententiam onerat impeditque. τί οἴεσθε —; ὅτι statim respondendum. Patet fraus etiam in τούτων, nam de *una* re agitur, et in τὰς αἰτίας, nam *una* causa redditur. Ἔχειν ἐπιπλήξεις eleganter ἀττικιστί pro passivo ἐπιπλήττεσθαι dicitur, sic inter se opponuntur αἰτιᾶσθαι — αἰτίαν ἔχειν, ἐγκαλεῖν — ἐγκλήματα ἔχειν, ἐπαινεῖν — ἔπαινον ἔχειν, similiterque ψόγον, ὄνομα, ζῆλον, κόσμον, τιμὴν ἔχειν, multaque alia in quibus omnibus verbi *passivi* notio inest.

Sed superest mendum in priore parte huius loci, τοὺς μὲν νόμους καλῶς κεῖσθαι. Quis hoc intelligit? Quid est ὁ νόμος τίθεται, κεῖται καλῶς? Nihil, ut opinor. Sententia requiritur ea quae § 178 sic enuntiatur ἐπιδέξιοι δ' οἶμαι φύντες ἑτέρων μᾶλλον εἰκότως καλλίστους νόμους τίθεσθε. Ut plane idem passiva forma enuntietur ita supplendum τοὺς μὲν νόμους καλῶς (ἔχοντας) κεῖσθαι. *Bona lex* fere constanter apud Oratores dicitur νόμος καλῶς ἔχων, et *optima* ἔχων κάλλιστα.

Vidimus modo ὁ κατήγορος in κατηγορῶν corruptum contra

certam dicendi consuetudinem. Recurrit participium idem sed interpolatum § 178 ἐᾶτε γὰρ τοὺς ἀπολογουμένους ἀντικατηγορεῖν [τῶν κατηγορούντων]. Omisso participio idem dicitur, et melius dicitur. Opponuntur inter se constanti usu ὁ ἀπολογούμενος et ὁ κατήγορος et alibi sexcenties et hoc ipso loco: οὐδὲ παρ' ἑτέρου δίκην εἰληφότες οὔτε παρὰ τοῦ κατηγόρου — οὔτε παρὰ τοῦ ἀπολογουμένου.

Continuo sequitur de reo: ταῖς γὰρ ἀλλοτρίαις αἰτίαις ἀποτριψάμενος τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ ἐγκλήματα ἐκπέφευγεν [ἐκ τοῦ δικαστηρίου]. Ubi reus dicitur, ut sexcenties, ἀποπεφευγέναι vel ἐκπεφευγέναι, ut in *Avibus:*

ἐκπέφευγας, ὦ Λάβης.

non ita dicitur ut ἐκ τοῦ δικαστηρίου elapsus esse existimetur, quod perinde vitiosum est ac si quis ἐκ τῶν δικαστῶν ἐκπέφευγε vellet dicere, sed, si quid, ἐκ τοῦ κινδύνου ἀποπεφευγέναι cogitari potest. Sed nihil huiusmodi umquam adiicitur: omnia sunt ἐν τῷ ἀποφυγεῖν vel ἐκφυγεῖν.

Sequitur: οἱ δὲ νόμοι καταλύονται καὶ ἡ δημοκρατία διαφθείρεται καὶ τὸ ἔθος ἐπὶ πολὺ προβαίνει· εὐχερῶς γὰρ ἐνίοτε λόγον ἄνευ χρηστοῦ βίου προσδέχεσθε. Et ad sententiae integritatem deest aliquid et ad verborum concinnitatem. Quod quale sit ex nobili loco *Ctesiphonteae* erui poterit § 174 περὶ δ' εὐγνωμοσύνην καὶ λόγου δύναμιν πῶς πέφυκε (Demosthenes); δεινὸς λέγειν κακὸς βιῶναι. — Ἔπειτα τί συμβαίνει τῇ πόλει; οἱ μὲν λόγοι καλοί, τὰ δ' ἔργα φαῦλα. En vocabulum fugitivum: ἐνίοτε λόγον ΚΑΛΟΝ ἄνευ χρηστοῦ βίου προσδέχεσθε. Videtur multos alios criminari sed de uno Demosthene potissimum cogitat. Simillima his saepius in Attica audiuntur. Euripides *Phoen.* vs. 527.

οὐκ εὖ λέγειν χρὴ μὴ 'πὶ τοῖς ἔργοις καλοῖς.

Thucydides III. 67. ἧσσόν τις ἐπ' ἀδίκοις ἔργοις λόγους καλοὺς ζητήσει.

In § 180. παρελθών τις τῶν γερόντων, οὓς ἐκεῖνοι καὶ αἰσχύνονται καὶ δεδίασι καὶ τὴν τῆς ἡλικίας αὐτῶν ἐπωνυμίαν ἀρχὴν μεγίστην [εἶναι] νομίζουσιν. Rectissime Dobraeus ἐπώνυμΟΝ ἀρχήν, sed praeterea dele εἶναι, nam non est haec Spartanorum *opinio*, sed hoc dicit: Spartanorum *institutis* summam rerum omnium potestatem esse penes Senatum (τὴν γερουσίαν).

In § 181. ἅμα δὲ παρακαλέσας ἄλλον τινὰ τῶν Λακεδαιμονίων — ἐπέταξεν αὐτῷ τὰς αὐτὰς εἰπεῖν γνώμας οὕτως ὅπως ἂν δύνηται [ἃς εἶπεν ὁ πρότερος ῥήτωρ]. Multa in his fraudem patefaciunt: ῥήτωρ Spartae neque erat quisquam neque dicebatur. Cicero in *Bruto* 13, 50: *Lacedaemonii usque ad hoc tempus oratorem audivi fuisse neminem.* sed [illegible] tellus credidit ὁ πρότερος εἰπών et ὁ πρότερος ῥήτωρ nihil differre. Tum si recte dicitur ὁ πρότερος ῥήτωρ necesse est eum, qui secundo loco dixit et ipsum esse *oratorem*, quem Aeschines manu strenuum sed dicendi imperitum narrat fuisse. Praeterea ea verba perinepte abundant et eo loco sunt posita, qui vel solus iustam suspicionem movere potuisset. Quin igitur pannum assutum quantocyus tollimus?

Quod sequitur: τὰς δὲ τῶν ὑποδεδειλιακότων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων φωνὰς μηδὲ τοῖς ὦσὶ προσδέχωνται. Equidem ἀποδειλιᾶν quid sit novi, ὑποδειλιᾶν non item, nisi ut significet *sublimidum esse*, *nonnihil reformidare*, quod ab h. l. prorsus abhorret. Dindorfius ex Polybio XXXV. 3. affert τὸν στρατηγὸν ὑποδειλιᾶν τὸν πόλεμον, quem locum qui totum perlegerit et cap. 4 viderit τοῦ Μαρκέλλου προφανῶς ἀποδειλιῶντος τὸν πόλεμον et post pauca: εἰς τοῦτο προὔβη τὰ τῆς ἀποδειλίας, probabit Bekkerum, qui Ernestii coniecturam ἀποδειλιᾶν in ordinem recepit, et Aeschini suum ἀποδεδειλιακότων restituet.

In § 182 quod Orator rem turpem lenitate verborum obtexerat, additum emblema corrupit et omnem verborum gratiam perdidit. Editur: οὕτω — περὶ πλείστου τῶν τέκνων τὴν σωφροσύνην ἐποιοῦντο ὥς' ἀνὴρ εἷς (leg. ἀνήρ τις) τῶν πολιτῶν εὑρὼν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα [διεφθαρμένην καὶ] τὴν ἡλικίαν οὐ καλῶς διαφυλάξασαν ἄχρι γάμου ἐγκατῳκοδόμησεν αὐτὴν μεθ' ἵππου εἰς ἔρημον οἰκίαν. Rogatos velim quidquid ubique est hominum elegantiorum sitne hoc manifestum emblema an non sit? Quis nostrum duo illa sensu eodem forma tam dissimili coniunxisset umquam? Aut illud dicendum est *aspere* et *duriter*, aut hoc *scite* et *caste*. Et Aeschinem id fecisse putemus?

Plane eodem modo locutus est Apollodorus Comicus in memorabili fragmento apud Stobaeum *Floril.* XLVI. 15

δεῖ τὸν ἀκροατὴν καὶ συνετὸν ὄντως κριτὴν
πρὸ τοῦ λεγομένου τὸν βίον διασκοπεῖν.

emenda πρὸ τῶν λεγομένων, ut apud Aeschinem in *Tim.* § 30 οὐδ' ᾤετο δεῖν τὸν ῥήτορα ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα τῶν λόγων ἐπιμελη-θέντα πρότερον ἀλλ' οὐ τοῦ βίου, et in *Ctesiphontea* § 176 θεω-ρεῖτ' αὐτοῦ μὴ τὸν λόγον ἀλλὰ τὸν βίον. Sic Apollodorus quoque iubet τὸν βίον πρότερον διασκοπεῖν εἶτα τὸν λόγον, non quid dicat Orator prius spectare, sed vitam quo pacto instituerit. Pergit poëta:

ποῖός τις κλέγων καὶ πόθεν καὶ τὴν ἀκμὴν
ἐκ παιδὸς αὐτοῦ πρὸς τί καταθέμενος * *

suppleverim πρὸς τί καταθέμενος (λέγει). Sequitur:

αὐτοῦ προδότης κακός τε τῆς ὥρας φύλαξ.
μάλισθ' ὁ τοιοῦτος ἀνατρέπει πᾶσαν πόλιν.

Plane idem est κακὸς τῆς ὥρας φύλαξ et τὴν ἡλικίαν οὐ καλῶς διαφυλάξασαν, rem foedam verborum lenitate obumbrans.

In fine § 182 καὶ ὁ τόπος οὗτος καλεῖται παρ' ἵππον καὶ κόραν. Mirum Athenienses δωρίζειν. Recte Suidas v. Παρ' ἵππον καὶ κόρην, quem vide et in v. Ἱππομένης.

In § 183. τὴν γυναῖκα ἐφ' ᾗ ἂν ἁλῷ μοιχὸς οὐκ ἐᾷ (ὁ Σόλων) κοσμεῖσθαι οὐδὲ εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσιέναι — ἐὰν δ' εἰσίῃ [ἢ κοσμῆται] τὸν ἐντυχόντα [κελεύει] καταρρηγνύναι τὰ ἱμάτια. Addidit magistellus primum ἢ κοσμῆται non intelligens in εἰσιέναι id tacitum contineri. Ita collocavit ut fraus statim pateat. Deinde κελεύει ut assolet inserit. Ex praecedenti οὐκ ἐᾷ minus crudele verbum cogitando supplendum. Quasi vero *iusserit* Solon cives suos adulterae vestes scindere, ornamenta detrahere, verberare denique. *Vestes scindere* ἀττικιστί non appellatur τὰ ἱμάτια καταρρηγνύναι, sed περιρρηγνύναι, ut in nobili Demosthenis loco *de F. L.* p. 403, 3. δακρυσάσης ἐκείνης περιρρήξας τὸν χιτωνίσκον ὁ οἰκέτης ξαίνει κατὰ τοῦ νώτου πολλάς. Sequiores minus recte διαρρηγνύναι usurpant et καταρρηγνύναι. In *Cyropaedia* V. 1. 6. ἡ γυνὴ περικατερρήξατο τὸν ἄνωθεν χιτῶνα, suspicor περιερρήξατο verum esse et κατά superscriptum peperisse vulgatam. In vicinia apud Xenophontem tolle frigidissimum Scholion e verbis: ἐμοὶ ἔδοξε — μήπω φῦναι [μηδὲ γενέσθαι] γυνὴ ἀπὸ θνητῶν τοιαύτη ἐν τῇ Ἀσίᾳ.

Ergo Aeschini quoque reddemus τὸν ἐντυχόντα περιρρηγνύναι τὰ ἱμάτια.

In § 183 καὶ τοὺς προαγωγοὺς γράφεσθαι κελεύει (ὁ Σόλων)

κἂν ἁλῶσι θανάτῳ ζημιοῦν, ὅτι τῶν ἐξαμαρτάνειν ἐπιθυμούντων ὀκνούντων καὶ αἰσχυνομένων ἀλλήλοις ἐντυγχάνειν αὐτοὶ τὴν αὐτῶν ἀναίδειαν παρασχόντες ἐπὶ μισθῷ τὸ πρᾶγμα εἰς διάπειραν καὶ λόγον κατέςησαν. Librarii *plane contrarium* dederunt quam quod Orator scripserat. Si esset scriptum in tali sententia εἰς διάπειραν καὶ * * ΓΟΝ κατέςησαν, quid tu, qui haec legis supplendum esse existimares? Au λόγον? Quo sensu? Aut nullo aut eo qui in διαπείρᾳ iam continetur. Imo vero plane contrarium εἰς — ϹΕΡΓΟΝ κατέςησαν. Hoc Soloni merito capital esse videtur et morte plectendum. Et erat ἔργον proprium et usitatum vocabulum si quis *stuprum* honeste nominare vellet, ut apud Lysiam I. p. 42. Reisk. εἰ μὲν γὰρ λόγων εἰρημένων ἔργου δὲ μηδενὸς γεγενημένου μετελθεῖν ἐκέλευον ἐκεῖνον ἠδίκουν ἄν, verba sunt mariti qui adulterum in uxore deprensum occiderat, et notus usus est et frequens. In talibus non est anxie literarum vestigiis adhaerescendum ubi res est perspicua. Legebam nuper Musonium περὶ Γάμου in Stobaei *Floril.* LXVII. 24. οὐ μὲν δή, inquit, πολυτελεῖς οἶκοι καὶ ΟΡθόςρωτοι τοῖχοι — κάλλος ἐςὶν οἰκίας. Dubitabisne corrigere ΑΙθόςρωτοι?

In eodem argumento haec dicit § 185. τίς οὖν ὑμῶν γυναῖκα λαβὼν ἀδικοῦσαν τιμωρήσεται; Sententia requirit, opinor, *uxorem suam.* Ergo legendum ΤΗΝ γυναῖκα λαβὼν ἀδικοῦσαν.

Optime Bakius expunxit inficeta emblemata § 186 οὔτε γὰρ ὁ κρινόμενος ἀφανὴς [ἀλλὰ γνώριμος] οὔθ' ὁ νόμος ὁ περὶ τῆς τῶν ῥητόρων δοκιμασίας φαῦλος [ἀλλὰ κάλλιςος]. Mirum tam manifestis additamentis et Atticam dicendi consuetudinem tam aperte violantibus tamdiu parci potuisse.

Mox fore dicit § 186 ut iudices ex iudicio domum reversi a liberis suis interrogentur: πῶς τὸ πρᾶγμα κέκριται. Τί οὖν δὴ λέξετε οἱ τῆς ψήφου [νυνὶ] γεγονότες κύριοι? Adversis frontibus inter se concurrant νυνί et γεγονότες. In iudicio recte dicitur οἱ τῆς ψήφου νυνὶ ὄντες κύριοι, statim post reum peractum γεγονότες locum habet, νυνί non habet.

In § 188. ὁ αὐτὸς [οὗτος] ἀνὴρ ἱερωσύνην μὲν οὐδενὸς θεῶν κληρώσεται, ὡς οὐκ ὢν [ἐκ τῶν νόμων] καθαρὸς τὸ σῶμα, γράψει δ' ἐν τοῖς ψηφίσμασιν εὐχὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως ταῖς σεμναῖς θεαῖς. Quia generalis sententia est dele οὗτος. Praeterea quid sit οὐ καθαρὸς τὸ σῶμα, οὐ καθαρὸς τὰς χεῖρας intelligo, non intelligo

ἐκ τῶν νόμων additum. Qui corpus stupro, manus caede pollutas habet, eum πρόρρησις arcet a sacris sine ullo legis praecepto. Deinde scribendum ἱερωσύνHC κληρώσεται, non ἱερωσύνην. Audi testes. Lysias VI. 4. ἐὰν ἔλθῃ κληρωσόμενος τῶν ἐννέα ἀρχόντων, et XXIV. 13. τί με κωλύει κληροῦσθαι τῶν ἐννέα ἀρχόντων; Demosthenes πρὸς Εὐβουλίδην p. 1313. προεκρίθην ἐν τοῖς εὐγενεςάτοις κληροῦσθαι τῆς ἱερωσύνης τῷ Ἡρακλεῖ, et iterum p. 1318 προκρίναντες ἐμὲ ἐψηφίσαντο ἐν τοῖς εὐγενεςάτοις κληροῦσθαι τῆς ἱερωσύνης τῷ Ἡρακλεῖ, quo minus dubitabis p. 1314. οὐ γὰρ ἂν δήπου τόν γε ξένον καὶ μέτοικον — ἱερωσύνHN κληροῦσθαι μεθ' ἑαυτοῦ προκριθέντα εἴασεν, reponere ἱερωσύνHC, quod et ratio et rei natura postulant.

In § 188. τί δ' οὐκ ἂν ἀποδοῖτο ὁ τὴν τοῦ σώματος ὕβριν πεπρακώς; τίνα δ' ἂν [οὗτος] ἐλεήσειεν ὁ αὑτὸν οὐκ ἐλεήσας; Non in unum, sed in omnes haec dicuntur. Itaque οὗτος inducendum. Si in unum Timarchum has sententias contorquere Aeschines voluisset, scripsisset τί δ' οὐκ ἂν οὗτος ἀπόδοιτο, nam sic scribendum, non ἀποδοῖτο. In fine ὁ αὑτὸν οὐκ ἐλεήσας non satis habet ponderis. Dixerat, ut assolet, ὁ αὐτὸς αὑτὸν οὐκ ἐλεήσας.

In § 189 ὥσπερ γὰρ τοὺς γυμναζομένους — εἰς τὰς εὐεξίας αὐτῶν ἀποβλέποντες γιγνώσκομεν οὕτω τοὺς πεπορνευμένους — ἐκ τῆς ἀναιδείας καὶ τοῦ θράσους καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων [γιγνώσκομεν]. Ain' vero? Siccine Atticus Orator loquitur? πῶς ποτε, ὦ σιδηροῖ, ἐκαρτερεῖτε ταῦτ' ἀκροώμενοι; Quis nostrum ita scripsisset? Aut enim, opinor, verbum variandum est (quod est Isocrateum) aut (quod Aeschini convenit) ellipsi utendum.

Imposuerunt scribae Bekkero § 190, qui ἀνατετραφότας a pluribus oblatum recepit, et est hic pervulgatus librorum error. Certa est in his et constans analogia: ἔςροφα, τέτροφα (τρέφω), τέτροφα (τρέπω), ut κέκλοφα et πέπομφα, et passiva ἔςραμμαι, τέθραμμαι, τέτραμμαι, sed κέκλεμμαι et πέπεμμαι. Ad hanc normam spreta futili librorum auctoritate scriptorum veterum loci omnes constituendi sunt.

Macula est in pulcherrimo et multum celebrato loco § 190. Μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ Ἀθηναῖοι, τὰς τῶν ἀδικημάτων ἀρχὰς ἀπὸ θεῶν ἀλλ' οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων ἀσελγείας γίγνεσθαι μηδὲ τοὺς ἠσεβηκότας καθάπερ ἐν ταῖς τραγῳδίαις Ποινὰς ἐλαύνειν [καὶ κολάζειν]

δᾳσὶν ἡμμέναις. Sentisne eiecto frigido additamento quanto acrius et vehementius dicatur? Τὸ ὑπὸ τῶν Ἐρινύων ἐλαύνεσθαι haec ipsa est ἐσχάτη πασῶν κόλασις. Sic dat poenas *Furiis agitatus Orestes.* Praeterea κολάζειν δᾳσὶν ἡμμέναις, *sumere supplicium facibus ardentibus*, quasi essent ῥάβδοι ἢ μάστιγες, vitiose dictum esse fateberis.

In § 191. ἐξαιρεῖτ' οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, τὰς τοιαύτας φύσεις καὶ τὰ τῶν νέων ζηλώματα ἐπ' ἀρετὴν προτρέψασθε. Est in argumentatione vitium neque haec adhortationem continere debebant, sed consilium: ἐὰν οὖν τὰς τοιαύτας φύσεις ἐξαιρῆτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, προτρέψεσθε τοὺς νέους ἐπ' ἀρετήν, Haec igitur sententia renascetur si unam literulam correxeris: ἐξαιρεῖτ' οὖν — καὶ — προτρέψεσθε. Nota haec est dicendi forma ut in φράζε καὶ πεπράξεται, et in vetere oraculo

ἄκρον λαβὲ καὶ μέσον ἕξεις,

et altero, quod Philippo Macedoni est editum:

ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου καὶ πάντα κρατήσεις.

In § 193 ἀφελὼν τὰ ὀνόματα διεξιὼν δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν καὶ τὰ σώματα γνώριμα κατασήσω. Loco motum est pronomen αὐτῶν. Poterat addi ad primum nomen τὰ ὀνόματα aut ad tertium τὰ σώματα, ad medium non poterat. Repone ex tribus bonis libris: τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ τὰ σώματα αὐτῶν γνώριμα κατασήσω.

In § 194 de rei advocatis et laudatoribus ita dicit: τούτῳ γὰρ πάρεισιν ἐκ τριῶν εἰδῶν συνήγοροι. In quatuor bonis libris pro πάρεισιν est παρίασιν, quae potior scriptura videtur, et quis ΠΑΡΕΙCIN in παρίασιν mutasset? Contra futurum ΠΑΡΙΑCIN nusquam satis in tuto est. Παριέναι et τὴν πάροδον ποιεῖσθαι prorsus idem est atque ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμα, et saepe haec inter sese permutatur, ut h. l. ἐὰν δεῦρο ἀναβῇ et παρίασιν, et § 69. ἐπειδὴ νῦν οὐκ ἐθέλει μαρτυρεῖν αὐτίκα ΠΑΡΕΙCIN ἐν τῇ ἀπολογίᾳ. καὶ οὐδὲν μὰ Δία θαυμαστόν· ΑΝΑΒΗCΕΤΑΙ γὰρ ὑμῖν δεῦρο πιστεύων τῷ ἑαυτοῦ βίῳ, et sic alibi passim.

Paucis interpositis ita pergit § 194 οἱ δὲ ταῖς ἡλικίαις [καὶ τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν] οὐ καλῶς κεχρημένοι, Aeschines ταῖς ἡλικίαις dixerat, magister τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν exposuerat, quae scriba dormitans cum copula invexit in textum, et haec aequis animis lectitamus scilicet. Vel haec una oratio satis docere potest quid sit τὴν ἡλικίαν οὐ καλῶς διαφυλάξαι et τῇ ἡλικίᾳ οὐ

καλῶς κεχρῆσθαι et similia. Sic dicitur καρποῦσθαι τὴν ἡλικίαν τινος, *florem aetatis decerpere*, et ἀπολαύειν τῆς ἡλικίας τινός et similia plura, ut apud Livium 21, 3. *florem aetatis, quem ipse patri Hannibalis fruendum praebuit, eum iusto iure a filio repeti censet*, et quod de Caesare Cicero non erubuit scribere apud Sueton. Caes. 49. *florem aetatis a Venere orti in Bithynia contaminatum*. Idem alio nomine ὥρα appellatur et τὸ τῆς ὥρας ἄνθος, et ἥβη et τῆς ἥβης ἀπολαύειν, et ἥβης ἐρατὸν ἄνθος. Quis autem talibus addiderit interpretamentum, ut si quis *aetatis flore abusus* esse dicatur (τῇ ἡλικίᾳ κακῶς κεχρημένος) adiiciat καὶ τῷ ἑαυτοῦ σώματι?

In textu Aeschinis interpolationes tam aequabiliter diffusae sunt ut ultima appareat in orationis exitu § 195. Hunc locum primum perpurgatum et expolitum proponam, deinde interpolationes et scholion ostendam. Dixerat Orator: ὧν πρὶν τῆς συνηγορίας ἀκοῦσαι τοὺς βίους ἀναμιμνήσκεσθε, καὶ τοὺς μὲν εἰς τὰ σώματα ἡμαρτηκότας μὴ ὑμῖν ἐνοχλεῖν ἀλλὰ παύσασθαι δημηγοροῦντας κελεύετε, τοὺς δὲ τὰ πατρῷα κατεδηδοκότας ἐργάζεσθαι καὶ ἑτέρωθεν κτᾶσθαι βίον, τοὺς δὲ τῶν νέων ὅσοι ῥᾳδίως ἁλίσκονθοι θηρευτὰς ὄντας εἰς τοὺς ξένους καὶ τοὺς μετοίκους τρέπεσθαι, ἵνα μήτ' ἐκεῖνοι τῆς προαιρέσεως ἀποσέρωνται μήθ' ὑμεῖς βλάπτησθε.

Haec acriter et animose dicta in Codicibus sic debilitata et enervata sunt ut bis solitum fulcrum κελεύετε insereretur κτᾶσθαι [τὸν] βίον [κελεύετε] et εἰς τοὺς ξένους καὶ τοὺς μετοίκους τρέπεσθαι [κελεύετε]. Praeterea vides articulum in κτᾶσθαι [τὸν] βίον male abundare: *victum quaerere* necessario dicitur sine articulo κτᾶσθαι βίον, κατὰ βίου ζήτησιν.

χρήματα δίζησθαι, ἀρετὴν δ', ὅταν ᾖ βίος, ἀσκεῖν.

virtus post nummos. Plato *de Rep.* III. p. 407. A. Φωκυλίδου γὰρ οὐκ ἀκούεις πῶς φησὶ δεῖν, ὅταν τῷ ἤδη βίος ᾖ, ἀρετὴν ἀσκεῖν. In tali re plurimum interest utrum de victu quem quis *habeat* sermo sit, an de eo, quo quis *indigere*, quem quis *quaerere* dicatur. Κτᾶσθαι βίον sed κτησάμενος τὸν βίον ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων Herod. VIII. 106. Πορίζεται τὸν βίον Aeschines dixit in *Ctesiphontea* § 173 de opibus paratis, sed βίου δεόμενος necesse est dicere. Itaque expungemus articulum. Quid superest? Superest scholion olim in margine adscriptum ad verba μὴ ὑμῖν ἐνοχλεῖν ἀλλὰ παύσασθαι δημηγοροῦντας κελεύετε,

nempe hoc: *οὐδὲ γὰρ ὁ νόμος τοὺς ἰδιωτεύοντας ἀλλὰ τοὺς πολιτευομένους ἐξετάζει.* Utilissima, ut tu vides, haec annotatio est et *Timarcheam* legentibus paene necessaria! Sed quid si ad iudices ita dicitur? Nonne intolerabilis et male sana loquacitas est ista interponere idque eo loco ubi Oratoris animus ardet et impetu fertur? Multas ego in vita audivi inficetas orationes, sed qui in epilogo, ubi qualiscumque orator incalescit fitque oratio grandior et concitatior, tam inepta et frigida adiecerit audivi neminem.

Ne finita quidem oratione magistri interpolandi finem fecerunt. Mira narras, inquies. Audi. *Explicit* (ut scribae loquuntur) oratio in verbis: *ἐν γὰρ ταῖς ὑμετέραις γνώμαις ἡ πρᾶξις καταλείπεται.* Optime. In tribus Codicibus additur — *καταλείπεται. εἰ οὖν βουλήσεσθε τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα ὑμῶν ποιησάντων φιλοτιμότερον ἡμεῖς ἕξομεν τοὺς παρανομοῦντας ἐξετάζειν.* Bonum factum quod reliquis libris utimur in hac parte melioribus.

Haec habebam quae ad *Timarcheam* observanda et animadvertenda existimarem.

INDEX GRAECUS.

A.

α—ευ confusa 15, 120, 358.
ἀ—πρῶτον et sim. 122.
ἀβίωτος—ἄσωστος 386.
ἀγέρωχος 304.
ἀγκῶνι ἀπομύττεσθαι 163.
Ἀγνόθεον—ἀγνοηθέντα 271.
ἄγνων—ἀνων 52.
ἀγνώσσων—ἀγνῶσ ἐών 213.
ἀγορὰ δικῶν 351.
ἀγορὰν (εἰς τὴν) ἐργάζεσθαι 626.
ἀγορεύω. ἐρῶ, εἶπον, εἴρηκα, non *ἀγορεύσω* cett. 35, 39.
ἄγριον interpolatum post *αὐτόματον* 413.
ἀγωνίζομαι—διαγωνίζομαι 497.
ἄδην ἐλάαν—ἐάαν 584.
— *ΑΙδιον* (diminutiva in) non—*ἄδιον* 57.
ἀεργία poëticum 41.
ἀερίσας ἄρτα— AFRICA CAPTA 477.
— *αθεῖν* (aoristi in) *διωκαθεῖν* et sim. 380.
Ἀθῆναι—Ἀθηναῖοι—Ἀθήνησιν 147.
Αἰακεῖον et sim. 87.
ἀΐδιον—ἴδιον 512.
Ἄιδοντες—Διδόντες 527.
αἵρεσθαι—αἱρεῖσθαι 212.
αἴρω—ἀρῶ, ἀπαρῶ, ἐπαρῶ penultima longa 606.
ἀκηκοέτω et sim. 82.
ἄκλειστος—ἄκλυστος 249.
ἄκνισοι βωμοί 160.

ἀκολουθεῖν, ἕπεσθαι μετά τινος 22.
ἀκούειν (εὖ, κακῶς) ὑπό τινος 55.
ἀκοῦσαι μὲν οὕτωσί et sim. 297.
ἄκριτος = ἀκρίτως 153.
ἀκροᾶσαι vitiose pro ἀκροᾷ et sim. 27, 30, 325.
ἀκύμων—ἀμύμων 52, 358, 359.
ἅλας—ἅλλας 365.
ἀλεῖν—ἀλήλεμαι non ἀλήλεσμαι 132.
ἀλεῖν—τελεῖν 133.
ἅλθεται—ἕκθεται 223.
Ἀλιᾶς = Ἀχαΐαν 434.
ἀλίνδω 133.
ἀλίσκω vitiosum 129.
ἄλλος ἄλλο λέγοντες et sim. 113.
ἄλλους—ἀνοῦς 432.
ἄλλων—ἀλλήλων 519.
ἄλλως—κακῶς 601.
ἄλλως (οὐκ) λέγω 584.
ἀλύω 69.
ἅμα—καί 585.
ἁματροχιά—ἁρματροχιά 213.
ἀμές—ἁμέ 18.
ἀμουγέπου, ἀμοθενγέποθεν et sim. 255.
ἀμωσγέπως—ἄλλως γέπως—ὅμως γέ πως 255, 367.
ἄν excidit 100, abundat 633.
ἄν ter repetitum 571.
ἄν cum futuro vitiosum 92, 267.
ἂν παρασῇ—ἀντερασῇ 170.
ἀνά—κατά 152.
ἀναγκάσω—ἀναπείσω 59.
ἀναδαίομαι non ἀναδάζομαι 128.
ἀναδοῦναι = ὀρέγειν 346.
Ἀναῖτις 192.
ἀναπέφηνα 323.
ἀναπίμπλημι, ἀνάπλεως 146.
ἀνατέτροφα—ἀνατέτραφα 643.
ἀνατρέπω—ἀνασρέφω—ἀντισρέφω 145.
ἀνδρῶν—ἀνῶν 418.
ἀνεύχου—ἀπεύχου 579.
ἀνέῳγα 31, 62, 77.
ἀνήδομαι 579.
ἄνθρωπος—οὐρανός 14.
ἀνίατος καὶ ἀνήκεσος 355.

ἀνοκωχή—ἀνακωχή 29.
ἀντεπιπλεῖν non ἀντιπλεῖν 431.
ΑΝΤΙΠΑΘΙΑ—ΑΝΤΙΠΛΟΙΑ 3.
ἀνύτω, ἐξανύτω 588.
αξ—εξ 257.
ἄξεινος—εὔξεινος 592.
ἄξιος, τίμιος 284.
ἀπαγορεύω, ἀπερῶ, ἀπεῖπον 38.
ἀπαλλαξείω 284.
ἀπελογήθη vitiose pro ἀπελογήσατο 290.
ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν—ἡ κεφαλὴ ἀπετμήθη 187.
ἀπηλλαξάμην barbarum 269.
ἀπῆσαν—ἀπῄεσαν 39.
ἀπό excidit 535, 541.
ἀπό—κατά 266, 277.
ἀπό—ὑπό 143, 275.
ἀπό. ἀφ' ἵππων μάχεσθαι et sim. 250.
ἀπογενομένων—γενομένων 535.
ἀπογραφὴν ποιεῖσθαι censum agere 385.
ἀποδεδεγμένον—δεδεγμένον 541.
ἀποδειλιᾶν—ὑποδειλιᾶν 640.
ἀποδόσεως—ἀποδοθείσης 168.
ἀποκέκλητο—ἀποκέκαυτο 160.
ἀποκναίειν—ἀποκτείνειν 590.
Ἀπόλλω—Ἀπόλλωνα 262.
ἀπολογοῦμαι = ἀπολογούμενος λέγω 377.
ἀπολύομαι—ἀπολογοῦμαι 368.
ἀπομακτέον—ἀπομυκτέον 579.
ἀποτοξεύω—κατατοξεύω 238.
ἀποφέρειν γραφήν 250.
Ἄρευς—Ἀρηγεύς 202.
ἄριστος—Ἀριστοτέλης 14.
ἀριστόκεια 585.
Ἀρητάδας—Δεκτάδας 203.
ἁρμοστής, Praeses, ἁρμόζειν 319.
ἁρπάζω—ἀναρπάζω 191.
ἄρτι—ἄρα 49.
ἀρτιγέννητος—ὀρειγέννητος 175.
ἀρχέκακοι—ἀρχὴ κακῶν 420.
ἀρχή interpolatum 433, 450.
ἀρχιέρεων 360.
ἄρχομαι—ἔρχομαι 286.
ἄρωμα non ἄρομα et sim. 85.
ἄσῃ—ἄσις 215, 365.

ἄσμενος—ἀσμένως 153.
ἀςεῖος—ΔΕΚΤΟC 72.
ἀςραγαλιςαί—ἀςρολογιςαί 633.
ἀσύμβολος 239.
ἀσφαλεῖ (ἐν)—ἀσφαλείᾳ 440.
Ἀττικιανά (τὰ) 94.
ἀττικισμοί—ἀςεϊσμοί 51.
ἀτυχήσεις—ἀδικήσει 598.
αὐλὰς θεραπεύειν 50.
αὐτοθαῖς et sim. 285.
αὐτὸ δείξει 617.
αὐτοὶ γάρ ἐσμεν 111.
αὐτὸς cum indignatione repetitum 241.
αὐτός—ἀςός 283, 370.
αὐτός—μόνος 111.
ἀφελῶς—ἀσφαλῶς 516.
αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτόν interpolata 539, 631.
ἀχανές—ἀφανές 411.
ἀχθέσομαι non ἀχθεσθήσομαι 137.

B.

β—κ—η confusa 217.
βαδιῶ pro βαδιοῦμαι barbarum 329.
βάλλω et πίπτω 54.
βάλλειν—τύπτειν apud Homerum 339.
Βάρρων inepte insertum 288.
βήσω, ἔβησα—βιβῶ, ἐβίβασα 303.
Βιθυνίαν—Μυνίαν 252.
βιούς—βιώσας 610.
βιῶναι—βιῶσαι 316.
βιώσομαι non βιώσω 317.
βλίτοις—βαι τοῖς 218.
βοάν—βοᾶν 391.
βοᾶν. οὐκ αὐτὰ βοᾷ—οὐ καταβοᾷ 448.
βόρβορος—βάρβαρος 286.
βόσκειν, τρέφειν 67.
βυνέω, διαβυνέω—διαβύνω 128.

Γ.

γαμῶ. fut. γαμῶ, ἔγημα, γαμοῦμαι, ἐγημάμην non γαμήσω, ἐγάμησα, γαμηθήσομαι, ἐγαμήθην 77.
γαμῶ = βινῶ 322.
γαυρός 384.
γε interpolatum 570.

γε assentientis 488.
γεγηθέναι non γηθεῖν 103.
γέγονε—γένετο, ἐγένετο 570.
γέγονεν (οὐδ' εἰ) οἶδα 520.
γεγονέναι καλῶς, κάλλιον, ἐπιεικῶς 157.
γεγονὼς ἔτη, ὢν ἐτῶν 200.
γελοῖος—καταγέλαστος 323.
γενέθλια θύειν 58.
γενόμενον—γενόμενος 143.
γέρον = παλαιόν 605.
γενόμενος—γιγνόμενος 417.
γεύμεθα vitiose pro γεγεύμεθα 42.
γεωμορία pro γεωργία 42.
γίγνομαι, γίνομαι, γείνομαι 88.
γίγνομαι πᾶν ὅ, τι βούλομαι 106.
γνώμας προθεῖναι non καθεῖναι 353.
γνῶναι intelligere 613.
Γοργών, Γοργόνος non Γοργόνα, Γοργόνας 202.
γράφειν—ἀναγράφειν—καταγράφειν 386.

Δ.

Δ—δέκα confusa 431.
δαίνυμι, δαίω 363.
δαίομαι, non δάζομαι 128.
δάκρυ—δάκρυον 598.
δέδιθι (δείδιθι) penultima longa barbarum 393.
δείκνυμι, δεικνύω cum participio 317.
δεῖν (ὀλίγου, μικροῦ) et ὀλίγον ἀποδεῖν 261.
δεῖν, δέδεκα, δεδήσομαι 548.
δεκάζειν—δικάζειν 581.
δέμας (σὸν) = σέ 581.
δεξιῶς—ἀξίως 240.
δέχομαι. δέξαι μοι et παρ' ἐμοῦ 494.
δέω. δῶν, δοῦντες, δοῦνται non δέων cett. 4, 83.
δή. μέγιστα δή et sim. 429, 438.
δῆγμα—δεῖγμα 142.
Δημόκριτος—Δημοκράτης 13.
δημοτικός—δημοκρατικός 210.
δήμων (τῶν) non τὸν δῆμον 385.
δι—εξ 68, 193, 219, 224, 236.
δίαιταν—διαιτᾶν 252.
διακεῖσθαι—διανοεῖσθαι 527.
διαπέπλακε—διαπέπλευκε 121.
διαρπάζω—ἁρπάζω 205.

διατελεῖς—διὰ τέλους 535.
διασπάσομαι—διαρπάσομαι 526.
διατέτμαμαι—διατέταγμαι 189.
διαφθαρέω barbarum 195.
διδάσκω, διδάσκομαι 310.
διέγνω—ἔγνω 181.
διεκπαίσας, διεξέπαισε—διεκπέσας, διεξέπεσε 260.
διέπεμψε—ἐξέπεμψε 193.
διέσκωπτο—διεσκώπτετο et sim. 254.
διέφθορα pro διέφθαρμαι vitiose 313.
δικαιῶσι—δικάζωσι 423.
δίκην et δίκας διδόναι 572.
διοικίζειν 68.
Διομήδεια ἀνάγκη 530.
δισκοφόρος (ὁ) non ἡ δισκοφόρος 192.
διωλύγιος 49.
δι' ὤτων—ἰδιωτῶν 219, 533.
δοκεῖν de somniantibus 126.
δοκῶ μοι cum futuro 206.
δόξαι—δεῖξαι 125.
δουλεύειν—δουλείαν 230.
—δόχος et —δόχη vitiose pro —δόκος et —δόκη 73, 85.
δράμημα non δρόμημα 604.
δρᾶν—δρᾶν 448.
δύ' ἢ τρεῖς 240, 257.
δύσασθαι pro δῦναι barbarum 378.
δωμάτιον cubiculum 257.
δωροδοκεῖν—δεκάζειν 347, 507, 624.

E.

ε—αι 121.
ἔγγιον γόνυ κνήμης 477.
ἐγκρατῶς—ἐγκρατείας 168.
ει in ε correptum ut in Ἄρειος πάγος Ἀρεοπαγίτης et sim. 580.
ει pro ι producto 86.
εἰ cum coniunctivo 363.
εἴ τι πάθοι 378.
—ει (secunda persona passivi in) 39.
εἰ—ἐπεί 585, 624.
εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν—εἰ μὴ δεῖ ληρεῖν 497.
εἰ μέν—εἰ δὲ μή 241.
εἰκέναι, εἰκώς—ἐοικέναι, ἐοικώς 73.
εἴλημαι—εἴλημμαι 83, 201, 365.
εἴλλω, ἴλλω, εἰλῶ 361.

εἰμί—εἰ μή 197.
εἴξω ex *εἰκέναι* formatum 317.
εἴς γέ τις, ἕν γέ τι 534.
εἶσα, ἶσα (*ἵζω*) 88.
εἰσάγεις εἰς τουτουσί 299.
εἰσῆλθεν εἰς ὑμᾶς 274, 368.
Εἰσιδώρου—ἐκιδώρου—Ἰσιδώρου 14.
ΕΙΤ—ΕΠ 64, 282.
ΕΚ—ΕΙC 279, 370.
ἕκαςος—ἕκαςοι 113.
ἐκίττα—ἐκινεῖτο 182.
ἐκλάπτετε—ἐκκλέπτετε 366.
ἐκκλησιαςής 345.
ἐκκόψαι—ἐκκλέψαι 597.
ἐκκωφοῦν non *ἐκκωφεῖν* 162.
ἐκόντι—ἑκοντί 364.
ἐκποδὼν ποιεῖσθαι, τίθεσθαι 257.
ἐκτέμνειν τὴν γλῶτταν non *ἀποτέμνειν* 637.
ἐκχύνω, ἐκχεῶ vitiosa 607.
ἐκών—εἶσ ὤν 124.
ἐλάσας—ἐάσας 181.
ἐλέγξαι—λέξαι 581.
ἐλεεῖν—ἐλεῖν 16.
ἐλεύθερος—ἐλευθέριος 192.
ἐλεύσομαι pro *εἶμι* vitiosum 307.
ἕλκυσμα non *ἕλκημα* 603.
ἕλκω, ἕλξω, εἵλκυσα 604.
ἑλῶ, ἑλοῦμαι pro *αἱρήσω, αἱρήσομαι* vitiosa 58.
ἔμβραχυ—ἐμ βραχεῖ, ἐν βραχεῖ 207.
ἐμμένειν—συμμένειν 436.
ἐμπίμπλαμαι non *ἐμπίπλαμαι* 59.
ἐμφαγεῖν 65.
ἐν—ἐπί 45, 281.
ἐν—σύν 240.
ἐν ἐμαυτοῦ 52, 228.
ἐν μέτρῳ—ἐν τῷ μέτρῳ 631.
ἐν Μυρρινοῦντι et sim. vitiose 30, 201.
ἐν τήθῃ τῇ—ἐντίθητι 16.
ἐνδιατρίβειν ludificari 254.
ἔνδον εὑρήσει—ἐν δόμοις εὕροι 404.
ἐνερόχρως 258.
ἔνθεν ἑλών 320.
ἐνθύμιον ποιεῖσθαι 57.
ἔννοια—σύννοια 199.

ἐννοούμενος—ἐνηθούμενος 402.
ἐνόρχης—ἔνορχις 266.
ἐνσάξαι—ἐντέξαι 257.
ἐντέτηκα—ἐνέσηκα 519.
ἐντρίβω, ἐντρίβομαι πληγάς 223.
ἐξ— in compositis 248.
εξ—ετι—ετρ 120.
ἐξαναγιγνώσκω non Graecum 220.
ἐξαπίνης—ἐξαπιναῖος 46.
ἐξαμαλδυνθῆναι 600.
ἐξείλεγμαι—διείλεγμαι 168.
ἐξελίττειν 136.
ἐξεπέπεμπτο—ἐξεπέμπετο 253.
ἐξίλλω κατίλλω, συνίλλω et sim. 361.
ἐξιχνάζω 591.
ἐξίωμεν—ἀξιοῦμεν 172.
ἐξοδία vitiosum 421.
ἔξοδος 265.
ἔξοδον ποιεῖσθαι = στρατεύεσθαι 429.
ἐξομόργνυσθαι 577.
ἐξορχεῖσθαι 296.
ἔπαισα, ἐπαίσθην 331, 332.
ἐπ' ἤιονος—ἐπίπονος 149.
ἐπαρθείς—ἐπειχθείς 433.
ἐπεισιών—ἐπεισάγων 502.
ἐπηλυγάζειν 223.
ἐπήνεκα—ἐπήνεγκα 535.
ἐπί. ἐπί τινος κρίνεσθαι 239.
ἐπὶ ξένια καλεῖν, non ξενίᾳ aut ξενίαν 81, 248.
ἐπὶ πόδα—ἐπὶ πόδας 89.
ἐπί τι πλεῖν 597.
ἐπί τινα ἥκειν et sim. 455.
ἐπιβάλλειν πληγάς—ἐμβάλλειν 384.
ἐπιεικῶς γεγονώς honesto loco natus 158.
ἐπιθεάζω, ἐπιθειάσας et sim. 580.
ἐπίληψις—ὑπόληψις 522.
ἐπιμαρτύρομαι—ἐπιμαρτυροῦμαι 419.
ἐπιπαρῆσαν—ἐπιπαρῆσαν 33.
ἐπισκευάζειν reficere 228.
ἐπισκοπεῖσθαι visere 326.
ἐπισκοτῶ—ἐπισκήπτω 223.
ἐπιτετρίψομαι 116.
ἐπιτρέπειν δίαιταν 252.
ἐπιφέρομαι dotem affero 204.

ἐπιχεῖν—ἐπιβάλλειν 362.
ἐπριάμην—ὠνάμην 137.
ἐπτόμην—ἐπτάμην 305.
ἔργον γενέσθαι τινός 213.
ἔργου ἔχεσθαι, non ἔργων 41.
ἑρμογλύφος non ἑρμογλυφεύς 81.
ἔρχομαι, εἶμι 26, 307.
ἔρχομαι, ᾖα, ᾖμεν, ᾖτε, ᾖσαν 308, 408.
ἔρχου, ἐρχοίμην, ἔρχεσθαι cett. male pro ἴθι, ἴοιμι, ἰέναι 307.
ἐρωτᾶν, συνερωτᾶν syllogismum facere 40.
ἐς νέωτα—ὥρασιν 63.
ἔσομαι πεποιηκώς non ποιήσας 320.
ἕσαθι—σάθητι 196.
ἐσέρηντο—ἐσέροντο 250.
ἔσχατα—αἴσχιστα 144.
—έσω et —άσω (formae futuri in) vitiosae 78.
ετι—ετρ—εξ 120.
ἔτικτον = ἔτεκον 597.
ἕτοιμος—ἕτοιμός εἰμι 293.
ἔτυπον vitiosa forma 339.
ἐτύπτησα vitiosum 335.
—έτωσαν et —έσθωσαν (formae in) vitiosae 27.
ΕΤΗΘΙΑ—ΕΤΝΟΙΑ 3.
εὐκαίρως, εὐκαιρία, εὐκαιρεῖν 65.
Εὐκλείδου (τὰ πρὸ) 296.
ΕΤΠΑΘΙΑ—ΕΤΠΛΟΙΑ 3.
ΕΤΠΛΟΕΙΝ—ΕΤΠΑΘΕΙΝ 2.
εὕρετο—εὗρε 209.
—εύς (nomina in) contracta 124, 154, 326.
—εύς (nomina in) —έος—ῆος—έως 407.
εὐτάκτως, εὐτακτεῖν 544.
εὐτυχεῖν cum accusativo 180.
εὐψύχως—εὐτυχῶς 6.
ἐφήκατε—ἐφείκατε 367.
ἐφ' ᾧ τε—ἐφ' ὅτῳ 149, 256.
ἔχειν αἰτίαν et sim. 116.
ἔχειν περὶ τράπεζαν, ἀμφὶ ἄριστον 180.
ἔχω ἐπιτετραμμένον male pro ἐπιτέτραμμαι et sim. 189.
κατασήσας, δουλωσάμενος ἔχω, et sim. 115, 423, 512, 527.
ἔχων—ἕζων 235.
ἔχων ἦλθον 450.

Z.

ζ compendium —ἀπό 275.

ZAN—TAN 6.
ζηλοῦν—δηλοῦν 206.
ζητεῖν *petere* apud Graeculos 275.
ζητεῖν—ἀπαιτεῖν 275.
ζῴης—ζῴοις 582.
ζῶ, βιώσομαι, ἐβίων, βεβίωκα 610.

H.

ἦ *eram* —ἦν 593.
η—ειν confusa 139.
ἦα, ἦεισθα, ἦει(ν) 308.
ἤδεμεν, ἤδετε, συνῄδετε 383.
ἤεμεν—ἤσμεν 382.
ἤειμεν, ἤειτε, ἤεσαν 32.
ἠκούσθη—ἠκολούθει 82.
ἤκειν—ἤκεν 34.
ἠλάμην—ἠλόμην 206, 234.
ἠλίκα—ἡνίκα 284.
ἡλικία *flos aetatis* 645.
ἡλικία *statura*, ὁμήλικες, apud Graeculos 319.
ἦμεν, ἦτε, ἦσαν 32, 308.
ἠνδαλίμοιο (κυδαλίμοιο), ἀρήνων (ἀρκύων) et sim. 219.
ἤνεκα—ἕνεκα 258.
ἡνίας (τὰς) παραδοῦναι, παραλαβεῖν 116.
ἠράσθης—ἠγάσθης 220.
ἠρέθης—ἠράσθης 45.
ἥρως = μακαρίτης 60.
ἧσαι—ὀνῆσαι 52.
ἦσαν—ἧσαν 33, 450.
ἦσαν—ἴσαν 381.
ἧςην—ἥςην 381.
ἠτιμώσεται, λελύσεται et sim. 117.
ἤ τις ἢ οὐδείς 531.

Θ.

θανατᾶν non θανατιᾶν 210.
θάνατος κατεγνώσθη non ὁ θάνατος et sim. 380.
θανάτῳ ζημιῶσαι non dicuntur οἱ ἕνδεκα, sed iudices 377.
θαυμάζω non intelligo 502.
θαυμάζω πῶς 57, 108, 433.
θαυμαςῶς ὡς 216.
θέατρον (τὸ) *spectatores* 297, 317, 546.
ΘΕΙΟC—OCIOC 6, 117, 357.
ΘΕΙΟΤΗC—OCIOTHC 8.

θεοισεχθρία 81.
ΘΕΟΝ—ΟCΟΝ—ΟΘΕΝ 358.
θεοπρόπος—θεωρός 387.
θεότης—θειότης 119.
ΘΕΟΥCΑ—$\overline{\text{ΘC}}$ ΟΥCΑ 9.
ΘΕΩΝ—ΟΡΩΝ 145.
θηρίων—θνητῶν 414.
θήσομεν—οἴσομεν 530.
Θουρίων—θηρίων 168.
θρέμματα coturnices—μαθήματα 515.
ΘΡΙΟΝ—ΕΡΓΟΝ 195.
θριπήδεσος 86, 363.
$\overline{\text{ΘC}}$ (compendium) 9, 15, 117, 119.
θυσίας θύσει—θυσιάσουσι 37.
θυσιῶν—ὀσίων 357.

I

ι—ει confusa 86.
ἰδησῶ vitiose pro *ὄψομαι* 42.
ἰδιωτῶν (*ἡ τῶν*) *συνήθεια* 21.
ἰλιγγίων—ἰλιγγιῶν 302.
ἴλλω non *εἴλλω* 87, 361.
—ίλλω (verba in) 375.
ἵνα, *ὅπως* cum indicativo 102, 359.
ἵπταμαι vitiosum 306.
IC—K 14, 124, 127, 199.
ἱππομαχῶν—ἱππομάχων 199.
ἰσάζομαι male pro *ὅμοιός εἰμι* 397.
ἰσαίομαι vitiosa forma 397.
ἰσαῖος pro *ἴσος*, *ἶσος* 397.
ἴσαμι, *ἴσης*, *ἴσατι* vitiosa 42.
ἴσμεν, *ἴσε—ἴσμεν*, *ἴσε* 380.
Ἰσοδαίτης 211.
ἰσόθεος prima Ionice producta, Attice correpta 395.
Ἰσοκράτης prima brevi 395.
ἶσος et *ἴσος* 393.
ἵσαθι—ἕσαθι 197.
ἱσάναι χαλκοῦν non *ἀνισάναι* 196.
ἱσορία—τορεία 89.
ἰχθύα, *ὀφρύα*, *ὀσφρύα* vitiosa 42.

K.

κ—β—η confusa 5, 217.
K—IC 14, 124, 127, 199.

κκ, ὅκκα α producto 405.
κα—καί 145.
καθαίρειν λῃσάς 149.
καθάρειος non καθάριος 81.
καθαρεύειν—ἀναπίμπλασθαι 146.
καθεῖναι—καταθεῖναι 224.
καθιππάζεσθαί τινα et τινος 629.
ΚΑΙ—ΙCΑΙ 124.
καί—καῖ 141.
καί irrepsit 145, 191.
καινός—κλεινός (ΚΛΙΝΟC) 594.
καινοτομεῖν 243.
καίπερ—ὅμως 598.
καιρίην τετύφθαι non καιρίῃ 341.
καίτοι—γε 60.
κᾶλα = ξύλα, πλοῖα 392.
ΚΑΛΑΚΤΙΝΟC—ΚΑΛΛΙCΤΙΑΝΟC 199.
κάλη hernia —κκλή 399.
καλὸς κἀγαθός non καὶ ἀγαθός 71.
Καλυδώνιος ὗς 195.
Καλχηδών non Χαλκηδών 252.
καλῶ—καλέσω 29, 620.
κᾶν ὄνος—κανθήλιος 222.
κάπτω—κόπτω, κάμπτω, κάπτειν—καὶ πιεῖν 58, 247.
κάρτα 302.
κατά (compendium praepositionis) 277, 278.
κατά excidit 212, 369, 510.
κατά—μετά 109, 280, 281.
κατὰ δαῖτα—μετὰ δαῖτα 109.
καταδέξαι—ἀποδέξαι 212.
καταδρομὴν ποιεῖσθαι 629.
κατὰ θεόν—κατὰ θεῖον 358.
κατάγλωσσος 256.
κατάγλωττον—κατὰ γλῶτταν 367.
καταγορεύω—κατηγορῶ 37.
κατάγω—κατέρχομαι 56.
καταδασθῆναι—κατεδεσθῆναι 80.
κατακλᾶν, κλᾶν 228.
κατακλινῆναι non κατακλιθῆναι 31, 74, 130.
κατακοιμίσαι—κατακοιμῆσαι 58.
κατακτυπεῖν et sim. cum accusativo 45.
καταλαμβάνομαι—καταλαμβάνω 266, 368.
καταμιαίνεσθαι—κατατάμνεσθαι 188.
καταντλεῖν—καταυλεῖν 528.

καταπιεῖν—ἐκπιεῖν 74.
κἀταπλιγήσει 135.
κατασκέλλω κατασκλῆναι 53.
κατατρέχειν τι, τινά, τινός 629.
κατήρτυμαι—κατήρτημαι 150.
κατηχεῖν, κατήχησις 320.
κατέαγμαι vitiose pro *κατέαγα* 43.
κατεδήδεσμαι—καταδέδασμαι 363.
κάτει (κρατεῖς) = καταχθήσει 56.
κατειπεῖν—καὶ εἰπεῖν 146.
κατερείπω—καταρρίπτω 254.
κατερρύη —κατερράγη 452.
κατεσθίω, κατέφαγον—ἀπεσθίω, ἀπέφαγον 179.
κατήγορος—κατηγορῶν 638.
κατηφεῖν vitiosa forma 591.
κατιέναι ὑπὸ τῶν ἑταίρων et sim. 56.
κάτιτε—καὶ ἄπιτε 422.
κάτοιδα 582.
κατοίσειν—ἀποτίσειν 386.
κατοκώχιμα—κατακώχιμα 29.
κεῖμαι—τέθειμαι 311.
κεῖται—κεκήδευται 373.
κεκέρασμαι—κέκραμαι 325.
κεκισσωμένος 51.
κέκονα 322.
κεκόνιμαι 128.
κεκράανται a *κεράννυμι* 227.
κεκτήμην et sim. 601.
κελεύει et *ἐκέλευε* interpolatum 416 bis, 421, 425, 448, 498, 617, 641, 645.
κερδαίνω compendifacio 261, 379.
κέχριμαι—κέχρημαι 126.
κίεις Aeschyli error 129.
Κιλικία—ἡλικία 218.
κινητιᾶν—βινητιᾶν 218.
κλεῖσον—κάθισον 249.
κλέψῃ—τρέψῃ 506.
κληρονομεῖν τινός non *τινά* 48.
κληροῦσθαι τῶν ἀρχῶν, τῶν ἐννέα ἀρχόντων, ἱερωσύνης 521, 643.
κλῇω, κέκλῃμαι 159.
κνισᾶν ἀγυιάς non *Ἀγυιᾶς* 224.
κοινανέω, κοινανικός 17.
κοινωνεῖν male pro *μεταδιδόναι* 313.
κομμοῦμαι—κοσμοῦμαι 139.

κονίζω, ἐκόνισσα, κεκονισμένος vitiosa 129.
κορκορυγμός—βορβορυγμός 217.
KŌC κύριος 251.
κόσμος = τάξις 525, 447.
κοχώνα 221.
κρειοφάγος—κριοφάγος 88.
κρινόμενοι (οἱ) male pro οἱ ἀγωνιζόμενοι 347.
κτανέω barbarum pro κτενέω 195.
κτᾶσθαι—ἵςασθαι 517.
κτήσασθαι—ςήσασθαι 125.
κτίσις—κτῆσις 539.
κυλίνδω non κυλινδῶ 133.
Κυνέγειρος non Κυναίγειρος 121.
Κωφόν—Κολοφωνίων 431.

Λ.

λαβεῖν—λαθεῖν—παθεῖν confusa 116.
λαβεῖν αἰτίαν et sim. 186.
λαβεῖν κακόν, πληγάς, τραύματα ὑπό τινος 341, 386.
λακπατεῖν 255.
Λάκριτος—Διάκριτος 437.
λαλεῖν—λέγειν 48, 74, 302.
λαπῆναι (λέπω), ἐκλαπῆναι 367.
λαχεῖν—λαβεῖν δίκην 385.
λέγω (compendium verbi) 294.
λέγω—ἀκούω 55.
λειαντικόν—λίαν κινητικόν 194.
λεῖψαι pro λιπεῖν barbarum 325.
λέΛΑφας—λέΜφας 366.
λέλησμαι—λέλημμαι 583, 599.
λεοντᾶς—λέοντας 86,
Λευκόνοιον non Λευκονόη 326.
Λεωβώτης, Λαβώτας et sim. 369.
λεωσφέτερον vocabulum nihili 425.
λήσω—λήσομαι 139.
ΛΙ—Ν—ΔΙ 4, 364.
λιθόςρωτοι—ὀρθόςρωτοι 642.
λιπο— in compositis non λειπο— 66, 85.
λιποψυχεῖν non ὀλιγοψυχεῖν 322.
λόγου τυχεῖν, non λόγων 388.
λόγου—λογείου 351.
λοῦσθαι, λούμενος non λούεσθαι, λουόμενος 84, 360.
λυπρός—λυπηρός 44.
λύττης—λύπης 181.

M.

μ—λι—λυ confusa 365.
μαθεῦμαι vitiose pro μαθήσομαι 42.
μαθήσομαι—μυηθήσομαι 52.
μαθητῶν—μαθημάτων 14.
μαίνεσθαι—λιαίνεσθαι, λειαίνεσθαι 194.
μακράν, μακροτέραν non μακρότερον 600.
μακρὰς τίθημι συμβολάς 204.
μάλιςὰ μέν—εἰ δὲ μή 430, 509.
μαλκίω (μαλκείω, μαλκιῶ, μαλακιῶ) 130.
μᾶλλον elliptice positum 291.
μᾶλλον interpolatum 618.
μαμμάριον non μαννάριον 204.
μανιὰς νοῦσος 422, 605.
Μαραθῶνι non ἐν Μαραθῶνι et sim. 69, 201.
μᾶσσον—μεῖζον 600.
μᾶσσον = μακροτέραν 600.
μάσσων—ἐλάσσων 413.
ματᾴζω—ματαιάζω 191.
μαχοῖτο—μάχοιτο et sim. 269.
μέν—μόνον 617.
μέντἂν—μέντ' ἄν 140.
μέγα Φρονεῖν—μεγαλοΦρονεῖν 232.
μέγα Φρονεῖν ἐπί τινι 547.
μεγαλαυχουμένους—μεγάλα χρωμένους 231.
μεγαλαυχούμενοι— μεγαλοΦρονούμενοι 531.
Μεθάνα—Μεθώνη 370.
μέλος—ἅμιλος 160.
μεμνήσομαι—μνησθήσομαι 321.
μετά—κατά 280.
μετὰ δέ Ionicum 302.
μεταλαβών—μεταβαλών 572.
μεταπεπεμμένοι—μεταπεμπόμενοι 253.
μετὰ τοιοῦτον ποιμένα tali pastore amisso 180.
μεταγνῶναι, μεταδόξαι, μεταβουλεύεσθαι 413, 423.
μετεωροκόπος 530.
μετοίκισις—μετοίκησις 300.
μετ' ὀλίγον—κατ' ὀλίγον 281.
μετ' ὀλίγον μέλλων 321.
μέτρῳ (τὸ) πίνειν et sim. 59.
μή male pro οὐ positum 47, 315.
μὴ σώφρων = ἀκόλαςος et sim. 591.
μή cum indicativo 266.

μὴ γὰρ δὴ—γε 553.
μηδὲ ταφῆναι 385.
MHP μήτηρ 13.
Μικύλος—Μίκυλλος—Μικκύλος 239, 366.
μόνοι—αὐτοί 111, 264.
μόνος μόνῳ et sim. 112.
μόνος male additum 361.
Μρόδωρος Μητρόδωρος 13.
μωρολογία—μικρολογία 521.

N.

N—ΛΙ confusa 141.
ναί—νή 477.
ναί interpolatum 488.
ναυκράτορες—ναυκρατέες 418.
ναυτοδίκαι 350.
νεκνικός—νεανίσκος 260.
νείκας—εἰκόνας 86.
νείφω male pro νίφω 86, 361.
νεόκτητον—νεόκτιςον 194.
νέφω, συννέφω, ἐπινέφω non νεφῶ cell. 134.
νίζω, νίπτω—λούω 329.
νῖψαι—νίψαι 361.
νοητῶν—νυκτῶν 4.
Νομᾶς Numa, non Νουμᾶς 196.
νομίζω—ὀνομάζω 543.
Νομίος non Νόμιος et sim. 59.
νομίσω pro νομιῶ et sim. barbara 177.
νόμῳ. ἡ νόμῳ γαμετή non κατὰ νόμους 387.
νοσεῖν—ςασιάζειν 327.
νουθετεῖν—νομοθετεῖν 515.
νῦν—ναῦν 5.
νυνδή—νῦν δή 233.
νυνδὴ μέν—νῦν δέ 233, 588.

Ξ.

ξένια (ἐπὶ) καλεῖν non ξενίᾳ aut ξενίαν 81, 248.
ξενοδοκεῖν—ξενοδοχεῖν et sim. 73, 579.
ξυμβάλλειν = κοινωνεῖν 527.
ξυμβολιμαῖος 432.
ξυναναμίγνυσο—ξυναυλίᾳ μίγνυσο 141.
ξυνεξῆλθον—ξυνῆλθεν 428.

O.

ο—ος confusa 259.
ὁδὸν ἰέναι et sim. 339.
οἱ male pro αὐτῷ 301.
οἰδαίνω vitiose pro οἰδάνω 25.
—οίην in perf. optat. ut in ἐδηδοκοίην 249.
οἰκετῶν—οἰκείων 378.
οἴκοι—ἐκεῖ 147.
οἶκος—ὄγκος 6.
οἶκος—ὅρκος—ὄγκος 194.
οἷος—οἷός τε 57, 181.
οἷόσπερ. οἷουσπερ σύ et sim. 551.
οἷς ἕξεσι—οἷς δίκαι εἰσί 350.
οἶσθ' ὃ δρᾶσον et sim. 101.
οἶσθ' ὡς μέτευξαι et sim. 572.
ὀκτω— non ὀκτα— in compositis 248.
ὄλεθρος convicium 245.
ὄλεθρος—ὀλέθριος 246.
ὀλίγου δεῖν 261.
ὀλιγαρχικοί 609.
ὀλισθαίνω, ὠλίσθησα vitiosa 23.
ὀλόλευκος—ὅλος λευκός 161.
Ὀλύμπιον—Ὀλυμπίειον 81.
ὅλως—ὅλος 52, 206.
ὀμαίχμου—ὀμαίμου 196.
ὀμνύω—ὄμνυμι et sim. 317.
ὀμόσω male pro ὀμοῦμαι 129.
ὀμοῦ, ὀμόθεν, ὀμόσε 84.
ὅμως—ὀμοίως, 429, 448, 454.
ὄναρ, ὀνείρατος 526.
ὄναρ. κατ' ὄναρ vitiosum 525.
ονομα—ὁ Νομᾶ 196.
ὀξυθυμεῖσθαι non ὀξυθυμεῖν 592.
ὀξύς—ὠκύς 591.
ὀπισθοφύλακες—ὀρνιθοφύλακες 171.
ὀπτάνιον—ὀπτανεῖον 89.
ὀπυίω 78.
ὅπως cum futuro in ellipsi 108.
ὅπως cum indicativo 102, 359.
ὅπως δήξηται, ἔσωνται, ἀπίξηται et sim. barbare 96, 259.
ὀργισθείς—ὀπλισθείς 447.
ὀρύσσονται—ἀρύσσονται 422.
OCIOC- ΘΕΙΟC 6. 117, 357, 447, 546.

ὅσιος καὶ νόμιμος 357.
ὀσίων—θυσιῶν 357.
OCON—OΘEN—ΘEON 358.
ὅς, ὀπόθεν, ὅποι, ὅπως cum futuro 106.
ὀσφρέσθαι non ὄσφρασθαι 413.
ὅ τι περ ὄφελος, κεφάλαιον et sim. 312.
οὐ excidit 285, 359, 421, 634.
οὐ additum 453.
οὐ—οὔ—οὕ (οὕτω) 379.
οὐδὲ πρὸς ἑτέρους et sim. 528.
οὐδὲ ἕν. μηδὲ ἕν. 528.
οὔ κα εἴπετο—οὐκ ἀεί ποτε 145.
οὐκ ἐπαινῶ 153.
οὐκ ἔχω ὅπως χρήσωμαι et sim. 105.
οὐ μὴ ἥξει 535.
οὐ πάνυ τι—οὐ πάντη 222, 266.
οὐσίαν—οὖσαν 531.
οὔτἄρα—οὔτε ἄρα 528.
οὗτος—οὗτοσί 229.
οὐχὶ B—οὐχὶ IB (οὐχὶ δώδεκα) 123.
οὐχ ὅπως 112.
ὄφλω, ὄφλεις, ὄφλει vitia Graeculorum 129.
ὀψίγονον—ἀρτίγονον 181.

Π.

Παγκάςη 151.
παιάνων—ἐπαίνων 508.
παλαΐ—πάλαι 384.
πάλιν—πόλιν 583.
πᾶν—πάλιν 250.
πανταχῶς—παντελῶς 635.
πάνυ σφόδρα non σφόδρα πάνυ 540.
παρά—πάρα 119.
παρά—περί 278.
παραθέσθαι—παραβαλέσθαι 498.
παρά τινος vitiose pro ὑπό τινος 342.
παραδόξως ὡς et sim. 540.
παρακαθήμενος—περικαθήμενος 179.
παρασκευάζομαι ὡς ποιήσων et sim. 210.
παρασχήσειν—παραςήσειν 637.
παρεικάθῃ—παρεικασθῇ 390.
παρέχειν morigerari 295.
παρέχει occasio est 454.
παρεῶσθαι—παρεωρᾶσθαι 160.

παρῇμεν—παρῆμεν 34.
παρηνόμουν vitiose pro παρενόμουν 258.
παρῇσαν—παρῆσαν 33.
παριέναι—παρεῖναι 244.
παριέναι = ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμα 644.
παροίγνυμι—παρανοίγνυμι 59.
παροιμίαν—πόλιν 168.
πατάξαι—πληγῆναι 336.
πατάσσειν palpitare 333.
πατάττω, πτήττω, ἄνατται vitiosa 333.
πατρικός—πατρῷος 315.
πατριώτης—πολίτης 244.
πατρῷα—πάτρια 229.
πατρῴζειν 57.
παῦε—παύου 264, 367.
πειθαρχέεσθαι barbarum 419.
πειρᾶσθαι cum participio. πειρησόμεθα ἀκεόμενοι et sim. 419.
πενθεῖν—ποθεῖν 42.
πέπληγα 331.
πεζομαχῶν—πεζομάχων 200.
πεινῶν—ἀποπίνων 161.
πενθέων—ἐπιτιμέων 421.
πεντε— non πεντα— in cómpositis 248.
πεπάσομαι = κεκτήσομαι 608.
πέπεμμαι = ἀπέςαλμαι 253.
πεπέτασμαι—πέπταμαι 161.
πέπισθι 83.
πεπλακώς—περιπλακείς 279.
πέπλυται—πέπαυται 225.
περὶ κάτω τρέπειν 90.
περιακολουθεῖν. vitiosum 22.
περιήρχετο—περιῄειν 34.
περιιέναι per vices 201.
περιιλάμενος—περιειλάμενος 361.
περιλαβών—περιβαλών 597.
περιόψομαι—πείσομαι 284.
περιπέττειν 190.
περιπλεῖν—παραπλεῖν 44, 279.
περιπλίσσειν—περιπλέκειν 135.
περιρρηγνύναι τὰ ἱμάτια 641.
περιΣΠΑΝ—περιΣΙΓΑΝ 4.
περιτιθέναι, περικεῖσθαι—ἐπιτιθέναι, ἐπικεῖσθαι 190.
περιχωρεῖν—προχωρεῖν 254.
πέτομαι (formae Ionicae et Atticae verbi) 305.

πετῶ vitiosum 324.
πετώμενος, ἐπετάσθην, ἐπέτα vitiosa 306.
πηνίκα 314, 611.
Πηξάγκωνος 71.
πιεῖν δεινός non συμπιεῖν 541.
πιέτω—πίετα 378.
πιθέσθαι—πείθεσθαι 238, 415.
πιθών = πείσας 487.
πικρός in oratione minaci 573.
πλεῖν—πλέον 237.
πληγῆναι—πατάξαι 336.
πλίσσω, πέπλιγμαι, πλίγμα 135.
πνέῃ—παρῇ 587.
πνέων μέγας non μέγα 587.
ποῖ, ποι—ποῦ, που, 44, 84.
ποῖ τράπωμαι ποῖ τέτροφας; 162.
ποιεῖν—ποιεῖσθαι 31, 41.
ποιεῖν interpolatum 513, 526.
πολεμεῖν τινα vitiose 58.
πολιτεία democratia 327.
πολλά—πολλάκις et sim. 264, 628.
πολλάς, ὀλίγας τύπτειν, παίειν, δέρειν, μαστιγοῦν, ξαίνειν et sim. 340.
πολλοῦ λέγεις 238.
πολυμάχητος—περιμάχητος 216.
πολύσαθρον—πολύθυρον 220.
πομπεύοντες (οἱ) non οἱ πομπευταί 345.
Ποσειδῶ—Ποσειδῶνα 262.
πράγματα παρέχειν cum infinitivo 67.
πράττειν—προσάττειν 271.
πράττω ἀγαθόν τι = εὖ 156.
πρίασθαι—ὠνεῖσθαι 138.
πρίειν τοὺς ὀδόντας 89.
πρὸ Εὐκλείδου (τὰ) 296.
προγράφειν, πρόγραμμα 352.
προπετής προπαγής 192.
προπίνω σοι τινός 211.
πρός excidit 82, 274, 446, 532, 538.
πρός—εἰς 272.
πρός, κατά, ἀπό, καί, ὡς confusa 43, 272.
πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 354, 619.
πρὸς τὸ καρτερόν 156.
προσάπτειν—προσάγειν 220.
πρόσιλλε—προσείλει 361.

προσφοιτᾶν πρὸς ἐργαςήριον 165.
πρόσωπον—προσωπεῖον 255.
προτεραία—προτέρα 246.
προτιθέναι λόγον et sim. 352.
πρόφασιν absolute positum 423.
προφερής 618.
πρύτανις, πρυτανεύειν 349.
πρῷρα 52.
πρῶτος—πρῶτον 205.
πύθω (priorem in) male corripit Callimachus 396.
πυρέττω—πυρεταίνω 81.
πῶμα—πόμα 85.
πῶς—πόσου 110.
πῶς—ὡς 108.
πῶς γὰρ οὔ; 602.

P.

ῥᾷςος—ἄριςος 146.
ῥέομαι—ῥαίνομαι 121.
ῥήτρα 351.
ῥιγῶν—ῥιγοῦν 84.
ῥυῆναι—ῥεῦσαι.

Σ.

σ finale non ς in codd. antiquis 94.
—σας et —σθείς confusa 167.
σαθρός—σαπρός 229.
Σελλασία 290.
σιδηροῖ—σιδήρεοι 202.
σκευάζω—ἐνσκευάζω 163.
σκευή—σκεύη 163, 365.
σκιραφεῖα κυβεῖα 618.
σκοποῦμαι, σκέψομαι, ἐσκεψάμην, 326.
σκορακίζειν plebeium 48, 323.
σπουδή—σπονδή 200.
ςασιάζειν transitive 31, 323.
ςέρεσθαι—ςερέσθαι 46, 250.
ςήσασθαι—ἡγήσασθαι 421.
συγκατακλινῆναι—συγκατακλιθῆναι 180.
σύγκληρα—ἔγκληρα 395.
συγχεῖν ὅρκον 194.
συγχέω futurum 608.
συγχυθεῖσα—συσχεθεῖσα 228.
συμβολαί = συμβολή 204.

σύν—ἐν 199.
συμπνευσόντων ἄν barbare 92.
συνδεκάζειν—συνδικάζειν 347.
συνετικός 148.
συνηραφήκει—συνηρμόκει 172.
συνῇσε—σύνισε 382.
συνῖλα, ὑπῖλα et sim. 361.
σύνες ὅ τοι λέγω—σὺν θεῷ τοι λέγω 476.
Συρακόσιος—Συρακούσιος 86, 196, 265.
σφεῖς—σφᾶς 107, 456.
σφίσι male pro αὐτοῖς 301.
σχινοκέφαλος—Ἐχινοκέφαλος 371.

T.

τὰ πρὸ Εὐκλείδου 296.
τἀγαθά—τἀγαθόν et sim. 36, 140.
τάδε. οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσίν, οὐ γὰρ ἦν Ἕκτωρ τάδε et sim. 66, 360.
τἀδελφοῦ—τὰ τοῦ ἀδελφοῦ 213.
ταὶ ἀρεταί—τᾷ ἀρετᾷ 17.
τἀκ τοῦ νίτρου 140.
τᾶν ἀρετᾶν—τὰν ἀρετάν 17.
τἀπινίκια—τὰ πινάκια 140.
τἀπιτήδεια—τὰ ἐπιτήδεια et sim. 43.
τάττειν τοὺς φόρους 385.
τάφοι—ταφαί 503.
τέθηπα 303.
τεθνᾶναι barbarum 390.
τελεῖν—ἀλεῖν 133.
τέλος—τέλειος 17.
τεμένη—τέκνα 355.
Τερμέριον κακόν 148.
—τέρως (adverbia in) et —τάτως 156.
τέτροφα—τέτραφα 251.
τῆιβ' (ἐν) —τῆι ιβ' et sim. 124.
τῆλε—τήνδε 592.
TI—H—N 378.
τι—τρ—ξ 120.
τί γένωμαι; et sim. 45, 106.
τιθεῖς—ἱεῖς non τίθης, ἵης 221.
τιθέναι νόμον—τίθεσθαι 613.
τίθεσθαι = ποιεῖσθαι 303.
τίθημι Ionice pro ποιῶ 303.
τίθημι perfect. κεῖμαι 527.
τίκτειν absolute positum 421.

τιμημάτων (ἡ ἀπὸ) πολιτεία 387.
τί ποιῶμεν; —τί ποιοῦμεν; 97.
τις male pro οὐδείς 46, 314.
τίς ποτε καί male 378.
τοι ἄρα—τἄρα 141.
τορύνη de turbulento demagogo 198.
τραπητέον barbarum 81.
τραῦμα—πληγή 330.
τρύχομαι, τέτρυμαι 526.
τυπτήσω 335.
τύπτομαι πολλάς et sim. 340.
τύπτω (formae Ionicae et Atticae verbi) 330.
τύχης—εὐχῆς 239.
τώ, αὐτώ, τούτω et sim. non τά, αὐτά, ταῦτα 70, 85.
τὼ θεώ, τοῖν θεοῖν non τὰ θεά, ταῖν θεαῖν 69.
τὼ πόλεε τούτω, τούτοιν τοῖν πολέοιν non τὰ πόλεε ταύτα, ταύταιν ταῖν πολέοιν et sim. 70.
τὼγκαλοῦντι—τῷ λαλοῦντι 19.
τὼφθαλμώ—τὼ ὀφθαλμώ 43, 139.

Υ.

υ—β confusa 219.
—ύλλω (verba in) ςρογγύλος ςρογγύλλω et sim. 375.
—υμαι (formae vitiosae in) pro —υσμαι vel —υμμαι et sim. 224.
ὑπαγορεύω, ὑπερῶ, ὑπεῖπον 36.
ὕπαρ varie corruptum 523.
ὑπάρχω—παρέχω 243.
ὑπάρχω ἀδικῶν 243.
ὑπελθετέον barbarum 360.
ὑπέρχεσθαι 34.
ὑπίλασα—ὑπήλασα, ὑπήλλασα 361.
ὑπό—ἀπό 198.
ὑπὸ μάλης 89, 265.
ὑπό τινι εἶναι—ἐπί τινι 214.
ὑπό τινος λαβεῖν κακόν et sim. 341.
ὑπό—ὑπέρ 280.
ὑπόδημα—ὑπόδειγμα 131.
ὑποδῶν—ὑπὸ ποδῶν 3.
ὑποκονίομαι 130.
ὑποτίμησις 150.
ὑποχεῖν 120.
ὑποψωνεῖν 138, 464.
ὑπωνεῖσθαι 138.
ΥΟ υἱός 5.

ὗς excidit 194.
ὕσονται—ῥεύσονται 608.
ὑσεραία—ὑσέρα 246.
ὕσερος—ὕσερον 437, 583.
—υται (formae vitiosae in) pro —υνται, ut λελάμπρυται pro λελάμπρυνται 225.

Φ.

φαιδρύνεσθαι—ἀφυδραίνεσθαι 594.
φαίνω—φανῶ et sim. confusa 44, 99, 100, 286.
φάρμακόν τινος 60.
Φειδώνειον μέτρον 66.
(ΦΕΝΩ) πέφαται, πεφήσεται 549.
φέρετ' ὦ—φερέτω 142.
φέρ' ἴδω et sim. 191, 197.
φέρω—φαίνω 121.
φθάνω cum infinitivo vitiose 31, 316.
φίλιαι πόλεις non φίλαι 387.
φιλόπατρις—φιλόπαις 271.
φίλτατα (τὰ) 251.
Φιντίας 263.
φόβος—φορά 263.
φορηδόν male pro φοράδην 222.
φράτηρ—φράτωρ 350.
φρατριάζειν—φρατρίζειν 350.
(ΦΡΕΩ) εἰσέφρηκα, εἴσφρες et sim. 575.
φρονεῖν μέγα, μικρόν, πλείω et sim. 589.
φυῆναι, ἐφύην, φυείς vitia Graeculorum 185.
φύρεσθαι—φέρεσθαι 516.

Χ.

χαίρω σε σωθέντα 238.
χαμᾶθεν—χαμόθεν 89.
χειρόμακτρον 243.
χέω futurum χέω non χεῶ 123, 362, 607.
χλανίδιον—χλαμύδιον 181.
χλανίς—χλαμύς 150, 364.
χόα, χόας—χοᾶ, χοᾶς 390.
χολώντων—χολωτῶν 89.
χραίνεσθαι πρὸς τὸν ἥλιον 264.
χρίεσθαι—χρῆσθαι 127.
χρῖμα—χρίσμα (χρῖσμα) 85, 127.
χρόνος—Χρυσόςομος 14.
χρυσόκερως λιβανωτός 400.

χρυσὸν ἀποδεικνύναι 235.
χρυσός, χρυσοῦς, χρηστός, χείριος confusa 235.

Ψ.

ψευδομαρτύρια non ψευδομαρτυρίαι 623.
ψηφοφορεῖν—ψῆφον φέρειν 345.
ψοφεῖν. ἐψόφηκεν ἡ θύρα 216. ὁ κώδων ἐψόφηκεν 366.
ψόγος—λόγος 630.
ψόφος—φόβος 595.
ψόφος—ψόγος 602.

Ω.

ὠνάμην, ὠνασάμην, ὠνησάμην, ἐπριάμην 137.
—ῶος (nomina in) non —ῶος 46.
ὡρᾴζομαι—ὡραΐζομαι 74.
ὡραῖον e margine irrepsit 294.
ὡραίῳ et οὐρανῷ confusa 374.
ὥρασιν (μὴ) ἵκοιτο 63.
ὡς πρὸς ἕρματι τῇ πόλει et sim. 532.
ὡς periit in (ὡς) ὑπὸ μέθης τοῦ φόβου 533.

INDEX LATINUS.

Accentus corriguntur 17, 59, 85, 86, 119, 123, 129, 130, 133, 134, 199, 252, 265, 269, 302, 325, 360, 364, 390 sqq. et in Epimetro passim. vid. Ind. Graec. in κάλη—καλή cett.
Accentuum nullam rationem habebant Veteres in pronunciandis versibus 183.
Accentuum usus 388 sqq.
Accusativo absoluto (errores in) συγκείμενον 418. εἰρημένον et ἀπειρημένον 445.
Adiectiva et adverbia conf. 152, 154, 270.
Adverbia sunt Μαραθῶνι, Ἀγνοῦντι, Ἐλευσῖνι et sim. 201.
Aelianus ineptus scriptor 209.
Aeschines Andocidem describit 556.
Aeschines historiae ignarus 559.
Alcestis drama Satyricum 582.
Aoristi et futura conf. 97, 262, 269.
Aoristorum forma barbara ἤξα, ἔτεξα, ἔλειψα pro ἤγαγον, ἔτεκον, ἔλιπον et sim. 25.
Articulus male repetitus in ἡ ἐμὴ καὶ ἡ σὴ φιλία et sim. 378.
Atticus calligraphus et Codices Atticiani 94.
Bellior 471.
Boeotarcharum numerus 452.
Callimachi errores 213, 396.
Charitonis Codex Florentinus 169.
Compendia scribendi 271.
Compendia male lecta 168.
Compendia participiorum πολεμησάν, τυχόν, ἰόν 434. κατορθωσάν 517.

Coniunctivus pro futuro post ὅπως 96, 108.
Consecuta-confecta 467.
Crases a librariis obscuratae 140.
Crateri ψηφίσματα 369.
Cratini versus repertus 399.
Demosthenis Codex Parisinus S 94.
Digamma in Πηλέος, Πηλῆος, Πηλε:ΐδης, et sim. 407.
Diminutiva in —υλλος 39.
Dorica apud Atticos servata 369.
Draconis Stratonicensis errores 127, 394.
Dualium formae communes τώ, τούτω, πληγέντε, ἀκολουθοῦντε, non τά, ταύτα, πληγείσα, ἀκολουθούσα et sim. 70, 360.
Ellipsis perpetua in ἀπὸ μὲν σεωυτὸν ὤλεσας, ἀπὸ δὲ Κῦρον et sim. 415.
Emblemata 153, 287, 297, 328, 349, 354, 355, 361, 370 sqq. 375 sqq. 377 sqq. 383, et in Epimetro passim. Insigniora quaedam vide pag. 478 sqq.
Fabulae Aesopicae a Graeculo versibus politicis scriptae 184.
Formae verborum veteres a Graeculis ineleganter productae, ut μηνιᾶν pro μηνίειν et sim. 132.
Formae antiquae Atticae in vetusto Codice Platonis a correctore deletae 546.
Futura in —ῶ pro —έσω et —άσω 28, 78, 242.
Futurum indicativi in optativum vel coniunctivum soloece conversum 529.
Gracchi (C.) somnium 466.
Genitivi εἰσιόντων et sim. pro dativis 318.
Habere oculos, nasum, aurem 474.
Harpocrationis errores 4, 87.
Herodoti Codices 409.
Hesychii errores 88.
Histriones Euripidis fabulas interpolantes 567 sqq.
Iamblichi Codex Florentinus 167.
Induciae quinquennales a Cimone factae anno 450 pag. 556.
Ineptus — ut ineptus 473.
Initialis (litera) rubro colore addita. Errores inde nati 570.
Inter se = ἀλλήλους 461.
Ionicae dialecti abusus 203.
Ionica apud Atticos 305.
Ionica apud Lucianum 301 sqq.
Isocratis Codex Urbinas 514.
Lacunae apud Herodotum 410.
Lacunae veteres inconsulto expletae 549.
Longi Codex Florentinus 172.

Lucianus Romanos rodit 351.
Marciana carmina Graece conscripta 468.
Moeridis errores 29.
Monachi vinosi potantes *εἰς τὴν ὑγίειαν τῆς θεοτόκου* 211.
Nicandri errores 396.
Nomina muliebria in *α* longum exeuntia *Διοτίμα* et sim. 202.
Notae numerorum *ά* pro *εἷς* et *πρῶτος* et errores inde suscepti 122, 124, 362.
Opem ab Ope *petiit* 460.
Parthenius interpolatus 203.
Participia interpolata 417, 424, 425, 453, 455, 533, 545, 560.
Paullo post futurum 117, 320.
Perfecti passivi usus ut in *βεβίωταί μοι* pro *βεβίωκα* 623.
Perfecti periphrasis *καταςήσας ἔχω* et sim. 512.
Philostratus Herodotum imitatur 410.
Photii errores 4, 38.
Pinguior—plenior 462.
Platonis Codex Parisinus A 546.
Plusquamperfecta et imperfecta confusa, *ἔσκωπτο—ἐσκώπτετο* et sim. 254.
Plutarchi errores 78, 385.
Praepositio non repetitur in *ὡς πρὸς μητέρα τὴν πόλιν, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τῷ ἐρῶντι* et sim. 164, 533.
Praesens et futurum saepissime confusa in verbis liquidatis 44. 99, 100, 286.
Scholia Graeca in Lucianum nullius pretii 212.
Sellasia 290.
Senachirim quis fuerit 186.
Sui—tui 470.
Theocriti errores 42, 396.
Thucydidis locus ex Demosthene interpolatus 437.
Unciales (litterae) unde dictae 5.
Versus politici 182, 389.
Vitiosae formae verborum Graeculorum erroribus natae *σκλαίνω* pro *σκέλλω* et sim. 53, 128, 133.
Xenophontis Ephesii Codex Florentinus 172.

INDEX SCRIPTORUM

QUORUM LOCI TRACTANTUR.

A.

AELIANUS.
Hist. Anim. 131. 341.
Variae Hist. 8, 122, 209, 271.
Epist. Rust. 413.
AELIUS HERODIANUS 315.
AESCHINES
in Timarchum 29, 144, 251, 292, 314, 326, 382, 609—646.
de Fals. Legat. 145, 247, 353, 536—561.
Ctesiphontea 34, 136, 144, 202, 251, 274, 326, 350, 354, 355, 383, 478—504.
AESCHYLUS 102, 129, 381, 389, 403.
AESOPI *fabulae* 184 sqq.
ALCIPHRON 30 sqq.
ALEXANDER AETOLUS 633.
ALEXIS 135, 227, 376.
AMMONIUS 129.
ANACREON 549.
ANAXANDRIDES 359.
ANDOCIDES 70.
Anecdota BEKKERI 4, 122, 226, 259, 260, 347, 384.
ANTIATTICISTA 303, 325.
ANTIPHANES 37, 164, 325, 400.
ANTIPHON 14, 156, 269, 274.
APOLLODORUS COMICUS 640.
APOLLONIUS RHODIUS 405.
APOLLONIUS *Lexicon Homericum* 5.
ARATUS 131.
ARCHYTAS 37.
ARISTARCHUS 5.
ARISTIDES 333, 361, 577.
ARISTOPHANES
Acharnenses 111.
Equites 109, 316, 324, 351. 358.
Nubes 73, 106, 234, 295. 310, 316, 335.
Vespae 67, 70, 73, 92, 104. 133, 202.
Pax 37, 156, 202, 339.
[illegible] 269, 305, 351, [illegible] 601.
[illegible] 190, 205.

Thesmophoriazusae 34, 70, 234, 297, 375.
Ranae 64, 133, 178, 351, 361.
Ecclesiazusae, 90, 117, 264, 282, 353.
Plutus 38, 282.
fragmenta 127, 312, 367, 400.
ARISTOPHON 205.
ARISTOTELES 283, 364, 368,
ARISTOTELES (PSEUDO-) 364.
ARISTOXENUS 194, 261, 263.
ARTEMIDORUS 119.
ATHENAEUS 337.

B.

BABRIUS 359, 367, 393, 397.

C.

CAECILIUS 369.
CALLIMACHUS 127. 339.
CANTILENA ATTICA *ἐν μύρτου κλαδί κτέ.* 395.
CASTORION 221.
CHARITON 167, 169 sqq.
CICERO 292, 458—477.
CLEAENETUS STOBAEI 360.
COMICUS incertus 130, apud PLUTARCHUM 371.
CRATERI *ψηφίσματα* 350, 369.
CRATES CYNICUS 366.
CRATINUS 208, 249, 371, 399.

D.

DEMADES 182.
DEMOCRITUS 13.
DEMOSTHENES 33, 91, 92, 93, 97, 98, 99, 100, 112, 118, 123, 196, 234, 237, 247, 248, 253, 275, 284, 298, 311. 327, 328, 347, 348, 349, 350, 384, 448.
de Fals. Legat. 505—514.
DIDYMUS 314.
DINARCHUS 7, 230, 251, 274, 348, 354, 382.
DIO CHRYSOSTOMUS 95, 96, 124, 147, 208.
DIODORUS SICULUS 329.
DIOGENES LAËRTIUS 320, 322.
DIONYSIUS HALICARNASSENSIS 6, 35, 41, 94, 96, 97, 121, 196, 200, 236, 256, 280, 283, 286, 288, 298, 348, 358, 362, 365, 367, 371, 448, 630.
DIPHILUS 218, 483.
DRACO STRATONICENSIS 394.

E.

EPHIPPUS 265, 621.
EPICHARMUS 156, 188.
Epigramma apud PHOTIUM 197.
ERATOSTHENIS *Ἑρμῆς* 259.
EROTIANUS 367.
EUBULUS 125.
EUNAPIUS 357, 362, 367.
EUPOLIS 74, 220, 259, 312, 399.
EURIPIDES
Alcestis 73, 571, 579, 581, 582.
Andromache 370, 566, 567, 572, 573, 591, 592.
Bacchae 587, 588, 599, 604.
Cyclops 572, 577, 578, 599, 600, 601.
Electra 134, 563, 570, 574, 605, 606.
Hecuba 563, 564, 569, 571, 588.
Helena 574, 601, 607.
Heraclidae 589, 601, 607.
Hercules Furens 575, 583, 602, 603, 604, 607.
Hippolytus 233, 565, 571, 579, 588, 590.

Ion 339, 501, 568, 571, 594, 595, 596.
Iphigenia Aul. 571, 572, 598, 607.
Iphigenia Taur. 592, 593, 596, 597, 598.
Medea 564, 571, 590, 591, 600, 604, 606.
Orestes 563, 567, 570, 587.
Phoenissae 570, 576, 588, 604.
Rhesus 569, 570, 571, 583, 584, 585, 586, 592.
Supplices 577, 593, 606, 607.
Troades 564, 568, 588, 593, 604, 607.
Fragmenta 238, 289, 340, 361, 391, 608.
EUSTRATIUS 124.

G.

GALENUS 294.
GELLIUS 194.

H.

HARPOCRATION 14, 38, 88, 207, 327, 388.
HELIODORUS STOBAEI 223.
HERODOTUS 57, 88, 91, 100, 112, 114, 125, 128, 132, 153, 156, 157, 188, 195, 241, 265, 276, 282, 284, 286, 339, 353, 363, 364, 368, 394, 408—427, 606.
HESIODUS 131.
HESYCHIUS 4, 87, 135, 140, 167, 207, 218, 219, 256, 304, 322, 328, 333, 361, 362, 363, 367, 376, 392, 413, 595.
HOMERUS 108, 109, 195, 227, 574, 578, 632, 633.
HYPERIDES 343.

I.

IAMBLICHUS 167, 168, 212, 263, 270, 279, 324.
ION 379.
ISAEUS 99, 103, 155, 209, 252, 271, 274, 354.
ISOCRATES
ad Demonicum 155.
Nicocles 128, 155.
Panegyricus 70, 125, 214, 273, 292.
Philippus 153.
Archidamus 122, 258, 268.
Areopagiticus 357, 375.
de Pace 268.
Busiris 8.
Panathenaicus 156.
contra Callimachum 282, 286, 514—526, 586.

L.

Lexicon Rhetoricum 369.
LONGINUS 90.
LONGUS 172 sqq. 189.
LUCIANUS
(1. vulg. 1 BEKKERI) *Somnium* 81, 84, 89.
(2-44 B.) *ad eum, qui se dixerat Prometheum in dicendo* 142, 222.
(3-65 B.) *Nigrinus* 81, 82, 114, 222, 273.
(4-15 B.) *Iudicium vocalium* 143, 295.
(5-39 B.) *Timon* 43, 77, 80, 82, 83, 122, 222, 223, 281, 295, 346.
(6-75 B.) *Halcyon* 107.
(7-18 B.) *Prometheus* 105, 112, 223.
(8-20 B.) *Dialogi Deorum* 81, 82, 83, 101, 106, 107,

108, 111, 130, 143, 146, 224, 227, 228.
(9-19 B.) *Dialogi Marini* 84, 115, 141, 228, 281, 295.
(10-38 B.) *Dialogi Mortuorum* 2, 84, 85, 101, 103, 105, 107, 108, 110, 114, 143, 146, 228, 229, 230, 234, 235, 272, 278, 281, 293, 295, 296.
(11-34 B.) *Menippus* 84, 143, 235, 272.
(12-35 B.) *Charon* 112, 134, 141, 236.
(13-77 B.) *de Sacrificiis* 120, 237, 309,
(14-30 B.) *Vitarum auctio* 108, 112, 238, 278.
(15-31 B.) *Piscator* 39, 85, 89, 91, 103, 144, 145, 238, 277, 294, 296.
(16-36 B.) *Cataplus s. Tyrannus* 85, 105, 112, 115, 146, 148, 238, 239, 275, 293, 296.
(17-51 B.) *de mercede conductis* 146, 239, 240, 272, 296, 306.
(18-52 B.) *Apologia* 108, 146, 240, 296.
(19-53 B.) *pro lapsu in salutando* 146, 241, 293.
(20-25 B.) *Hermotimus* 36, 101, 105, 106, 107, 111, 112, 113, 138, 146, 241, 242, 296.
(21-3 B.) *Herodotus* 147, 243.
(22-16 B.) *Zeuxis* 243.
(23-4 B.) *Harmonides* 243, 244.
(24-5 B.) *Scytha* 81, 89, 115, 125, 147, 244, 245, 265.
(25-45 B.) *Quomodo sit historia conscribenda* 17, 82, 84, 86, 100, 114, 125, 134, 136, 147, 245, 246, 281.
(26-46 B.) *Verae historiae liber I.* 81, 84, 236, 246, 247, 248, 296.
(27-46 B.) *Verae Historiae liber II.* 249, 250, 296.
(28-14 B.) *Tyrannicida* 250, 251, 296.
(29-54 B.) *Abdicatus* 104, 251, 252, 253.
(30-12 B.) *Phalaris prior* 78, 252.
(31-13 B.) *Phalaris alter* 252.
(32-17 B.) *Alexander s. Pseudomantis* 78, 140, 148, 236, 252, 254, 294, 297.
(33-62 B.) *de saltatione* 83, 108, 254, 255, 294.
(34-68 B.) *Lexiphanes* 39, 81, 84, 85, 86, 89, 115, 132, 148, 255, 256, 275.
(35-27 B.) *Eunuchus* 78, 116, 148, 256.
(37-66 B.) *Demonax* 40, 80, 84, 100, 106, 148, 149, 257, 282.
(38-59 B.) *Amores* 80, 85, 95, 117, 149, 150, 151, 257, 258, 281, 294.
(39-57 B.) *Imagines* 115, 120, 151, 258, 265.
(40-58 B.) *pro imaginibus* 141, 259.
(41-60 B.) *Toxaris* 39, 78, 85, 86, 101, 103, 105, 151, 152, 159, 260, 278, 297.
(42-70 B.) *Asinus* 78, 83, 86, 89, 99, 160, 260, 261, 262, 297.
(43-22 B.) *Iupiter confutatus* 88, 108, 262.
(44-23 B.) *Iupiter tragoedus* 91, 110, 160, 161, 264.
(45-40 B.) *Somnium s. Gallus* 84, 89, 105, 161, 189, 264, 265, 297.
(46-24 B.) *Icaromenippus* 81, 86,

101, 104, 110, 113, 116, 162, 265, 297, 302.
(47-43 B.) *bis accusatus* 78, 80, 85, 91, 101, 139, 162, 163, 166, 265. 266.
(48-61 B.) *de Parasito* 229, 266, 292.
(49-33 B.) *Anacharsis* 85, 86, 96, 115, 121, 135, 187, 190, 266, 268.
(50-76 B.) *de luctu* 84, 191.
(51-17 B.) *Rhetorum Praeceptor* 80, 85. 191, 208, 269.
(52-26 B.) *Philopseudes* 80, 84, 86, 191, 269.
(53-10 B.) *Hippias* 85.
(54-6 B.) *Bacchus* 269.
(55-7 B.) *Hercules* 115, 136, 191.
(56-8 B.) *de electro s. cycnis* 152.
(57-11 B.) *Muscae encomium* 140, 192, 270.
(58-49 B.) *adversus indoctum libros coëmentem* 84, 90, 192, 193, 194, 254, 273, 295, 297.
(59-78 B.) *calumniae non temere credendum* 119, 194, 195, 196.
(60-50 B.) *Pseudologista in Timarchum* 80, 108, 118, 196, 197, 198, 324.
(61-9 B.) *de oeco* 198, 199, 276.
(62-73 B.) *Longaevi* 199, 200, 276.
(63-55 B.) *Patriae encomium* 297.
(64-2 B.) *de dipsadibus* 200.
(65-32 B.) *disputatio cum Hesiodo* 80.
(66-37 B.) *Navigium s. Vota* 78, 83, 84, 200, 201, 202, 281, 295, 317, 325, 523.
(67-42 B.) *Dialogi Meretricii* 78, 80, 89, 106, 110, 137, 202, 203, 204, 205, 206, 242, 264, 297.
(68-48 B.) *de morte Peregrini* 85, 107, 206, 207, 208, 209, 210.
(69-29 B.) *Fugitivi* 139, 210, 295.
(70-41 B.) *Saturnalia* 80, 84, 88, 89, 91, 97, 100, 101, 108, 112, 124, 128, 210, 211, 295, 297, 313.
(71-28 B.) *Convivium s. Lapithae* 104, 211, 212.
(72-74 B.) *de Syria dea* 124, 212, 213, 298.
(73-67 B.) *Demosthenis Encomium* 213, 215.
(74-21 B.) *Deorum concilium* 304.
(75-64 B.) *Cynicus* 215, 216.
(7-669 B.) *Pseudosophista s. Soloecista* 215, 216.
(77-72 B.) *Philopatris* 217, 218, 219,
(78-56 B.) *Charidemus* 220, 298.
(79-71 B.) *Nero* 220.
(80-80 B.) *Tragoedopodagra* 220.
(81-79 B.) *Ocypus* 104, 221.
(82-81 B.) *Epigrammata* 221.
LYCURGUS 98, 99, 249.
LYSIAS 3, 29, 37, 49, 68, 84, 111, 153, 158, 177, 187, 200, 206, 210, 213, 251, 258, 261, 262, 363, 325, 336, 374, 376, 377, 387.

M.

MACCABAEORUM lib. II. 480.
MANETHO 236.
MATRO ὁ παρῳδός 363.
MENANDER 119, 152, 158, 190, 200, 204, 216, 217, 277, 312, 317, 328, 380, 400, 401, 542.

MIMNERMUS 390.
MOERIS 29, 255, 335.

N.

NICANDER 88, 393.
NICOMACHUS 375.

P.

PARTHENIUS 203.
PAUSANIAS 369, 370.
PHALARIS 234.
PHERECRATES 86, 244.
PHILO IUDAEUS 129.
PHOTII *Lexicon* 81, 121, 122, 134, 141, 167, 244, 361, 366.
PHRYNICHUS BEKKERI 128.
PHRYNICHUS LOBECKII 22, 26.
PLATO COMICUS 366.
PLATO
Apologia 93, 191, 299, 300, 342, 349.
Alcibiades I. 58, 111, 200.
Axiochus 153.
Crito 103, 104.
Euthyphro 165.
Euthydemus 111.
Epistolae 235.
Gorgias 147, 334.
Hippias maior 55, 154.
Io 286.
de Legibus 232, 256, 330, 340, 360, 370, 525, 527, 529, 533, 540.
Menexenus 149, 237, 285.
Phaedo 98, 99, 100, 120, 165, 231, 285, 300, 357.
Protagoras 3, 91, 98, 111, 165, 196, 197, 234, 372.
Phaedrus 119, 165, 196, 197.
Philebus 297, 493.
de Republica 54, 141, 165, 219, 232, 242, 259, 310, 361, 480, 525, 526—535.
Sisyphus 103.
Symposium 114, 140, 142, 209.
Theaetetus 299.
PLAUTUS 477.
PLUTARCHI
Vitae 8, 15, 18, 25, 52, 56, 60, 69, 82, 86, 87, 105, 108, 121, 129, 151, 152, 161, 177, 193, 219, 220, 231, 239, 274, 323, 334, 369, 371 sqq. 385 sqq. 388, 390, 391, 525.
Moralia 8, 69, 118, 141, 152, 189, 195, 210, 247, 256, 284, 340, 358, 359, 361, 363, 364, 366, 374. 389, 401, 402.
POLLUX 66, 365, 366, 372.
POLYAENUS 195, 202, 203, 223, 265, 290, 362, 364.
POLYBIUS 124.
PORPHYRIUS 193, 227.
POSIDIPPUS 188.

S.

Scholia in ARISTOPHANEM 109, 596.
Scholia ad LUCIANUM 278, 287.
Scholia in NICANDRUM 131.
Scholia ad HOMERI *Odysseam* 5.
Scholia Veneta in HOMERUM 218, 448. 633.
SCYLAX 124, 249.
SENECA 477.
SIMONIDES 63.
SOPHILUS 123.
SOPHOCLES 9, 15, 19, 71, 95, 156, 283, 289, 395.
STEPHANUS BYZANTINUS 124, 245, 326.

STOBAEUS
Florilegium 2, 8, 145, 206, 259, 343, 367, 371, 642.
Eclogae Physicae 9, 145, 392.
Appendix Florentina 12 sqq.
STRABO 3, 66, 246, 269, 277, 334, 343, 359, 360, 363, 366, 367, 370, 374.
SUIDAS 275.

T.

TELECLIDES 359.
TERPCRITUS 41, 110, 130.
THEOPHRASTUS 56, 66, 73, 136, 138, 204, 359, 560, 581.
THEOPOMPUS 298, 555.
THOMAS MAGISTER 340.
THUCYDIDES 17, 32, 33, 56, 92, 93, 98, 99, 117, 120, 132, 149, 153, 154, 156, 191, 214, 215, 230, 247, 253, 254, 271, 273, 276, 277, 279, 282, 291, 292, 298, 312, 326, 357, 368, 369, 427—457, 528.
TIMOCLES 358.
TIMOCREON RHODIUS 63.

X.

XENOPHON EPHESIUS 172.
XENOPHON
Cyropaedia 117, 120, 127, 136, 254, 336, 378, 455, 569.
Hellenica 33, 89, 97, 113, 114, 118, 125, 132, 145, 153, 155, 198, 204, 205, 214, 238, 242, 248, 250, 251, 260, 269, 273, 274, 279, 282, 289, 290, 292, 301, 369, 378, 392, 577.
Anabasis 33, 65, 98, 107, 113, 114, 250, 284, 291, 322, 325, 336, 434.
Memorabilia 154, 163, 265.
Apologia Socratis 342, 380.
Oeconomicus 9, 73, 204, 250, 343.
Hiero 116.
de rep. Lacedaemoniorum 342.
de re equestri 304.
Symposium 127.
de Venatione 131.
de Vectigalibus 243.

Stanford University Libraries
3 6105 010 234 883

DATE DUE

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
STANFORD AUXILIARY LIBRARY
STANFORD, CALIFORNIA 94305-6004
(415) 723-9201
All books may be recalled after 7 days

DATE DUE

F/S JUL 0 1 1996

JUL 27 1999